COLLECTIO

PRIVILEGIORVM SACRORVM ORDINVM FRATRVM MENDICANTIVM

& non Mendicantium,

IVXTA SACRI CONCILII TRID. REFORMATIONEM & Sum. Pont. nouissimas confirmationes & innouationes.

Cum Summario eorum omnium, quae in ipsis Priuilegiis Apostolicis, & Decretis Concilij Tridentini continentur.

REVERENDO D. IOAN. BAPTISTA CONFETTIO [illegible] Protonotario Apostolico, Sacrae Theologiae, & Iuris Canonici Doctore, Auctore.

POSTREMA HAC EDITIONE AB ERRORIBVS PENE INNVMERIS *quibus priores impressiones scatebant, [illegible] quorumdam virorum cura [illegible] collatione exemplarium [illegible].*

ACCEDIT [illegible]

[illegible] est decerptus, [illegible] DE LA CRVZ [illegible] de Casibus [illegible] F. FRANCISCI [illegible] ANNO [illegible] PERMISSV.

COLONIAE AGRIPPINAE
Sumptibus Ioannis Kinckij sub Monocerote
ANNO M. DC. XIX.

S. D. N. D.

CLEMENTI VIII.

PONT. OPT. MAX.

Ioannes Baptista Confettius post suæ Beatitudinis Pedum oscula Sanctorum.



VM plures iam annos Florentiæ ab omnibus fere Sacrorum Ordinũ, Regulariumq. Sodalitatum Religiosis hominibus Conseruator (vt aiũt) fuerim, & in iudicialibus causis custos electus, Apostolicorumq. ipsis concessorum Priuilegiorum, & eorundem illorũ nõ pauca negotia tractauerim, necesse habui ea omnia, quæ exstarent videre priuilegia, sed infinita penè cum essent, & eorum quædam iam obsoleta, & vetustate obruta, & alia a Maximis, Sanctissimisque Romanis Pontificibus, qui iam diu e vita decesserunt, & à Sacrosancto Trident. Conc. moderata, & aliquo modo imminuta essent, eorumdem nonnisi communis, & planè confusa posset haberi notitia; & hac de causa quamplurimæ, & magnæ quotidiè orirentur discordiæ inter Regulares, & Episcopos, ceterosq. Ordinarios, Curatosq Sacerdotes; multis ego cum laboribus quæ erant dispersa, & in iure communi habentur, & in Extrauagantibus Apostolicis Constitutionibus, & alibi continentur, rogatus, in vnum quasi locum vna cum ipsius Trident. Conc. Decretis collegi volumen, & permulta insuper circa ea ipsa conseruanda diligenter animaduerti, obseruaui, atque notaui, quæ non solum Regularibus omnibus & ijs præsertim

qui summa in mendicitate viuit, & illis, cum principem inter eos locum obtinent, curamq; eorum gerunt, verum etiam I. C. de iure Canonico, & Ecclesiastico respondentib. & Iudicijs causas illorum cognoscentib. ac iudicantib. magnam vtilitatem afferre posse videbantur. Opus igitur confeci, & rerum omnium, quæ in ipso tractantur genera ipsa summatim exposui, vt facilè à quouis percipi possint, & quęnam ea sint, quæ integra, confirmata, & renouata restent, Ordinib. ipsis manifestè appareat. Ex qua quidem distinctione, hunc maximum fructum capient Regulares, & alij: quod planè intelligent, quib. possint vti priuilegijs, & propterea ipsi cum Episcopis, cęterisq; Ordinarijs minimè contendere audebunt & illi immunitates eorum haud infringere tentabunt, & sic discordiæ multæ, magnæq; inter ipsos controuersię tollentur. Et quia omnes Religiosorum Ordines, & quocumque nomine appellentur Sacræ Fratrũ Sodalitates, à summa, verèq; diuina authoritate, potestate, & concessu Maximorum Romanorum Pontificum institutæ, approbatæ, & confirmatæ sunt, & ijsdem ipsis, & Sacrosanctæ, Apostolicæ, & Rom. Sedi proximè sunt subiectæ, & ab hac tantum possunt ea dari, quæ hactenus data sunt priuilegia, visum est mihi laborem omnem meum, studium, & operam tibi dicare, & consecrare. Nam tibi vni, & merito præ cæteris omnib. maxime conuenit COLLECTIONEM hanc meam priuilegiorum Regularium Ordinum Mendicantium, non est dubitandum. Illa enim Iesu Christi, Dei, & Domini nostri in terris Vicario dantur, qui, vt, & tu nomine, & re vera Clemens, Diui Petri successor, & Ecclesiæ Episcopus, Christianorum omnium nedum Regulariũ Pastor, Pater, Rector, & Dominus, nec non Ecclesiasticæ Hierarchię summus, & optimus Princeps, & Pontifex qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Accipe ergo

Sanctis-

Sanctissime, & maxime Pater libenti animo librum, quem ego tuus humilis, fidelisq; seruus, ad sanctissimos tuos pedes, quos iterum, & demisse osculor, stratus, tantamque tuam (vti par est) veneratus Maiestatem, tibi inscriptum à me, & consecratú offero atque vt pro summa tua, ac paterna charitate, mei, & huius voluminis quod ad Dei omnipotentis, & Deiparæ Virginis, ac Sanctorum Dominici, Francisci, Augustini, ceterarumq; Religionum, Sanctorum Auctorum laudem, honorem & gloriam confeci, patrocinium clementer suscipere velis, & supplex oro, & obsecro Sanctissimam Beatitudinem tuam Deus ipse Ecclesiæ suæ diutissime, feliciterq; conseruet incolumem.





REVERENDISSIMIS PATRIBVS

SACROSANCTIS REGVLARIVM MENDICANTIVM ORDINIBVS PRAEPOSITIS Generalibus, & Prouincialibus.

IOANNES BAPTISTA CONFETTIVS Florentinus Protonotarius Apostolicus,
S. P. D.



VOD propter Dei Gloriam, & vestrorum Sacrorum Ordinum Reuerendissimi, ac Colendissimi Patres, dignitatem, vtilitatem, & commodum, multo labore hoc volumen confecerim, & Sanctissimo, ac Beatissimo Patri, & Domino Nostro D. Clem. VIII. Summo Pontifici merito dicatum, in lucem prodire voluerim, vobis in primis gratum me fecisse, quod vehementer expetiueram non temerè sum arbitratus. Nam ea omnia continentur Priuilegia, quæ pro vestrarum Religionum libertate asserenda, iureq. omni tuendo, vestris à Maximis Romanis Pontificibus sunt concessa Sodalitatibus, & insuper, quę mihi digna visa sunt, & necessaria vt à me saltem summatim notarentur, quæq. multis in rebus, & præsertim in litibus, controuersiis & causis finiendis maximo illis vsui esse possint. Id quod ego ipse earum sæpè Conseruator adhibitus magnopere sum expertus. Amoris igitur mei pignus & obseruantię erga vos vestrosq. Sacros Religiosorum hominum cœtus hic nouus meus sit liber, quē vti iam dixi, me omnium vestra causa, quarum honori, & commodo inseruire cupio, edidisse fateor, ac testor. Valete & me vobis esse deditum obstrictumque scitote.

LE-

LECTORI BENEVOLO BENE AGERE.

HI Omnes Pontifices [illegible] Sacris Religiosorum Ordinibus, & Sodalitatibus, quam pluribus Priuilegijs & immunitatibus, tam in dictarum Religionum nascentium exordio, quam etiam deinceps successiuis temporibus decorarunt, & communicarunt. Sed quoniam Locorum Ordinarij contra præfatos Regulares de iure communi fundatam intentionem habent ita ut exempti etiam ab eis requisiti sua Priuilegia de quibus controuersia fuerit, ad legendum integraliter ad ipsorum exemptorum Regularium intentionem fundandam, tam in agendo quàm in defendendo, ostendere seu transumpta tradere (prout sacra iura disponunt) teneantur. Ideo [illegible] Priuilegijs, eisdem Ordinibus a præfatis Summis Pontificibus concessis, & quæ ad manus deuenere ex illisque magis necessaria, & [illegible] Regularium [illegible] conseruanda & [illegible] contra personas extra ordinem dumtaxat concessa, una [illegible] Apostolicis Constitutionibus [illegible], & [illegible] transumptis extra illa & exemplaria in prima & secunda parte huius præsentis Collectionis suo ordine impressa sunt, ut Regulares ipsi quando eis opus fuerit, in Iudicio, & extra, illa ostendere, & exhibere, eisq; frui, & uti commode possint, & valeant.

SVMMORVM
PONTIFICVM
NOMINA

A quibus Priuilegia infrascripta iuxta illorum seriem emanarunt.

Gregorius	10.	Sixtus	4.
Innocentius	4.	Innocentius	8.
Alexander	4.	Alexander	6.
Vrbanus	4.	Iulius	2.
Clemens	4.	Leo	10.
Honorius	4.	Clemens	7.
Bonifacius	8.	Paulus	3.
Ioannes	22.	Iulius	3.
Gregorius	11.	Paulus	4.
Bonifacius	9.	Pius	4.
Innocentius	7.	Pius	5.
Martinus	5.	Gregorius	13.
Eugenius	4.	Sixtus	5.
Nicolaus	5.	Gregorius	14.
Pius	2.	Clemens	8.
Paulus	2.		

COLLECTIO PRIVILEGIORVM

SANCTORVM ORDINVM MENDICANTIVM, ET NON MENDICANTIVM;

REVERENDI ADMODVM VIRI D. IOAN. BAPTISTAE CONFETTII FLORENTINI,

Protonotarij Apostolici, Sacræ Theologiæ, & Iuris Canonici Doct.

GREGORIVS NONVS

Romanus

Innocentij Tertij nepos ad Apicem Apostolatus assumptus est, & Coronatus [illegible]. Kal Aprilis 1227. in S[illegible] solemniter ad [illegible] primos Ordinis Minorum & Prædicatorum Patriarchas, & institutores S. Franciscum & Dominicum, necnon B. Antonium de Padua primi Ordinis, & B. Elizabeth tertij Ordinis eiusdem S. Francisci, illorumq; festiuitates in Ecclesia ab vniuersis Christi fidelibus celebrari mandauit.

I.

Bulla Canonizationis Beati Francisci.



REGORIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Archidiaconis, Decanis, & alijs Ecclesiarum Prælatis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sicut phialæ aureæ, quas vidit Ioannes plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, in conspectu altissimi, ad abolendam nostrorum criminum corruptelam, odorem suauitatis emittunt; ita saluti nostræ credimus plurimum expedire, si eorum in terris celebrem habeamus memoriam, ipsorum merita solemnibus recolentes præconijs, quorum in cœlis speramus intercessionibus assiduis adiuuari. Sanè [illegible] de conuersatione, vita, & meritis Beati Francisci institutoris, & Rectoris ordinis Fratrum Minorum, qui iuxta consilium Saluatoris contemptis transitorijs, secundum promissionem eiusdem, ad cœlestia præmia feliciter, & æterna peruenit: cuius vita, & fama præclara, peccatorum depulsa caligine, ambulantium in regione vmbræ mortis, tam virorum, quam mulierum ad fidem Ecclesiæ roborandam, & confutandam hæreticam prauitatem. viuit & adhuc viget non modica multitudo, tam per nos, quàm per multos alios fide dignos, qui miracula, quæ Deus per illius sancti merita operatur, plenius cognouerunt, certiores effecti: auditis [illegible] iam virtutibus, & miraculorum insignibus [illegible] quod inter carnales, spiritualiter, & inter [illegible] conuersationem angelicam habuisset, [illegible] sum, quorum Christo corporaliter [illegible] cœlestibus; & ne ipsius honori [illegible], & gloriæ detrahere videremur [illegible] modo, [illegible] glorificatum à Domino permitteremus [illegible] humana deuotione priuari, de fratrum nostrorum consilio, & prælatorum omnium, qui tunc temporis apud Sedem Apostolicam consistebant, Sanctorum Catalogo duximus adscribendum. Cùm igitur [illegible] lucerna sic exaltata sit, hactenus in hoc mundo, quod [illegible] Dei gratiam iam non sub modio, sed super candelabrum meruit collocari, vniuersitatem vestram [illegible] monemus, & hortamur, per Apostolica [illegible] præmandantes, quatenus deuotionem fidelium ad venerationem ipsius salubriter excitantes, festiuitatem eius quarto Nonas Octobris, annis singulis solemniter celebrantes, & pro-

 aunciu-

nuncietis constituto die similiter celebrandam, vt eius precibus Dominus exoratus, suam nobis tribuat gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Dat. nono Kal. Martij, Pontificatus nostri anno 2.

I I.

Bulla Canonizationis Beati Dominici.

GREGORIVS Episcopus Seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filijs, Abbatibus, & Prioribus, Archidiaconis, Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad quos literæ istæ peruenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Fons sapientiæ Verbū Patris, Dominus noster Iesus Christus, cuius natura bonitas, opus misericordia, redimens & renouans quæ creauit, qui vineam, quam de Aegypto transtulit, vsque ad consummationē sæculi non relinquit, sæpēter signa propter instabiles mentes innouat, & mirabilia contra diffidentiam incredulitatis immutat, dum in Ecclesiæ nascentis exordio, post obitū Moysi, videlicet finē Legis, ascensurus equos in Euangeliorū quadrigis, quæ verè sunt sanitas, arcum sacri eloquij, quē donec Iudæus infirmetur, intenderat, & Iuramentis, quæ in patribus nostris disposuerat suscitatis confidentiam Hyerico, gloriam mundi, quem prædicationis fremitu obstupefactis gentibus vicerat, calcaturus, viam equis suis in maceria faceret, in Raab, salutem latitudinis gentium, signo coccineo figurare. In prima quadrigatum quattuor egredientium in Zacharia de medio duorum montium æreorum, protulit equos rufos populorū principes fortes terræ, qui per obedientiam fidei, Deo Abraham patris credentium in fundamentum noui fœderis adhærentes, ad Ducis instar tinctis de Bosra (id est tribulationis angustia) vestibus, cuncta sua signa militiæ rubricarunt, vt pro futuræ gloriæ gaudio, præsentem gladium non timentes effecti martyres (id est testes) nouæ legis libro, cōfessionis voce subscriberent forinsecus miraculorum signis, ad stipulationum robur appositis, librū, & tabernaculum, quod Deus & non homo fixit, ac Euangelij vasa ministeria, non brutorum, sed rationabilium hostiarū sanguine tingeret, & in vniuersam spatiosi maris faciē sagena prædicationis expansa multiplicatam super numerum, de cūctis, quæ sub cælo sunt, nationibus, Ecclesiam congregarent. Sed quia præsumptio multitudinem, & malitia subsequuta est libertatem, in quadriga secunda, sub colore qui lugentibus, & pœnitentibus congruit, equestrem cuneum deputauit, qui ad claustrale desertum ductus per spiritum, sub noui Israelis auriga Sanctissimo Benedicto, velut sub altero Helisæo filij prophetarum communis vitæ bonum, occasione multitudinis perditū in iucundæ cohabitationis grata societate restituit, & sic vnitatis scissum rete restituens, ac per opera pietatis, ad terram Aquilonis (vnde omne malum panditur) proficiscens, cum se in ingressu Thesauros, vlui, & contritis corde quiescere, qui dedignantur in corpore peccatis subdito habitare. Post quos quasi lapsum renouaturus exercitum, & redditurus iubilū post lamentum, applicuit ad quadrigam tertiam equis albis, fratrib. Cisterciens. ordinis, & florentes velut tonsarū greges, geminæ caritatis fœtib. vberes, de pœnitentiæ lauacro fecit ascēdere, S. Bernardo ariete ouium, in virtute Spiritus, qui ex alto indutus exstitit, & in abundantia frumēti vallium præeunte, vt trāseuntes liberati per eum, in fortitudine clamēt ad Dominum, dicant hymnum, & ponant Castra Dei exercituum super mare. Nouo igitur Israele his tribus agminibus, turmis totidem, quos Philisthini fecerant, occurrēte, hora vndecima, cum dies iam declinaret ad Vesperā, propter iniquitatis abundantiam caritate plurimū frigescente, vergeret iustitiæ radius ad occasum, quia Vineam, ad quā paterfamilias operarios diuersis temporibus, denario conductos conuentione præmiserat, & quā sua dextera plantarat, non solum vitiorū vepres, & spinæ peruaserant, sed iam propemodū vulpeculæ demolientes, conuertere in alienæ vitis amaritudinē, intendebant, aduersus infestissimam multitudinem, militiam adunare voluit promptiorem. Et sicut in præsentiarum cernimus, post trium signis differentium, tyrocinia quadrigarum, in quadriga quarta, equos varios, & robustos, Prædicatorum, & Minorum Fratrum agmina, cum electis Ducibus, simul in prœlium directurus, spiritum Sancti Dominici suscitauit, & ei velut equo, suæ gloriæ præbens fidei fortitudinem, & feruorem, diuinæ prædicationis hinnitum circumdedit collo eius. Qui gerens a pueritia cor senile, ac in mortificatione carnis eligēs viuere, vitæ requisiuit auctorem, & Deo deditus, ac in Nazaræum sub Beati August. Regula consecratus sedulū circa sancta, Samuelis imitatus obsequiū, in castigatione, desiderij pijssimum Danielis continuans affectum, iustitiæ semitas, & sanctorum vias, strenuus athleta custodiens, & vel ad momentum de tabernaculo Domini

mini, de militantis Ecclesiæ magisterio, ac ministerio, non discedens, carnem suam vitijs & sensualitatem subijciens rationi, & factus vnus cum Deo spiritus, totus in eum per excessum mentis pergere studuit, & sobriæ compassionis studijs, à caritate proximi non recessit, quo sagittante delicias carnium, & fulgurante mentes lapideas impiorum, omnis Hæreticorum secta contremuit, omnis Ecclesia fidelium exultauit. Ac crescente creuit & gratia. Quando quidem inexplicabile gaudium de zelo concipiens animarum, ad dona Dei dedit animum, & per Euangelium Christi multos generans, in conuersione iam stellæ multitudinis, Euangelicæ dignitatis officium profitentis, nomen, & opus in certa meruit obtinere maiorum, pastor, & dux inclitus in populo Dei factus nouum Prædicatorum Ordinem instituit meritis, ordinauit exemplis, nec miraculis confirmare desijt euidentibus, & probatis. Nam inter opera sanctitatis, & signa virtutis quibus in carne positus claruit diuersorum curatis languoribus, loquelam mutis, visum cæcis, surdis auditum, gressum paralyticis, & sanitate pristina multarum generibus inualitudinum restitutis, aperte patuit, qualis spiritus in eiusdem sanctissimi gleba corporis habitauit. Cum igitur ex multa familiaritate, quam nobiscum in minori constitutis officio habuit, argumenta sanctitatis eius, ex insigni vitæ testimonio constitisset, esse que postmodum de miraculorum veritate dictorum facta nobis per testes idoneos plena fides. Nos cum commisso nobis grege Domini confidentes eius posse suffragijs per Dei misericordiam adiuuari, vt cuius in terris solatium gratiosæ familiaritatis habere meruimus, eius in Cælis potenti patrocinio gaudeamus ipsum de fratrum nostrorum consilio tenium Prælatorum, Catalogo Sanctorum adscribi decreuimus, statuentes firmiter, ac Vniuersitati vestræ præsentibus iniungentes, vt Nonis Augusti ante diem quo posita carnis sarcina, diues meritis, penetrauit in sancta, similis Sanctorum factus in gloria, eius natalitia celebretis, & faciatis solemniter celebrari, quatenus eius precibus Deus, quem viuens coluit, exoratus, gratiam in præsenti sæculo, & gloriam nobis tribuat in futuro. Nos vero tanti Confessoris venerabilem sepulturam, quę miraculorum fulgoribus generalem illustrat Ecclesiam, cupientes dignis Christianæ deuotionis honoribus frequentari, vere pænitentibus, & confessis illam in festiuitate præfata, annis singulis, cum deuotione, ac reuerentia debita visitantibus, de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, annum vnum de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Romæ 3. idus Iulij, Pontificatus nostri Anno 8.

III.

Commendat Fratres Prædicatores Ecclesiarum Prælatis, quibus committitur, vt quæstuantes nomine Ordinis capiant, & puniant.

GREGORIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad quos literæ istæ peruenerint, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Quoniam abundauit iniquitas, & refriguit caritas plurimorum, ecce ordinem dilectorum filiorum Fratrum Prædicatorum Dominus suscitauit: Qui non quæ sua, sed quæ sunt Christi quærentes, tam contra profligandas hæreses, quam contra pestes alias mortiferas extirpandas, se dedicarunt, euangelizationis verbi Dei, in abiectione voluntariæ paupertatis. Nos igitur eorum sanctum propositum, & necessarium ministerium, fauore beneuolo prosequentes, vniuersitati vestræ, ipsos affectuose duximus commendandos. Caritatem vestram rogantes, & exorantes in Domino, ac per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus dilectos filios, Fratres Ordinis memorati, pro reuerentia diuina, ad officium prædicandi, ad quod deputati sunt, recipiatis benigne, ac populos vobis commissos, vt ex ore ipsorum verbi Dei semen deuote suscipiant, & confiteantur eisdem (cum ipsis auctoritate nostra liceat Confessiones audire, ac pœnitentias iniungere) sedulo admonentes, pro nostra, & Apostolicæ sedis reuerentia, in suis eis necessitatibus liberaliter assistatis: quatenus ad prædicta suscipienda, vestris exhortationibus, populi præparati, tanquam à bono, ac fructifera terra, pro vitiorum tribulis, incipiat segetem germinare virtutum, & dicti Fratres, per cooperationem vestram suscepti ministerij cursum felicius consummando, optatum reportent sui fauoris fructum, & finem, salutem videlicet animarum. Quia vero sæpe vitia sub specie virtutum occulte subintrant, & Angelus Satanæ in Angelum lucis se plerumque simulate transformat: præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus, si qui de prædictorum Fratrum ordine se dicentes, in partibus vestris prædicauerint, ad quæstum se pecuniarum conuertendo, per quos Religionem eorum qui paupertatem professi sunt

contigerit infamari, hos tamquam falsarios capiatis, & condemnetis eosdem. Datum Lateran. 6. Idus Maij, Pontificatus nostri anno I.

IIII.

Fratres Minores eisdem Prelatis similiter commendat.

GRegorius Episcopus, &c. Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prælatis.

Cu[illegible] qui re[illegible] [illegible] nomine Prophetæ mercede[illegible] [illegible] opere mereatur; dilectos filios Fratres Minores, qui more Apostolorum iterando semina verbi Dei, diuersas circumeunt regiones, eò deuotioni vestræ fiducialius commendamus, quò salutem fidelium propensius affectantes, ardenter cupimus, vt vobis apud Deum exinde augeatur cumulus meritorum. Quocirca vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attentè, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus dictos Fratres, ad vos accedentes, vt circa lucrum animarum, & euangelizationem verbi Dei, suum ministerium exequantur, habeatis eius intuitu commendatos, cuius ijdem obsequijs sunt ascripti, benignè, ac charitatiuè recipiatis eosdem, vtpote Catholicos, & fideles, eisque fauorabiles, ac propitij in suis necessitatibus existatis, credendo firmiter, & certam de ipsis habendo fiduciam, quòd eum spiritu viuant, spiritu & ambulent, se operarios in vinea Domini debeant inconfusibiles exhibere. Datum 2. Idus Iunij, Pontificatus nostri anno VIII.

V.

Declarat casus, in quibus licitum est Fratribus Minorum ingredi Monasteria Sanctæ Claræ Monialium.

Similem declarationem fecit Gregorius XIII. quam habes infra Const 3.

GRegorius Episcopus seruus Seruorum Dei, dilectis in Christo filiabus vniuersis Abbatissis, & Monialibus inclusis Monasteriorum ordinis Sancti Damiani, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vestris pijs supplicationibus inclinati, Fratribus Minoribus, qui Monasteriorum vestrorum obsequijs deputantur, vt pro exercendo monasteriorum ipsorum opere, vel illis conseruandis ab incendio, seu latronibus defendendis, aut frater presbyter cum fratrum ipsorum Clerico, maturo moribus, & ætate, pro audiendis confessionibus vestris, & Extrema vnctione, & alijs Sacramentis Ecclesiæ fi[illegible] exhibendis vobis infirmitate cogente, nec sepeliendis corporibus decedentium sororum, Monasteria ipsa secundum formam, quæ in Regula vestra noscitur contineri, ingredi valeant, liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Dat Laterani, 6 Nonas Iulij, Pontificatus nostri anno 15.

INNOCENTIVS QVARTVS
Genuensis

Creatus Pontifex anno Domini 1142 vixit in Pontificatu annos 12. & Beatum Petrum Martyrem, Ordinum prædicatorum, Sanctorum Martyrum Catalogo asscribendum mandauit.

I.

Prædicatorum Fratribus ad Partes Orientales, & terras infidelium ad prædicandum Iesu Christi Euangelium proficiscentibus multa priuilegia concedit.

Similem concessionem fecit Sixtus Quartus eisdem Fratribus, quam habes infra, Constit. 4.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus de Ordine Prædic. in terras Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorũ, Cumanorum, Aethiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zicorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mosselitarum, Tartarorum, Hungarorum maioris Hungariæ, Christianorum captiuorum apud Tartaros, aliarumque infidelium nationum Orientis, seu quarumcumque aliarum partium proficiscentibus, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum hora vndecima sit diei, hominibus vt exeant ad opus, vsque ad mundi vesperam deputata, & illud Apocalypsis eulogium cum credatur cum matris Ecclesiæ consolatione complendum, videlicet oportere viros spirituales vitæ munditiam, & intelligentiæ gratiam cum Ioanne sortitos, populis, & gentibus, linguis, regibusque multis denuò prophetare, quia non sequetur reliquiarum Israel per Isaiam prophetam saluatio, nisi (iuxta Paulum Apostolum) prius introeat

introeat gentium plenitudo Nos licet immeriti, super Apostolicæ Sedis specula constituti, fideliter, ac prudenter dispensandis Domini ministeriis, & operibus eius ad uniuersos intendimus. Sic urgentes plenitudine temporis, post pastorum studia, in vineam Domini Sabaoth nouos, & pene nouissimos, qui sapientiam longum dimicere per otium, operarios mittere procuramus. Vos igitur, quos iuxta professæ Religionis officium zelus comedit animarum, & in quadriga quarta, quam variis charismatum donis, & fidei fortitudine stabilitis, vbique discurrere, ac vexillum Regis gloriæ procul leuare gestitis, ad Gentes quæ Iesum Christum Dominum non cognoscunt, & ad subtractos filios, qui Sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ non obediunt, destinamus, vobis in remissionem peccatorum omnium iniungentes, quatenus seminaturi super aquas multas, in illo tantum, qui mundum dixit se vicisse confisi, ad illuminationem cæteræ multitudinis, & exterminium hæreticæ falsitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos, in luce sermonis, & certitudine operis, propositum vobis iter, sine quorumlibet offensione curratis. Vt autem ministerium vestrû honore uberius, & honorabilius impleatur, præsentium vobis auctoritate concedimus, vt in terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ magisterio non intenduntur, proponere verbum Dei, & constitutis ibidem (non obstante si aliqui sunt excommunicatione ligati) in verbis, officio, & cibo, ac in aliis licitè communicare. & ipsos, seu alios, conuerti ad vnitatem Christianæ fidei cupientes, recipere, baptizare, & aggregare Ecclesiæ filiis valeatis. & presbyteri ex vobis, ipsos aggregatos possint insignire charactere Clericali, & ipsos ad Acolytatus ordinem promouere. Liceat etiam vobis, ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedi Apostolicæ, qui sunt excommunicatione ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & super eo dispensare cum ipsis, qui Sacros receperunt ordines, & diuina celebrarunt officia, sint ligati, hoc ipsum vobis sit licitum, citra illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel superiori præter missis inferioribus conferre, seu recipere ordines præsumpserunt, (si tamen in hoc seruata talis forma extiterit, per quam ordines recepissent,) vobis præterea dispensare liceat, vt illi ex nationibus vestræ prædicationi commissis, qui post susceptionem Sacrorum ordinum, vel in gradibus, & casibus a Diuina minimè Lege prohibitis, matrimonia contraxerint, remaneant in eisdem, & hi, qui ad Ecclesiam Catholicæ redeunt vnitatem, vt inter suos habitent, eisque communicent, Nec non, quod Clericis alicuius ipsarum, publicè ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio Clericali. Sit etiam vobis licitum, omnium fidelium in terris prædictis confessiones audire, ac ipsis iniungere pœnitentias salutares, & excommunicatos à Canone, vel alio modo, iuxta formam Ecclesiæ absoluere, dummodo iniuriam, & damna passis satisfaciant competenter. Cum irregularibus autem partium earum, in casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum Clericis ipsarum partium, patientibus defectum natalium (dummodo non sint de adulterio, vel incestu, aut de Regularibus procreati) sit vobis dispensandi facultas. Quantum circa illos similiter habeatis, qui ab vnitate Ecclesiæ Catholicæ, seu Religione, vel Clericali Ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, & digne satisfacere de commissis, itaque quod ipsi Religiosi ad sua loca, sub sua disciplina Ordinis resumantur, & illos ex iam dictis, qui excommunicationis vinculo sunt adstricti, iuxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absoluere valeatis, & cum irregularibus ex eisdem (sicut est expressum superius) dispensare. Ad hæc sit vobis absoluendi facultas, occisores Clericorum, & Religiosarum personarum, in prædictis partibus constitutos; sed dandi de nouo, ibidem Ecclesias, & reconciliandi ipsas quæ fuerint aliquo profanatæ, ac de nouo fundatis, Rectores idoneos prouidendi, & illis qui de Gentibus, vel Schismaticis nouiter sunt conuersi, dandi licentiam, vt vxores suas, cum quibus in gradibus à lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere. De causis Matrimonialibus quas in partibus illis ad audientiam vestram deferri contigerit, legitimè cognoscendi, ac discordantes inter se ad inuicem, quod ad pacem, & concordiã redeant, nec non quòd inordinatè viuentes, de suis excessibus sicut iustum fuerit, satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram Ecclesiasticam vobis libera sit facultas. Insuper in locis in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus residentiam facietis, Missam, & cætera diuina celebrare officia, & in eisdem partibus Cœmeteria benedicere, ac dare Indulgentias, commutare vota, facultatem, & licentiam habeatis. Cæterum vobis concedimus, quòd a Catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis Ordines, & alia Ecclesiasti-

ca Sacramenta suscipere, & altaria portatilia, more ipsorum, à iam præfatis Episcopis benedicta, habere, & eis vti possitis, si contingat vos aliquo casu nostra altariola non habere, ac vestes Sacerdotales, altaris pallas, corporalia, per eos, qui ex vobis sunt presbyteri (cum necesse vobis fuerit) benedicere, vbi Catholicorum Episcoporum copia non habetur, necnon alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem Catholicæ fidei, ac reprobationem, & irritationem illorum, qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco, & re videbitis expedire. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apostol. eius se nouerit incursurum. Dat. Assisij 10 Kal. Aug. Pontif. nostri anno II.

ALEXANDER QVARTVS
Romanus

Ad Summum Pontificatum assumptus anno Domini 1255 in quo sedit annos septem. Beatam Claram secundi Ordinis S. Francisci professam in Sanctarum Virginum Catalogum retulit.

II.

Declarat conuentiones, & pacta in præiudicium Ordinis absque licentia Generalis, aut Prouincialis facta, irrita & inania esse.

Idem declaratum fuit per Honorium Quartum, infra, Const. 2. & per Iulium Secundum Constit. 3.

ALEXANDER Episcopus, &c. Generali Ministro Fratrum de Ord. Min. Mente sollicita debent à nobis illa corrigi, ac etiam in irritum reuocari, quæ non solum iuri contraria, sed piis locis quamplurimum sunt nociua. Sanè lecta coram nobis tua petitio continebat, quod licet Fratres Ord. tui, ex statuto, seu consuetudine ipsius Ordinis absque tuo, & tuorum Prouincialium Ministrorum assensu, nullas super his possint compositiones facere, quæ ad eumdem noscuntur Ordinem pertinere; nonnulli tamen Guardiani, Custodes, & Fratres, ipsius ordinis, pro redimendis vexationibus, quæ sibi à religiosis personis, & Clericis sæcularibus sæpe sæpius inferuntur, diuersas cum eis compositiones, & pacta obligationibus interpositis, & adiectis conditionibus super locis ad dictum ordinem pertinentibus, eorumque Cæmeterijs sine tua, & ipsorum ministrorum licentia sint inire coacti. Quare, pro parte tua humiliter petebatur à nobis, vt cù compositiones, pacta, conditiones, & obligationes huiusmodi redundent in graue detrimentum ordinis memorati, subuenire super hoc paterna diligentia curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, compositiones, conditiones, obligationes, & pacta omnia quocunque nomine censeantur, quæ super præmissis, absque tua, & dictorū Ministrorum prouincialiū licētia, & assensu, contra huiusmodi prædicti ordinis statutum, vel consuetudinem, taliter inita esse noscūtur, cum sint temeraria penitus, & indigna, præsentium authoritate irrita decernimus, & nullius existere firmitatis, ac ministros, Guardianos, custodes, & fratres eosdem, ad eorum obseruantiam non teneri. Nulli ergo, &c. Datum Anagniæ, 7. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno V.

II.

Mandat vniuersis Ecclesiarum prælatis, vt permittāt Fratribus eorum obseruantijs, Indulgentijs, ac litteris ab Apostolica Sede eis concessis liberè vti.

ALEXANDER Episcopus, &c. Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus Archipresbyteris, & alijs Ecclesiarum Prælatis. Patris æterni benignitas, pro sui nominis attollēda gloria, & fidelium procuranda salute, inter personas plurimas diuinis obsequijs deputatas, viros in Ecclesia sua sancta constituit, conuersationis, & vitæ honestate conspicuos, ac scientiæ titulis insignitos. Hi sunt dilecti Deo, & hominibus Fratres ordinis Minorum, & Prædicatorum, qui suum semper affectum ad amorem Cœlestium dirigentes, virtutem diuini nominis per orbem terrarum publicant, & Christianæ Religionis ampliando cultum, vigili attentatione desudant. Hi sunt, qui vitam, & merita Beatissimi Pauli Apostoli contemplantes gloriantur in sola Cruce Domini, spernendo mundi solatia pro delitijs paradisi. Hi sunt, qui hostes animæ, per Scutum fidei, Loricam iustitiæ, Gladiū spiritus, salutis Galeam, Hastam perseuerantiæ debellantes, obtinere satagunt, vt Catholicis vniuersis Fidei, Spei, & Charitatis augmenta proueniant, ac perfidis veritatis via pateat, & hæreticæ prauitatis insania euanescat. De tantorum siquidem meritorum prouenit claritate, quod nos, Fratres eosdem in Christo affectu sincerissi-

me diligamus, & ipsos vbique terrarum statu gaudere pacifico affectamus, pro re[illegible] gra, & nimis amara du[illegible] c[illegible]es, si quis de nume o fidelium, & potissimè p[illegible] [illegible]atorum, eos a quibus turbat iniurijs, ve[illegible] ffensis. Rogamus itaque deuotionem vestram, & per Dei misericordiam obsecramus per Apostolica scripta vobis mandantes, ac in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus illos, qui sunt ex eis in vestris Ciuitatibus, & Diœcesibus constituti, seu qui ad præsentiam vestram quandocumque peruenerint, pro Diuina, & nostra reuerentia, fauabiliter, & benignè recipere, ac eos vestræ caritatis studeatis affluentia confouere, permittendo vti libere Regularibus eorum obseruantijs, & Statutis, per Sedem Apostolicam approbatis, ac etiam Indulgentijs, & litteris, quas circumspecta pietas Sedis eiusdem olim concessisse dignoscitur, de sua gratia speciali. Cæterum prædictos Fratres, de fauoris vestri plenitudine plenius honorantes, eis liberaliter concedatis, vt quæ sunt opportuna pro animarum salute fieri, ab eis authoritate vestra liberè valeant exercere, præsertim, cum ipsi, cordi habeant, ministerium suum ita laudabiliter, & prudenter exequi, quòd exinde apud vos possint sinceram, & stabilem beneuolentiam promereri. Preces autem nostras, quas vobis ex intimo cordis affectu dirigimus, sic adimpleat vestra sinceritas, quòd proinde hoc vobis gratiosi fauoris præmia opportuno tempore compensemus. Datum Neapoli, V. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno 2.

III.

Concedit Fratribus Minoribus quod de male acquisitis, & incertis relictis, possint quæcumque sibi donantur licitè recipere.

Similem concessionem fecit Vrbanus IV. Fratribus Carmelitis.infra, Constit 10.

ALEXANDER Episcopus, &c. Generali & Prouincialibus Ministris, ac Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, salutem, &c. N[illegible] [illegible]pa prædecessor noster, & nos postmodum ad instar ipsius, dilectis filijs Magistro, & Fratribus militiæ templi Hierosolymitani, pro exoneratione debitorum, quibus teneri dicuntur, vt de vsuris, rapinis, & aliis quocumque modo illicitè acquisitis, quæ Christi fideles mandat restitui in vltima voluntate, vel dum viuunt, etiam si sospitate fruuntur, restituere sunt parati, & quibus ipsorum restitutio fieri debeat, omninò inueniri non possunt, necnon de legatis indistinctè in pios vsus relictis, non expressis locis aliquibus, vel personis, vsque ad decem millia Marcarum argenti, vbique locorum extra Regnum Alemaniæ recipere valeant, per Apostolicas sub certa forma litteras dicimur concessisse, diuersis super hoc eis exequutoribus deputatis. Verum, quia sicut intelleximus, dicti Magistri, & Fratres, super præmissis, quæ sue vobis, siue dispositioni, vel ordinationi alicuius, vel aliquorum ex vobis quomodolibet relinquuntur, seu, si exequutores decedentium de talibus eorum dispositioni relictis vobis velint aliqua erogari, vos occasione concessionis huiusmodi inquietant multipliciter, & molestant. Nos & volentes paci, & tranquillitati vestræ paterna super hoc solicitudine prouidere, vobis vniuersis, & singulis, vt per tales litteras prædictis Magistro, & Fratribus ab Apostolica Sede concessas, nullum vobis, vestroque ordini præiudicium generetur, quin eisdem litteris nequaquam obstantibus, ea, quæ de præmissis vobis, & ipsi ordini relinquuntur, & ab exequutoribus decedentium exhibentur, recipere, ac de ijs, quæ vestræ committuntur dispositioni ordinare, ac disponere liberè valeatis, authoritate præsentium indulgemus, prædictis Magistro, & Fratribus, ac etiam exequutoribus eorumdem, in virtute obedientiæ districtius inhibentes, ne vos, vel vestrum aliquos, prædictarum litterarum prætextu molestare, contra huiusmodi tenorem inquietare, seu quomodolibet perturbare præsumant. Nos enim nihilominus omnes excommunicationis, suspensionis, interdicti que sententias, quas per eosdem exequutores in vestros, vel vestrum aliquos occasione huius promulgari contigerit, decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo, &c. Datum Viterbij 17 Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno III.

VRBANVS QVARTVS

Gallus

Coronatus Pontifex, prid. Non. Septemb. 1261. Obijt Kal Octob 1264.

I.

Indulget Magistro Generali, & Prioribus Fratrum Prædicatorum, vt vota quæcumque Ordines intrantium, in obseruantias Regulares commutare valeant.

VRBANVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs, Magistro, & Prioribus,

bus, & vniuersis Fratribus Ordinis Prædicatorum, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia ex Apostolicæ cura tenemur officij, circa Religionis augmentum, attenti, & vigiles inueniri, super his digne votis vestris annuimus, in quibus honorem vestri Ordinis, & animarum salutem contineri sentimus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati, vt si aliqui votis aliquibus sunt astricti, qui in Ordine vestro habitum Religionis assumunt, vota huiusmodi, & pœnitentias eis impositas, cum professionem in Ordine ipso emittunt, dummodo vota ipsa non fuerint de transeundo ad Ordinem obseruantiæ arctioris, Magister, & Priores ipsius Ordinis, qui pro tempore fuerint, ac vices eorum gerentes, possint in obseruantias eiusdem Ordinis commutare, vobis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Viterbij, Idib. Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

II.

Statuit, quod fratres Ordinis Carmelitarum possint de vsuris, & alias malè acquisitis ac relictis incertis vsque ad centum marchas licitè recipere.

Quoad bona incerta restituenda per intrantes Religionem, vide declarationem Marci Magni, vt infra, in eius summario paragraph. 27. & in Bulla Sixti IV. Const. 1.

VRBANVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs, Priori, & Fratribus Ordinis Beatissimæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ de Monte Carmeli, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Meritis vestræ Religionis inducimur, vt vos prosequamur gratia, quæ vestris necessitatibus esse dignoscitur opportuna. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus annuentes, vt de vsuris, & rapinis, & alias malè acquisitis, si quibus harum restitutio fieri debeat, omninò inueniri, & sciri non possint, necnon de quibuscumque legatis indistinctè ad pios vsus relictis, dummodò exequutorum testamentorum ad id accedat assensus, ac redemptionis votorum, quæ fuerint auctoritate Diœcesanorum Pontificum commutata (Ierosolymitano dumtaxat voto excepto) vsque ad summam centum marcarum argenti recipere valeatis, auctoritate vobis præsentium duximus concedendum, si pro simili summa receptione aliàs non sitis à Sede Apostolica huiusmodi gratiam consequuti: Ita, quod si aliquid de ipsis centum marcis dimiseritis, vel restitueritis, aut dederitis illis, à quibus eos receperitis, huiusmodi dimissum, vel restitutum, siue datum, nihil ad liberationem proficere eorum, nec quantum ad id, habeantur aliquatenus absoluti. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Viterbij, 16 Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

CLEMENS QVARTVS

Gallus

Ad apicem Apostolatus assumptus 8 Kal Martij 1265. Obijt 3 Kal. Decembris 1268.

I.

Prohibet quibuscumque Ecclesiarum Prælatis, Regularium priuilegia clara, vel dubia interpretari.

Sed quibus concedatur illorum interpretatio, & quomodo fieri debeat, vide infra Constit. 1. Iulij II. & Gregorij XIV. Constit 3.

CLEMENS Episcopus, &c Magistro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Generali Ministro, & Fratribus Ordinis Minorum.

Ordinis vestri sacra religio, sub qua virtutum Domino in humilitate spiritus laudabiliter deseruitis, promeretur, vt nos ipsum Ordinem syncera diligentes in Domino charitate, illa vobis libenti animo concedamus, per quæ materia submota grauaminis, status vestri tranquillitas procuretur. Sanè, transmissa nobis conquestione monstrastis, quòd nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, & alij Ecclesiarum Prælati vestris libertatibus derogantes, Indulgentias, seu priuilegia vobis ab Apostolica Sede concessa, interpretari, & ad suum intellectum trahere moliuntur, quamquam intellectum ipsum verba Indulgentiarum, & Priuilegiorum huiusmodi exprimere videantur, ac vos iuxta ipsorum interpretationem Priuilegia ipsa seruare compellunt, in vestrum non modicum præiudicium, & grauamē. Quia verò super hoc Apostolicæ prouisionis remedium implorastis: nos vestris supplicationibus

bus annuentes, ne præfati Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati alij, prædicta Priuilegia, & Indulgentias, siue clara, quæ interpretatione non indigent, siue dubia contineant, de cetero interpretari præsumant auctoritate præsentium districtius inhibemus, volentes, vt cum eius sit interpretari, cuius est condere, interpretatio super huiusmodi dubijs, & obscuris, dictæ Sedis iudicio requiratur. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Viterbij, Nonis Iulij, Pontificatus nostri Anno IV.

II.

Prohibet nullum monasterium Regularium infra spatium tercentum Cannarum à Fratrum Minorum Monasterijs mensurandarum ædificari posse, seu ædificatum recipi.

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Generali, & prouincialibus Ministris, ac Vniuersis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad consequendam gloriam cælestis patriæ, sic diuina pietas humilitatem vestrã per suam gratiam creditur allexisse, quòd semper ad hoc intenti estis, & vigiles, vt illam vobis proximis per innocentis vitæ studium acquiratis. Hæc enim, & alia sancta pauperrimæ Religionis vestræ merita nos inducunt, quòd simus ex intimo cordis affectu soliciti, vt in omnibus, quæ ad Dei laudem, & tranquillum statum deuotionis vestræ cupitis, babeamus prouidentiæ studium efficacius. Sanè non sine quadam turbatione animi frequenter audiuimus, quòd inter vos, & Religiosos aliquos illa de causa æmulationis, & dissensionis materia oritetur, quia ipsi domos, & Ecclesias Regulares iuxta loca vestra non sine vestro graui præiudicio, & dispendio manifesto quandoque construere præsumebant. Cum itaque ad Apostolicæ spectet officij dignitatem, de regno militantis Ecclesiæ cuiuslibet scandali materiam abolere, nos dignè volentes, quòd huiusmodi æmulationis, & dissensionis occasio per diligentiæ nostræ studium amputetur, authoritate præsentium ordinamus, & districtè inhibemus, quòd nulli liceat amodò de Prædicatorum pœnitentiæ Iesu Christi, Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Eremitarum Sancti Augustini, Sanctæ Claræ, alijsque Ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, seu quibuscumque alijs Ordinibus aliquod Monasterium, Ecclesiam, vel Oratoriũ ædificare, seu construere, nulli quoque sæculari, vel religioso cuiuscumque professionis Ecclesiam, vel Monasterium, seu Oratorium iam ædificatum in aliquem transferre de Ordinib. memoratis, infra spatium ccc. Cannarum à vestris Ecclesijs mensurandarum per aerem, etiam vbi alias rectè mensurari loci dispositio non permittit. Præterea statuimus, vt quidquid contra huiusmodi ordinationis, & inhibitionis nostræ tenorẽ, ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur. Et ne de notitia Ordinum, & quantitate Cannarum huiusmodi aliqua possit dubitatio exoriri, illos Ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex Regula, vel Constitutionibus suis, extra septa Ecclesiarum Monasteriorũ suorum, vel officinarum eorum, & clausuram ipsorum, nullas debent possessiones habere, quod si aliquis de Ordinibus ipsis possessiones in aliquib. membris suis habere, in alijs verò non habere noscatur, eum quo ad ordinationem, inhibitionem, & statum huiusmodi, prædictis Ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus, & quamlibet Cannarum ipsarum octo palmorum longitudinem continere, non obstantib. varia locorum consuetudine siue priuilegijs, indulgentijs, seu litteris quibuscumque tam supradictis, quam mulieribus, vel eorum alicui, ab Apostolica Sede sub quacumq; forma concessis, seu etiam concedendis, quæ de præsentib. specialem, & expressam non fecerint mentionem. Nulli ergo omninò hominũ liceat hanc paginam nostræ ordinationis, inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusij, 10. Kal. Decemb. is. Pontificatus nostri anno primo.

III.

Moderatur prædicta Constitutio, & restringitur ad centum quadraginta Cannas pro Fratribus Prædicatoribus.

Ampliatur per Iulium II. pro Fratribus Minoribus de Obseruantia, ad CCC. Cannas, vt infra Constit. 2.

CLEMENS Episcopus, &c. Magistro, ac vniuersis Prioribus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Quia plerumque in futuris euentibus sic humani fallitur incertitudo iudicij, vt quod vtile con-

coniectura verisimilis, imò etiam attentata interdum confideratio pollicetur, non solùm inutile, sed damnosum reperiri contingat, nonnunquam quod consultè statuitur, postmodum consultius irritatur. Hoc quippe necessitas præsentis prouisionis euidenter ostendit. Dudum siquidem vt inter Religiosos potissime per nostræ diligentiæ studium æmulationis, & dissensionis tolleretur occasio, & caritatis integritas seruaretur, per nostras sub certa forma litteras ordinandum duximus, & districtius inhibendū, quòd nulli liceret ex tunc de Fratrum Minorū pœnitentiæ Iesu Christi, Beatę Marię de Monte Carmeli, Eremitarum Sanct. Augustini, Sāctæ Claræ, aliisque Ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, seu quibuscumque alijs ordinibus aliquod Monasterium Ecclesiam, vel Oratorium ædificare, seu construere, nulli quoque sæculari, vel Religioso cuiuscumq; professionis Ecclesiam, Monasterium siue Oratorium iam ædificatum in aliquam transferre de ordinibus memoratis infra spacium CCC. Cannarum à vestris Ecclesijs mensurandarum per aerem, etiam vbi alias recte non permitteret loci dispositionem mensura: statuentes, vt quidquid contra huiusmodi ordinationis, & inhibitionis nostræ tenorem ex tunc ædificatum existeret, dirueretur omnino. Verum, quia quod ad pacem vestram, & prædictorum ordinum prouisum fuerat, non solum vobis, sed etiam multis alijs, qui propter prædictum diffusum cannarum spacium in huiusmodi ordinatione, ac inhibitione contentum, quasi ab omnibus solennibus etiam Ciuitatibus inueniebantur exclusi, ad scandalum cessisse comperimus, diuersis propterea materijs susceptis nos super his cum fratribus nostris deliberatione præhabita huiusmodi spacium de ipsorum fratrum consilio restringentes, ipsum ad CXL. cannas duximus reducendum, omnibus alijs quæ in prædictis litteris continentur, in suo robore duraturis. Nulli ergo, &c. Datum Viterbij IV. Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno IIII.

IV.

Concedit Fratribus Minoribus Conuentualibus, posse in bonis succedere, ac si essent in sæculo, & de eis disponere.

Ampliorem concessionem fecit Sixtus IV. Fratribus Minoribus, quoad prædicta, quam habes infrà constit. V. & XV.

CLEMENS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis prædicatorum, necnon Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Obtentu diuini nominis, cuius cultui sub sacræ vestra Religionis obseruantia studeris mente deuotissima deseruire votis vestris libenter annuimus, & petitiones vestras in his, quæ digne deposcitis fauorabiliter exaudimus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Prælati, Clerici, & Laici in diuersis mundi partibus constituti, asserentes vos mundo fore mortuos: nec valentes propria possidere, vos occasione huiusmodi à quibuslibet successionibus excludere moliuntur. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, vt ne contingat vos propter huiusmodi præsumptionem talium aliquod incurrere nocumentum, congruum remedium adhibere paterna diligentia curaremus. Nos itaque vestris petitionibus benignius attendentes, auctoritate Apostolica declaramus, quòd vos in temporalibus bonis, in quibus succederetis in sæculo existentes, licitè possitis succedere, & bonorum ipsorum possessionem apprehendere, ac vendere liberè bona ipsa, eorumque precium in vtilitatem vestram conuertere, prout vobis melius videbitur expedire. Vniuersas autem interdicti, suspensionis, & excommunicationis sententias, quas contra præsentis declarationis tenorem per quemcunque fieri contigerit, decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Declarationis, ac Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, &c. Datum Perusij 2. Idus Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

V.

Concedit Prælatis Ordinis, vt cum proferentibus excommunicationis sententiam siue scriptis, si eo interim celebrauerint, possint dispensare.

CLEMENS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro & Prioribus Prouincialibus Ordinis Prædicatorum salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exigentibus vestræ deuotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, & petitiones vestras quantum cum Deo possumus, fauorabiliter exaudimus. Ex parte siquidem vestra fuit

fuit propositum coram nobis, quod contingit, interdum, quòd aliqui ex fratribus vestris, excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias, ex quadam incautela proferunt sine scriptis, & postmodum ex quadam simplicitate, plerumque diuina officia, contra constitutionem super hoc editam, celebrant infra mensem, super quo petijstis vos Apostolicæ Sedis prouidentia subueniri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, præsentium vobis auctoritate concedimus, vt singuli vestrum, in proprijs Conuentibus, & locis vobis commissis, cum fratribus constitutis ibidem, super irregularitate huiusmodi dispensetis, imposita eis super hoc pœnitentia competenti, & quod de cetero in similibus non excedant. Quod si aliqui vestrum in huiusmodi casu excesserint, confessoribus, quos pro tempore vos habere contigerit, dispensandi modo prædicto vobiscum, libera sit de nostra concessione facultas. Nulli ergo, &c. Datum Perusij, quinto Kal. Iunij, Pontific. nostri anno I.

V I.

Inhibet sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne Fratrum Ecclesijs, & locis iniuria, seu violentia damnabilis inferatur.

Quæ dicatur atrox iniuria, vel damnabilis violentia, vide infrà declarationem Ioannis X X I I. Const. II fol 19.

CLEMENS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilecti filij Magistro, Prioribus & Fratribus Ord. Prædic. salutem, & Apostolicam benedictionem.

In quibusdam locis aliquando illas prout accepimus persequutiones, & angustias sustinetis, vt vix sit vobis possibile, quòd ibidem conditioni omnium valeatis (prout cupitis) deuotum impendere famulatum. Hinc est, quòd nos vestræ prouidere quieti, ac malignorum malefitij obuiare volentes, vt nullus de cætero Ecclesias, aut loca vestra, ausu temerario præsumat infringere, aut in illis vobis etiam damnabilem exercere, auctoritate præsentium districtius inhibemus, illi verò qui diuini [illegible] postposito timore nominis, secus facere præsumpserint ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, à qua non possint absolui nisi per sedem Apostolicam, vel per conseruatores, ab ea vobis, aut eidem Ordini deputatos. Nulli ergo, &c. Datum Perusij Septimo Idus Maij, Pontificatus nostri anno I.

V I I.

Declarat priuilegia, & facultates Regularibus ab Ordinarijs concessas, eas perdurare post mortem eorumdem Ordinariorum etiam ipsis Ecclesijs vacantibus, & donec de pastore illis fuerit prouisum.

CLEMENS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exigentibus vestræ deuotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, & petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter exaudimus. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod licèt vobis a nonnullis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, audiendi confessiones subditorum suorum, necnon prædicandi, & aliqua vota in alia pietatis opera commutandi, in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus, licentia sit concessa, quia tamen ipsis prælatis decedentibus, vti licentia huiusmodi, Ecclesijs sic vacantibus dubitatis, nobis humiliter supplicastis, vt prouidere vobis super hoc paterna diligentia curaremus. Vestris igitur supplicationibus inclinati, præsentium vobis auctoritate concedimus, vt in huiusmodi casu possitis vti tamdiu liberè prædicta licentia, donec viduatis Ecclesijs prouisum fuerit de pastore. Nulli ergo. Datum Perusij, X V I I Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno I.

V I I I.

Inhibet Fratribus ad Episcopatum assumptis, ne Consecrationum munus recipiant, nisi ea omnia, quæ ab Ordine habent prius Conuentui resignent, sub pœna suspensionis, & executionis Pontificalis Ministerij.

CLEMENS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & vniuersis Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Prouidentia laudabilis, & salubris in cunctis vestris haberi debet operibus, vt exinde claritatem nominis in conspectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (sicut asseritis) contingat interdum, quòd nulli ex vobis, qui de Ordine vestro ad Archiepiscopatus, & Episcopatus, & alias prælaturas Ecclesiasticas assumuntur, non considerantes, quòd ex professione

 in ipso

in ipso emissa ordine, nihil habent proprium, quod sibi specialiter valeant retinere, libros, & alia quae apud eos huiusmodi tempore promotionis habent vsibus proprijs applicare, secumque reportare praesumant, in propriae salutis dispendium, & dicti ordinis non modicum detrimentum. Nos praesumptioni huiusmodi volentes salubriter resecari, Vniuersis Fratribus dicti Ordinis, ad huiusmodi Archiepiscopatus, Episcopatus, & Praelaturas de cetero assumendis, auctoritate praesentium districtius inhibemus, ne consecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona contingentia Ordinem memoratum, quae apud eos tempore suae promotionis habere contigerit, Prioribus, & Conuentibus, de quibus assumpti fuerunt, cum integritate resignent, nisi forsan ijdem Priores de cōsensu ipsorum Conuentuū, vsum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum. Alioquin eo ipso ab exequutione Pontificalis ministerij nouerint se suspensos, inter huiusmodi autem libros non intelligimus comprehendi quaternulos, & illas cartulas, vel membranas, in quibus dicti Fratres sibi certa notabilia cum aliquibus priuatis sermonibus collegerunt. Nulli ergò, &c. Datum Viterbij, V. Idus Iunij, Pontificatus nostri anno IV.

XI.

Concedit Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini posse eiusdem Ordinis Mantellatis, seu Pizocheris Sacramenta Eucharistiae, & extremae Vnctionis ministrare, illorumq; corpora ad proprias Ecclesias tumulanda deferre.

CLEMENS Episcopus, &c. Dilectis filijs Generali, ac alijs Prioribus, & fratribus Ordinis Sancti Augustini, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad fructus vberes, & infra.

Et vt Virgines, Viduae, Coniugatae personae, Mantellatae, seu Pizocherae dicti ordinis nuncupatae tanto feruentius iuxta earum viuendi ritum, & morem, sub cura, & secundum statuta dicti Ordinis, ac ordinata per praefatum Bonifacium IX. nuncupatum in dictis suis litteris, vt praefertur auctoritate Martini, & Eugenij praedecessorum praedictorum confirmata Diuinis studeant vacare beneplacitis, quanto maioribus priuilegijs, & fauoribus praefatae Sedis propterea se cognouerint fore refectas, motu, scientia, & auctoritate praefatis, volumus, & eisdem personis concedimus, quod omnib. & singulis priuilegijs, immunitatibus & fauoribus, gratijs, & indultis spiritualibus, & temporalib. O. dinis, & Fratribus praedictis, concessis, & cōcedendis, & quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, & gaudent, tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorū remissionem, & iniunctarum poenitentiarum relaxationem, vti, potiri, & gaudere, ac participes esse possint, & debeant, liceatque Fratribus praedictis eisdem Pizocheris, & Mantellatis personis in earum etiam domibus quoties opus fuerit, Eucharistiae, & Extremae Vnctionis Sacramenta ministrare, & dum eas decedere contigerit, illarum cadauera ad eorumdem Fratrum Ecclesias tumulanda deferre, etiam paro hialium Ecclesiarum personarum earumdem Rectorum licentia desuper minimè requisita, & contradictione qualibet non obstante. Et ne oblati eiusdem Ordinis, quorum Bonifacius VIII praedecessor praefatus in dictis suis litteris meritò consideratione habuisse videtur, eorum pu ae deuotionis ad Ordinem ipsum frustrentur effectu, omnia, & singula circa Fratres, & Sorores de poenitentia, ac Mantellatas, & Pizocheras nuncupatas, personas praedictas in praedictis, & praesentibus litteris statuta concessa, & ordinata, aut illis, & Fratrib. praedictis, in earum cōmodum, & fauorem indulto ad easdem dicto ordini nunc, & pro tempore oblatas, & commissas vtriusque sexus personas eisdem scientia, & motu, & auctoritate extendimus, & ampliamus, ac in eis locum habere debere perinde, ac si pro eisdem oblatis personis, & circa illas emanassent, decernimus, volumus, & ordinamus.

HONORIVS QVARTVS
Romanus

Creatus Pontifex 17 Kal Maij 1285 Obijt Romae 16. Kal Februarij 1287 Fratribus Carmelitanis bipartita, & multapalli indutis, cappam albam super tunica, scapulari ciceritulti coloris concessit.

I.

Indulget Fratribus, quod Diecesanis recusantibus, & vltra quattuor menses differentibus ponere primum lapidem; vel benedicere illorum Ecclesias, & Oratoria, possint pro ijs obtinendis alios Catholicos adire Episcopos.

Illud concessit, & ampliauit Fratribus Minoribus de Obseruantia Leo X. vt inf. a in sua Const. X.

HONORIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd licet vobis per specialia priuilegia Sedis Apostolicæ sit indultum, vt ad Ciuitates, vel Villas, vbi Religiosè, ac honestè commorari possitis, à populis euocati accedere, ibique pro vestris vsibus ædificia, & Ecclesias, siue Oratoria construere valeatis. Diœcesani tamen locorum, in Ecclesijs, seu Oratorijs quæ de nouo vultis construere, primarium lapidem ponere, & constructa consecrare, ac Cœmiteria vobis iuxta Ecclesias, vel oratoria prædicta benedicere denegant pro suo libito voluntatis. Aliqui verò Diœcesanorum ipsorum cum ad Ecclesias, & loca vestra pro præmissis exequendis accedunt, propter euectionum, & personarum multitudinem, quas secum ducunt, grauant vos non modicum in expensis, Quare nobis humiliter supplicastis, vt prouidere vobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, deuotioni vestræ auctoritate præsentium indulgemus, vt si Diœcesani prædicti à vobis humiliter requisiti, huiusmodi lapidem in prædictis Ecclesijs, vel Oratorijs ponere, ac Ecclesias, vel Oratoria prædicta, ac etiam Altaria vestra consecrare, & Cæmeteria benedicere denegauerint, vel id facere vltra quattuor mēses distulerint, vos per quoscumque malueritis Episcopos gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes, præmissa recipere licitè valeatis. Nulli ergò omnino hominum liceat hāc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam, septimo Kalen. Decembris, Pontificatus nostri anno I.

III.

Declarat compositiones, & Pacta inita cum quibuscumque personis in præiudicium iurium communium, & priuilegiorum Ordini concessorum, nulla, & irrita esse.

Similem declarationem habes suprà ab Alexandro Quarto f. flam. Const. 2. & infra, Iulij II Const. 4

HONORIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Ordinis Prædicatorum salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis fauor, sub qua virtutum Domino deseruitis, & fructus vberes, qui ex vestris laboribus in Ecclesia vniuersali diuina gratia cooperante proueniunt, nos inducunt, vt illa vobis fauorabiliter concedamus, per quæ ab impedimentorum obstaculis liberati, fructificare liberius in eadē Ecclesia valeatis: Sanè ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Priores, & Fratres vestri Ordinis, in receptionibus domorum, & locorum eiusdem Ordinis, cum Prælatis Rectoribus, & Clericis Ecclesiarum, in quarum Territorio domus, & loca prædicta consistunt, sine tua fili Magister, & alicuius prædecessorum tuorum, ac Generalis Capituli Ordinis prædicti licentia, & assensu, compositiones, & pacta varia, in præiudicium Indulgentiarum, ac priuilegiorum Apostolicæ Sedis eidem Ordini concessorum inire temerè præsumpserint, cum id eis nec ex administratione commiteretur, nec ex speciali esset concessione commissum, nec à te, tuisve prædecessorib. præfate Magister, vel ab eodem Capitulo fuerint compositiones, & pacta huiusmodi acceptata. Quare nobis humiliter supplicastis, vt cum ex conuentionibus & pactis eisdem præsumptis, taliter in his, quæ Ordini præfato tam ex Apostolicæ Sedis priuilegijs, ac Indulgentijs, quàm a iure communi concessa esse noscuntur, nimium derogetur, prouidere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque volentes super hoc de benignitate Apostolica prouidere, præsentium auctoritate decernimus, quòd ex compositionibus, & pactis talibus, & taliter initis, in his, quæ ipsi Ordini, vel personis, ac locis eiusdem, siue de iure communi competat, siue per priuilegia, vel indulgentias, sint concessa, eiusdem Ordinis locis, domibus, vel personis, præiudicium nullum fiat, sed compositionibus, & pactis ipsis (dummodò nec à te memorate Magister, nec à prædecessorum tuorum aliquo, vel dicto Capitulo acceptata fuerint) nequaquam obstantibus, tam ipsis Ordinis domibus, personis, & locis quam his, cum quibus eædem compositiones, & pacta sunt inita, ius pristinum absque alicuius impedimenti obice integrum

conseruetur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam, 14 Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno I.

BONIFACIVS OCTAVVS Romanus

Factus Pontifex Kal. Februarij 1295. Obijt Romæ 5 Idus Octobris 1303.

I.

Indulget Magistro Generali, & Fratribus Prædicatorum, quod in puniendis delinquentibus, non teneantur subtilitates, & apices iuris sequi, eis, qui correctis, appellationem interdicit.

BONIFACIVS Episcopus Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Magistro, Prioribus, ac Fratribus vniuersis Ordinis Prædicatorum salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad augmentum continuum Religionum, & Ordinum, quos Romana suscepit, & approbauit Ecclesia, paternis studijs intendentes, & cõsiderantes attentius, quòd nõ intermissa sedulitas disciplinæ, Religiones, & ordines supradictos, statusque Regulares salubriter dirigit, & seruat, quodque si eam perire, vel remitti contingeret, ordo quilibet collabi necessario cogeretur. Pensantes etiam, quòd si regularium personarum correctio rimas iuris, & apices sequeretur, huiusmodi rigor lentesceret, ac multiplici laxatione torperet. Nos vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apostolica indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones Fratrum eiusdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis supradicti, ad quos eadem spectare noscuntur, stimulis, & apicibus ipsis postpositis, liberè procedere valeant secundum consuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam facienda, ipsius Ordinis instituta. Nec volumus eisdem licere Fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, prouida in hoc deliberatione, ac maturitate debita obseruatis. Nulli ergò, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, 6 Idus Maij, Pontificatus nostri anno 8.

IOANNES VIGESIMVS SECVNDVS Gallus

Ad pontificatus apicem Auinioni assumptus, Nonis Septembris, 1316. Obijt ibidem Auinioni Kalen. Ianuarij 1334. Beatos, Thomam de Aquino, Ordinis Prædicatorum, 14 Kal. Augusti 323 & Ludouicum Episcopum Ordinis Minorum, Idibus Aprilis anno 1316 in Sanctorum Confessorum Catalogum adscribendos mandauit.

I.

Prohibet sub excommunicationis pœna Fratribus, ne absque licentia suorum Superiorum ad partes Infidelium se transferre audeant.

IOANNES Episcopus, Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad nostrum nuper relatione fide digna peruenit auditum, quod nonnulli Religionis gestãtes habitum, sed à veritate Religionis omnino vacui, & modestia penitus alieni, ad partes quodammodo infidelium, se transferunt, in quibus pauci fideles, tenuiter fidelium commorantur, vt ibi eum facilius decipere simplicium animos, & ipsos, & alios in errores præcipitare, seu retinere valeant, sub ouium veste, ac Religionis habitu lupinum animum occultantes: doctrinas suas reprobas, & erroneas, quibus fidelium mẽtes quantũ in eis est corrumpere satagunt, in ipsis partibus periculosè nimium spargere non omittunt, necnon os suum ponentes in cœlum, lingua eorum transeunte super terra Sanctæ Romanæ Ecclesiæ detrahere constitutionibus, & alia multa à fide deuia in suis sermonibus, & secretis collationibus euomere insanis ausibus non verentur, ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, & si talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos, imò vere ex his fore hæretici comprobantur. Nos itaque dictis obuiare periculis, paternæ diligentiæ studijs cupientes, vniuersis, & singulis Religionis cuiuscumque, scientes, super quo eorum conscientias oneramus, præsumentes contrarium quouis modo, excommunicationis subiacere volumus sententiæ, & decernimus ipso facto, à qua nullus ab alio, quàm Rom. Pon. possit, nisi dumtaxat in mortis articulo absolutionis beneficium obtinere. Ceterum, vniuersis Ecclesiarum Prælatis, in virtute Sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo,

piendo, præsentium tenore mandamus quatenus nullos Religiosos, ad partes se transferentes prædictas, nisi per patentes sui Generalis litteras de licentia speciali se illuc transferendi, sibi concessa, præsentes eisdem fecerint plenam fidem in ipsis, recipiatis, ac terris, & locis aliis ad prædicationis officium, vel diuinorum celebrationem admittant, sed ipsos potius velut apostatas capiant, seu capi faciant, eos carcerari, custodiri, donec de dicta licentia modo prædicto sibi constiterit, detinendo. Et nihilominus si quos religiosos approbare, quæ Sedes reprobauit Apostolica, vel quæ alias sciunt fidei obuia in suis prædicationibus, seu secretis collationibus dogmatizare præsumpserint, vt tales quibuscumque cessantibus priuilegiis, possint auctoritate Apostolica libere capere, & carcerati custodiæ sicut suos possunt subditos mancipare, licentiam impendere. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, vt de præmissis summarie, & de plano, ac sine strepitu, & iudicij figura, per se, vel per alium, seu alios, se solerter, & fideliter studeant informare, quousque de prædictis, seu eorum aliquo, repererint eos esse, & iuxta statuta Canonum, & aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant. Non obstant. 16. exceptione, & aliis quibuscumque Priuilegij, Indulgentiis, Gratiis, & Litteris Apostolicis eisdem Religionibus, vel Ordinibus communiter, vel diuisim, sub quacumque forma, vel expressione verborum ab eadem Sede concessis, vel in posterum concedendis, etiam si de illis plena, & expressa mentio, ac de verbo ad verbum præsentibus sit habenda, quæ quantum ad prædicta, vel aliquod eorumdem, eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostrorum inhibitionis, mandatorum, voluntatum, constitutionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis.&c. Datum Auin. 7. Idus Maij, Pontificatus nostri anno Nono.

II.

Declarat quæ sit atrox iniuria vel damnabilis violentia.

De pœnis contra iniuriant Fratribus, & eorum locis inferentes, declarationem habes suprà Const. 6. Clem IV.

PERLECTIS litteris vestris circa absolutionem excommunicatorum, vos in eis dubitare perspeximus, quæ esset modica aut leuis iniuria, circa quam sicut talis loquitur absoluendi vobis contulimus potestatem. Ad quod cum sit facti potius, quàm iuris quæstio, vobis prout possumus respondemus. illam videlicet modicam percussionem, aut impulsionem, pugni, palmæ, manus, pedis, digiti aut baculi, vel lapidis, quæ ad nocerem mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non extendi, vel effusionem sanguinis non excedit, nec tam leuissimi ictus, aut pugni percussione sanguis exiret, transire in atrocem iniuriam profitemur, vt propter hoc sit ab absolutione talium abstinendum: vt tamen non solum ipsum factum, imo etiam facti qualitas, percutiendi modus, aut iniuriandi, circa hoc diligentius attendatur, & ipsius facti circumstantia, loci videlicet, & etiam personæ, quæ sit leuis, vel modica, grauis, aut enormis iniuria manifestius cognoscatur. Loci quidem vt in theatro, vel in foro, coram Rege, Prælato, vel Iudice, in Ecclesia, coram multis in alio loco publico alicui iniuria inferatur. Personæ, veluti si Magister, vel Iudex, aut etiam Magistratus, aut Prælatus, Pater, aut Patrinus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus, ab inferiori, vel humili contra naturam iuris patiatur, per hæc quidem graues videantur iniuriæ, & quæ sint leues, aut modicæ tanquam ex opposito cognoscantur. Sanè quia negotij natura non patiatur, vt ad plenum omnia discerantur; iudicium autem talis enormis iniuriæ vestro duximus arbitrio committendum, vt potestatem vestram cum ad hec processeritis, temperetis, vt citra metas huiusmodi potius, quam vltra eas circa absolutionem talium procedatur: ne iniuriantes de vicina absolutione confisi de facili in atroces prorumpant percussiones, vel iniurias: & sententias canonis iam periculosius contemnentes, in excommunicationis sententias procliuius prolabantur. Tolerabilius est enim aliquos, qui per vos etiam possunt absolui, nobis, vel superiori absoluendi relinquere, quam contra statuta Canonum imagine quadam absolutioni, (quod non fit sine grandi periculo) quemquam relinquere innodatum: cum vmbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu, &c.

GREGO-

GREGORIVS VNDECIMVS
Gallus

Coronatus Massiliæ in Prouincia Narbonensi, 7. Idus Ianuarij 1371 Obijt Romæ 6. Kalend. Aprilis 1378.

Declarat Religiosos cuiuscumque Ordinis, etiam Sedis Apostolicæ Capellanos, eorum Superioribus subiectos esse.

Concordat Concil. Trident. Cap. 4 Prohibet S ff. 25.

GREGORIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Per Romani Pontificis prouidentiam circumspectam, sic Sedis Apostolicæ priuilegia, & indulta moderari dignoscuntur, quòd in eis materia malignandi nulli detur, ac personæ, quæ sub Religione vacare deberent studio præditæ, à bono obedientiæ, & perseuerantia diuini seruitij nullatenus trahuntur. Sanè nuper ad nostrũ relatione fide digna peruenit auditum, quòd nonnulli Religiosi etiam Mendicantes, qui in Capellanos Sedis Apostolicæ se recipi procurarunt, propterea bonum obedientiæ, & correctionem recusantes, per mundum perplurimum sine suorum superiorum licentia sæpius euagando discurrunt, & quandocumque ad Romanam Curiam accedunt, asserentes sine suorum superiorum licentia se hoc facere posse.

Nos igitur in præmissis prout debito tenemur Pastoralis officij salubriter prouidere cupientes, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, volumus, & etiam ordinamus, quòd omnes, & singuli Religiosi quorumcumque Ordinum etiam Mendicantium dictæ Sedis Capellani, qui sunt, & in antea erunt, perinde eorum superioribus, & correctoribus ipsorum in omnibus & per omnia sint subiecti, ac si prædictæ Sedis Capellani non essent. Non obstantibus exceptionibus, seu exemptionibus, & alijs quibuscumque Priuilegijs, Indulgentijs, Gratijs, literis Apostolicis, Capellanis dictæ Sedis, & aliàs communiter, vel diuisim sub quacumque forma, & expressione verborum à dicta Sede concessis, & in posterum concedendis, etiam si de illis plena, & expressa mentio de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda, quæ quo ad hoc alicui in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. Nostræ Constitutionis, voluntatis, & ordinationis infringere, &c. Datum Auinioni V Idus Nouembris, Pontificatus nostri anno III.

BONIFACIVS NONVS
Neapolitanus

Creatus pontifex Romæ III Idus Nouembris, 1389, Obijt Kal. Octobris, 1404.

I.

Nonnulla Priuilegia Fratribus Ordinis Prædicatorum concedit.

BONIFACIVS Episcopus Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sacræ Religionis, sub qua dilecti filij Thomas, Magister, ac Priores, ac Fratres Ordinis Prædicatorum, in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum exhibent altissimo famulatum, merita promerentur, vt Apostolica Sedes, ipsos, & eorum Ordinem in illis præsertim, quæ salutem animarum, ac statum quietum, & tranquillum in ipso Ordine procurare noscuntur, fauoribus benignis confoueat, & spiritualibus priuilegijs, & gratijs prosequatur. Hinc est, quòd nos ipsorum Magistri, Priorum, & Fratrum in hac parte deuotis supplicationibus inclinati, & felicis recordationis Honorij IV. Clementis IV. & Bonifacij VIII ac nonnullorum aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, vt de cetero perpetuis futuris temporibus huiusmodi Fratres vbilibet constituti, Candelas, Aquam, Sal, Palmas, & alia ornamenta in eorum Ecclesijs seruatis sollemnitatibus consuetis, benedicere, & si forsan Diœcesani locorum super hoc requisiti, infra quattuor mensium spacium id facere recusauerint, vel (quod absit) eosdẽ Fratres propterea in expensis, aut aliàs indebitè grauare præsumpserint, ex tunc prædicti Fratres eorum Ecclesias, Cæmiteria, Oratoria, Altaria, à quocumque maluerint Catholico Antistite, gratiam, & cõmunionem præfatæ Sedis habente, consecrari, & benedici, ac primum lapidem inibi poni facere, quoties fuerit oportunum, vlteriori licentia Diœcesanorum huiusmodi super his minimè requisita, quodque Magister, & Priores prædicti, aut eorum Vicarij, eorum subditos Fratres, vel Sorores, qui forsan in quoscunque Fratres dicti ordinis excommunicationis, aut alias sententias, siue pœnas, sine scriptis, aut aliàs minus ritè promulgauerint, vel manus violentas in confratres, vel alios quoscumque clericos, etiam vsque ad sanguinis effusionem, & enormem læsionem iniecerint, eosdem fratres à prædictis, & alijs excommunicationum sententijs, atque pœnis, quas propterea incurrerint

rint (dummodo læsio huiusmodi adeo enormis non existat, quod prop erea foret meritò sedes prædicta consulend) quoties expedierit absoluere & cum eis sup r tr egularitate, si quam huiusmodi sen entijs ligati celebr ndo diuina, vel immiscendo se illis, (non tamen in contemptum clauium) aut aliàs præmissorum occasione qualitercumq; contraxerint , dispensare. eosque (quo ad hoc) in statum pristinum restituere, & quod Confessor. quem dictus Magister & quilibet Priorum, & Vicariorum prædictorum pro tempore , d xerint eligendum, eosdem Magistrum, Priores, & Vicarios, si forsan præm. ssorum oc. asione, vel aliàs qualitercumque excommunicationum , aut alias sententias, & irregularitatem huiusmodi (quod absit) incurrerint, absoluere, & cum eis di pésare, & in statum pristinum (vt præfertur) restituere, Q iod r Mag ster, & Priores præfati, quæcúque Monasteria Sororũ sub cura dicti Ordinis, vel eidem Ordini commissa , & in futurum committenda corrigere possint , quæ quidem Monasteria, & Sorores sub ipsorum Magistri, & Priorum seu aliorum dicti Ordinis F atrum, quibus id commiserint eorum m gisterio, & doctrina, perpetuò mancipari, & esse, & quas per eosdem M gistrum, & Priore (prout eis cópetit) iuxta Constitutione eiusdem Ordinis volumus regulari, per se , vel alios ad hoc ido neos, tam in Capitulis, quam in membris visitare, & ea q æ ibidem corr ctionis, seu reformationis officio inuener nt indige e. corrige re. & reformare. Priorissas, superiores, & offi ia les, necnon Conuersos, & f miliares ibide n stituere, destituere, mut r , tr n ferre. & alia ibidem ordinare, & sub pœnis, d quibus eis videbitur mandare, & statuere, prout secundum Deum viderint expedire, ipsarumque Sororum confessiones diligenter audire, ei que pro commissi (si hoc humiliter peti rint) debitam absolutionem impende e, & iniungere pœnitentiam salutarem, ac illam ex Sororibus ipsis, ac etiam Fratres dicti Ordinis & alios quoscúque; qui, seu quæ, forsan p ctum de dote pro recipiendis inibi aliq ibus Sororibus fecerint, vel huiusmodi dotem dederint, vel receperint, aut se de hoc qualitercumque intromiserint, ab huiusmodi prauitatis labe, necnon excõmunicatione, & aliis sententijs, atq; pœnis, quas propterea incurrerint, vsq; ad quinquennium à data præsentium computandum, absoluere, & alia circa præmissa necessaria facere , & exercere, quoties eis videbitur expedire, quodque prædictus Magister, & alij præsidentes in dicto Ordine, ad quos id pertinuerit pro tempore , & in correctionibus Fratrum eiusdem Ordinis, iuris ordine postposito secundum consuetudines approbatas, & instituta Ordinis antedicti procedere liberè, & licitè possint, & valeant, eis auctoritate Apostolica. tenore præsentium , ex certa scientia indulgemus. Et nihilominus eisdem auctoritate & scientia perpetua, & irrefragabili constitutione constituimus , & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, quæcumque personæ cuiuscumque status, vel conditionis exstiterint, quæ Ecclesias, siue loca quęcumque dicti Ordinis violare, seu in eis violentiam damnabilem exercere præsumpserint, eo ipso excommunicationis sententia sint innodatæ, à qua nonnisi per Sedem Apostolicam, vel Conseruato es , eisdem Fratribus contra inferentes eis iniurias, vel iacturas ab eadem Sede deputatos (iniuriam passis prius debitè satisfactis) nequeant absolui, & quod nullus sæcularis, vel regularis aliquod Monasterium Sororum prædictarum (nisi inquantum earum Constitutiones & statuta id patiantur) vel de Sedis, aut Magistri prædicti licentia speciali intrare, aut aliquæ Sororum huiusmodi inde exire quoquo modo præsumant; Contrarium vero facientes , simul excommunicationis sententia, à qua præterquam per Sedẽ Apostolicam vel Magistrum memoratos, aut aliquẽ ex d. cti. Fratribus, cui Magister prædictus id commiserit, absolui non possint, volumus subiacere, & quod si quis intra clausuram alicuius Monasterij huiusmodi repertus fuerit per Superiores, seu Priores dicti Ordinis, seu de ipsorum mandato, capi, & incarcerari, & secundum eorum arbitrium, ac delicti quantitatem puniri possit, & quod quicumque habentes generalẽ licentiam a Sede prædicta, vel aliàs qualitercũque absoluendi in quibusque casibus, prætextu licentiæ huiusmodi Fratres dicti Ordinis nequaquam absoluere possint, (Legati Sedis Apostolicæ de latere missis dumtaxat exceptis) vel nisi id eis specialiter , & expressè concedatur. Et insuper statuimus, & etiam ordinamus, quòd quorumcumque Mendicantium Ordinum Fratres, huiusmodi Prædicatorum Ordinis Fratres, aut Sorores subiectas eisdem in eorum Confratres , aut Sorores etiam vigore quarumcumque litterarum Apostolicarum super hoc hactenus forsan concessarum , vel in posterum concedendarum , etiam quò ad parem , vel arctiorem possint transire Ordinem

contingentium, nisi in eisdem Ordinibus, à quibus recedunt, & ad quos transferendi se licentiam obtinuerint, nec non de præsentibus, & eorum toto tenore specialis, & expressa mentio habeatur, non possint recipere: Quodque nullus ex Fratribus, aut Sororibus prædictis, aliquem, aut aliquam ex Fratribus, aut Sororibus huiusmodi, eorum quocumque Iudice qui non sit de dicto Ordine, ex quacumque causa conuenire, seu facere conueniri, nec à correctione quacumque, seu alias ab aliquo Prælato, seu Fratre dicti Ordinis quauis occasione appellare, aut contra eos querelam proponere, nisi prius coram Prouinciali seu Conuentuali Priore, seu prædicto Magistro, & successiuè in Generali Capitulo dicti Ordinis, causam, & querelam suam proposuerit, verbo, vel scriptis, quodque Ordinis prædicti contra Ordinis Minorum, nec eiusdem Ordinis Minorum Fratres Inquisitores hæreticæ prauitatis pro tempore existentes; contra huiusmodi Ordinis Prædicatorum Fratres aut e à dicti Ordinis prædicatorum Fratres Inquisitores, sine licentia prædicti Magistri, aut Priorum Prouincialium contra ipsorum Confratres eiusdem Ordinis inquirere nequaquam possint, aut debeant, sed si quid Prædicatorum contra Prædicatorum Fratres, seu Minorum contra Minores Fratres Inquisitores huiusmodi contra Prædicatorum Ordinis Fratres prædictos de ... huiusmodi prælen- ... prædictam, vel præfatorum Fratrum superiores deferre teneantur, & quod nulli de Ordine Mendicantium iuxta Ecclesias, vel Oratoria dictorum Fratrum Prędicatorum, vbicumque constituta, Ecclesias, vel Oratoria alia infra ... & quadraginta cannarum spacium construere, seu construi facere, aut constructa recipere possint, aut debeant, seu quoquomodo præsumant, omnibus & singulis supradictis & alijs quibuscumque, quorum interest, vel intererit quomodolibet in futurum auctoritate Apostolica præfata districtius inhibentes, ne contra statuta, & ordinationes, ac tenorem præsentium venire, aut quidquam attentare, seu innouare quoquomodo præsumant, decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, Priuilegijs, Gratijs, Indulgentijs, necnon Statutis, & Consuetudinibus Ordinum prædictorum contrarijs, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiam si de illis, & totis eorum tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, esset in præsentibus mentio facienda, & alijs contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino, &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, V. Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno XVI.

II.

STATVIT QVOD GENERALIS possit Procuratorem Ordinis in Romana Curia instituere, & destituere, eiusq; officium declarat.

BONIFACIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilecto filio Thomæ Magistro Ordinis Fratrum Prædicatorum salutem, & Apostolicam benedictionem.

Personam tuam nobis, & Apostolicæ Sedi deuotam ac Religionis zelo conspicuam, tuis exigentibus meritis paterna beneuolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus quæ ad statum prosperum, & tranquillum Fratrum Ordinis Prædicatorum tendere dignoscuntur. Hinc est, quod nos tuis deuotis in hac parte supplicationibus inclinati, tecu, & successores tui Magistri dicti Ordinis qui fuerint pro tempore, aliquem ex fratribus huiusmodi ad hoc idoneum in dicti Ordinis Procuratorem deputare, & instituere, & institutum ab ipso officio amouere, & alium loco eius ponere, semel, & pluries, & toties, quoties tibi, & successoribus tuis videbitur, & placebit, qui ipso facto omnium Prouinciarum, Conuentuum, Monasteriorum, Hospitalium, & locorum ipsorum Ordinis, & personarum eorumdem, ac aliorum prædictorum, & ipsi Ordini subiectorum, censeatur, & sit verus procurator, cuiusq; procurationis officium, vacante Magisterio ipsius Ordinis, nullatenus exspiret, donec super hoc per Magistrum proximè succedentem aliter ordinetur: Dictusq; procurator possit, & valeat causas quascumque tam ciuiles, quam criminales, Ecclesiasticas, siue mundanas, quas voluerit assumere prædicto ordine, locis, & ipsorum locorum Conuentibus, & officialibus ac personis prædictis, & ipsorum quolibet, ac etiam eorum nomine, & pro eis tam coniunctim, quàm diuisim, per se, vel alium, seu alios tam in Romana Curia, quã extra, cõtra quascuq; personas, Collegia, & vniuersitates, mouere, prosequi, defendere, & agere, & appellare in iudicio, & extra, tam in prima, quam in secunda, & tertia instan-

tijs,

... etiā in his, in quibus requiritur specialem mā datum toties quoties fuerit , & quandocumque sibi videbitur, & prout secundum potestatem per te, vel successores tuos huiusmodi sibi traditam, vel tradendam, pro tempore ac tibi ab ordine, & tuis, officialibus, & personis prædictis, sibi datæ esset omnimoda potestas, cum pleno, libero, & generali, & speciali mandato ad causas antedictas, tibi, & successoribus tuis Magistris huiusmodi, de Apostolicæ potestatis plenitudine & ex certa scientia,tenore præsentium indulgemus. Constitutionibus Apostolicis,nec non Statutis,Consuetudinibus Ordinis, Prouinciarum, & Locorum prædictorum contrarijs iuramentis, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nulli ergò, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, V. Kal. Maij, Pontificatus nostri anno XIII.

III.

Concedit Generali, & Prioribus Prouincialibus Ordinis Eremitarum S. Augustini, posse Mantellatas, seu Pizocheras ad instar Mantellatarum, Ordinis Prædicatorum, & Minorum recipere.

BONIFACIVS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

In sinu Sedis Apostolicæ Sacer Ordo Fratrum Eremitarum Sancti Augustini consistens, sic splendet per incrementa virtutum: quod dignè meretur prærogatiuis attolli fauoribus, ac spiritualibus gratijs confoueri, & nos equidem ordinem ipsum libenter prosequimur prærogatiua fauoris, & augmē a suorum successibus in his præ ceteris, quæ diuini cultus augmentum, & Sacræ Religionis propagationē respiciunt, paternis affectibus promouemus. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum Prioris generalis, & Fratrum dicti Ordinis precibus annuentes, ac cupientes, vt Ordo prædictus eo proficiat felicioribus incrementis, quo maioribus fuerit gratijs à S. de Apostolica communitus, Apostolica auctoritate præsentium tenore statuimus, concedimus, volumus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, tam generali, quam cuilibet officiali Priori dicti Ordinis secundum morem, & instituta eiusdem Ordinis in quibuscumque Prouincijs constitutis, tam præsentibus, quam futuris, sit licitum, ac permissum,quascumque mulieres, si alia sint idoneæ, & aliud Canonicum non obstat, quæ habitum regularem prædicti Ordinis ad instar Mantellatarum, seu Pizocheratū Ordinum Fratrum Minorum, & Prædicatorum habere voluerint, & gestare, tam virgines, ac matronas quā viduas in Mantellatas, seu Pizocheras dicti Ordinis Eremitarum recipere, & admittere, ac earum singulis habitum regularem eiusdem Ordinis Eremitarum ad instar huiusmodi Mantellatarum, seu Pizocheratum Ordinum Fratrum Minorum, & Prædicatorum præfatorum, prout secundum Deum saluti animarum earundem salubrius visum fuerit expedire, etiam exhibere. Quæ sic recipiendæ auctoritate præfata gaudeant, & gaudere possint, & debeant, tam exemptionis priuilegio,quàm omnibus immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, ac alijs priuilegijs quibuscumque præfato Ordini Eremitarum eiusque Fratribus, ac personis per Sedem Apostolicam iam concessis,& quæ in posterum concedentur, quatenus huiusmodi exemptionis priuilegium, immunitates, libertates, indulgentiæ, ac quæcumque alia priuilegia ipsis Prioribus, & Fratribus Ordinis Eremitarum competunt, vel competere possunt, seu poterunt. Et Priores, & Fratres,ac loca ipsa, esse exempta eorumdem. Volentes insuper, & auctoritate prædicta decernentes, quod exemptionis præfatæ priuilegium, immunitates, & alia supradicta, etiam iam per ipsos, & Fratres Ordinis Eremitarum receptas, & Mantellatas, seu Pizocheras huiusmodi plenariè se extendant, ipsæque illis gaudere possint, & debeant, prout de recipiendis Mantellatis,& Pizocheratis huiusmodi est expressum. Constitutionibus Apostolicis, ac Statutis, & Consuetudinibus, tam vestri, quàm aliorum Ordinum quorumcumque, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis, Decreti, Statuti, Voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, septimo Idus Nouembris, Pontificatus nostri anno vndecimo. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos quarto Idus Iulij, Pontificatus nostri anno nono. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communionis infringere, vel ei

ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Florentiæ, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, 13. Kalen. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

IV.

Concedit omnibus virinsq. sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, visitantibus Ecclesiam Fratrum Minorum in monte Aluerniæ, in die sol. mnitatis Stigmatum B. Francisci, eamdem Indulgentiam visitantibus Ecclesiam S. Mariæ de Portiuncula Assisiæ concessam.

BONIFACIUS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Splendor paternæ gloriæ, quia sua mundum illuminat ineffabili charitate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperantium tunc præcipuè benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctarum precibus, & meritis adiuuatur. Cùm itaque, sicut accepimus, ad Ecclesiam domus Fratrum Ordinis Minorum sitam in Monte Aluernæ Aretinæ Diœcesis, in quo Dominus Noster Iesus Christus, Beatum Franciscum suis sacratissimis Stigmatibus insigniuit, tam Tusciæ, quàm etiam multarum aliarum patrium deuotionis causa maxima confluit populi multitudo. Nos cupientes, vt Ecclesia ipsa congruis honoribus frequentetur: & vt Christi fideles, eo libentius causa deuotionis confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ vberius conspexerint se refectos: de omnibus Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui dictam Ecclesiam decimaseptima die mensis septembris, in qua annis singulis huiusmodi Stigmatum sollemnitas celebratur, deuotè visitauerint, annuatim illam indulgentiam, & remissionem peccaminum concedimus, quæ visitantibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula Assisien. Diœcer. à primis vesperis primæ diei mensis Augusti, vsque ad secundas vesperas subsequentis diei annuatim, auctoritate Apostolica, vt asseritur, est concessa. Volumus autem, quod si aliàs visitantibus dictam Ecclesiam, vel ad eius conseruationem, seu fabricam manus porrigentibus adiutrice; aut alias inibi pias eleemosynas erogantibus, seu aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura, per nos concessa fuerit, præsentes literæ nullius existant roboris, vel momenti. Datum Perusij K. lend Decembris, Pontificatus nostri anno IV.

INNOCENTIUS SEPTIMUS Sulmonensis

Coronatus Romæ, 3. Nonas Nouembris, 1404. Obijt 8. Idus Nouembris 1406.

I.

Indulget Fratribus ex obedientia itinerantibus, copiam confessarij ex proprio ordine non habentibus, quod possint Regulari Sacerdoti alterius Ordinis, vel presbytero sæculari licitè sua peccata confiteri, & ab eo absolui.

Similem concessionem fecit Sixtus IV. Fratribus Minoribus quam habet infra Const. 6.

INNOCENTIUS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Magistro Generali, Prouincialibus, Prioribus Ordinis Prædicatorum, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Prouenit ex vestræ deuotionis affectu, quo nos & Romanam Ecclesiam reueremini, vt petitiones vestras (illas præsertim quæ Fratrum vestri Ordinis, animarumque salutem concernunt) & quas ex deuotionis feruore prodire conspicimus, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Sanè petitio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat, quod plerumque contingit nonnullos ex Fratribus vestri Ordinis per eorum superiores ad diuersas mundi partes negotijs pro tempore ingruentibus destinari, & huiusmodi fratres neminem interdum ex fratribus eiusdem Ordinis præsertim presbyterum penes se habere, cui sua peccata valeant confiteri: Quare nobis humiliter supplicastis, vt animarum Fratrum eorundem saluti, & eorum quieti prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Fratribus huiusmodi, quos pro tẽpore (vt præfertur) itinerare, & per eorum superiores mitti contigerit, vt si aliquem presbyterũ idoneum ex professoribus dicti Ordinis habere non possint, quemcumque alium presbyterum idoneum, & discretum, religiosum, vel sæcularem,

larem, in eorum confessorem eligere valeant, qui confessiones eorum audire, & eorum confessionibus diligenter auditis, pro commissis eis debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere liberè, & licitè possit, nisi talia fecerint, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda, auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore præsentium indulgemus. Nulli ergò, &c. Datum Viterbij. XVI. Kal. Nouembr. Pontificatus nostri anno I.

MARTINVS QVINTVS
Romanus

Creatus Pontifex Constantiæ, X. Kalen. Nouembris, 1417. Obijt Romæ X. Kalen. Martij, 1431.

I.

Statuit, quòd Mendicantes ad Monasticos Ordines (Carthusien. dumtaxat excepto) absque Sedis Apostolicæ licentia transire non possint.

MARTINVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Viam ambitiosæ cupiditatis, religiosis potissimè Mendicantibus, præcludere cupientes ad alios Ordines, præsertim Monasticos, fucatis tamen coloribus, asserentibus ob frugem melioris vitæ, ac arctioris obseruantiæ, tam Sancti Benedicti, quàm Cisterciensium Camaldulensium, Vallis vmbrosæ Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini, vel aliorum Monasticorum Ordinum conuolare nitentibus, licentiam à Sede Apostolica, seu Legatis, aut Nuncijs eiusdem Sedis, de transferendo se à Mendicantium Ordinibus ad Monasticos ordines, ea ratione præsertim (vt verisimiliter prout facti euidentia docet est præsumendum) quod libentius degant, dignitatesque, & beneficia Ecclesiastica consequi valeant, & ex certis alijs causis honestati non consonis, obtinentibus: ac valentes conseruationi Ordinum Mendicantium etiam prouidere, auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium declaramus, ac decernimus, & statuimus, quòd de cetero nullus Religiosus de Ordinibus Mendicantium quomodocumque, & cuiuscumque status, conditionis, vel religionis existat, quomodocumque, & qualitercumque possit, vel debeat, virtute cuiuscumque licentiæ, & indulti Apostolici, seu Pœnitentiariæ nostræ curam gerentis, vel alia quauis auctoritate, hactenus, etiam per Bullas Apostolicas facultatum quarumuis, tam Legatorum, & Nunciorum Sedis Apostolicæ, necnon Pœnitentiariæ huiusmodi pro tempore curam gerentis, quam aliorum quorumcumque, sub quauis potestate, aut auctoritate, maximè de transferendis Fratribus, aut aliquibus præsertim Ordinum Mendicantium professoribus, in genere, vel in specie, ab Ordinibus huiusmodi Mendicantium ad Monasticos, sub quacumque verborum conceptione appareant, admitti, vel recipi, per aliquos etiam superiores Ordinis, seu Monasterij, aut loci Monastici, seu alias in Monachum, vel in Fratrem alicuius ex Ordinibus Monasticis supradictis, vel alijs expressis, & non expressis Ordinibus (Carthusianorum duntaxat excepto) sub pœna excommunicationis: quam tam recipientes, quàm recepti ipso facto incurrant, & quam ex nunc prout ex tunc, & è contra, in quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia, & auctoritate præfatis proferimus in his scriptis & à nemine, nisi dumtaxat à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere: & nihilominus secus, vel aliter acta non teneant, & nullius existant efficaciæ, roboris, vel momenti. Decernentes etiam, & volentes, quòd si quis hactenus virtute cuiusuis licentiæ, seu indulti huiusmodi, fuisset receptus ad aliquem Monasticum Ordinem, & habitum consuetum gestari per Monachos talis Ordinis suscepisset, siue professionem emiserit, siue nõ, sub dicta pœna teneatur in Monasterio, in quo receptus fuerit etiam si beneficia Ecclesiastica, seu rectorias Ecclesiarum quorumuis obtineat, stare interius totali vocatione in huiusmodi Ordine Monastico, & alibi non deseruire. Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ, cum habitu, vel sine, quomodolibet vagando incideret, monitione præuia teneatur, & debeat infra terminum quindecim dierum à die monitionis huiusmodi computandorum, ad eius Religionem, & Ordinem, vnde cum licentia, vel sine exiuerit, redire. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum, tamquam notorius Apostata, & excommunicatus, in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & tractari, etiam per inuocationem auxilij brachij sæcularis, quoties fuerit opportunum. In futurum autem nullus ex professoribus alicuius ex Ordinibus Mendicantium huiusmodi, ad aliquem Monasticum ordinem (Carthusiensium duntaxat excepto) possit aut debeat per quemcum-

que recipi, vel admitti, virtute alicuius licentiæ; vel ndulti, a Sede eiusdem licentia speciali sub dictis pœnis, & nihilominus secus facta non teneant ipso iure huiusmodi licentij, & indultis, necnon Constitutionibus Apostolicis, & Mendicantium Ordinum prædictorum, etiamsi de his specialis, & expressa mentio, & de verbo ad verbum in litteris nostris mentio habenda foret, & aliis contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo, &c. Nostræ declarationis, decreti, statuti, prolationis infringere, &c. Si quis &c. Datum Gebennæ 4. Kal. Aug. Pontificatus nostri anno I.

EVGENIVS QVARTVS

Venetus.

Ordinis Canonicorum Regularium ad Pontificatum assumptus V. Idus Martij 1431 Obijt Romæ 7 Kal. Martij 1447 Qui Beatum Nicolaum de Tolentino, Ordinis Eremitarum S. Augustini in Sanctorum Christi Confessorum Catalogum retulit, Nonis Iunij, Anno Domini 1448.

I.

Auctoritatem Generali Ministro Ordinis Minorum tribuit, visitandi, corrigendi, gubernandi, atque regendi Monasteria Monialium Sanctæ Claræ.

EVGENIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilecto filio Generali MinistroOrdinis Minorum, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad statum singulorum fidelium præsertim religiosarum personarum salubriter dirigendum, prout ex debito pastoralis obligamur officij, intendentes, ad ea maximè, per quæ ipsarum reformatio subsequatur, libenter adhibemus solicitudinis nostræ partes. Sanè sicut ex fide dignorũ relatione percepimus, nonnulla Monasteria Monialium ordinis Sanctæ Claræ in diuersis locis consistentia, propter nonnullarum Abbatissarum, ac in eis degentium culpam Monialium, quæ plerumq; à iugo Regularis obseruantiæ deuiantes, laxioremq; quã deceat vitam ducunt, ac propter varias dissensiones, & scandala, quæ in eisdem Monasterijs quotidie oriuntur, non modica reformatione indigere noscuntur. Nos igitur in præmissis debitè prouidere cupientes, ac sperantes, quod tu propter impositũ tibi dicti Ordinis gubernãdi, & regendi onus, ad eius, & Monasteriorum prædictorum reformationem, & ad debitum statum reductionem, eo diligentius intenderes, quo maiori fueris pro nostra auctoritate munitus. Tibi omnia, & singula huiusmodi Monasteria, eorumque personas, tam in capite, quam in mẽbris, auctoritate nostra visitandi: ac ea de quibus tibi videbitur aperta Monasteria sub debita clausura ponendi necnon ipsorum Abbatissas secundum demerita earum deponendi, & alias de nouo instituendi, & destituendi, Moniales quoque cum rebus, & bonis suis de vno Monasterio ad aliud transferendi Bona insuper vnius Monasterij ad aliud applicandi; & omnia alia, & singula agendi, faciendi, & statuendi, quæ in ipsis Monasterijs secundum Deum pro earumdem, & personarum huiusmodi statu, vtilitate, reformatione, & quiete, ac diuini cultus obseruantia, de consilio tamen, & assensu discretorum correctionis, & reformationis officio noueris indigere. Contradictores etiam auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia appellatione postposita compescendi. Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, plenam, & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & potestatem. Constitutionibus Apostolicis, ac Statutis consuetis Monasteriorum, & Ordinis prædictorum confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque, seu si eisdem Abbatissis, & Monialibus à Sede Apostolica sit indultum, quòd mutari, visitari, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1432 Quarto Idus Maij, Pontificatus nostri anno I.

XI.

Hanc eamdem auctoritatem Vicario Generali, Prouincialibus eorumque Vicarijs, super eisdem Monialibus concedit.

Hoc idem decreuit Sixtus IV, infrà Const. 12.

EVGENIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Dilecto Filio Fratri Iacobo de Præmadinis, de Bononia, Ord. Minor. professori de obseruantia regulari, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ordinis tui præsertim familiarum

rum in regulari obseruantia Domino famulantium, ob quorum religionis sanctimoniam, & multiplicium virtutum dona, maxime in populo Christi no animarum fructus prodire cernuntur, curam gerentes solerter, tua libenter concedimus, per quæ earumdem familiarum, etiam vtriusque sexus augmento, conseruationique melius, ac facilius consuli intelligimus. Sane cum post concordiam inter filios Fratres, qui dicuntur Conuentuales, & vos, & alios, quibus de regulari obseruantia est appellatio, vnius eiusdemque Minorum Ordinis secus factam, nos intendentes, quòd post dilectũ filium Fratrem Ioannem de Capistrano, tui Ordinis de obseruantia in Cismontanis partibus Vicariũ, alter illius successor crearetur, eidem per litteras Apostolicas commisserimus, quod vbi, & quando sibi placeret, ante sui officij finem, Vicarios, & discretos prouinciarum sibi subiectarum pro alterius Vicarij electione, aliàs creatione capitulariter cõgregaret, & facta huiusmodi cõgregatione in Alma Vrbe, apud Aræ Cæli locum, cum tu in ea fueris Canonicè in Cismontanum Vicarium electus: nos electionem ipsam confirmauerimus, postmodumque dilectus filius Antonius de Rusconibus, Sacræ paginæ professor, Ordinis præfati Generalis Minister, te duxerint confirmandum, prout prædicta omnia cõstant per litteras Apostolicas, & prædicti Generalis, quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ad nostramque notitiam peruenerit, esse in tui Vicariatus partibus Cismõtanis nonnulla Monasteria S. Claræ, quarum familiæ in obseruantia Regulari viuentes, partim primi, partim & secundi, partim tertij Ordin. partim aliter appellatæ, sub tuo Vicariatu, & à te, tuisque successoribus regi, & gubernari intentissimis dicuntur desiderijs affectare. Nos qui certo tenemus, easdem mulierum monacharum, siue sororum familias, optimam, & saluberrimam sub vobis gubernationem, si habere continuè, habituras felicia incrementa, earumdẽ mulierum Monacharum, siue Sororum appellatarum Monasteria, & loca, & familias, vbicumque intra tui Vicariatus terminos in regulari obseruantia viuentes, tam præsentes, quàm futuras, tuo, & tuorum Vicariatus Cismontani officio successorem curæ gubernationi, atque regimini auctoritate Apostolica præsentium tenore subijcimus, ac subiectas, & suppositas esse volumus, atque decernimus: Intendentes eadem auctoritate atque volentes quod tu, & successores tui, per vos ipsos, & alios, quos duxeritis substituendos potestatem, & facultatem habeatis easdem Moniales, atq; Sorores siue primi, siue secundi siue tertij, aut alterius ordinis S. Claræ, & B. Francisci singulariter, collegialiter, & in communi viuentes, & earum Monasteria, atque loca, tam in capite, quam in membris, visitandi, corrigendi, amouendi, deponendi, transferendi, & omnia alia, & singula faciendi, quæ generalis Minister Ordinis vestri in eisdem Monasterijs, & locis, de iure, & de consuetudine posse facere consueuit. Prouinciales autem Vicarij vobis subdiri, eamdem potestatem, & facultatem habeant, quas Ministri Prouinciales etiam de iure, vel de consuetudine habere consueuerunt. Et vt supradictæ Moniales, ac Sorores melius gubernentur, volumus, quod in electione, & creatione Abbatissarum Ministrarum, & Matrum, illæ tantum ex ipsis Monialibus, & Sororibus vocem habeant, quæ per annos tres, vel circa, in earumdem Monasterijs, vel collegijs fuerint. In qua creatione, & electione maior pars vororum ad minus medietatem superans, debet conuenire. In omnibusque tertij ordinis Sororum, & Monialium Collegijs, Fratres tui Ordinis in accessu, & ingressu se habeant, sicut obseruatur in Monasterijs Sanctæ Claræ. Si autem visitatoribus eorum, & Sororibus tertij Ordinis, quæ modo viuunt collegialiter, esset concessa à Sede Apostolica aliqua facultas, & auctoritas, nos ipsas præsentium tenore auctoritate Apostolica reuocantes, volumus, quòd tu, & in tui Vicariatus officio successores huiusmodi Visitatores amouendi, & alios instituendi auctoritatem, & facultatem habeatis. Præterea, cum in Regula Beatæ Claræ iubeatur ieiunium perpetuũ, quòd nimis rigorosum tenemus, placet, & volumus, quod supradictæ, & Tertij, & aliorum ordinum Sorores, solummodo teneantur ad illa ieiunia, ad quæ vos Fratres Ordinis Minorum Regulam obseruantes obligati estis, & eosdem modos seruent in cibis quadragesimali tempore, exceptis debilibus, & infirmis. In alijs verò ieiunijs, vt sunt Quattuor Tempora, Vigiliæ Apostolorum, & & similium, seruetur consuetudo regionis, secundum quã liceat eis etiam oua, & lacticinia comedere. Cum etiam in Monasterijs Sorores, siue Monachæ incedant nudis pedibus discalciatæ, quod nimis rigorosum existimamus, placet, & volumus, quod Sorores siue Monachæ possint deferre illa, quæ nomine calciamentorũ nõ veniunt, puta zuquos ligneos, & sandalia atque etiam cum opportunum fuerit, calciamenta.

kem

Item cũ in aliquibus Monasterijs, Locis,& Cõgregationib. iniungatur silentium perpetuum, quod quidem nimis rigorosum existit, tibi, tuisq; in officio successoribus, & prouinciarum vobis subiectarum Vicarijs, cum discretorum consilio dispensandi, tam in cibis, quàm in quibuscumque alijs perpetuis, quàm in silentio supradicto, concedimus facultatem.

Insuper cum dilectus filius Frater Ioannes de Capistrano, tuus in Vicariatus officio prædecessor, declarauerit, quòd in Regula prima B. Claræ contineantur centum & tria præcepta Regularia, in quorum transgressione Moniales siue Sorores professæ peccatum mortale incurrunt, idque nimis durum, & scrupulosum iudicemus, auctoritate, & tenore præsentium declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum transgressione præter quã eorum quattuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ s. paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant. Item cum quædã prædictarum Monasteria, & Loca in mendicitate viuant, placet, & dispensamus, quod in ferculo, siue cibis, sagina, & lardo vti possint. Constitutionibus Apostolicis, & priuilegiis, immunitatibus, & gratijs, ac indultis omnibus & singulis supradictis Monasterijs, & Locis, ac eorum Capellanis per Sedem Apostolicam, & aliter quomodocumque concessis, aliisque in contrarium facientibus non obstantib. quibuscumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrę Constitutionis, decreti, intentionis, placiti, existimationis, concessionis, declarationis, voluntatis, & dispensationis infringere, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, 1456. Nonis Februarij, Pontificatus nostri anno XVI.

III.

Nonnulla priuilegia congregationi Monachorum Sanctæ Iustinæ Ordinis Sancti Benedicti concedit.

EVGENIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Etsi quaslibet personas sæculi desiderijs abdicatis, omnium conditori Domino, sub Regulari obseruantia famulantes, Apostolicis fauoribus, & præsidijs ex iniuncto nobis desuper Apostolicę seruitutis officio, conseruare tenemur, laudabilem tamen, Deoque & hominibus acceptam Congregationem Monachorum de obseruantia Sanctæ Iustinæ, Ord. S. Benedicti, nobis, & Rom. Ecclesiæ immediatè subiectam propensionibus, priuilegijs, & gratijs prosequi satagimus, & eisdem potiores curas, & sollicitudines assiduis studijs adhibemus. Sanè, cum plerumque contingat, præfatos Monachos ordinationum suscipiendarum causa, extra Monasteria vagari, atque in plurimorum tumultu cum alijs sæcularibus ordines recipere, ex quo eorum deuotio perturbatur, & quies, volumus, ac auctoritate Apostolica ex certa scientia statuimus, & decernimus, quatenus ipsius Congregationis monachi, præsentes, & futuri, omnes etiam sacros ordines, ad quos per eorum superiores præsentati fuerint, à quocumque maluerint Catholico Antistite, gratiam, & cõmunionem Apostolicæ Sedis habente, statutis à iure temporibus absq; aliquo dictorum Monachorum examine, recipere valeant, atq; huiusmodi Antistites, in dictæ Congregationis Monasterijs, & locis dumtaxat aduocare. Quibus liceat Apostolica auctoritate absque alia licentia, & contradictione Diœcesani, nulla vt præfertur examinatione præmissa, Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias, Altaria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia exercere. Nec propterea volumus, Diœcesanum Loci iuris sui præiudicium incurrere. Porrò, vt Abbatum, Priorum, Monachorum Cõuersorum, Commissorum, & Nouitiorum, præsentium, & futurorum Congregationis huiusmodi, deuotio amplius propagetur, & cotũ animarum saluti fructuosius consulatur, vt Cõfessores idonei, quos præfati Monachi de suorum voluntate superiorum, aut ii, si superiores pro libito elegerint, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam semel tantum in mortis articulo remissionem, eis, qui in synceritate fidei vnitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantiũ persistentibus, auctoritate Apostolica concedere valeant, ipsorum Monachorum deuotioni indulgemus, sic tamen, quòd ipsi Confessores, de quibus fuerit satisfactio impẽdenda, illam præfatæ Congregationis personis, prout illas contigerit, per se, vel alios, sicuti congruerit, faciendam iniungant, quam ipsæ facere iuxta earum possibilitatem teneantur. Et ne (quod absit) aliqua ex præfatis personis propterea procliuiores reddantur, ad illicita in posterum

sterum committenda, volumus, quod si ex confidentia temptationis huiusmodi aliqua forsan commiserint, quo ad illa eis prædicta remissio nullatenus suffragetur, quodque [illegible] ex præfatis Monachis, Clericis, qui [illegible] concessione absolutionis huiusmodi gaudere voluerint septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litanijs & Orationibus consuetis, Conuersi verò, & commissi, aut qui præfatos Psalmos dicere commodè non potuerint, quinquagies Pater noster, & totidem Aue Maria, singulis hebdomadis ad dicendum inchoare debeant, ac iuxta huiusmodi impositionem, legitimo cessante impedimento, per annum integrum, etiam si totidem plus minusve, ex alia quauis causa eos dixisse, aut dicere oportere contigeret, nihilominus dicere, & complere teneantur, cessante vero prædicto impedimento, quam primum commode poterunt impositionem huiusmodi reficere teneantur. Præterea, ipsis Præsidentibus, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Rectoribus, Conuersis, Commissis, & Nouitijs, qui pro tempore fuerint, indulgemus per præsentes, quod [illegible] diebus [illegible] quibus habent accessus ad Stationes Ecclesiarum in Vrbe pro Indulgentijs, si quinque Altaria sui loci, aut pauciora si tot non habuerint visitauerint, semelque Miserere mei Deus, pro singulo altari pro felici Statu S.R.E. dixerint [illegible] [illegible] genitam, qualem, & quam [illegible] dictas Ecclesias Vrbis in die Stationum visitantes consequi solent, consequantur: si vero ipsos contingat propter obedientiam, aut alias causas pro bono ipsius Congregationis, extra propria Monasteria, & vbicunque commodius potuerint, totidem Altaria in quacumque Ecclesia dicendo semel Miserere mei Deus, pro quolibet Altari, vt præmittitur, visitauerint, aut Conuersi, seu Commissi, aut alij nescientes, Miserere mei, si dicta altaria visitantes, ter Pater noster, & totidem Aue Maria, pro quolibet Altari dixerint, eandem etiam Indulgentiam consequantur. Quodque huiusmodi Congregationis Sacerdotes in itinere constituti, aut alias ad hoc causa subsistente, ante diem & vsque ad nonam conclusive celebrare valeant, tenore præsentium duximus concedendum. Præterea, si contingat, Ciuitates, Terras, vel Loca, in quibus Monasteria, siue loca dictæ Congregationis existant, Ecclesiastico esse supposita interdicto [illegible] dictæ Congregationis Prælati, Monachi, Conuersi, Commissi, Nouitij, & Capellani, necnon Laici, qui intra septa ipsorum locorum pro tempore habitauerint, a præfatæ Congregationis Monachis ad id deputatis, ianuis clausis, interdictis exclusis & submissa voce, Missas, & alia diuina officia audire, & celebrare, ac Ecclesiastica Sacramenta [illegible] ministrare, & suscipere valeant, præsentium tenore statuimus. Liceat insuper præfatis Præsidentibus, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus præfatæ Congregationis præsentibus, & futuris, personas volentes eorum Congregationi sociari, quæ Religionem, locum, & ordinem alium quemcunque etiam arctiorem ingredi vouissent, tali voto non obstante, ad probationem professionemque recipere easque auctoritate Apostolica, ab ipso voto absoluere, & cum ipsis dispensare, dummodo in tali Religione, seu Ordine de quo vouissent, professionem non emiserint. Quod si tamen ante professionem emissam ab ipsa recesserint Congregatione, huiusmodi dispensatio nullius sit roboris, vel momenti, Necnon quod præfati Præsidentes, Visitatores, Abbates, Patres, & Rectores, cum Commissis, quamdiu in Monasterijs suis, aut sub obedientia eorum vixerint, super omnibus votis (excepto dumtaxat voto Religionis) eadem auctoritate valeant dispensare. Cum vero aliquis quocumque excommunicationis vinculo innodatus, vellet congregationem ipsam Altissimo famulaturus ingredi, liceat dictæ Congregationis Prælatis, & qui loco eorum in ipsorum absentia constituuntur, ingredienti huiusmodi, iniuncta [illegible] iuxta possibilitatem restitutione, & pœnitentia salutari, tamquam vni ex Monachis præfatæ Congregationis beneficium absolutionis impendere, ac ad professionem recipere, ita tamen si in prædicta perseuerauerit congregatione vsque ad professionem inclusiuè, alias in eandem ipso facto reincidat excommunicationem. Præterea, cum sæpe contingat ob deuotionem, quam ad Monachos præfatæ Congregationis nonnullæ personæ habent singularem, ad [illegible] ipsos Monachos pro earum salute [illegible] [illegible] [illegible] deuotioni satisfacere, [illegible] liceat dictæ Congregationis Prælatis, siue Monachis deputatis a suis superioribus [illegible] huiusmodi personarum confessiones accedere illasque audire, personæ ipsæ eis confiteri possint, absque alia [illegible] superiorum licentia. Necnon eis [illegible] & satisfactione [illegible] iniuncta, quoties opus fuerit absoluere ab omnibus & singulis peccatis, præterquam Sedi Apostolicæ dumtaxat reseruatis,

necnon à quibuscunque suspensionum, excommunicationum, & interdicti sententijs, ac ijsque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, quas a iure, vel ab homine latis, satisfactione iniuncta incurrisse quomodolibet censebuntur. Insuper, & vota omnia permutare, ac in omnibus & singulis casibus, etiam ordinarijs, aut per Synodales, seu Prouinciales Constitutiones reseruatis, cum eis dispensare, praeter censuras, pœnas, vota, & casus, de quibus esset mentio Sedes Apostolicæ a cōsulenda, eisque ac omnibus qui ad præfatos Monachos ob huiusmodi deuotionem recurrerint, Eucharistiæ Sacramentum ministrare valeant, de specialis dono gratiæ in fauorem observantiæ Regularis [illegible] largimur. Planè vt huiusmodi Congregationis Monachi in vitæ honestate, & odore bonæ famæ, apud Deū, & homines conseruentur, & quia ibi cautius est agendum, vbi maius imminet periculum animarum, eadem auctoritate statuimus, quod nulli hominum liceat quascumque mulieres Laicales, seu Religiosas, cuiuscunq; ætatis, status, gradus, auctoritatis, vel cond[illegible] existat, quauis occasione ducere, siue ipsis mulieribus ingredi, seu commorari iuxta septa Monasteriorum præfatæ Congregationis. Quod si aliter scienter attentatum fuerit, tam ipsæ mulieres, quam earum d[illegible]tores, sed & ipsi receptatores, si voluntariè hoc fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, à qua dictæ Congregationis personæ absolui possint per Præsidentem, & Visitatores Congregationis huiusmodi. Quia etiam ne præfatæ Congregationis Monachi ab eorum quiete distrahi, Ro. Cur. pro obtinendis [illegible] frequentare cogantur, quod in omnibus casibus, in quibus de iure communi Præ[illegible] Monachis dictæ Congregationis auctoritas, siue licentia, seu dispensatio ordinarij esset nec[illegible] ab eodem exempti non essent, Prælatis, Ab[illegible], Prioribus, & Rectoribus hui[illegible] pro tempore fuerint, vna cum [illegible] licentia tamen, & c[illegible] [illegible] maiori par[illegible] auctoritate Apostolica, absque eo [illegible] Sedem Apostolicam habeant [illegible] licentia, [illegible] tenore p[illegible] [illegible] quod [illegible] non [illegible] Monasteria, & [illegible] Congregationis regere, & administrare, atque omnes actus in ipsis valeant exercere, & insignia d[illegible] ferre, omniaque paramenta Ecclesiastica benedicere, ac si munus huiusmodi suscepisse consequuti. Sanè, cum religionis fauore nonnulla concedantur, quæ [illegible] interdici solent, quod si qui ex Monach[illegible] Congregationis præfatæ defectum natalium patiantur, in Monasterijs alias laudabiliter conuersati fuerint, vt huiusmodi defectu non obstante, ad [illegible] ordines, ac officia, prælationes, dignitates, honores eorum Monasteriorum iuxta illorum Constitutiones liberè, & [illegible] valeant promoueri, Congregationis memoratæ tenore præsentium indulgemus. Quoque vt animarum eorum saluti prouideamus, Prælati, Monachi, & personæ dictæ Congregationis, quocumque nomine censeantur, propter participationem etiam in diuinis cum excommunicatis, suspensis, & interdictis, a iure, vel Statutis ordinariorum, nullam excommunicationis, seu censuræ, aut peccati maculam incurrant, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati. Sepulturam quoque in locis, & Monasterijs præfata Congregationis præsentibus & futuris, liberam esse volumus, & eorum deuotioni, & liberæ voluntati qui se illic sepeliri deliberauerint, (nisi forte excommunicati, seu interdicti sint, aut etiam publicè vsurarij) nullus obsistat, saluo tamen iure illarum Ecclesiarum a quibus corpora assumuntur. Adijcientes etiam, quòd si quandoque contigerit, per aliquem, aut plures actus contra huiusmodi, aut quæcumque alia decreta, priuilegia, indulta, gratias, immunitates, & ordinationes præfatæ Congregationi concessa, aut illorum aliquod, a quocunque, cuiuscunque conditionis, dignitatis, gradus, seu status existat, ex negligentia, vel ignorantia præsentium, vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut alia quauis causa propterea fuerit attentatum, vel pro tempore obseruatum, ignoranter, vel scienter, nullum tamen præiudicium, decretis, priuilegijs, indultis, gratijs, immunitatibus, & ordinationibus huiusmodi volumus generari, sed in suo vigore ac robore permanere. Non obstantibus Constitutionibus, & [illegible] & Concilijs, a fel. rec. Innocentio IV. Martino V. & alijs Summis Pontificibus prędecessoribus nostris editis Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam si de illis specialis, & expressa præsentibus mentio habenda esset, quibus omnibus ad [illegible] derogamus. Necnon Monasteriorum, Prioratum,

latum, & Ordinum præd ctorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, concessionis, statuti, adiectionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicę.1436. pridie Kal. Iulij Pontificatus nostri anno Sexto, A. de Florentia.

NICOLAVS QVINTVS Genuensis.

Pontificatum Romæ adeptus est. 3. Non. Martij 1447. Obiit Kalend. Aprilis 1455 & Beatum Bernardinum Senensem, Ordin. Minorum, inter Sanctos Confessores anno [illegible] tempore [illegible] optauit.

I.

Decernit Moniales Virgines, & Mantell tas Ordinis Carmelitarum, omnibus [illegible] quibus Moniales Ord. Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Augustini gaudent, & fruuntur.

NICOLAVS Episcopus, seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ¶ Cum nulla fidelium conuentio sub aliquo Religionis colore absque Summi Pontificis potestate fieri valeat: ne conuentus Religiosarum Virginum, Viduarum, Biguinarum, Mantellatarum, aut aliquæ particulares ex ijs sub habitu, & protectione ordinis Beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de monte Carmeli degentium, aut quæ in posterum offerentur: absque Apostolicæ auctoritatis munimine viuere videantur: harum tenore præsentium decernimus, vt Ordo præfatus, ac eiusdem ordinis Magister Generalis, & Priores Prouinciales circa præfatarum receptionem, vitæ modum, ad missionem, & professionem, illis eisdem & [illegible] priuilegijs gaudeant, quibus ordines Prædicatorum, & Eremitarum Sancti Augustini gaudent, & vtuntur. Dummodo Virgines, Viduæ, Biguinæ, Mantellatæ prædictæ continenter, & honestè viuant, [illegible] atque ac omnia alia faciant, & obseruent, quæ Virgines Viduæ, Biguinæ, & Mantellatæ Ordinum Prædicatorum continenter, & honeste viuentes secundum eorum ordinationes & statuta faciunt, & obseruant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1452. Nonis Octobris. Pontificatus nostri anno Sexto.

II.

Prohibet Ordinarijs sub excommunicationis pœna corporaliter [illegible], ne Fratres [illegible] perturbent, & molestent.

Quod [illegible] hodie præterquam in casibus per Concilium Trident. Sess. 7. cap. 14. & Sess. 25. c. 14. exp [illegible] S D N. Clementem Octauum [illegible] infra numero 1.

NICOLAVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etsi cunctorum fidelium quorum [illegible] impendimus, ex supremi Pontificatus officij cura, gerimus, statu salubriter dirigendo nostræ sollicitudinis partes libenter adhibemus, ad ordinem tamen Fratrum Minorum, eo specialius nostræ mentis oculos flectimus, quo ex illo fructus vberes in agro dominico continuo prouenire conspicimus, & vt omnium aduersantium ab eis ademptis anfractibus cum pacis delectatione, & quietis amænitate sub regulari habitu in manu [illegible] Domini valeant libentius gloriari. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti Filij Angeli de Perusio, Ministri generalis, & Fratrum dicti Ordinis petitio continebat: quod licet ipsi Fratres, [illegible] torumque domus, & loca per speciale Sedis Apostolicæ priuilegium ab omni iurisdictione, & superioritate quorumcumque Ordinariorum sint exempti pariter, & immunes, & dumtaxat Romano Pontifice, ac Sedi Apostolicæ immediaté subiecti existant, nihilominus non null'

Archiepiscopi, Episcopi, eorumque Vicarii, siue alij locorum Ordinarij in diuersis mundi partibus, & præsertim in Hispaniæ, & Legionis regnis consistentes, eosdem Fratres molestare, perturbare, inquietare, capere, carcerare, ac de eorum domibus [illegible] expellere, & detinere [illegible] muniti, in graue ipsorum Archiepiscoporum, & Episcoporum, [illegible] Ordinis [illegible] huiusmodi animarum periculum, & Sedis Apostolicæ contemptum, ac Ministri, & Ordinis [illegible] damnum, & præiudicium [illegible] plurimorum: quare, pro parte Ministri, & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc eis prouidere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur illos volentes eisdem Ministro, & Fratribus præsidio subuenire, per quod huiusmodi personarum præsumptio retundatur, & eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & officialibus, & alijs Ordinarijs antedictis præcludatur aditus similia committendi, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica præsenti irrefragabili Constitutione statuimus, & mandamus quod nulla persona, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existat, de cetero eosde Fratres molestare, perturbare, capere, carcerare, vel de eorum domibus [illegible] expellere quo quo modo præsumat, [illegible] quispiam contra hanc nostram Constitutionem temere venire præsumpserit, & ab [illegible] Fratribus [illegible] à præmissis [illegible] quoquomodo contempserit, excommunicationis pœna ipso facto incurrat. Et ne [illegible] Fratribus delinquendi facile concedatur [illegible] tas, aut occasio [illegible] Ministro Generali dicti Ordinis pro tempore existenti concedimus, quod [illegible], & singulos Fratres, siue in Monasterijs Monialium, siue in alijs Domibus, Conuentibus, Eremitorijs, & locis dicti Ordinis commorantes, [illegible] obedientia, visitatione, & correctione dicti Ministri [illegible] Sedis Apostolicæ indulto [illegible] regulæ statutorum, [illegible] formam prætendentes, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, exemptionibus, indultis, & litteris Apostolicis [illegible] Monasterijs, siue Domibus, Conuentibus, locis præfatis, & Eremitorijs, per nos, vel Sedem Apostolicam in genere, vel specie concessis, de quibus in nostris litteris haberi [illegible] mentio specialis, iuxta Constitutiones, & regularia instituta antiqua dicti Ordinis corrigere, visitare, punire, & cercitare, ac in criminibus grauioribus, si res ipsa exegerit, cum moderamine tamen, torturæ subijcere possit, & valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus, ac pariter facultatem, Constitutionibus Apostolicis, ac dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti Mandati, & Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo, decimoseptimo, Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno IIII. Marcellus L. Costians.

III.

Statuit quod monialium Abbatissæ non nisi ad triennium eligantur, illasque à maiori Monialium parte factas, Canonicè electas declarat.

De eadem materia vide infra à Gregorio XIII. Const. 6.

NICOLAVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Digna reddimur attentione solliciti, vt admittendis earum votis quæ à cœbris mundanis, ac mortalis vitæ tutoto propulsis, in illius, qui speciosus est præ filijs hominum, beneplacitis sub Regulari obseruantia [illegible] connectantur beneuolum [illegible] affectum. Hinc est, quod nos cupientes, vt vniuersa, & singula Monasteria, & loca Monialium seu Sororum Ordinis Sanctæ Claræ, siue Sancti Damiani, vel Minoritarum, [illegible] quæ sub cura, & regimine Fratrum Ordinis Minorum, Obseruantiæ nuncupatorum, [illegible] personæ, quæ in ipsis Monasterijs, & locis, quæ [illegible] acceperimus sub Regulari [illegible] dicti Ordinis Sanctæ Claræ [illegible] feruentius, & deuotius Domino [illegible] conspiciant, quo se per nos, & Sedem Apostolicam specialibus [illegible] dilectis filijs [illegible] Ministri, & Vicarij [illegible] cismontanis partibus consistentium supplicationibus inclinati, auctoritate

ctoritate Apostolica præsenti perpetua, & irrefragabili Constitutione statuimus, & ordinamus, quòd in antea perpetuis futuris temporibus, omnia, & singula Monasteria, Domus, & loca ordinis Sanctæ Claræ prædictæ per Abbatissam, seu Matres Monialium, quarum videlicet singulorum Monasteriorum, Domorum & locorum prædictorum singulorum Abbatissatu, seu Matrum Monialium electiones, si à maiore parte earum vel num. dumtaxat factæ fuerint canonicè censeantur, ad ipsorum Monasteriorum, Domorum, siue locorum Moniales, aut Sorores Ordinem ipsum professas, & quæ per triennium, vel circa, in prædictis Monasterijs moram traxerint, spectent, & pertineãt, ad prædictarum Abbatissarum, seu Matrum Monialium dignitates, vel officia huiusmodi per annum tãtum durent: temporeque illo decurso, etiam si iustas renunciationes non fecerint, vacent, ac vacare cẽseantur, regantur, & gubernentur, ac regi, & gubernari debeant: necnõ omnes, & singulæ nunc præsentes, & futuræ Abbatissæ, seu Matres Monialium Monasteriorum, Domorum, & locorũ earum præsentes, videlicet in fine anni à datis præsentium, futuræ vero, à die electionis earum computandis regimini, & administrationi Monasteriorum Domorum, & locorum suorum in Vicariorum prouincialium prouinciarum eiusdem Ordinis Fratrum Minorum de obseruantia in quibus Monasteria, & loca ipsa consistunt, vel saltem visitatorum Monasterij Domorum, seu locorum prædictorum, per eosdem Vicarios in Congregatione Fratrum deputandorum, & ad id ab eisdem Vicarijs potestatem habentium manibus, ac in præsentia Sororum, [illegible] Monialium Monasteriorum, seu locorum huiusmodi ad id specialiter vocatarum, sub excommunicationis pœna, quam secus facientes incurrant, ipso facto renunciare, & cetera Litteras quoque sigillum, & claues monasteriorum, & officiarum reslituere tenentur. & [illegible]: Quodque Moniales, [illegible] de Vicariorum [illegible] necessitate aliquam ad Religionem, vel professionem recipere, & [illegible] Vicario, seu visitatore pro [illegible] Capellanum aliquem [illegible] praesumant. [illegible] singulis mulieribus Mo[illegible] pro eis [illegible] præsentibus, & futuris, quod quoties cumque, pro parte Abbatissarum huiusmodi requisitæ fuerint, earu Monasteria cum [illegible] discretatum iuttare, nonnunquam, etiam in præcipuis solemnitatibus pro ipsarum consolatione (licentia tamen prius per eas de super à Vicario prouinciæ obtenta) cum ipsis Monialibus, vel Sororibus comedere, quodque Confessor Monialium, seu Sororum huiusmodi, vel alius Frater eiusdem Ordinis ad hoc per Vicarium prouinciæ huiusmodi pro tempore deputatus, in omnibus, & per omnia iuxta formam, & tenores priuilegiorum, ac concessionum eisdem Monialibus, vel Sororibus eis quo ad ipsarum personas desuper à Sede prædicta, seu aliàs quomodolibet concessorum, in omnibus præterquam dictæ Sedi casibus reseruatis quoties fuerit opportunum ipsarum seruientium confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis excessibus, criminibus, & delictis debitam absolutionem impendere, & iniungere pœnitentiam salutarem, necnon ipsas seruientes, si id humiliter petierint à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdictis aliisque sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quibus pro tempore innodatæ fuerint in forma Ecclesiæ consueta, iniunctis sibi pro modo culpæ pœnitentia, & alijs quæ tunc fuerint iniungenda, absoluere, ei [illegible] Eucharistiæ, seu Extremæ [illegible] Sacramenta Ecclesiastica ministrare libere, & licitè valeant Diœcesanorum, locorum, ac Rectorum Parochialium Ecclesiarum, & cuiuscumque alterius licentia super hoc [illegible], auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus fel. record. Clem. Papæ prædecessoris nostri, & quibusuis alijs Apostolicis Constitutionibus, necnon Monasteriorum, & Ordinis Sanctæ Claræ prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque & indulgentijs, ac litteris Apostolicis ipsius ordinis Sanctæ Claræ, & Monasterijs sub quacumque verborum forma in specie, seu genere per Sedem eamdem aliàs quomodolibet concessis, quibus omnibus eorum, etiã si de ipsis, illorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum præsentibus habenda foret mentio specialis, illis aliàs in suo robore permanentibus, [illegible] derogare intẽdimus, & expresse derogamus per præsentes, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo &c. nostrorũ statuti, ordinationis, cõcessionis, intẽtionis derogationis infringere, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1457. Nonis Martij. Pontificatus nostri Anno I.

PIVS SECVNDVS TVSCVS

Senensis, ex Piccolominea familia.

Coronatus Romæ 3 Non Septembris, 1458. obijt Anconæ 19 Kal Septembr. 1464. Beatam Catherinam Senensem anno 1461. 3. Kalend. Iu[illegible], æterna gloria coronis donatam declarauit, eidemque in Sanctarum Virginum Catalogum quam Romana veneratur Ecclesia redigi, & [illegible] litteras Canonizationis Sancti Vincentij a Calixto III. solemniter [illegible], confecit, cum illæ ab eodem morte præuento fieri nequiuissent.

L.

Statuit quòd Generales Ordinum Mendicantium, omnimodam habeant iurisdictionem super suos fratres cuiuscumque Vniuersitatis priuilegio gaudentes.

PIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs, Prædicatorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, atque Minorum, & aliorum Ordinum Mendicantium Generalibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. [illegible] religiosarum excessus [illegible] antiquus hostis eo solicitius [illegible] quo [illegible] vitæ meritoriæ ardentius æmul[illegible] amplius detestantes, quanta ex [illegible] scandala, in mentibus fidelium oriuntur, ad illos re[illegible] timendum, & [illegible] debita coercend[illegible] [illegible] nos decet remedium adhibe[illegible], [illegible] (sicut accepimus) directi [illegible] Prouinciales vestrorum Ordinum laudabilem consuetudinem diutius obseruatam imitantes, nonnullos ex fratribus Ordinum Prædicatorum [illegible], ad litterarum studia in locis [illegible] vigere noscuntur, causa adipiscendi [illegible] gradum destinare consueuerunt, quorum nonnulli inueniuntur, & humana fragilitate causante [illegible], a semita rationis [illegible], & vagabundi effici solent, & [illegible] mores. Quo fit, vt suaue iugum Domini contemnentes, prælatis suis obtemperare, [illegible] salutares correptiones, & disciplinam [illegible] quinimo despicere, & [illegible] contemnant, & vt id impune [illegible], Rectorum, Gubernatorum, & [illegible] studiorum siue priuilegiorum [illegible], & patrocinia, quibus se protegi & tueri valeant satagunt, exqui[illegible] modis [illegible], se ab ipsorum Ordinum supe riorum iurisdictione, Potestate, & correctione exemptos esse prætendentes, & similiter Baccalaurij, Lectores, Bibliistæ, siue alij officiales pro tempore in Domibus, & Conuentibus Ciuitatum, & locorum, in quibus studia huiusmodi vigere noscuntur deputati, cum excessus aliquos committunt, siue aliter deliquerint, vel eorum insecitia, aut impetitia exigente, ab huiusmodi eorum officijs depositi fuerint, idipsum præsumere moliantur, in graue Ordinum prædictorum præiudicium, animarum suarum periculum, Regularis disciplinæ vilipendium, & contemptum, ac scandalum plurimorum. Nos itaque attendentes, quod si ad reprimendos excessus huiusmodi, & tantum præsumptiones temerarias cohibendum, neruus publicæ disciplinæ lentescat, eorum voluntas fit procliuior ad peccandum, & impunitas [illegible] exemplum periculosius in alios deriuatur, ac volentes super his de opportuno remedio prouidere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes, & singulos vestrorum Ordinum professores, qui [illegible] habitu [illegible] assumpto, [illegible] cuiuscumque gradus [illegible] canonica monitione præmissa) [illegible] temporibus, & [illegible] a vobis pro commissis pœnitentiam [illegible] ac mandatis vestris efficaciter obtemperare studuerint cum effectu, tamdiu excommunicatos, ac omnibus Magistratus, Baccalaureatus, Lectoratus officijs, [illegible] & honoribus dictorum Ordinum [illegible], priuatosque auctoritate Apostolica [illegible], & ab alijs [illegible], quando, & quoties expedierit, nunciari, & si eorum contumacia, poterunt [illegible] id exegerit, [illegible] ad [illegible] peragendam retrudi, & mancipari [illegible], donec ipsi iu consilij [illegible], vestris monitionibus, & mandatis [illegible], cum emendatione prioris vitæ humiliter obedire, & ab huiusmodi excommunicationis sententia, meruerint à Sede Apostolica, [illegible] absolutionis beneficium obtinere. Non obstantibus quibuscumque priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratijs, studijs generalibus quocumcumque Ciuitatum, & locorum Apostolica, vel alia quauis auctoritate concessis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus in præsentibus, de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis, et quæ specialiter aut a[illegible] sub forma certa, vel specifica derogandum, quæ eisdem fratribus & professoribus (quo ad hoc) volumus in aliquo suffra-

suffragari, etiam si hoc in eisdem caueretur expresse, cæterisque contrarijs quibuscumque, aut si professoribus Ordinum prædictorum, vel quibusuis alijs, communiter, vel diuisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1,5[illegible] XV Kalend. Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

II.

Mandat inhibendo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, vniuersis utriusque Ordinis Regularibus, ne audeant disputare, prædicare, vel publicè, vel priuatè verbum facere, aut suadere, esse hæreticum, vel peccatum, tenere, seu credere Sanguinem Domini Nostri Iesu Christi sanguinem in triduo passionis eiusdem, ab ipsa Diuinitate quomodolibet fuisse, vel non fuisse diuisum, donec super dubietate huiusmodi quid sit tenendum, fuerit per Sedem Apostolicam definitum.

PIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. [illegible] ineffabili summi prouidentia patris ad hoc nobis, quamuis immeritis vniuersalis Ecclesiæ regimen pia dignatione commissum, vt tamquam de summo vertice ad infima respicientes intuitum, quid pro Sacræ Religionis expediat propagatione felici, & qualiter illius multiplicatis plantationibus Religio ipsa floride dilatetur, solertius intendamus, omnesque inquietudinis, & molestiæ fomites subtrahamus: sic quoque statui omnium Religiosorum in humilitate Altissimo famulantium opportunè prouideamus, quod omnibus ab ipsis sublatis molestijs, in Religionis obseruantia, iugique perseueratione quietius intendere valeant. Sane, cum dudum inter dilectos filios Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres (satore zizaniæ operante) super eo, quod eorum aliqui in ipsorum prædicationibus pretiosum sanguinem Domini Nostri Iesu Christi in triduo passionis eiusdem separatum fuisse ab ipsius Sanctissima Diuinitate asseuerabant: alij verò fortè contrarium tenebant, dissensionis materia exorta foret, ex qua ad tantam inter eos altercationem, vt accepimus, deuentum extitit, vt facile mentibus fidelium posset scandalum generari, & licet aliàs nos ad obuiandum prædictis, audiuimus quæ circa præmissa vtraque pars dicebat, & allegabat, silentium imposuerimus, ac materiam ipsam indiscussam penitus reliquerimus, ac mandauimus de huiusmodi dubietate amplius disceptationem aliquam fieri non debere: Quia tamen verendum foret, ne ex contrarietate prædicta, in mentibus eorumdem Christi fidelium aliquid scandali ad eorum animas illaqueandas euenire posset, matura præmeditatione curauimus omnibus sinistris euentibus in præmissis, prout ex debito Pastoralis officij astringimur, obuiare. Vt igitur in Ecclesia Dei Orthodoxæ fidei vnitas præseruetur, & de cætero tollatur occasio in huiusmodi contione [illegible] auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod nulli Fratrum Prædicatorum deinceps liceat de supradicta dubietate disputare, prædicare, vel publicè, aut priuatè verbum facere, seu aliàs suadere, quod videlicet hæreticum, vel peccatum sit tenere sanguinem ipsum Sacratum, vt præmittitur, triduo passionis eiusdem Domini Nostri Iesu Christi, ab ipsa Diuinitate quomodolibet fuisse, vel non fuisse vel diuisum, vel separatum, donec super dubitatis huiusmodi decisione, quid tenendum sit, fuerit per nos, & Sedem Apostolicam, definitum. Mandantes propterea vniuersis, & singulis eorumdem, & aliorum quorumcumque Ordinum per totum Orbem constitutis Fratribus cuiuscumque [illegible] status, vel conditionis existant, præsentibus & futuris, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam ipso facto incurrant, & a qua nisi in mortis articulo constituti, nisi per nos, aut successores nostros, absolui nequeant, ne contra statutum, & ordinationem nostram prædictam venire, aut facere, vel tentare quoquomodo præsumant: necnon omnibus, & singulis prædictorum & aliorum Ordinum Prælatis, vt in virtute sanctæ obedientiæ transgressores omnes, quos in pœnam huiusmodi incidisse, aut contra prædicta dixisse, vel fecisse præsumpserint dignis pœnis, diris carceribus punire, & mancipare procurent: ac Fratribus ipsis vtriusque, seu alterius Ordinum mandat de cætero sub eisdem pœnis, si aliquem Fratrem, seu alium hæreticum propterea proclamasse, aut hæresis ex hoc labe incurrisse constiterit, illa [illegible] apud Sedem Apostolicam denunciare teneantur, & debeant, quodque inter alias quascumque Ecclesiasticas, sæculares personas, nullus Fratrum Ordinum prædictorum,

fiue aliorum, aliquem de prædictis infamare aut de illo quomodolibet proclamare præsumat, quinimo, vt Fratres ipsi Prædicatorum, & Minorum Ordinum huiusmodi, mutuo se diligant, & cum charitate pertractent, secundum Ordinum ipsorum instituta & Regularis obseruantiæ Regulam, sub pœna præmissa auctoritate præfata tenore præsentium iniungimus: decernentes ex nunc, omnes, & singulos Fratres Ordinum prędictorum, qui prædicta non obseruare, vel illis contrafacere, vel venire studuerint cum effectu, ad omnes actus legitimos Religiosorum, & Ordinum ipsorum, penitus inhabiles, & incapaces, necnon irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Mādati, Inhibitionis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Anconæ Anno Incarnationis Dominicæ 1464. Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno sexto.

PAVLVS SECVNDVS

Venetus.

Romæ coronatus v. Idus Septembris, 1464. Obijt v. Kalend. Augusti 1471.

I.

Facultatem Generali, Prouincialibus, Vicarijs, ac Prioribus Congregationis Lombardiæ Fratrum Eremitarum S. Augustini, concedit, exhibendi viris Mantellum nigri coloris, habitui eiusdem Ordinis Fratrum conformem, illosque singulis priuilegijs Ordinis gaudere posse, & debere declarat.

PAVLVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Vicarijs, ac Prioribus Congregationis Lombardiæ, Ordinis Fratrum Eremitarum Sācti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposcit vestræ deuotionis sinceritas, & Religionis promeretur honestas, vt illa vobis libenter concedamus, quæ deuotioni personarum, & diuini cultus augmento, [illegible] quæ fore [illegible] modo [illegible] Sane, pro parte vestra exhibita [illegible] continebat, quod [illegible] nonnulli viri zelo deuotionis accensi, ad instar Mantellatarum sub obedientia Fratrum Prædicatorum, vel Minorum, aut Seruorum, Beatæ Mariæ Ordinum existentium, Mantellum, seu habitum Mantellatum sub obedientia Fratrum Ordinis vestri recipere desiderant: Quare pro parte vestra asserentium, quòd vos Mantellum, seu habitum huiusmodi mulieribus ex indulto Apostolico alias vobis concesso exhibere potestis, & exhibetis, quòdque ipsæ mulieres Priuilegijs, & Indultis Fratribus dicti vestri Ordinis quomodolibet concessis, etiam gaudent. Nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis, ac successoribus vestris exhibendi omnibus & singulis laicis, ac alijs deuotis personis maribus, Mantellum, seu habitum Mantellatum huiusmodi licentiam concedere, & alias super his opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & successoribus vestris, qui pro tempore fuerint, exhibendi omnibus, & singulis personis honestis laicis masculini sexus, hoc a vobis deuote requirentibus, Mantellum, seu habitum Mantellatum nigri coloris, & habitui Fratrum eiusdem vestri Ordinis in colore conformem, ad instar aliorum Mantellatorum præfatorum, dummodo aliud canonicum non obsistat, ita quod liceat ipsis laicis recipere, & gestare Mantellum, seu habitum huiusmodi per vos eis exhibitum, quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque cōtrarijs nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem. Et nihilominus ipsis laicis, quibus taliter Mantellum, seu habitum huiusmodi exhibueritis, quòd omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, præfatis vestris Ordini, & Congregationi, Apostolica aut alia quauis auctoritate in genere concessis, ad instar aliorum Mantellatorum prædictorum, etiam gaudere possint, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1470. Pridie Kalend. Septembris, Pontificatus nostri anno Sexto.

POR-

PORTANTES SOLVM CORRIGIA, gaudent Priuilegijs.

FRATER Benignus de Ianua Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ Fratrum Eremitarum sancti Augustini de Obseruantia, omnibus, & singulis præsentes litteras inspecturis, Salutem. Significamus in testimonium veritatis, sanctissimum Dominum Innocentium Octauum 1490. die 3 Iulij, viuæ vocis oraculo concessisse, vt suscipientes habitum Mantellatorum, siue Mantellatarum Ordinis nostri licet habitum illum cum licetia Prioris loci non retineant, neque continue deferant, Corrigiam tamen retinentes, ac deferentes, eisdem Priuilegijs, immunitatibus, & indulgentijs gaudeant, quibus ipsi Mantellati, & Mantellatæ gaudent, & gaudere possunt. Et hanc concessionem, & gratiam fecit, vt supra viuæ vocis oraculo, præsentibus Reuerendissimo D. D. A. tt. Sanctorum Ioannis, & Pauli presbytero Cardinali, Magnifico Florentinorum Oratore, ac Fratre Benigno supra scripto, præsente Reuerendo Magistro Mariano de Genezano sacræ Theologiæ professore, patre Fratre Thaddeo de Iporegia Priore Taurini, quare pro satisfactione deuotionis earum personarum, quæ pro bono animarum suarum hunc habitum Corrigiamque suscipere voluerint, hanc attestationem fecimus, & de rei veritate testimonium reddere voluimus, cum impressione sigilli nostræ Congregationis. Datum in Conuentu nostro Sanctæ Mariæ de Populo almæ Vrbis, primo Augusti 1490.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit Cælum, & Terram. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TE Domine sancte Pater Omnipotens æterne Deus, vt hanc Corrigiam benedicas, ad restringendos lumbos, & renes, vt omnis persona quæ portauerit eam, gratam tibi continentiam, mandatorumque tuorum obedientiam seruet, & intercedentibus B. Maria semper Virgine, Beatoque Patre nostro Augustino, vitam consequatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta, & adoleantur incenso Corrigiæ, & eas recipientes. Et quando cinguntur, dicatur, siue cantetur hymnus. MAGNE PATER AVGVSTINE.

Et illi, qui cingit Corrigiam, dicat. Præcingat te Dominus zona iustitiæ, & constringat in te dilectionem Dei, & proximi, per Christum Dominum nostrum.

Quibus cinctis, dicuntur infra scriptas Orationes. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ADesto supplicationibus nostris Omnipotens Deus, & famulis tuis hac Corrigia ad tui nominis laudem, honoremq́, percinctis, quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente B. Augustino Confessore tuo, atque Pontifice, ob cuius etiam reuerentiam, & deuotionem præcincti sunt, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da huic famulo tuo, vel famulabus tuis, ad tui laudem, ac B. Mariæ semper Virginis, deuotionemque & reuerentiam B. Patris nostri Augustini, nuper præcincto, vel præcinctis, seu præcinctæ in Ecclesiæ ipsius recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum, &c. in vnitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, &c.

Oremus.

COncede nos famulos, vel hanc famulam tuam, vel hunc famulum tuum, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa B. Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

PRætende Domine famulis tuis de præsenti præcinctis dexteram cælestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, consequi mereantur, Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postremo benedicantur.

Benedictio Dei Omnipotentis, Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus† Sancti, descendat super vos, & maneat semper vobiscum. ℟. Amen.

SIXTVS QVARTVS.

Franciscus de Ruuere Ligur, ex villa Albizolæ Saonens. Diœcesis Piscatoris filius, summo hominum Piscatori Petro in Apostolica Sede successit die 15 Kalend. Septembris, Anno reparatæ salutis 1471. Puerulus deuotus fuit Regulæ Sancti Francisci, in qua feli-

cissimi ingenii specimen edidit, deinde Patauii lauream Magisterij in Sacra Theologia suscepit. Sui Ordinis Minister Generalis extitit, deinde in Collegium Cardinalium adscriptus, sedit in Apostolica Sede annos XIII. & dictis V. D. Bonauenturam olim Ordinis sui Cardinalem, virum doctissimum (cuius corpus Lugduni magna veneratione reseruatur) inter Diuos retulit. Festum Conceptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ confirmauit, & approbauit, multisque Priuilegijs Prædicatorum, & Minorum, aliorumque Mendicantium Ordines insigniuit.

I.

SIXTUS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ¶ Regimini vniuersalis Ecclesię meritis licet in sufficiētibus disponente Domino præsidentes, curis perurgemur assiduis, vt iuxta creditæ nobis desuper dispensationis officium quieti subditorū quorumlibet (præsertim Religionis habitu studio vacantium, piæ vitæ, in quorum vtique prosperitate reficimur) iugi quantum nobis ab alto conceditur sollicitudinis studio intendamus, & vt ea, quæ pro diuini cultus, & Religionis incremento, animarumque salute à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus prouide facta sunt, sublatis ambiguitatibus, quæ exinde emersisse noscuntur in sua integritate persistant, nostri ministerij partes interponimus efficaces. Dudum si quidem à felicis recordationis Eugenio Papa. Quarto prædecessore nostro, litteræ emanarunt tenoris subsequētis.

BULLA MARIS MAGNI.

I.

SIXTUS Episcopus Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ¶ Regimini vniuersalis Ecclesię meritis licet in sufficiētibus disponente Domino præsidentes, curis perurgemus assiduis, vt iuxta creditum nobis desuper dispensationis officium, quieti subditorum quorumlibet præsertim sub Religionis Prędicatorum habitu studio vacantium piæ vitæ, in quorum vtique prosperitate reficimur) iugi, quantum nobis ex alto conceditur sollicitudinis studio intendamus, & vt ea, quæ pro diuini cultus, dictæ Religionis incremento, animarumque salute a prædecessoribus nostris Rom. Pont. prouide facta sunt, sublatis ambiguitatibus, quæ ex inde emersisse noscuntur, in sua integritate persistant, nostri ministerij partes interponimus efficaces. Dudum si quidem a felicis recordationis Eugenio Papa IV. prædecessore nostro, literæ emanauerunt tenoris subsequentis. Eugenius Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam Rom. Pont. in quo potestatis plenitudo consistit, ad statum Ecclesiasticum personarum sua præsertim mūdanis abiectis illecebris, sub sacro Religionis iugo altissimo vota reddentium, & circa fidelium animarum salutem, necnon hæreticorum & aliorum infidelium, quorumlibet debitam conuersionem prædicationibus, & doctrina continuè laborantium, libenter intendens, nonnunquam per suos prædecessores in eorum fauore gesta innouat, & approbat, ac confirmat, prout id conspicit in Domino salubriter expedire. Hic est quod nos dilecti filij Bartholomæi Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac Theologię professoris, necnon generalis totius Ordinis huiusmodi Magistri, deuotis in hac parte supplicationibus inclinati, quasdam felicis recordationis Gregorij XI. ad instar nonnullorum Romanorū Pon. prædecessorum suorum dilectis filijs Magistro, Prioribus, & Fratribus vniuersis eiusdem Ordinis per eum concessas, necnon alias Martini V. prædecessorum nostrorum etiam concessarum huiusmodi confirmatorias litteras, quas diligēter inspici, & examinari, quarumque tenorem de verbo adverbum præsentibus inseri fecimus, auctoritate Apostolica, tenore præsentiū, ex certa scientia innouamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Tenor vero singularum prædictarum litterarum talis est. Martinus Episcopus, Seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Magistro, Prioribus, & Fratribus vniuersis Ordinis Prædicatorum, salutē, & Apostolicam benedictionem. Ex Apostolicæ Sedis prouisione, ac personarum Deo deuotarū præsertim sub Regulari obseruantia, & in fauorē fidei Catholicæ Domino famulantiū, studio piæ vitę, deuotione prouenire dignoscitur, vt Rom. Pontifex quandoque prædecessorum suorum Rom. Pontificum gesta innouet, & innouatione restauret, & auctoritate fulciat innouata. Hinc est, quòd nos, vestris deuotis in hac parte supplicationibus inclinati, quasdam litteras felicis recordationis Gregorij Papæ XI. prædecessoris nostri, ad instar nonnullorum aliorum Rom. Pontificum prædecessorū suorum, vobis, & Ordini vestro concessas, quas diligenter inspici, & examinari, quorumq; tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, auctoritate Apostolica, tenore præsentiū, ex certa nostra sciētia innouamus, & præsentis scripti patrocinio

com-

communimus. Tenor vero dictarũ literarũ talis est. Gregor. Epis. Seruus seruorum Dei dilectis filijs, Magistro, Priorib. & Fratr. vniuersis Ord. Prædicatorum, salutem & Apostolicam benedictionem Virtute conspicuos sacri vestri Ordin. professores, qui contemplatione cælestiũ feruẽter inuigilare, & piæ vitæ studio sine intermissione desudãt, decet per Apostolicæ circumspectionis sic prouide dirigi, & solicite cõfoueri, vt alicuius pretextu calumniæ, nullũ internę pacis excidiũ, nullumq; religiosi status perferãt detrimentum, sed in his robur, & vigorẽ habeant, per quæ circa cultum Diuini nominis, deuotis, & quietis mentibus inualescant. Hinc est, quòd cũ sicut nobis exponere curauistis, tu fili Magister, & prædecessores tui, iuxta eiusdẽ Ord. consuetudinem obseruatã hactenus, ac à Sede Apostolica toleratam, statim postquam electi secundũ prædicti Constitutiones Ord. extitistis, Fratrũ ipsius curã gesseritis, Magisterij officiũ plenè, ac libere in omnibus exercentes, ijdemque Fratres vobis deuotè, ac humiliter obedierint, & intenderint reuerenter, ac in eodem ordine sit statutũ, vt Magister ipsius qui pro tempore fuerit, à Magisterij officio amoueri valeat a Definitorib. Capituli generalis: Nos volentes ambiguitatis scrupulũ in hac parte de vestris cordib. amputare, ac Ord. ipsum præfatę Sedi immediatè subiectum, a Sede approbatum eadẽ honestate floridum, pręclarum scientia, & virtute facundũ priuilegio Apostolicæ gratiæ attollere singulari, vestris supplicationib. inclinati, deuotioni vestræ ad instar felicis recordationis Bonifacij 8. & Benedicti XI. Rom. Pontif. prędecessorũ nostrorũ, vt successores tui, fili Magister, & qui erũt pro tempore, statim postquam electi secundũ Constitutiones fuerint supradictas, eo ipso veri eiusdẽ Ord. Magistri effecti, curam animarum Fratrum ipsius Ord plenè habeant, & libere gerant, ipsosq; Fratres auctoritate propria ligare, ac soluere, necnõ in eodẽ Ord. agere valeãt, quę ipsi & præfati Ord. Definitores iuxta prædictas Constitutiones eiusdẽ Ord. & Fratrib. secundũ Deũ viderint expedire, aliasq; possint officiũ Magisterij licitè in omnibus exercere, ijdemq; Fratres tibi Magistro, & successorib. tuis deuote, & humiliter obediant, & intendant, Et pręfati successores, & tu Magister, a Definitorib. Capituli generalis Ord. ipsius, secundum Ord. Constitutiones eiusdem, absolui, & amoueri possitis auctoritate Apostolica indulgemus. Ratũ habẽtes, & firmũ, quidquid super præmissis per te Magister, dictosq; prædecessores Fratres, & Definitores factũ, & obseruatũ est hactenus, concessa tibi exequendi magisterij officiũ quoad præmissa omnia, & alia, libera facultate. Fratres aũt de Ordine vestro, quos secundũ Constitutiones ipsius Ord Conuentib. vestris deputandos duxeritis in Lectores, siue alterius cuiuscunq; licentia, libere in domibus prædicti Ord. legere, & docere valeant in Theologica facultate, illis locis exceptis, in quib. viget studiũ generale, ac etiã quilibet in facultate ipsa doctus ius, vt Magister incipere solemniter consueuit, Et licet Episcopis, & Diœcesanis debitã, & deuotã obedientiam impendatis, nolumus tamen, quod circa instituta, & præcipuè super institutione, & destitutione Priorũ eiusdẽ Ord. ex hoc præiudicium aliquod incurratis. Quando verò in aliquo Capitulo, vel Conuentu vestri Ord. de Prouinciali, vel Conuentuali Priore occurrerit electio faciẽda, si ex aliqua causa factã electionẽ à Fratrib. eiusdẽ Ord quorũ interest, non contingat forsitan confirmari superior, ad quem confirmatio electionis huiusmodi pertinet, aliquẽ de illis fratrib. quos ipsi electores, vel maior pars eorũ per litteras suas ab eo petierint, quãdo ad ipsum pro electi confirmatione transmittũr, eis de nostra licentia concedere valeat in Priorẽ. In electionib. quoq; eorundẽ Magistri, & Priorũ Prouincialium ipsius Ord. Fratrib. qui debent electionẽ huiusmodi celebrare (cum eos frequenter de remotis partib. oporteat conuenire) tempus super hoc statutũ a iure nõ currat, nec ipsi in hac parte iuris regulis coarctentur. Et quia eiusdẽ Ord. Fratres de locis ad loca ipsius Ord. sæpius transmittuntur, propter quod stabilẽ, & perpetuã in certis, & determinatis eiusdẽ Ord. domib. non faciunt mansionẽ, quia etiã bonos, & idoneos, ac probatos à vobis Fratres facitis, ad ordines promoueri liceat vobis ordinandos Fratres eiusdẽ Ord quibuscunq; malueritis Catholicis Pontif. communionẽ, & gratiam Apostolicæ Sedis habentib. præsentare, ipsisq; Pontificib. præsentatos à vobis Fratres sine qualibet examinatione per eosdẽ Pontific. facienda, & absq; omni promissione, vel obligatione ipsorũ ordinandorũ Fratrum, ad Ord. promouere. In locis autem in quib. degitis, liceat vobis habere Oratoria, in quib. cum Altari portatili possitis missarum solemnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam recipere Ecclesiastica Sacramenta. Cum generale interdictum fuerit, in Ecclesijs, & Oratorijs vestris, & alijs quibuscunq, cum ad loca peruenerint Ecclesiastico supposita interdicto, clausis ianuis, interdictis, & excommunicatis exclusis,

non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, liceat vobis celebrare diuina, & Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, dummodo cauſam non dederitis interdicto, nec contingat id vobis ſpecialiter interdici, nec Eccleſiæ, vel Oratoria ipſa fuerint ſpecialiter interdicta. Iis vero qui in veſtris morantur obſequijs, cuncta libere miniſtrare poſſitis Eccleſiaſtica Sacramenta, & ipſos cum decedunt in veſtris Oratorijs ſepelire. Si quando autem in terris, in quibus reſidetis, vel earum perſonas, excommunicationis, ſeu interdicti ſententias contigerit promulgari, pueri veſtris ſeruitijs deputati, negociorumque veſtrorum procuratores, & operarij, qui in veſtris locis, eorum operibus perſonaliter continue inſiſtunt, huiuſmodi ſententijs obnoxij minime habeantur, ibique poſſint audire diuina, iuxta formam, quæ locis ipſis, eo caſu a Sede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi ijdem cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat eoſdem. Et quia vos extremam patientes pro Chriſti nomine paupertatem, exhortationis pro ſtudio, bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocatis, concedimus, vt in excommunicatorum terris libere commorari, & ab eis tunc etiam quando vos, vel ipſos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeatis. Magiſter quoque, & ſinguli Priores, Prouinciales, & Conuentuales, ac vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis ſibi commiſſis pro dictis Fratribus conſtitutis ibidem, necnon & Fratribus alijs eiuſdem Ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecunque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſiue priuſquam intrauerint Ordinem, ſiue poſt, in caſibus quibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrerint ſententias a iure, vel à iudice generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico interdicto diuina officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordines ſic ligati, notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impartiri, niſi adeo grauis fuerit, & enormis exceſſus, quod ſint ad eandem Sedem merito deſtinandi. Fratres etiam veſtri, quos pro tempore vos Magiſter, & Priores, tam Prouinciales, quam Conuentuales, necnon, & vices veſtras gerentes, in proprios habueritis Confeſſores, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium vobis (cum expedierit) valeant impartiri, iuxta formam conceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrum eiuſdem Ordinis ſuperius vobis factæ. Ad hæc volentibus veſtro aggregari Collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs a iure, vel a iudice promulgatis, generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium (obſeruata forma canonica) impartiri, ipſoſque in Fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam recognouerint ſe talibus ante exceſſus fuiſſe ſententijs innodatos, ſecundum formam ipſam, vos Magiſter, & ſinguli Priores, Prouinciales, & Conuentuales, ac vices veſtras gerentes, valeatis abſoluere, & cũ irregularibus diſpenſare, ſi forſitan talibus innodati ſententijs, vel in locis interdicto ſuppoſitis Diuina præſumpſerint officia celebrare, vel Ordines ſuſceperint, ita tamen, quod ſi aliqui ex huiuſmodi eiſdem ſententijs propter debitum ſint aſtricti, ſatisfaciant, vt tenentur. Ceterum veſtra diſcretio caute prouideat, vt Apoſtolicæ Sedis, Legatorum ipſius, & Ordinariorum locorum, in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalum euitetur, porro quieti veſtræ prouidere volentes, quod per literas Apoſtolicæ Sedis, aut Legatorum, ſeu Delegatorum ipſius, conueniri à quoquam minime valeatis, & quod ad pecuniam colligendam cogi non poſſitis inuiti, per literas, ipſius Sedis de cetero impetrandas, quodque nullus veſtrum correctionis, ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium, Monaſterijs, vel Eccleſijs, ſiue quibuſcunque perſonis impendere, vel ad cognitiones cauſarum, citationes partium, & denunciationes ſententiarum, interdicti, & excommunicationum procedere, aut recipere curam Monialium, ſeu Religioſarum quarumlibet perſonarum, teneatur, per Apoſtolicas literas impetratas, & in poſterum impetrandas, niſi huiuſmodi Apoſtolicæ literæ, de hoc indulto, & Ordine veſtro expreſſam fecerint mentionem, auctoritate vobis Apoſtolica indulgemus. Concedimus etiam, vt ad viſitandum aliqua Monaſteria Monialium cuiuſcunque Ordinis compelli aliquatenus nõ poſſitis, aut recipiendum commiſſiones cauſarum, ſeu ſententiarum executiones, vel alia contingentia cauſas ipſas, per literas præfatæ Sedis, in quibus facta non fuerit de indulgentia huiuſmodi mentio ſpecialis, ſiue per Legatos, vel Delegatos ipſius. Nullus itaque per ſe Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nullusque alius Prælatus Eccleſiaſticus, vel eorum Vicarij, vel Officiales,

ciales, ad portandum, vel deferendum litteras, vel exequendum, aut denunciandum sententias contra principes sæculares, Communitates, Populos, seu quoscumque benefactores vestros, nullusque Delegatus, vel Ordinarius iudex, ad faciendum citationes, vel commissiones recipiendas, siue quod sitis in causis aliquibus assessores, seu ad alias lites, & controuersias contingentia, in caussis, quæ coram ipsis tractantur, quemquam vestrum compellere valeant, sine prædictæ Sedis mandato, & licentia speciali, expressam facientes de hac indulgentia mentionem: nec quisquam vestrum pareere, vel intendere teneatur super his monitionibus, & mandatis, aut iussionibus eorundem, aut facere, vel implere, quod in hac parte duxerint iniungendum. Cæterum Magistri, & singuli Priores prouinciales, atque ipsorum Vicarij, illos ex Fratribus, de quibus auctoritate litterarum, Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius Archiepiscopis, & Episcopis, vel alijs quibuscumque prout cum exstitit, vel in posterum contigerit prouideri, contigere, ac non obstante contradictione aliqua, possint ad suum Ordinem reuocare, nec per litteras eiusdem Sedis, seu Legatorum ipsius, tam de cetero obtinendas, aliquos de Fratribus ipsius Ordinis, præfatis Archiepiscopis, & Episcopis, aut alijs teneantur in socios deputare, nisi dictæ litteræ Apostolicæ obtinendæ de indulto huiusmodi, & Ordine ipso expressam fecerint mentionem, & alias id honestati Ordinis, & illorum saluti viderint expedire. Nullus autem Legatus nisi de latere nostro missus, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ specialem de hoc indulto, & ordine vestro non facientibus mentione, nullusque Prælatus, aut aliqua persona religiosa, vel sæcularis, de Fratribus eiusdem Ordinis, seu Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, ad sua, seu Ecclesiæ negotia procuranda, vel secum manendum, aliquos assumere valeat, nisi quos Magister, vel Prior Prouincialis ipsorum, tamquam idoneos, & discretos sibi duxerint assignandos, quos etiam volumus subiacere Ordinis disciplinæ. Illos vero Ordinis ipsius Fratres, qui ad prædicandum crucem, vel in subsidium contra hæreticam prauitatem, seu ad alia huiusmodi negotia sunt, vel fuerint deputati, vobis quodcumque a Sede Apostolica, tu illi Magister, tuique successores, remouere, reuocare, & penitus transferre, ipsisque quod superiedit aut iniungere, alioque substituere, expedire videritis, licite, & libere valeatis, ac in eos (si contrauenerint) censuram Ecclesiasticam exercere: ac quilibet Prior Prouincialis, vel eius Vicarius, eiusdem Ordinis, id ipsum in sua prouincia circa Fratres ipsius Ordinis, quibus ab eadem Sede simi[illegible] contigerit, in illa committi, facere possit, non obstantibus aliquibus litteris, vel indultis Apostolicis, impetratis, vel in posterum impetrandis, quæ de hoc non fecerint mentione. Inhibemus quoque, ne quis post professionem in Ordine vestro factam, ab ipso Ordine sine Magistri, vel sui Prioris licentia discedat; discedentem vero absque cautione litterarum alterius ipsorum prætextu alicuius priuilegij Apostolicæ Sedis, nullus audeat retinere. Quod si forte retinere præsumpserit, vobis Magistri, & singulis Prioribus duntaxat, & vestris Vicarijs, licitum sit in ipsos discedentes Fratres excommunicationis sententiam promulgare, detinentes vero eosdem secum, vel in Monasterijs, seu Ecclesijs suis, (nisi eos restituerint) postquam eis denunciatum fuerit, excommunicationis sententiæ volumus subiacere, non obstante, quod excommunicari, suspendi, vel interdici nō possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem. Si verò aliqui de Fratribus vestri Ordinis post obtentam licentiam a Sede prædicta, aut a vobis, ad Religionem aliam transeunti, intra duos, vel tres menses se ad illam Religionem suæ saluti congruam, non contulerint, & ipsius non susceperint habitum Regularem, licitum sit vobis singulis Magistro, & Prioribus, ac vices vestras gerentibus, contra ipsos, tamquam contra alios vestri ordinis Apostatas procedere, secundum quod honestati dicti Ordinis videritis expedire. Illud idem intelligi volumus de illis, qui post susceptionem habitus alterius Religionis, infra tepus probationis nulla professione facta, inde præsumpserint resilire, aut etiam si post professionem huiusmodi ad Religionem laxiorem, seu minorem ordinem transierint, vel (quod absit) id sæculum reuertantur, vos, volumus contra ipsos rigorem vestri Ordinis exercere. Apostatas quoque vestri Ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias subdere disciplinæ rigori possitis, per vos, ac etiam alios, in quocumque habitu contigerit eos inueniri, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Inhibemus etiam, ne Fratres quos ab Ordine vestro pro suis culpis per Magistrum, vel Priores, ac eorum Vicarios expelli contigerit, vel qui egressi fuerint pro-

prio suo motu prædicare, confessiones audire, seu decere præsumant, nisi ad alium Ordinem, in quo huiusmodi exercentur officia, transierint, de nostra vel Magistri, seu Prioris, vel Vicariorum ipsorum licentia speciali. Quod si forte ipsi contra huiusmodi inhibitionem nostram, aliquid super præmissis temerè attentare præsumpserint, vos Magister, & singuli Priores, vel vestri Vicarij in eos, quos infra fines prædicatis vestræ contra consuetudinē Ordinis vestri distractos inueneritis, rata perpetrantes, monitione præmissa, auctoritate nostra, excommunicationis sententiam valeatis promulgare. Fratres autem de Ordine vestro, vel egressos, qui receptione in eodem Ordine suis culpis exigentibus reddiderint se indignos, & alios Fratres eiusdem Ordinis ex rationabili causa ad quoscunque Ordines approbatos, prætereaquam ad Beati Augustini hospitalariorum, & aliorum Religiosorum arma portantium ad vitandam occasionem euagandi, vos Magister, & singuli Priores, seu vestri Vicarij, cum testimonialibus litteris, auctoritate nostra, licentiandi liberam habeatis facultatem. Nos enim districtius inhibemus, ne tales ad alium Ordinem aliter transire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absq; licentia speciali Sedis Apostolicæ, faciente de hoc plenariam mentionem Inhibemus etiā, vt nulli, siue sint in Religionis Ordine siue extra Ordinem constituti, habitum vestrum, aut ita consimilē, quod propter eum Frater Prædicator credi possit, deferre liceat, absq; mandato Sedis Apostolicæ speciali: Et vt dicta inhibitio maiore consequatur effectum, statuimus, vt hi, qui habitū vestrum, aut sibi similem prædicto modo deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum per Diœcesanos locorum (cum a vobis requisiti fuerint) monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticā, appellatione postposita, compellantur. Ceterum, cum humilitas vestra sibi de latitudine orbis terræ nihil præter domos, & hortos cum virgultis præmiorū obtentu cœlestium duxerit retinendum, nōs piè volentes, quod illorū fructus vestræ paupertatis vsibus applicentur, vt de dictis hortis, & virgultis vestris nulli decimā tenamini exhibere, vobis auctoritate præsentiū indulgemus, districtius inhibēdo, ne quis à vobis de præmissis aliquid exigere, vel extorquere præsumat. Quia vero nonnulli vestræ Religionis habitum assumentes, diuersis personis, quæ enim, & inueniri non possunt, aliqua bona restituere interdum tenentur, vobis Magistros, & Prioribus, ac Vicarijs prædictis concedimus, vt singuli vestrū, in locis sibi commissis bona ipsa in pios vsus conuertere valeant, prout secundū Deum videritis expedire. Sepulturam quoque in locis, Cœmiterijs, & Ecclesijs vestris concedimus & eam liberam esse censemus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri desiderauerint (nisi excommunicati, vel interdicti, aut etiā publici vsurarij fuerint) nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumātur, districtius inhibentes, vt villi Religiosi, vel sæculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum in vestris Cemiterijs sepelire, aut iu Ecclesijs vestris missarum solennia, vel pro animabus eorum, qui ad loca vestra tumulandi feruntur, ibidem exequias celebrare sine vestro assensu, & voluntate præsumant. Inhibemus insuper vniuersis Fratribus Ordinis vestri, ne aliqui eorum, alij quam Prælatis suis peccata sua confiteri præsumant, nisi necessitatis vrgēte articulo, vel nisi forsan Magister, vel Prior proprius alicui Fratri dederit Fratri alteri eiusdem Ordinis licentiam confitendi. Vniuersis autem Ecclesiarum prælatis, & alijs inhibemus, ne confessiones vestras vobis inuitis audire, vel compellere vos ad Synodos, seu conuocationes suas accedere, vel cum eis extra Ciuitatem, vel intra processionaliter exire, aut suis Constitutionib. subiacere, vel capitula, scrutinia, vel Inquisitiones in locis vestris, vel alibi, de vobis facere, aut fidelitatem iuramento firmatam, & annualem obedientiam a Prioribus, & Superioribus vestris exigere, aut de ipsorum institutione, vel destitutione, siue de statutis vestri Ordinis se aliquatenus, intromittere, seu prohibere ne ad Ciuitates, vel Villas vbi religiosè, & honestè commorari possitis, a populis euocati audeant accedere, ibique pro vestris vsibus construere ædificia, Ecclesias, seu Oratoria, aut in accedentes Fratres, seu construentes huiusmodi, vel receptatores ipsorum, excōmunicationis sententiam ferre præsumāt. Concedimus quoque vobis, vt de illis quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum, seu pro pietantijs, aut victu ad sustentationem vestram, vel indumentis, necnon pro annis censibus redimendis, ad quarum solutionem aliquæ domus vestri Ordinis obligati

pari noscuntur, vel de domibus, prædiis, & hortis, aliisque locis vobis secundum instituta vestri Ordinis opportunis, aut de his quæ pro huiusmodi domibus, prædiis, hortis, & locis emendis vobis legantur, dummodo præmissa non conuertantur in alios vsus, sed in illos dūtaxat pro quibus relinquuntur. aut alios etiam qui in hac concessione, vel indulgentia continentur, nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et ne quis a vobis, vel vltimarum exequutoribus voluntatem seu decedentium heredibus, de præmissis, aut de his quæ vobis in vltimis voluntatibus absolutè legantur, vel alias pro vestris necessitatibus conferuntur, aliquid exigere, vel extorquere præsumat, districtius inhibemus. Adhæc liceat fratribus vestri Ordinis, cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam ædificia seu omnem ædificiorum materiam, locorum quæ dimittunt, (dedicatis Ecclesiis dumtaxat exceptis) quam libros, calices, & paramenta, secum ad alia loca transferre, ac ædificia ipsa cum solo, & aliis ad eadem loca pertinentibus præter Ecclesias vendere, ipsorumque preciū in aliorum locorum ad quæ dicti Fratres, se transferunt, ædificationem seu alias in eorum vtilitatem conuertere, secundum quod eis videbitur melius expedire. Et ne aliqui Archiepiscopi, vel Episcopi, aut alii Ecclesiarum prælati, seu quæuis alia persona Ecclesiastica, vel sæcularis prædicta loca seu bona occupare, accipere, vel vsurpare, aut quoquo modo sibi vēdicare præsumant, absque dictæ Sedis licentia speciali, districtius inhibemus. Indulgentes vobis, vt ad præstationem procurationum Legatorum prædictæ Sedis: vel Nunciorum ipsius, seu Diœcesanorum locorū, aut exactionum, vel collectarū, seu subsidiorum, vel prouisionum quantumcumque minimè teneamini: nec ad ea soluenda per litteras dictæ Sedis, aut Legatorum, aut Nunciorum eiusdem, seu Rectorum terrarum Ecclesiæ Romanæ impetratas, seu in posterum impetrandas, cuiuscumque tenoris fuerint in perpetuum cōpelli possitis, nisi dictæ Sedis litteræ impetrandæ plenam, & expressam de indulto huiusmodi, & dicto Ordine fecerint mentionem. Ceterum, cum felicis recordationis Innocentius Papa IV. prædecessor noster, olim duxerit statuendum, vt exempti quantacumque gaudeat libertate, nihilominus tamen ratione delicti seu contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, ritè possint coram locorum Ordinariis cōueniri, & illi quoad hoc suam in illis iurisdictionem prout ius exigit, exercere. Nos vobis, vt occasione Constitutionis huiusmodi, nullum libertatibus, & immunitatibus vobis, & Ordini vestro, per priuilegia, & indulgentias ab Apostolica Sede concessis, vel in posterum concedendis præiudicium generetur, auctoritate præsentium indulgemus, decernētes vos seu personas vestri Ordinis, in prædictis casib. Ordinariis ipsi minimè subiacere. Decernimus ergò irritum, & inane, quidquid contra tenorem Concessionum, Constitutionum, & Inhibitionum huiusmodi per quoscunque fuerit attentatum, & Interdicti, Suspensionis, & Excommunicationis sententias, si quas contra Concessiones, Constitutiones, & Inhibitiones easdem, in vos, vel vestrum aliquas, vel loca vestra, seu benefactores, vel exequutores, aut hæredes prædictos, in posterum promulgari contigerit. penitus non tenere. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum Concessionum, Constitutionum, & Inhibitionum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auinioni II Nonas Martij, Pontificatus nostri anno Quarto. Ceterum, vt earumdem litterarum tenor sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, auctoritate Apostolica decernimus, vt illud idem robur, eamq; vim, & eumdem vigorem tenor ipse per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ supradictæ, & eadem prorsus huiusmodi tenori fides adhibeatur, quandocūque, & vbicumque siue in iudicio, vel alibi fuerit exhibitus, vel ostensus, & eidem stetur firmiter in omnibus, quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur, ac si eut eis staretur si forent exhibitæ, vel ostēsę, nec per hoc originales litteras dicti Gregorij, seu Bonifacij, aut Benedicti, ad quarū instar illæ sūt editę, producere, seu ostēdere teneamini. Verū, ne dubitationes, ac cōtrouersię, quę alias vos pluri°' laborib. & expēsis vexauerūt, de cetero vobis fiant, ex certa scientia decernim°, vt dictū priuilegiū Greg. Papæ XI. in iudicio, & extra, in qualibet sua dispositione in

 uiolabiliter ob-

obseruatur. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, illa præsertim felicis recordationis Clementis Papæ V prædecessoris nostri edita in Concilio Viennen. quæ incipit (Dudum) necnon priuilegijs, gratiis, & concessionibus Apostolicis, in genere vel specie quibusuis Ecclesijs, personis, siue locis, sub quauis forma, vel expressione verborum, etiam si de his habenda esset in præsentibus mentio specialis, seu per quæ præsentibus nō expressa, aut totaliter de verbo ad verbū non inserta, earum in toto seu aliqua parte sui, effectus posset aliqualiter impediri, & aliis contrarijs quibuscūque. Nos autem ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his, aut eorum aliquo à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Declarantes, Clausulam illam, videlicet, (salua tamen iustitia Ecclesiarum illarum, à quibus mortuorū corpora assumuntur) in omnibus aliis debere intelligi, præterquam in his, de quibus in ipso priuilegio specialiter cauetur, quod canonica portio minimè exigatur. Nulli ergò, &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos, XII. Kal. Iulij, & Pontificatus nostri anno X. Ceterum, vt quarumlibet litterarum earundem tenor sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, auctoritate Apostolica prædicta decernimus, vt illud idem robur, eam q; vim, & eundem vigorem tenor ipse per omnia habeat, quæ haberent singulæ originales litteræ supra dictæ, & eadem prorsus huiusmodi tenori fides adhibeatur, quandocumque, vel vbicumque, siue in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel ostensus, ac eidem stetur firmiter in omnibus, quæ singulis eisdem originalibus litteris adhiberetur, ac sicut eis staretur si forent exhibitæ, vel ostensæ, nec loco originalis litteras Gregorij, seu Bonifacij, & Benedicti, vel Martini huiusmodi, præfati Magistri, Priores, & Fratres producere, seu ostēdere teneantur. Volentes, etiam auctoritate Apostolica, & scientia supradictis, ac harum serie decernentes, quod priuilegium Gregorij Papæ XI. huiusmodi in iudicio & extra, in quolibet sui dispositione inuiolabiliter obseruetur. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, illa præsertim piæ memoriæ Clementis Papæ V. etiam prædecessoris nostri in Concilio Viennen. edita, quæ incipit: Dudū: necnon priuilegijs, gratijs, & Concessionibus Apostolicis in genere, vel in specie quibusuis personis, Ecclesijs, seu locis, sub quauis forma, aut verborum expressione concessis, etiā præsentibus, si de illis præsentibus habēda foret mentio specialis, seu per quæ non expressa, aut totaliter de verbo ad verbum non inserta, earum in toto, seu in aliqua parte, sui effectus posset aliqualiter impediri, & alijs contrarijs quibuscumque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his, vel eorum aliquo, a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. Datum Florentiæ, anno Incarnationis Domini [illegible] Idibus Aprilis, Pont. nostri anno decimo. Nos igitur qui dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, & personarum eius statum prosperum, & tranquillum: propter vberes fructus, quos Ordo ipse multa præfulgens gloria meritorum, & gratia sanctitatis in agro militantis Ecclesiæ in propagationem fidei Orthodoxæ hactenus produxit vtiliter, ac producit, & in futurum producturum fore, sic firmiter tenemus, palmites suos a mari vsque ad mare, & etiam ad barbaras extendendo nationes, intensis desideramus affectibus, Gregorij, Martini, & Eugenij, ac aliorum prædecessorum nostrorum, qui Ordinem prædictum Fratrum Prædicatorū, aliis variis priuilegiis, non immeritò decorarunt, vestigijs inhærentes, motu proprio, non ad eorumdem Ordinis Fratrum professorum, vel aliorum pro eis, nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate, & de potestatis plenitudine, ac ex certa nostra scientia, prædictas Gregorij, & quascunque alias quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum litteras, dicto Ordini Fratrum Prædicatorum, ac illius domibus, & professoribus in genere, sub quacumque verborum forma cōcessas, quas, ac si de verbo ad verbum vna cum prædictis litteris Eugenij prædecessoris præfati præsentibus insertæ forent, haberi volumus pro expressis, ac omnia, & singula in illis contenta auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, ac pro potiori cautela omnia, & singula per Gregorium, & Martinum, & Eugenium, aliosque prædecessores prædictos in eisdem litteris pro, & in fauorem dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum quomodo-

modolibet ordinata, statuta, decreta, concessa, & indulta, fieri, & obseruari debere auctoritate, motu, & scientia, prædictis, de nouo ordinamus, statuimus, atque decernimus, ac eidem Ordini Predicatorum, illiusque domibus, & professoribus concedimus, & indulgemus. Et quia sicut accepimus, nosque ipsi experientia didicimus in minoribus constituti, circa litteras, & priuilegia huiusmodi nonnulla dubia postmodum sunt exorta, habita super his consideratione decenti, motu, auctoritate, & scientia prædictis, literas eiusdem Gregorii prædecessoris in ea parte, in qua concedit dicti Ordinis professoribus, vt liceat eis in locis, in quibus degunt habere Oratoria, & in eis cum altari portatili etiam tempore interdicti, ianuis clausis, missarum sollemnia, & alia Diuina officia celebrare, & quod eorum insistentes obsequiis, censuris generaliter promulgatis non ligentur, cum contingat eos persæpe requiri, vt etiam extra Oratoria super huiusmodi altari portatili celebrent Diuina officia, & ad illa, interdicti tempore, tertii Ordinis S. Dominici de penitentia, nuncupati Fratres, & Sorores, ac suos, & illorum procuratores admittant, extendentes, concedimus eisdē fratribus, vt non solum in Oratoriis, & locis in quibus degunt, sed etiam in quouis alio loco congruenti, honesto, possint super altari portatili huiusmodi Missas, & alia Diuina officia liberè, & licitè celebrare, exceptis Ecclesiis ab Ordinarij iurisdictionem non exemptis, quoties illud eisdem Fratribus per Ordinarios ex causa contingeret inhiberi. Et vt liceat eis tempore interdicti, Fratres, & Sorores dicti ordinis B. Dominici de pœnitentia nuncupati, nec non ipsorum Fratrum Prędicatorum, ac Fratrum, & Sororum dicti tertii Ordinis procuratores, & negotia gerentes vtriusq; sexus, admittere ad Di uina, Preterea, quia idē Gregorius prędecessor in dictis suis litteris Magistro, Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, & eorum Vicariis, absoluendi Fratres eiusdem Ordinis, necnon Fratribus dicti Ordinis quos ipsi Magister, Priores Prouinciales, & Conuentuales habuerint pro tempore in confessores, absoluendi ipsos Magistrum, Priores Prouinciales, ac Conuentuales ab excessibus, & censuris, nisi talia forent, propter quę essent ad Sedem Apostolicam merito destinandi; ac cum eis desuper dispensandi concedit, & propterea qui sunt destinandi persępe reuocetur in dubium: Vt absolventiū, & absoluendorum, dispensantium, & dispensatorum, pro tempore puritati conscientię consulentes, declaramus, Hæreticos relapsos, Schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, dumtaxat esse ad Sedem prædictam meritò destinandos. Reliquis verò omnibus etiam Simonię qualitercumque irretitis, posse per illos quibus inibi conceditur, absolutionis beneficium, & dispensationis gratiam iuxta casuum indulgentiam impartiri. Et vt dicti Ordinis professoribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad Apostolicam Sedem recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, Magistro, & Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, ac eorum Vicariis, defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, patientibus, necnon cum his, qui ex quauis causa pręterquam homicidii voluntarii, bigamię, & mutilationis membrorum irregulares forent, dispensandi cum dicti Ordinis predicatorū professoribus, post quam ipsum Ordinem professi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiusmodi non obstantibus, irregulares ipsi, ad quoscumque etiam sacros ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & tam ipsi irregulares, quam defectum natalium patientes prędicti, ad quascumque administrationes, & officia eligi, recipi, & assumi, illaque gerere, & exercere liberè & licitè valeant, motu & scientia, ac auctoritate prędictis concedimus per presentes. Eam verò partem litterarum eiusdem Gregorij prædicti, in qua sepulturam in Ecclesiis Fratrum dicti Ordinis liberam esse voluit (salua iustitia Ecclesiarum) à quibus corpora assumuntur, declarantes, libertatem huiusmodi intelligi debere, etiam quo ad hoc vt Fratres ipsi, nullius super hoc petita licentia, parochis in quibus corpora prędicta forent, cum cruce processionaliter ingredi, & corpora ipsa leuare, ad eorum Ecclesias sepeliendi causa deferre possint, vbi hoc consuetum foret, vel presbyteri de leuatione requisiti hoc facere recusarent. Nec cogantur inuiti, etiam prætextu cuiuscumque consuetudinis, ipsi, vel defunctorum consanguinei, illa ad parochiales Ecclesias, aut alia loca deferre, & cum illis, vel sine, inibi celebrare, vel

celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua Diuina officia, ante, vel post sepulturam eorumdem. Iustitiam verò Ecclesiarum a quibus corpora ipsa assumuntur, iuxta Martini prædicti prædecessoris voluntatem, saluam esse debere decernimus, in omnibus alijs casibus præter eos, in quibus eorumdem Gregorij, Martini, & Eugenii prædecessorum nostrorum specialia priuilegia, Fratres ipsi ab huiusmodi solutione quartæ sunt exempti, nec in aliquo casu, de candelis, quę ad manus Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis verò casibus quam in præmissis, in quibus quarta ipsa soluenda veniret, conuentiones (si quæ sunt inter Fratres prædictos, & locorum Ordinarios, ac Ecclesiarum Rectores init; laudabiles, & honestæ in posterum obseruentur. Et si fortè per nos, vel Sedem Apostolicam, de piis legatis, dispositis, & relictis, in genere, vel in specie, decima, seu alia portio, vel quota, aliter piæ, vel non piæ causæ, ex quauis causa hactenus concessa foret, aut in futurum concedi, & solui, aut dari, mandari contingeret Fratres prædictos, ac illorum domos, & eis legata, & relicta, aut alias in eorum fauorem exposita, in concessionibus, & mandatis huiusmodi decernimus, ac volumus non includi, nisi de ipsis Fratribus, ac præsenti decreto, ac voluntate nostra, non per generales clausulas, quæ etiam specialem mentionem importare viderentur, sed vera, & specifica mentio fiat in eisdem. Indultum verò eiusdem Gregorij prædecessoris, de decimis non soluendis, ad quæcumque bona dictorum Fratrum, & qualicumque decimas, etiam quas vulgò Papales appellant, & Apostolica Sedes pro Christianæ fidei defensione, aut aliis imminentibus persæpe necessitatibus indicit, & quecumque alia onera, motu, & scientia prædictis, extendimus, decernentes Fratres ipsos Prædicatores, etiam si per quoscumque exemptos etiā Mēdicantes solui mandarentur, cum quibusuis derogatoriis, Fortioribus clausulis, ad illarum solutionem non teneri, & illorum solutione cessante, censuras, & pœnas aliquas non incurrere, nisi præsentibus non per generales, & alias clausulas specialem mentionem importantes, non alias sit derogatum specificè, corū de verbo ad verbum inserto tenore. Et ne prætextu Constitutionis Innoc. IIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: (Volentes) locorum Diœcesani, & alij Ordinarii, ac alij, quicumque, in personas, & loca Fratrum Prædicatorum contra eiusdem Gregorii prædecessoris ordinationem, sibi quamcumque iurisdictionem, & superioritatem vendicare præsumant, districtius inhibemus, ne quispiam absque dictæ Sedis speciali commissione, & auctoritate, in personas, domos, & loca, dicti Ordinis Prædicatorum, vtpote prorsus exempta, aliquas Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti sententias, specialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in personas, domos, & loca huiusmodi aliquam præeminentiam, superioritatem, & iurisdictionem quomodolibet exercere præsumant, etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei, de qua contra ipsos ageretur, vbicumque inieatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat. Decernimus quoque ex nunc, quaslibet Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti sententias, & quoscumque processus, quasuis pœnas, & sententias generales, vel speciales continentes, quos, vel quas promulgari, vel haberi, & omnia, quæ contra Fratres, domos, & loca dicti Ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, vt pote notoria, non aliter allegata, nullius roboris, vel momenti esse, & pro infectis haberi debere. Præterea, quia vel parochialium Ecclesiarum Rectores præfati, erga illos, qui dicti Ordinis Prædicatorum Fratribus eorum peccata confitentur, persæpè in exhibitione Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis se reddūt difficiles, concedimus ipsis Fratribus Ordinis Prædicatorum, vt personis eis confessis, quibus Rectores præfati sine rationabili causa denegauerint, seu malitiosè distulerint Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis Sacramenta ministrare, super quo eorumdem confessorū assertioni stari debeat, illa petentibus possint impunè exhibere. Et cum aliquando contingat Monasteria Monialium Sancti Augustini sub cura, habitu, & constitutionibus Fratrum Prædicatorum degentium, Monialibus destitui, adeo, vt de eorum reformatione spes nulla supersit, conuenientiusque sit, quod illorum sic destitutorum bona ad ipsos Fratres deueniant, quorum erant curæ commissa, quam ad alios, illa quæ sic destituta existunt, & destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis

nis omnibus in perpetuis vsibus Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum, quibus ex forma regiminis ipsius Ordinis competit, applicamus, ita, vt Fratres ipsi possint de illis, & eorum monasteriorum structuris, & ædificijs, pro eorum voluntate disponere, prouiso, quod illorum Ecclesiæ, & Oratoria, ad profanos vsus non rediguntur, sed in illis quandoque Diuina celebrentur officia. Insuper, cum nonnulli ad Ordinem prædictum Fratrum Prædicatorum specialem gerentes deuotionis affectum, ordinent eorum cadauera cum habitu Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum, aut Sororum dicti Ordinis de pœnitentia sepeliri, ne ex illorum corporum delatione ad alia loca, Ordini, & Fratribus prædictis iniuria irrogetur, decernimus tales apud Fratres ipsos esse sepeliendos, etiam si alibi suam elegissent sepulturam, nec posse etiam in loco per eos electo, cum habitu prædicto quomodolibet sepeliri, aut ad sepeliendum portari, absque Fratrum domus loci, in quo tale decesserint expressa licentia, & assensu. Ceterum ne sine ratione parochialium Ecclesiarum, apud quas eorumdem Fratrum domus constructæ fuere, aut construentur in posterum, locorum Ordinarij in eosdem Fratres aliquam superioritatem sibi vendicare tentarent, Fratrum eorumdem quies in aliquo perturbaretur, concedimus eisdem Fratribus, vt in sic concessis, & quas eis concedi contigerit, curatis Ecclesiis, possint per Capellanum per eos, pro eorum nutu ponendum, & amouendum, curam huiusmodi exercere. Qui quamdiu Capellanatus huiusmodi fungetur officio, ac si dicti Ordinis Prædicatorum professor existeret, dictorum Fratrum Prædicatorum libertate, & exemptione vbique fruatur. Ecclesiæ verò prædictæ, & illarum bona, illa qua domos dicti Ordinis prærogatiua lætentur. Rursus intelleximus, quod etsi bonæ memoriæ Ioannes XXII prædecessor noster, illorum opinionem qui asserebant, quod confessi Fratribus, prædicti, vel aliorum Ordinum Mendicantium, ad audiendas confessiones iuxta iuris dispositionem deputatorum pro tempore, tenebantur eorum peccata Rectori eorum parrochialis Ecclesiæ iterum confiteri, reprobauerit. Et deinde prædecessor, reprobationem huiusmodi approbans, contra talia asserentes, tamquam de hæresi suspectos, per locorum Ordinarios inquiri, & procedi mandauerit, ac successiue piæ memoriæ Nicolaus Papa V. similiter prædecessor noster, gesta in præmissis, a Ioanne, & Eugenio prædecessoribus, robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuit, nihilominus, adhuc nonnulli eorum adhærentes protectuiæ, opinionem prædictam, & desuper factos damnatos, & male sonantes, ac reprobos articulos, veros esse affirmare non verentur. Vt talium præsumptuosa temeritas tanto minus inualescat, quanto plurium erit superiorum correctione damnata, cōcessam contra tales per eiusdem Eugenij prædecessoris literas locorum Ordinarijs facultatem, ad Inquisitores hæreticæ prauitatis extendimus, ac volumus, quod Inquisitores ipsi, quicumque fuerint, eadem qua Ordinarij contra tales auctoritate fungantur. Postremo, cum Fratres Ordinis Minorum, sicut, & prædicti Prædicatorum Ordinis professores, pro fidei Catholicæ dilatatione continuo indefesse laborent, fructusque afferant in Dei Ecclesia salutares, & propterea fuerint varijs per Sedem prædictam priuilegijs decorati, vt quos par labor, paria que merita cōiungunt, paria coniungant priuilegia, & fauores, concedimus eisdem professoribus Ordinis Prædicatorum, vt concessis Fratribus Minorib. & eiusdem Ordinis Minorum Fratribus, præmissis & alijs concessis prædictis Fratribus Prædicatoribus priuilegijs, indulgentijs, gratijs, fauoribus, indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, à prædictis, & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut alijs auctoritatem habentibus (quæ omnia, ac si nominatim exprimerentur, haberi hic volumus pro expressis, & nostræ approbationis munimine solidamus, ac decernimus robur perpetuæ firmitatis obtinere) potiri, & gaudere possint, & debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia prorsus, & sine villa differentia, perinde, ac si quæ vni ex Ordinibus prædictis sunt concessa, vtrique simul nominatim concessa fuissent, aut concederentur in posterum.

Et quæ de Magistro generali, ac Prioribus, Prouincialibus, & Conuentualibus ac eorum Vicarijs, necnon Monasteriorum Monialium Sancti Augustini, sub eorundem Fratrum Prædicatorum cura, & secundum ipsius Ordinis Fratrum Prædicatorum instituta viuentium, sunt statuta in generali,

 & pro-

& prouincialibus ministris, Vicarijs dicti Ordinis fratrum Minorum, necnon & Monasteriorum Sororu Sancti Damiani nuncupatarũ, censeantur esse statuta. Districtius inhibentes eisdem locorũ ordinarijs sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis a regimine, & administratione Ecclesiarum, & parochialiũ Ecclesiarum Rectoribus, & alijs quibuscunq; sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis earundem parochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa & alia in posterum obtinenda pœnis, eo ipso per eos, qui contrafecerint incurrendis, ne Ordines prædictos Fratrum Prædicatorum, & Minorum, ac illorũ domos, & professores, præter, aut contra Martini, Gregorij, & Eugenij, aut aliorum quorum cunque prædecessorum nostrorum, & præsentium nostrarum litterarum tenorem inquietare, seu molestare, & eos, aut testamentorum vltimarumq; voluntatum executores, & hæredes prædictos, seu quoscumq; alios, directe, vel indirecte ad solutionem alicuius Quartæ parochialis, seu Canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris, & faciendum celebrari aliquod officium in eorum Ecclesijs, vel alibi, dum apud ipsos fratres decedentium cadauera tumulentur, ante vel post eorum sepulturã cogere, nec confessis dictis fratribus Prædicatoribus, & Minoribus pro tẽpore, Eucharistiæ, seu Extremæ Vnctionis Sacramenta, sine rationabili causa denegare, vel illorum exhibitionẽ malitiose differre aut eorum parochianis, ne dictis Fratribus cõfiteantur prohibere, vel persuadere, nec etiã ad pœnam illa, seu aliquod præmissorum, auxilium, cõsilium, vel fauorem, directe, vel indirecte quoquomodo ferre præsumant. Et nihilo minus cuilibet in dignitate Ecclesiastica constituto, & Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonico, per vniuersum orbem, qui desuper per dictorum Ordinum Priores, Guardianos, & Fratres, ac illorũ, seu ad commodum eorum Romanæ Ecclesiæ Syndicos, desuper fuerint requisiti, per Apostolica scripta in solidum mãdamus, quatenus per se, vel alium, seu alios præmissa, vbi, & quando opus fuerit, sollemniter publicantes, ac eisdem Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, ac illorum domibus, & professoribus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eos pacifica possessione, vel quasi priuilegiorum, & concessionum huiusmodi gaudere, non per Ordinarios, & Rectores prædictos, aut quoscumque alios, indebite molestari, aut eis grauamina, iniurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari, et etiam summarie, et de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, contra quoscumque cuiuscumque qualitatis, vel conditionis extiterint, & quacumque Ecclesiastica etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali, aut mundana forent dignitate & exemptionem muniti, in quibuscumque causis per eos mouendis, quacumque ratione, vel causa, quæ excogitari possit, eis ministrent iustitiæ complementum, exequendo quod per eos fuerit ordinatum, & illos quos censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit; irretitos esse declarent, ac faciant, & mandent, interdictos, suspensos, & excommunicatos publice nunciari, ac ab omnibus arctius euitari, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauare procurent, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus Constitutionibus Bonifacij quibus cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ Diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede Apostolica deputati extra Ciuitates, & Diœceses, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alijs vices suas committere præsumant. Et de duabus dietis in Concilio generali, necnon quæ incipit. Super Cathedram. Bonifacij. Et dudum Viennen. Concilij, ac Calisti Papæ III. Etiam prædecessoris nostri litteris, alijsque Apostolicis, ac etiam in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus, necnon Ottonis, & Ottoboni olim in Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum constitutionibus, Ecclesiarum quoque, ac locorum quorumlibet statutis, & consuetudinibus, inter quoscumque dictorum Ordinum Fratrum Prædicatorum, & Minorum professores, ac locorum Ordinarios, seu Rectores prædictos initis, & conclusis, ac hactenus obseruatis pactis, & conuentionibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, necnon omnibus illis, quæ Gregorius, Martinus, & Eugenius præfati prædecessores, in prædictis eorum litteris voluerunt non obstare.

ftare contrariis quibuscumque, quibus omnib. illa, ac si de verbo ad verbum insererentur, & derogatoriarum derogatorias clausulas in se continerent, præsentibus pro expressis haberes, illis aliàs in suo robore permansuris, quo ad præmissa, specialiter, & expressè derogant. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Rectorib. præfatis, seu quibusuis aliis, communiter, vel diuisim, a Sede præfata indultū existat, quod interdici, suspendi, vel excōmunicari, aut vltrà, vel extrà certa loca, ad iudiciū euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, generali, vel speciali, cuiuscumq; tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus earum impedire valeat quomodolibet, vel differri, de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc illa, & quæcumque alia, quæ in futurum per nos, vel Sedem Apostolicam quomodolibet concedi, statui, decerni, vel ordinari contigerit contra Gregorij, Martini & Eugenij aliorumque prædecessorum nostrorum prædictorum, & præsentium litterarum, huiusmodi tenorem, necnon secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irrita, & inania, ac nullius roboris, vel momenti esse decernimus. Et quia difficile foret præsentes litteras ad singulas prouincias originaliter destinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis earum, manu Notarij publici, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, aut alicuius Archiepiscopi, vel Episcopi, seu dictorum Ord. Magistri, & Generalis Ministri sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra, vbicumque exhibita, vel ostensa forent, fides adhibeatur, ac si ipsæ originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Approbationis, Constitutionis, Ordinationis, Statuti, Decreti, Concessionis, Indulti, Declarationis, Concessionis, Inhibitionis, Ampliationis, Voluntatis, & fondationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, M. CCCC. LXXXIV. Pontif. nostri Anno quarto.

III.

Bulla Aurea, per quam plura alia priuilegia conceduntur.

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sacri Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, instar duorum primorum fluminum à cælestium voluptatum, & amænitatum a Paradiso egredientium sacrosanctæ vniuersalis Ecclesiæ terram, ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore arescat, prēclaræ doctrinæ, virtuosorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt duo Seraphim, qui in sublime contemplationis, & Seraphici amoris alis eleuati, a terrenisque rebus abstracti, assiduo diuinarum laudum clamore, & immensorum beneficiorum humano generi a summo opifice Deo exhibitorum declaratione, feruentissimis prædicationibus populos instituendos, & ad cæleste iter dirigendos insistentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundæ segetis animarum scilicet Redemptoris Nostri Iesu Christi pretiosi sanguinis effusione redemptorum, copiosos in horrea Sanctæ Ecclesiæ manipulos referunt. Hi sunt duæ tubæ, per quas Dominus præcipit ad pabulum sacri Euangelij vniuersum populum assiduis prædicationibus aduocari, vt in omnem terram exiret sonus eorum, & redderent sibi populum acceptabilem, & bonorum operum sectatorem. Ad prædictorum igitur Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, quos pro eorum amplissimis meritis, & vberrimis fructibus, quos in Dei Ecclesia continue afferunt præ ceteris, paterna charitate diligimus, nostræ considerationis intuitum dirigentes, illa eis libenter cōcedimus, quæ in eis optatæ quietis fructum inducant, & statum eorum faciant pacificum, & tranquillum. Dudum siquidem, vt Ordinū eorumdem professorum statui, & quieti consuleremus. Motu proprio nonnullas litteras diuersorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum dictis Ordinibus concessas, & in illis contenta approbauimus, & quo ad aliqua declarauimus, ampliauimus, & extendimus, ac nonnulla de nouo eis concessimus, prout in diuersis nostris litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut postmodum accepimus, per huiusmodi

 aliqua-

am[pliat]iones, declarationes, extensiones, & cõce[ssio]nes, adhuc totali eorundem Ordin. & illorum professorum quieti plenè, vt expedit non con[sul]atur, asse[r]iturq; à nonnullis per easdem literas, omnes gratias spirituales, & temporales dictis Ord. & eorum domibus & Fratrib. à prædecessorib. nostris concess[i]s, approbatas nõ fore. Nos attenta meditatione pensantes, quantũ vtilitatis ad exaltationem Christianæ fidei, & Euangelicæ veritatis Ord. prædictorum professores hactenus attulerunt, & afferre valeant, adiuuante Do[mi]no in futurum, ac propterea volentes (vt tenemur) eorum tranquillitati bertius prouidere. Motu simili, non ad ipsorum Fratrũ, & Sororum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quascunq; litteras, & gratias spirituales, & temporales, concessiones & Indulgentias, ac peccatorũ remissiones, in genere, vel in specie Fratrib. & Sororib. Prædicatorum, & Mi[n]. Ord. ac domorum eorundem, necnon visitantib. illorum Ecclesias, capell[as], & oratoria concessas, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur haberi volumus pro expresso, præsentium tenore approbamus, & robur firmitatis perpetuę obtinere decreuimus, proq; potiori cautela, Apostolica auctoritate de nouo iuxta li[t]terarum desuper concessarum continentiam, & t[e]norem concedimus, & largimur. Et vt Ecclesiæ domu[s], & oratoria Prædictorum & Min. Ord. prædi[ct]orum per vniuersum orbem constructæ, ad[i]ficatæ, & quæ construi, & ædificari contigerit in futurum, congrua deuotione, & vene[r]atione a Christi fidelib. visitentur, ac quæ imperfectæ sunt perficiantur, & ad complemẽtum deducantur, & completæ conseruentur, & manu teneantur, nec non paramentis, & alijs ad Diuinum cultum inibi necessarijs debite ornẽtur, ipsique Christi fideles ad dictas Ecclesias eo libentius confluant, & ad præmissa manus prõptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ conspexerint se refectos. De Omnipotentis Dei misericordia, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, vtriusq; sexus, vere pœnitentibus & confessis, qui Ecclesias, & Oratoria domorum Fratrum prædictorum in singulis S. Dominici, & S. Francisci, cẽtum annos, & totidem quadragenas, & in Sanctorum Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Vincentij, & Sanctæ Catharinæ de Senis, ac Sanctorum Antonij de Padua, & Ludouici Episcopi, Bernardini, & Sanctæ Claræ, & Beatæ Elisabeth festiuitatum diebus, a primis vesperis, & per totam diem ipsarum festiuitatũ quinquaginta annos, & totidem quadragenas qui deuotè visitauerint annuatim, & manus ad præmissa, aut eorum aliqua porrexerint adiutrices de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Et vt prædictorum Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres, tanto feruentius Diuinis beneplacitis insistant, quanto maioribus se viderint spiritualibus gratijs fore munitos, omnibus & singulis Prædicatorum, & Minorum Ordinum professoribus qui nunc sunt, & pro tempore p[er]petuo erunt, vt confessor idoneus eorundem Ordinum quem quilibet pro se, de sui superioris licentia duxerit eligendum eorundem confessione d[i]ligenter audita, pro commissis per eos excessibus, & peccatis, semel in vita, in forma confessionalis per nos edita, in mortis vero articulo plenariã absolutionem peccatorum huiusmodi remissionem impendere valeant, etiam si ante factam eorun[d]em Ordinum professionem eos decedere contin[g]eret, similibus motu, scientia, & auctoritate indulgemus. Facultatem vero a prædecessoribus nostris concessam M[a]gistro Generali, & Prioribus P[r]ouincialibus, & Conuentualibus, ac eorum Vicarijs Prædicatorum, ac Generali, & Prouincialibus ministris, & eorum Vicarijs, necnon custodibus Minorum Ordinum prædictorum, super absolutione Fratrum eorũdem O[r]dinum suorum, & dispensatione cum eisdem in quibuscunque casibus (præterquam illis, pro quibus essent ad Sedem Apostolicam mittend[i]) & per nos approbatam, cum declaratione casuum pro quib. mittendi sunt persistingentes, volumus quod Magister, & Minister Generales præfati, & eorum Vicarij, & illi, quibus ipsi Magister, & Minister generales pro tempore id duxerint committendum, dumtaxat, & non alij facultate prędicta de cetero vti possint, illam omnibus alijs penitus adimentes. Et ne propter Monasteria Monialium, seu Sororum sub cura, & institutis Ordinis prædicti fratrum Prædicatorum, & Sanctæ Claræ, seu Sancti Damiani, Ordinum sub eiusdem fratrum Minorum Ordinis cura degentia, Sancti Dominici, Francisci de pœnitentia nuncupatorum Ordinum vtriusque sexus personas, contingat eorumdem Fratrum quietem turbari, motu, scientia, & aucto-

auctoritate prædictis, statuimus, quod huiusmodi Monasteria, & loca eorumq; Abbatissæ, & Priorissæ, Procuratores, Syndici, Oblati, & vtriusque tertij Ordinis prædicti de pœnitentia nuncupatæ personæ prædictæ, eisdem Priuilegiis, Immunitatibus, Gratijs, Fauoribus, Concessionib. Facultatibus & indultis spiritualib. & temporalibus, prædictis, Fratrū prædicatorum, & Minorum Ordinibus ac illorum professoribus, domibus & locis ac procuratoribus, Syndicis, Oblatis, & Commissis, seu aliàs quomodolibet per prædecessores nostros, aut nos hactenus concessis, & in posterum concedendis, quauis auctoritate, quatenus earum sexui, & statui non contradicant, libere, & licite vti possint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorsus, & sine vlla differentia, ac si eisdem Monasterijs, locis, & personis, Abbatissis, Syndicis, procuratoribus Oblatis & Commissis, Sororum, & Monialium earumdem, ac personis vtriusque sexus de pœnitentia huiusmodi, nominatim concessæ forent, & concederentur expresse. Præterea, quia vt intelleximus, exortis nonnunquā Controuersijs inter locorū Ordinarios, eorumq; Vicarios seu Officiales, Curatos, & Fratres prædictorum Ordinum, varijs occasionibus, locorū Ordinarij, eorumque Vicarij, seu Officiales, & curati prædicti, ne Christi fideles Fratribus ipsis pias eleemosinas erogare præsumant, & etiam sub censuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore prædicare, seu prædicari facere, seu pronunciare præsumunt. Locorum ordinarius, eorumque Vicarijs, seu Officialibus, & Curatis, prædictis; ac etiam alijs quibuscumq, dicta auctoritate mandamus, vt ab huiusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis de cetero prorsus omnino abstineant, decernentes inhibitiones ipsas, & mandata, nullius existere firmitatis, & illis contrauenientes, censuris homini minime ligari, ac eosdem persuadentes, & inhibentes, mandatoque nostro homini obtemperare non curantes (nisi pœnituerint, & persuasiones, ac inhibitiones, & prædicta reuocauerint infra triduum, postquam desuper requisiti fuerint) eo ipso ordinarios interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, alios verò inferiores ab eis excommunicationis sententiam incurrere. Cum autem nonnulli ad Ordines prædictos Prædicatorum, & Minorum specialiter gerentes deuotionis affectum, eorum cadauera cum habitu Fratrum Prædicatorum, vel Minorum seu Fratrum, vel Sororum de pœnitentia vtriusque Ord. Prædictorum, sepeliri mandent, & persæpè antequā moriantur, & habitum huiusmodi eis postulant exhiberi, decernimus habitum huiusmodi per priorē Domus Ord. Prædic. aut Guardianū Domus Ordin. Min. loci in quo tales decedere continget, vel per superiorem Prælatum ipsorum Ordinum Domorum, seu Prioratus, & Guardiani, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium quauis auctoritate, vel prælatione fungentem, exhiberi debere, qui prædictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum Ordinum Ecclesias debere sepelliri in eorum habitu, quorum habitum suscipiant, & illorum sic indutorum cadauera discoperta, nullo pallio, vel tegumento superimposito, cum habitu huiusmodi ad sepulturam deferri posse, ordinariorum etiam sub censuris prohibitione locorum qualibet in contrarium edita non obstante, quas quo ad hoc modificamus. Et ne ex habilitatibus ad vnum, vel plura beneficia Ecclesiastica in titulum, vel commendam obtinenda, cum facultate interim donec illa assequantur pro capellanis aliorum in beneficijs Ecclesiasticis deseruire, & quod etiam postquam beneficia huiusmodi assequuti fuerint, in domib. dicti Ordinis residere, cameras habere, in illas, ac in generalibus, atq. prouincialibus Capitulis Fratrum eorumdem Prædic. & Minor. Ordinum, vocem actiuam, & passiuam habere, ac priuilegijs, fauoribus, & gratijs, & indultis concessis ipsorum Ord. professoribus gaudere possint, præfatis Ordinibus, & illorum professoribus grauamen inferatur, eisdem motu, & auctoritate decernimus, huiusmodi concessas, & quas concedi contigerit habilitationis litteras, intelligi, & interpretari debere, vt Fratres ipsi quibus litteræ huiusmodi concessæ sunt, & concedentur in posterum, quandocumque per Sedem prædictam postquam aliquod beneficium adepti fuerint pacificè, aut pro capellanis in aliquib. Ecclesijs cœperint deseruire, concessionibus prædictis (prout vocem actiuam, & passiuam, residentiam in domibus dictorum Ordinum ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia quæ ordinem ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia quæ Ord. prælatorum sunt, concernunt) de dictorū Prælatorū consensu duntaxat gaudere possint, & non

& non aliàs, nec alio modo. Id in statuentes de promotis ad Cathedrales etiam titulares appellatas Ecclesias, & alias Ecclesiasticas dignitates. Ceterum, vt dictorum Ord professores, qui Inquisitores hæreticæ prauitatis pro tempore in diuersis mundi partibus deputantur, tanto diligentius eorum officia studeant exercere, ac ab illicitis, & eis prohibitis abstinere, quanto cognouerint posse eorum errores facilius corrigi, & puniri, quod Mag. stri Prædic. & Minister Min. Ord. prædictorum Generales pro tempore existentes, gesta pro tempore per ipsos Inquisitores suorum Ord. respectiue examinare, & querelas contra illos propositas audire, ac super illis quantum eis iustum, & æquum videbitur statuere, & ordinare, Et si in aliquo eos deliquisse inuenerint, illos iuxta excessus exigentiam, etiam per eorum ab officio commotionem, ac aliàs corrigere, & punire, dictosque Inquisitores secundum quod æquum, & iustum, aut necessarium videbitur (non tamen in vna eademque diœcesi multiplicare) libere & licite valeant. Et prædicatorum in Minorum, & è contra Minorum Ord. prædictorũ Inquisitores in Prædicatorum Ord. huiusmodi professores quoscunque, officio inquisitionis huiusmodi fungi, illudque exercere nullatenus possint absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, de præsentibus litteris specificam, & expressam faciente mentionem. Postremo, quia Prædicatorum, & Minorum Fratr. prædictorũ Ord. professores, pro fidei Catholicæ dilatatione, incremento, & defensione, continue indefesse laborant, & eorum exemplari vita, prædicationib. verbi Dei, audientia Confessionum, sana doctrina, assidua Sacrarum litterarum instructione, & deuota Diuinorum officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione, aliisq; innumeris piis operationibus præ cæteris Ordinum Mendicantium professoribus, fructus in Ecclesia Dei salutares copiosius attulerunt hactenus, & continue afferre non cessant, atque illaturos in futurum Deo propitio spe firma tenemus, & propterea conuenit, vt ipsi præ cæteris ampliores fauores, & gratiarum prærogatiuas à præfata Sede recipiant, & reportent, aliorumq; Ord. Mendicantium in indultis, & priuilegiis apud Sedem præfatam gaudeant, ne illis inferiores esse videantur, omnes, & singulas gratias, concessiones, indulgentias, & peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta spiritualia, & temporalia, qualiacunque sint Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, ac Seruorum B. Mariæ Fratrum Ordinibus, & illorum Ecclesiis, oratoriis, & domibus, Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Conuersis & Oblatis, ac vtriusque sexus personis de pœnitentia nuncupatis, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificib. prædictis, & à nobis, aut aliis auctoritatem habentibus, quæ omnia, ac si nominatim exprimerentur haberi hic volumus pro sufficienter expressis, coniunctim vel diuisim, in genere vel in communi concessa eisdem, & eorum cuilibet, Prædic. & Min Fratrum Ordinibus, Domibus, Ecclesiis, Oratoriis, Generali Magistro, Ministro, Prioribus, & Ministris, Prouincialibus, Conuentualibus, Prioribus, Guardianis, Sororibus, Oblatis, Conuersis, & vtriusque sexus Tertii Ordinis, seu de Pœnitentia nuncupatis, & aliis eorundem Ordin. personis, de nouo concedimus, & in eis locum habere volumus, ac si eisdem nominatim directè, & expressè concessa fuissent. Mandantes etiam motu, & scientia, & auctoritate prædictis, vt dum Priuilegiorum, Indulgentiarum, Prærogatiuarum Concessionum, Exemptionum, Immunitatum, Facultatum, & Indultorum, dictorum Fratrum Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, & Seruorum sanctæ Mariæ originales litteræ seu transumpta authentica, & illis, pro, & in fauorem Ecclesiarum, domorum, & Fratrum prædictorum Prædic & Min. Ordinũ, adducerentur, vel exhiberentur, eadem fides indubitata adhibeatur, tam in iudicio, quam extra iudicium, & aliis locis, quibus opus fuerit, ac si pro, & in fauorem dictorum Ord. Ecclesiarum, Domorum, & Fratrum Prædicatorum, & Minorum à Sede Apostolica emanassent, ac eis, & cuilibet ipsorum fuissent immediate concessæ. Inhibentes districtius ipsi locorum Ordinariis, sub interdicti ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, ac parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & aliis quibuscunque, sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis earundem Ecclesiarum Parochialium, & omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnis, eo ipso qui contra fecerint incurrendis, ne personis quibuslibet Ecclesiasticis, vel secularibus in genere, vel in specie, directè, vel indirectè aliquid inhibeant, præcipiant, ordinent, vel statuant, quo minus Ordines prędicti, illorum domus, & professores, prędictis

dictis gratiis eis concessi[illegible] N[illegible] obstantibus [illegible]busc umque A[illegible] Constitu[illegible] ac Pacti [illegible] S[illegible] Conciliis, edi[illegible] generalibus, vel speci[illegible] Constitutionibus necnon P[illegible] & aliorum [illegible], generalium [illegible] Fratribus, & Curiæ vice[illegible] Aut [illegible] concessis, & quibusuis Ordina[illegible] ac personis concessis, & cō[illegible] dictis litteris [illegible] ac per illos deputatis in eis conseruatoribus priuilegiorum huiusmodi facultatibus, & iurisdictione, cum quibusuis Clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, & insolitis, quibus, omnibus illa etiam si de eis eorumque totis tenoribus, & datis, non per huiusmodi generales clausulas etiam specialem mentionem importantes, sed specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, seu quæuis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expensis habentes, illis alias in suo robore permansuris: quo ad præmissa specifice, & nominati derogamus, & ea nemini in præiudicium præmissorum suffragari posse, aut debere, ac irritum, & inane quicquid secus contigerit attentari, decernimus; necnon omnibus illis quæ in dictis litteris nostris præfatis Ordinibus concessis volumus, nō obstare, cæteris que contrarijs quibuscumque. Verum qui difficile foret p[illegible] ad sin[illegible] originalis [illegible], volumus & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis earum, manu Notarij publici, & Curiæ [illegible] Apostolicæ Auditoris, vel protectoris qui est & qui pro tempore erit, aut alicuius Archiepiscopalis, vel Episcopalis seu cuiuscumque indignitate constituti sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra, vbi cumque exhibita, vel ostensa fuerint, fides adhibeatur indubia, ac si ipsæ originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Approbationis, Constitutionis, Concessionis, Largitionis, Indulti, restrictionis, voluntatis, ademptionis, statuti, mandati, decreti, inhibitionis, & Derogationis infringere, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1479. Kal. [illegible], Pont. nostri Octauo.

III

Renouatio restrictionis [illegible] absoluendi Fratres vt in dicta Bulla Aurea continetur.

SIXTVS [illegible], Seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Vicario [illegible] Hispaniarum L[illegible] Ordinis Prædicatorum, [illegible] Prioribus, & vices gerentibus eorum [illegible] ipsis Vicarijs subiectis, S[illegible] benedictionem. Quoniam [illegible] Ordinis vestri de Obseruātia Fratres, pro[illegible] Constitutionibus [illegible] præfati [illegible] tenentur & obligantur, iuxta tenorem Bullæ Aureæ [illegible] in qua tali restrictione [illegible] Fratribus ipsis magno [illegible] pro quaque re facienda [illegible] commoditati, & quieti in hoc [illegible] supplicationi usque in hac parte nobis porrectæ inclinati, vobis, & cuilibet vestrum facultatem & potestatem concedimus, absoluendi, & dispensandi cum Fratribus ipsis, sicuti alias ex priuilegio quod dicitur Mare Magnum facere poteratis, antequam talis Bulla Aurea nuncupata, emanasset. Illa cæteris [illegible] contrarijs non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die 28. Maij 1481. Pontificatus nostri anno decimo.

IV.

Multa priuilegia fratribus ad Prædicandum Iesu Christi Euangelium in terras infidelium euntibus concessa.

SIXTVS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Apostolicæ [illegible] officium [illegible] dominus gregem fidemus, nos admonet, vt sicut bonus pastor ad oues Christicolas pascendas aures nostræ contemplationis extendimus, & earum necnon partium, & regionum, ac temporum qualitatibus pensatis, ad eorundem Christicolarū salutem vigilemus, & iis, quæ à nostris prædecessoribus circa ea circumspectè emanasse comperimus, illorum vestigiis [illegible] inhærentes, con[illegible] facultatibus, & gratiis [illegible] à nobis [illegible] obus Apostolici [illegible] ad [illegible]. Dudum siquidem felicis recordationis P[illegible] Papæ II. prædecessoris nostri litteræ emanarunt, quas præsentibus annotari fecimus, & quarum tenor sequitur, qui talis est. Pius Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad Deum leuamus in circuitu oculos nostros, & gregem Dominicum sollicitudini nostræ (disponente Domino commissum vndique mentis acie cōtemplamur, & ex debito Pastoralis officij vigilem

gilem curam impendimus, vt cultores vineæ Sabaoth sic cultui satis intendant, vt eius virtuosi palmites exstirpatis spinis & tribulis, lati⁹ extēdantur, sic ille cœlestis agricola, & pius pater familias ad excolendā Vineam suam diuersis horis, & tēpore fecunos misit, ne fructus propter cultorum inopiam deperiret, sed potius virtutes bonorum operum germinaret. Cum verò in terris infidelium messis quidē in multas, operarij verò pauci, ne ager Dominicus spinis, & vepribus repleretur, nonnulli prædecessores nostri de florido Prædicatorum Ordine ad irrigandum imbre sanctę prædicationis corda Aquilonarium, & Orientalium Nationum, aliquos direxerunt filios, & alumnos, qui flante spiritui, plenos manipulos in horrea sanctę matris Eccl. portauerunt. Sed proh dolor temporib. nostris venit inimicus homo, & superseminauit zizaniā in medio tritici, cū per Turcarū potentiā Christianorum aliquas Nationes sibi inimicissimo dominatui subiecerit. Inde fit, vt nos, eo studiosius operā impendimus, quo magis gregem Dominicum à dicto Serpente conspicimus crudelius laniari. Vtq; opportunis remedijs commodius prouideatur. Nos dilecto filio Christophoro de Viterbio Ordinis Prædic. Sacræ Theologię professori, & totius Societatis peregrinantiū propter Christum inter gentes, Vicario Generali, & hæreticæ prauitatis Inquisitori per nos deputato, & cōstituto, & alijs suis successorib. pro tempore deputandis in partib. Orientalib. tam fideliū, quam infideliū constitutis, & quam maximè in Ciuitatibus Caffæ, & Peræ Chii, & in terris Saracenorum paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, & Aethiopum, Yberorū, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zicorum, Ruthenorum, Syrorum, Iacobitarum Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorū, Armenorum, Indorū Agolesticorum, Tartarorum, Caiclorum, Hungarorum maioris Vngariæ, & aliorum qui nōdum Sacramenta fidei receperunt, vt ipse Vicarius, & eius successores, & deputandi ab ipsis pro tempore dicti Ord. Fratres possint singulorū Christi fideliū quorumcumque Dioecesis, & locorum ad ipsos pro tempore confluentiu, confessiones audire, & pro cōmissis (etiam, si talia fuerint propter quæ Sedes Apostol. foret merito consulenda) pœnitentiam salutarem iniungere, necnon à quibusuis sententijs excommunicationis, tam ab homine, quam à iure latis, ac alijs censuris, & pœnis quomodocumq; vel qualitercumque illas incurrerint, seu fuerint ligati, absoluere, necnon (dummodo tales bigamiæ, labere sperti non sint) super irregularitate, si quā quouis modo, & causa incurrerint, dispēsare, ac huiusmodi confessione audita, Eucharistiæ, & Extremę vnctionis, aliaq; Eccles. Sacramēta ministrare. Insuper, vt singuli Confessores idonei, quos Vicarius, & Frat. partium prædictarum dicti Ord. duxerint eligendos, omnium peccatorum suorū de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenariam remissionem in mortis articulo impendere, vel si alias copiam confessorum habere nō voluerint, dummodo contriti existant, eandem indulgentiam consequantur. Quodque Confessores ipsi singulorū confessiones audire, & pro cōmissis quoties ipsis videbitur, etiā si talia sint propter quæ Sedes Apostolica merito sit consulenda, debitam absolutionem impendere, ac penitentiā salutarem iniungere necnon ipsorum Fratrū singulos, a quibuscumq; sententijs, censuris, & pœnis in ipsos quauis auctoritate promulgatis, absoluere, & super irregularitate per ipsos quoquomodo contracta dispensare, omnemq; inhabilitatis, & infamiæ maculā (dummodo a bigamia nō processerint) abolere libere, & licite valeant. Insuper, vt ipsorum Fratrum bonorū operum fructus amplius valeant propagari vt Vicarius, & Fratres pro tempore existentes, præfata singula loca alias pro habitatione, & vsu Fratrū dicti Ordinis idonea, & in illis domos, monasteria, cum Ecclesijs, Campanilibus, Cāpanis: Dormitorijs, Hortalitijs, & alijs necessarijs officinis erigere: Quæ quidē loca, domus, & Monasteria recepta, & erecta, & eorū personæ, & omnib. & singulis priuilegijs, indulgentijs, immunitatibus, & indultis, alijs locis, domib. monasterijs, & personis ord. Prædic. à Sede Apostolica quomodolibet concessis, vtuntur, & gaudent, vti pariter debeant, & gaudere. Insuper, vt Vicarius, & Frat. prædicti omnibus, & singulis gratijs, libertatibus, exemptionibus, priuilegijs, indulgentijs, & indultis, quibus Prouincialis, & Fratres prouinciæ Terræ sanctæ vtuntur, & gaudent, & quæ Romani Pont. Fratrib. Prædic. dictæ societatis hactenus concesserunt, etiam vti, & gaudere valeant. Quodque Fratres ipsi schismaticos, & excommunicatos, seu interdictos quoscunque, etiam quantumcunq; notorios, nisi quos Vicarius, seu deputati per eum euitare mandauerint, euitare minime teneantur. Insuper, omnib. & singulis Christi fidelib⁹, qui de bonis sibi à Deo collatis

pro centenario videlicet vnum [illegible] trone fidelium [illegible] de manibus [illegible] m, seu pro erectione, & fundatione, seu manutentione domorum, & Monasterior. pro vsu, & habitatione dictorum Fratrum erogauerint, liceat eligere Confessor. idoneos, qui confessione eorũ diligenter audita, ab omnib. peccatis criminibus, & excessib. etiã in casib. Sedi Apostolicæ specialiter vel generaliter reseruatis, semel dũtaxat, deinde quoties fuerit opportunum (dumtaxat modò talia sint, propter quæ Sedes Apost. consulenda nõ fuerit) absoluere, & pœnitentiam salutarẽ iniungere, necnon omniũ peccatorũ in mortis articulo, remissionẽ impẽdere licitè valeant auctoritate Apost. singulis prædictis prout eos cotingit tenore præsentiũ indulgemus. Insuper, prædicto, & alijs qui pro tempore fuerint dictarum partiũ Vicarijs, super natalibus, & ætatis infra vigesimum tertiũ annum deficientibus cum personis, & Fratr. Ord. prædictum ingredi nec non suscipere volentibus, & professis vt ad omnes Sacros ordin. vsq; ad presbyteratus ordinẽ inclusiue, & singulas Ord. Prælat. & officia in dictis partib. promoueri, & illis ministrare valeant dispensandi. Necnon Notarius ad actus publicos in fauorem Fidei Christianæ conseruendos, creandi, & instituendi, dicta auctoritate, tenore præsentiũ, concedimus facultatem. Insuper, vt si [illegible] deuotio in fide erectæ, vt omnes, & singulæ v[illegible] se us personæ, quæ prædicationibus dictorum Fratrum interfuerint, & [illegible] proposito se emẽdandi audierint, singulæ singulis [illegible] vnius anni, & quadraginta dierũ indulgentiam consequantur. Quod Fratres, & Sorores de pœnitentia S. D. quos Vicar. seu ab eo deputati Fratres pro tempore recipient, & aliæ vtriusque sexus personæ, quæ in societate B. V. g. sub Capitulis, & ceremonijs per ipsos Vicarium, seu Fratres ordinandis, altissimo deuote famulabũtur, Confessores eligere, qui confessionib. eorum diligenter auditis, ipsis confessis, & contritis, plenariam in mortis articulo omnium suorum peccaminum remissionem impendere valeant.

Postremo, vt idẽ Vicarius, & Inquisitor alios Inquisitores hæreticæ prauitatis in prouincijs de quib. sibi videbitur supradictis substituere, & ordinare valeat. Et vt [illegible] ntius idem Vicarius, & Fratres suæ [illegible] valeant, & Deo confidentius deseruire, in omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, & conditionis existant, qui bona mobilia, siue immobilia, videlicet possessiones, domos, apothecas, libros, calices, paramenta, & instrumenta, & omnia alia ad diuinum cultum [illegible], ad vsum, & commodũ Fratrum necessaria [illegible] ipsorum Vicarij, & Fratrum voluntatem occupantes, & detinentes, excommunicationis sententiã promulgamus, à qua nolumus à quoquã absolui posse, nisi pri9 restitutione vel cum eodẽ Vicario, siue Fratrib. conuentione [illegible] de ipsius, siue de ipsorũ beneplacito, & libera voluntate. Et vt ipse Vicarius talentum sibi cr[illegible] itum sine impedimento, & obstaculo vbique valeat exercere, ex certa nostra scientia, ipsam, societatẽ, quæ per nonnulla Capitula generalia dicitur esse diuisa, reintegramus, & reponimus, ac in idem Corpus, vt prius erat reponi volumus, & mandamus, præsertim omnes connẽctus Lithuaniæ Russiæ, Poloniæ, Valacchiæ, maioris, & minoris, nõ obstantib. quibuscumq; litteris, & ordinationib. Capitulorũ generalium in oppositum concessis, & concedendis, declarantes, & mandantes, tales conuẽtus, & nationes amodo esse sub Vicario dictæ societatis peregrinantium. Quia verò conditio temporis hoc requirit, volumus, & mandamus, vt Fratres qui dicuntur Vniti, vel Armeni, quod non obstantib. priuilegijs aliquorum Summorum Pontificũ, et si de ipsis priuilegijs de verbo, ad verbum deberet fieri mentio specialis, vt secundũ quod prius fuerint ipsi Vicario in omnib. & per omnia subdantur [illegible] de cetero d[illegible] sponte possint [illegible] de ceteris Ord. Fratribus non obstantibus Apost. [illegible] generalibus, vel specialibus Constitutionibus, constitutionibus, ordinationibus [illegible] quantum [illegible] aduersantur, derogari volumus [illegible], ac de verbo ad verbum mentio præsentibus esset habenda, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, excommunicationis, voluntatis, mandati, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem Omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1464. pridie Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno Sexto. Quare, pro parte dilecti filij Baptistæ Fari[illegible] de Ianua, dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum professoris, Vicarij Generalis, in terris peregrinantium supradictarum, per dilectum filium Manualem Auri-

belli Sacræ Theologiæ professorem, & Priorem & Generalem dicti Ordinis deputari, & institui, nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmissis, & in dictis litteris contentis Apostolici muniminis robur adiicere, ac omnes & singulas facultates dicto Christophoro in præmissis litteris concessas, eidem Baptistæ pari modo concedere, & aliás in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes fidem Catholicam vigere, augmentari, & etiam manuteneri p[illegible] fati Ba[illegible]tista in hac parte supplicationibus inclinati, litt[illegible] Apostoli[illegible] as p[illegible]dictas, cum omni[illegible], & sing[illegible] indul[illegible]ent[illegible], [illegible] concessi[illegible], & clausulis in ei[illegible] contentis, [illegible] Societatem [illegible] dictam auctoritate Apostolica tenore præsentium ratificamus, ap[illegible]. & præsentis [illegible] patrocinio vo[illegible]que [illegible] subsistere de[illegible]mus, [illegible] ad C[illegible]rum [illegible] extendimus, nec non vniuersos, & singulos eiusdem Ord. Fratres, qui dicuntur Vniti vel Armeni aut alias, vt [illegible] referatur, dicta auctoritate eid[illegible] Societati [illegible]cimus, ipsamque Societatem præfata auctoritate approbantes, & confirmantes, omnibus, & singulis cuiuscumque [illegible]tatis, gradus conditionis, vel Ordinis existant, sub excommunicationis pœna quam [illegible] incurrant, ne Societatem prædictam in præm[illegible] seu al[illegible] quomodolibet impedire, [illegible]inquietare, vel [illegible] molestare seu ipsam d[illegible] re, extinguere, & separare, [illegible] de [illegible] se intromittere quoquo mo[illegible] præsim[illegible], [illegible] inhibemus. [illegible], vt [illegible] apostolic[illegible] in [illegible] missis [illegible] possit, & habere, [illegible] & [illegible] facultates, & auctoritatem [illegible] præfatum [illegible] prædecessorem dicto Christophoro [illegible] concessas pari modo, & absque vlla differentia [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quauis auctoritate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, approbationis, commonitionis, extensionis, confirmationis, inhibitionis, concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1473. Kalen. Aprilis, Pontificatus nostri Anno secundo.

V.

Conceditur Fratribus itinerantibus, & eorum Prælatis, quandocumque Sacerdoti [illegible] extra Ordinem confiteri posse.

DILECTI Filij, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Supplicari nobis humiliter fecistis, vt cum in Constitutionibus, & Priuilegiis vestri Ordinis expresse caueatur, ne Fratres Ordinis eiusdem, præterquam suis Prælatis, & de eorum licentia tradidous [illegible] Ordinis confiteantur, dignaremur concedere, vt aliquando alterius Ordinis Sacerdotibus maxime necessitate exigente possint confiteri. Nos vt cum maiori animi quiete, & conscientiæ pace Fratres vobis subditi altissimo famulari possint, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt Fratres vestris, vel aliorum prælatorum, & suorum, qui pro tempore erunt licentia, solummodo tamen, cum itinerauerint, vel fuerint extra Conuentus eorum, prout eis concederetis, confiteri possint. & vos quomodocumque Sacerdotibus cuiuscumque sæcularis, seu regularis Ordinis confiteri valeatis, tenore præsentium Apostolica auctoritate concedimus. & indulgemus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die [illegible] Augusti 1479. Pontificatus nostri anno nono.

VI.

[illegible]

SIXTUS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. [illegible] Apostolica [illegible] [illegible] [illegible] personarum, [illegible] quę Christi

sti fideles suarum animarum salutem Deo propitio facilius adipisci,& eorum deuotio augeri valeant, libenter annuit. Sanè pro parte tam charissimorum nostrorum in Christo Ferdinandi,& Elisabeth Castellæ,& legionis regnorum Regis,& Reginæ illustrissimorum, quam Vicarius Generalibus,& vniuersorum Priorum, ac Fratrum Ordinis Prædicatorum reformatorum nuncupatorum in dictis Regnis consistentium dilectorum filiorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod si prædictus, & pro tempore existens Generalis Vicarius, in qualibet domo dicti Ordinis ei subiecta, vbi eum pro tempore morari contigerit, ac in eius absentia singuli Priores, siue præsidentes singularum domorum dicti Ordinis, nunc,& pro tempore existentes, ac quatuor prædicti Ordinis professores presbyteri idonei per Vicarium, & singulos Priores, siue præsidentes prædictos in singulis omnibus deputandi, possent confessiones vtriusque sexus Christi fidelium, [illegible] ad [illegible] domos prædictas accedentium, & ibidem proprium domicilium non habentium ac ibi confiteri volentium, toties quoties ibidem confitebuntur, libere audire,& eos ab omnibus,& singulis peccatis, excessibus & delictis, per eos commissis, ac [illegible] excommunicationum sententiis,& censuris,& pœnis singulos fideles prædictos in genere, vel in specie ordinaria, auctoritate [illegible] de quibus Christi fideles [illegible] petierint, dummodo tamen non sint propter quæ Sedes Apostolica [illegible] consulenda [illegible] dicti Ordinis [illegible] absoluere, & eis [illegible] pœnitentiam [illegible] in [illegible] & [illegible] loci Ordinarii absentia, in alia pietatis opera commutare, necnon omnibus,& singulis Christi fidelibus tam forensibus, quam in Ciuitatibus, & locis, in quibus eæ domus ipse consistunt, commorantibus, Eucharistiæ Sacramentum quocumque tempore (festo Resurrectionis Dominicæ dumtaxat excepto) eorumdem fidelium parochialium Ecclesiarum Rectorum,& quorumlibet aliorum licentia minime requisita ministrare possint, perpetuo statueretur & ordinaretur, profecto deuotio fidelium eorumdem ad domus Fratrum prædictorum ex magno deuotionis feruore pro consequendis spiritualibus alimentis accurrentium, augeretur,

& eorumdem fidelium animæ ferculo diuini sermonis decentius reficerentur, ipsique fideles ad imitationem Religionis huius facilius inuitarentur. Nos igitur, qui singularum Christi fidelium animarum salutem quærimus Regis, & Reginæ ac Vicarii, Priorum, & Fratrum prædictorum in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus quod prædictus,& pro tempore existens Generalis Vicarius, in qualibet domo dicti Ordinis ei subiecta, vbi eum pro tempore morari contigerit, ac in eius absentia singuli Priores, siue præsidentes prædictos in [illegible] deputandi [illegible] possint confessiones vtriusque sexus Christi fidelium forensium ad singulas domos prædictas occurrentium & ibidem proprium domicilium non habentium, ac inibi confiteri volentium, toties quoties ibidem confitebuntur, libere audire,& eos ab omnibus & singulis peccatis excessibus, & delictis per eos [illegible] commissis, ac confessis, necnon excommunicationum sententiis,& pœnis in singulos fideles prædictos in genere, vel in specie ordinaria auctoritate latis, de quibus [illegible] absolui petierint, dummodo tamen non sint propter quæ Sedes Apostolica [illegible] consulenda [illegible] in loci Ordinarii [illegible] dumtaxat absoluere, & eis [illegible] præmissis pœnitentiam salutarem [illegible] regenerationis & abstinentiæ [illegible] les [illegible] quæ loci Ordinarii [illegible] possit, & [illegible] in [illegible] loci Ordinarii [illegible] in alia pietatis opera commutare: necnon omnibus, & singulis Christi fidelibus, tam forensibus, quam in Ciuitatibus & locis in quibus ipsæ domus consistunt, commorantibus, Eucharistiæ Sacramentum quocumque tempore (festo prædicto dumtaxat excepto) eorumdem fidelium Parochialium Ecclesiarum Rectorum absentium, & quorumlibet aliorum licentia minime requisita, ministrare libere, & licite possint, & valeant, parce tamen, ne querelæ inde eueniant. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare

[illegible] praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrū, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, quinto Idus Iunij, Pontificatus nostri anno septimo.

VII.

Statuit quod sepeliendi cum habitu Ordinis patente, & sine pallio, [illegible] ad sepulturam apud Ordinis Ecclesias deferantur, & impedientibus poena excommunicationis decernitur.

SIXTUS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Apostolicae mansuetudinis exempla nos admonent, vt fidelium personarum deuotionem, animarumque salutem procuremus. Et quae pro Sacrae Religionis Beati Francisci honore processisse [illegible]mus, vt illabata persistant, robur que Apostolicae confirmationis à vobis petitum [illegible] impendimus. Sane pro parte dilecti filii [illegible] Zaneti de Vtino, Generalis Ministri, & Capituli [illegible] Ordinis Fratrum Minorum in Ciuitate nostra Ferrariensi, praeterito festo Pentecostes celebrati, nobis exhibita petitio continebat, quod licet ab exordio dictae Religionis, [illegible] innotuerit [illegible], videlicet, quod multi Reges, & Principes, nobiles, & populares in mortis articulo requisierunt, & saepe requirunt, in habitu dictae religionis mori, & sepeliri, & etiam Fratres patenter vsque ad locum sepulturae deferri, in cuius deuotionem [illegible] quasdam [illegible] eligentibus, [illegible] concesserunt. Nihilominus non [illegible], & Ecclesiarum Rectores, in Vltra mon[illegible], & aliis Regionibus, ipsam deuotionem [illegible], & penitus extinguere cupientes, [illegible] contumeliosè impediunt, ne [illegible] in extremis [illegible] sepeliri eligant, [illegible] corpora de domibus defunctorum [illegible], nec [illegible] funera ac compositi cum habitu, [illegible], vel pallio cooperta deferri [illegible], nec etiam per vicos ad locum sepulturae deportari in scandalum plurimorum, & praeiudicium Religionis, & praefatae deuotionis. Quare pro parte Generalis, & Capituli praedictorum, [illegible] fuit humiliter supplicatum, vt super hoc opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eorumdem praedecessorum vestigiis inhaerentes, omnibus, & singulis vtriusque sexus personis in habitu praedicto sepeliri volentibus, quod id eis liceat, sine tamen alicuius praeiudicio, Apostolica auctoritate perpetuò indulgemus, districtius inhibentes Praelatis, & Rectoribus Ecclesiarum, sub excommunicationis poena, quam Canonica monitione praemissa contrafacientes incurrant, & à qua per alium, quam per Romanum Pontificem, & in mortis articulo duntaxat absolui non possunt, ne aliter sepeliri volentibus, quouis modo impedimentum afferant, sed permittant illos patenter ad Ecclesias, & locum sepulturae in habitu huiusmodi deferri, iure Rectorum parochialiū Ecclesiarum, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo. Non obstantibus, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini 1472. octauo Idus Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

VIII.

Concedit, quod vniuersi Fratres, & Sorores tertij Ordinis Praedicatorum, possint [illegible] omnibus, & immunitatibus tam fori, quàm personae, & rerum, sicut aliae personae Ecclesiasticae gaudere.

SIXTUS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacrosancta Romana Ecclesia, sub religionis habitu Domino famulantes, ex adducta pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne indebitis agitentur molestiis, tamquam pia mater opportunis fauoribus confouere. Sane, pro parte dilectorum filiorum Leonardi de Perusio Generalis Magistri Ordinis Praedicatorum, ac vniuersorum Fratrum, & dilectarum in Christo filiarum vniuersarum Sororum tertij Ordinis Beati Dominici de Paenitentia nuncupati, in dicto Ordine [illegible]ntium, nuper nobis exhibita petitio continebat, quod licet nonnulli Romani Pontifices praedecessores nostri

nostri diuersa pro immunitate eorum concesserint priuilegia, & quam plures in vtoque iure peritissimi, quod ipsi Fratres, & Sorores, debent gaudere libertate Ecclesiastica, vt personæ Religiosæ affirmēt, nihilominus Ciuitates, Communitates, ac Potestates, aliique locorum officiales sæculares, nouitatis realia, & personalia indicē grauamina libertati Ecclesiasticæ contraria indicere præsumunt. Quare, pro parte Generalis Magistri Fratrum, & Sororum eorumdem nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdem Communitatibus, Potestatibus, & Officialibus, ne huiusmodi grauamina inferant prohibere, aliasque eis super hoc opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Communitatibus, Potestatibus, & officialibus præfatis, sub excommunicationis pœna, quam (si moniti non resipuerint) eo ipso incurrant, ne eisdem veris non quæsitis, aut propterea receptis Fratribus, & Sororibus continentibus, & non coniugatis, qui secundum Regulam, & instituta dicti Ordinis regularia viuunt, & perseuerant, grauamina aliqua libertati Ecclesiasticæ contraria indicere, aut ipsos Fratres, & Sorores, quo minus gaudeant priuilegiis, & immunitatibus tam fori, quàm personæ, & rerum, sicut aliæ personæ Ecclesiasticæ, quomodolibet impedire præsumant, auctoritate Apostolica tenore præsentium inhibemus. Et nihilominus vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis locorum Ordinariis, ac quibuslibet personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis pro tempore existentibus, in Ciuitatibus, & locis prædictis, & cuilibet eorum, qui desuper fuerint requisiti ab aliquo Fratrum, seu Sororum prædictorum, per Apostolica scripta mandamus, Quatenus præmissa, vbi, & quando eis expedire videbitur, sollemniter publicantes, non permittant eosdem Fratres, & Sorores contra inhibitionis nostræ huiusmodi tenorem, per quoscumque quauis auctoritate indebite molestari, & illos, quos propterea huiusmodi excommunicationis sententiam incurrisse eis constiterit, excommunicatos nuncient, & faciant aliis nunciari, ac ab omnibus arctius euitari, donec ab huiusmodi indebitis molestiis per eos dictis Fratribus, & Sororibus illatis, cum effectu destiterint, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon locorum municipalibus statutis, etiam confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim a Sede Apostolica sit indultū, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca in quibus Fratres, & Sorores prædicti, illis indigerent deferre, volumus, & præfata auctoritate decernimus; quod earum transumptum per manus Notarii publici, ac Curiæ causarum Cam. Apost. aut alicuius Episcopalis vel Archiepiscopalis sigillo munito, ea prorsus in iudicio, & extra vbi [illegible] exhibitum fuerit, fides adhibeatur, ac si ipsæ originales litteræ forent exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 14[illegible]. Tertio Nonas Octobris, Pont. nostri Anno VI.

IX.

Indulget Conuersis, & Sacris non initiatis Sacristias deputatis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod corporalia, & vasa sacra licite tangere possint.

Beatissime Pater, cum Fratres professi Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Cōgregationis Lombardiæ, Conuersi nuncupati, dum in domibus, Fratrum dictæ Congregationis Sacristię curam gerunt, eorum officium Sacristiæ huiusmodi commodè exercere non possint, nisi tangant Calices, Corporalia, & purificatoria eorum, Supplicāt S. V. vniuersi Fratres Congregationis prædictæ, quatenus puritati conscientiæ eorum cōsulentes, quod Conuersi præfati, qui nunc, & pro tempore erunt Congregationis prædictę, & quilibet eorum quamdiu curam Sacristiæ, illius vasorum, & paramentorum in domibus dictę cōgregationis habebūt, Calices, Patenas & purificatoria huiusmodi, absq; conscientiæ scrupulo, nudis manibus tāgere, & pertractare quo-

[illegible] valeat, ad instar [illegible] Minorum, quibus hoc per Sedem Apostolicam est concessum, [illegible] non obstantibus Constitutionibus, & Ordinis iuramento, &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque [illegible], & confessi [illegible] perpetuo duret pro [illegible]. Et quo [illegible]

[illegible]

Concedit Fratribus, [illegible] Minorum [illegible] ac utriusque sexus Tertij [illegible] Domini [illegible] quolibet anno [illegible] Dominicum [illegible] peccatorum plenariam indulgentiam.

[illegible] remissionem concessit Sixtus V in festo Sanctis Francisci, & [illegible] Sanctorum Ordinis Minorum, [illegible] 3.

SIXTUS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. [illegible] nobis Apostolicae seruitutis officium [illegible] creditis dum Christi fidelium [illegible] procuramus. Hinc est, quod [illegible] quod uniuersi, & singuli utriusque sexus Fratrum, Praedic. de Obseruantia ac tertiae [illegible] Dominici de poenitentia nuncupatorum [illegible], & Sorores ad quos sicut accepimus [illegible] in Christo filius Ferdinandus [illegible] in Christo filia nostra Helisabeth Castellae, & Legionis Rex, & Regina illustres [illegible] gerunt deuotionis affectum, [illegible] possint [illegible] humilitatis spiritu [illegible] Apostolica [illegible] perpetuo statuimus & ordinamus [illegible] omnes, & singuli utriusque sexus di[illegible] Fratres, & Sorores reformati [illegible], qui sub obedientia Vicarij Generalis [illegible] Fratrum Praedic. reformatorum nuncupatorum Castellae, & Legionis Regnis existunt, & [illegible] vere poenitentes [illegible] eiusdem S. Dominici † & semel [illegible] articulo, omnium peccatorum suorum [illegible] † ac omnes [illegible] & [illegible] non [illegible] Ord. [illegible] Minorum professoribus [illegible] Apostolicam concessit perpetuo [illegible] Non obstantibus Constitutionibus [illegible] Apostolicis [illegible] Nulli ergo omnino [illegible] paginam nostri Statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae 1478. Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno Septimo.

VIII.

Decernit Fratres, & Monales Tertij Ordinis Sancti Francisci, pleno iure Generali, & Prouincialibus eiusdem Ordinis subiacere debere, ab eis visitari, & corrigi posse.

SIXTUS Episcopus Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Zaneto de Utino Generali, & Uniuersis Prouincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum per uniuersum orbem constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circumspecta, personas sub Religionis habitu diuinis vacantes beneplacitis, studio piae vitae benigno fauore prosequitur, quae pro ipsarum personarum status augmento prouide facta sunt, ut illibata persistant Apostolica con[illegible] munitione roborare. Dudum siquidem per felicis recordationis Innocentium Papam IV. praedecessorem nostrum accepto, quod ministri, & fratres tertij ordinis S. Francisci de Poenitentia in Italia, & Regno Siciliae constituti, cupiebant ad illa deuotionis augmenta procedere, per quae felicitatis aeternae praemium [illegible] posset feliciter prouenire, idem praedecessor eorum Ministrorum, & Fratrum supplicationibus inclinatus, vniuersis Ministris Prouincialibus vel [illegible] Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum praefatum constitutis, suis litteris [illegible] opportunis temporibus per eos, aut [illegible] Fratres idoneos, Ministros, & Fratres dicti Ord. tertij in Italia, & Regno [illegible] [illegible] tempore visitare [illegible] [illegible] instruerent, corrigerent, & [illegible] ibidem, tam in capite, quam in membris, quae correctionis, & reformationis [illegible] ind pere, prout [illegible] [illegible] us conspexerunt. Cum autem, sicut [illegible] nobis nuper pro parte vestra petitio [illegible], vos cupiatis praefatas, & [illegible] Apostolicae Sedis litteras [illegible] quam [illegible] potestatem & auctoritatem [illegible] dem Ministros, & Fratres tertij Ordinis [illegible], quorum [illegible] [illegible], & [illegible] consentis pro eorum [illegible]

Esten

sistentia firmiori nostræ approbationis munimine roborar., & ad Ministros ac Fratres dicti Ordinis extra Italiam consistentes, extendi, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt prædictas litteras Innocentij prædecessoris, præfati, necnon omnia, & singula alia priuilegia vobis in ipsos Ministros, ac Fratres dicti tertij Ordinis potestatem & auctoritatem aliquam quomodolibet concedentes approbare, roburque perpetuæ firmitatis obtinere debere, decernere, ac alias vobis, & eorũdum fratrũ tertij Ordi. prosperiori, ac feliciori regimini opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, prædictas, & quascumque litteras alias huiusmodi per quas vobis aliqua superioritas, præeminentia, & auctoritas in eiusdem tertii Ordinis Fratres, & Sorores tribuitur, Apostolica auctoritate præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & ad vos Ministros Generalem, & Prouinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis vestri de Obseruantia nuncupatorum, necnon Ministros Fratres dicti tertii Ordinis, etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ, huiusmodi per vniuersum orbem consistentes, eadem auctoritate extendimus, necnon vobis, & successoribus vestris pro tempore existentibus, Generali, ac Prouincialibus Ministris & Vicariis prænominatis de Obseruantia dicti Ordinis Fratrum Minorum, ac eosdem Ministros Fratres, & Sorores tertii Ordinis vbilibet infra prouincias vobis, & eisdem successoribus vestris, Generali, & Prouincialibus Ministris, & Vicariis commissas, consistentes, charitatiuè in capite, & membris visitandi, & iuxta Regularia instituta dicti Ordinis instruendi, reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus tertii Ordinis si id qualitas excessus exegerit, corrigẽdi, & reformandi, volentesque ad ipsum tertiũ Ordinem, & illius viuendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, siue mantellum iuxta morem dicti Ordinis eis exhibendi, ac ipsis Ministris, Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis Visitatorem, siue Confessorem dicti Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, vel de Obseruantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id moribus, vitæ sanctimonia, & ætate idoneum, qui etiam illis omnia Ecclesiastica Sacramenta ministrare habeat pro tẽpore in vestris Prouincialibus, Capitulis, vel Congregationibus dictorũ Fratrum de Obseruantia nuncupatorum, vel extra, prout opportunum videbitur assignandi, eadem auctoritate licentiam concedimus, & etiam facultatem districtius inhibentes locorum Ordinariis, & aliis quibuscumque personis, cuiuuis status, gradus, vel conditionis existant, & quacumque auctoritate fungantur, ne prætextu quarumuis litterarum, & facultatum, eisdem forsan concessarum, & pro tempore concedẽdarum, de præmissis, quæ ad vos spectant, se quomodolibet impedire præsumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his per quoscumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter aliquid contigerit attentari. Non obstantibus quibuscumque aliis forsan circa præmissa eis per Sedem Apostolicam concessis facultatibus, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ante dictorum ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta vestræ facultatis explicatio huiusmodi impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque tenoribus de verbo ad verbum, præsentibus habenda esset mentio specialis; quibus omnibus quo ad præmissa illa hic pro expressis habitis, etiam si in eis illa videlicet quibus per huiusmodi generales clausulas non intelligeretur derogatum, vel aliæ Clausulæ derogatoriæ continerentur, quo ad præmissa specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Approbationis, Constitutionis, Extentionis, Voluntatis, Concessionis, Inhibitionis, Decreti, & Derogationis infringere &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1471. 18. Kal. Ianuarij, Pont. nostri Anno primo.

XII.

Concedit licentiam Fratribus Minoribus loca eis minus commoda deserendi.

Dilecto filio Vicario Generali Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ Vltramontanæ.

H Sixtus

SIXTUS Papa IV. Dilecte fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Fecisti nobis humiliter supplicari, quòd pro tua, ac Fratrum tuæ curæ commissorum quiete, & consolatione, dignaremur concedere, vt loca quæ Regulari Obseruantiæ minus commoda sunt, vel inopia incolarum debite reparari non possunt, aut aliàs dictis Fratribus onerosa noscuntur, licet ob deuotionem populorum, vel principum contemplatione, cum beneplacito Sedis Apostolicæ recepta fuerint in manibus ordinariorum locorum dimittere liberè, & licitè valere. Nos itaque totius desideriis Regularis Obseruantiæ profectum affectantes, deuotis huiusmodi supplicationibus pariter in Domino annuentes, deuotioni tuæ præsentium tenore licentiam, & facultatem omnimodam damus, concedimus, & impartimur, ea loca quæ Fratribus suæ curæ commissis minus commoda esse cognoueris, vel aliàs onerosa, in omnibus Prouinciis Vicariatus tui, in manibus Ordinariorum locorum liberè dimittendi, & illa licite deserendi, prout tibi visum fuerit expedire: super quibus tuam conscientiam oneramus, constitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ Octaui, prædecessoris nostri prohibente, loca semel recepta non deseri, & aliis Apostolicis Constitutionibus, dictique Ordinis, Statutis, & Consuetudinibus etiam iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis, ceterisque forte contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 22. Martii, Anno Incarnationis Dominicæ, M. CCCC. LXXXII. Pontificatus nostri anno Vndecimo.

XIII.

Confirmat Priuilegia concessa Ordini Minorum à Pyrrho Archiepiscopo Consentino illaque ad omnes Dioeceses extendit.

Prædicta Priuilegia confirmata, & ampliata fuerunt per Iulium II dictis Fratribus, vt infrà Const. 4.

SIXTVS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Dilectis filiis, Fratri Francisco de Paula, ceterisque Fratribus Eremitis, Eremitorii seu Oratorij S. Francisci de Paula Consentinæ illis Dioecesis, præsentibus & futuris, salutem, & Apost. benedictionem. Sedes Apostolica, æqua in omnibus semper distributrix, ea, quæ pro Diuini cultus augmento, ac piorum locorum, & personarum, præsertim sub humili, & religioso habitu in eis degentium commodo, & vtilitate piè facta sunt vt illibata persistant, libenter, cum ab ea petitur Apostolici muniminis consueuit adijcere firmitatem, ac benigno fauore ea, quæ sunt pro animarum salute concedere, illisque vt eo deuotius, quo quietius altissimo famulari possint, suæ protectionis numimen impartiri. Dudum siquidem pro parte Francisci nobis exposito, quod olim postquam venerabilis frater noster Pyrrhus Archiepiscopus Cosentinus tibi, vt quoddam Oratorium, siue Ecclesiam, sub vocabulo Sancti Francisci, in tenimento de Paula, Consentinæ Dioecesis ædificare posses, licentiam concesserat: vtque Oratorium huiusmodi propriis manibus, & expensis cum dormitorio, pro tuis, & sociorum tuorum vsu, & habitatione, pro magna parte ædificaueras, & nonnullos socios vitam Eremiticam ducentes, receperas, ipseque Archiepiscopus prædictum Oratorium, siue Ecclesiam, vna cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, tibi, tuæque Congregationi in perpetuum donauerat, & nonnulla alia tuæ & sociorum tuorum deuotioni, & saluti conuenientia, salutifera, & opportuna concesserat, fecerat, & ordinauerat, quodque Oratorium, siue Eremitorium prædictum adhuc pro sufficienti habitatione tui, & Eremitarum prædictorum perfectū omnino non erat, illudque piis Christi fidelium eleemosynis cum dormitorio, & aliis necessariis officinis, tu, ac Eremitæ tui loci huiusmodi continue ædificabis, ampliabatis, & exornabatis. Nos tunc tuis, & Eremitarum prædictorum in ea parte supplicationibus inclinati, venerabili Fratri nostro Episcopo Sancti Marci, eius proprio nomine non expresso, per alias nostras litteras dedimus in mandatis, vt si, & postquam vocatis, qui forent euocandi, de præmissis sibi legitime constaret, concessionem, & litteras dicti Archiepiscopi, ac omnia, & singula in ipsis litteris contenta, prout ea concernebat, auctoritate Apostolica approbaret, & confirmaret, suppleretque omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenissent in eisdem, & euentum approbationis, confirmationis, & suppletionis huiusmodi, vobis prædictis Eremitis, vt omnibus, & singulis priuilegiis, indulgentiis, & gratiis, quibus frater Petrus de Pisis, nuncupatus, ceterique Eremitæ, potiebantur, & gaudebant, vti, & gaudere pariformiter, & absque vlla differentia

dentis libere, & licite possetis, & valeretis, concessimus prout in eisdem nostris desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, Venerabilis Frater noster, Gotfredus Episcopus S. Marci prædictus, ad executionem prædictarum nostrarum litterarum, illarum forma seruata procedens (quia sibi de vocandis, a nobis expositis legitimè constiterat) licentiam, donationem, concessionem, ordinationem, & litteras Archiepiscopi prædicti, omniaque & singula in eis cōtenta, prout ea concernunt, auctoritate Apostolica approbauerit, & confirmauerit, suppleueritque omnes & singulos defectus, qui interuenerunt in eisdem, prout in quodam publico instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri. Quodque Pyrrhus Archiepiscopus prædictus, inter alia per eum vobis tunc concessa, prædictum Eremitorium, siue Ecclesiam Sancti Francisci, & alia quæcumque loca, Ecclesias, & oratoria, per vos in posterum recipienda, cum omnibus iuribus, & pertinentiis, Eremitisque & personis inibi pro tempore degentibus, ac rebus omnibus ad vos, locaque vestra quomodolibet pertinentibus, & spectantibus, ab omni iurisdictione, subiectione, & superioritate Matrum Ecclesiarum, ac sua, suæque Ecclesiæ Cosentin. ceterarumque personarum in perpetuum exemit, & liberauit, ac sub protectione, & submissione, & iurisdictione Sedis Apostolicæ specialiter, & expressè transtulerit, & relaxauerit. Et sicut eadem petitio subiungebat, a nonnullis asseritur, nostras prælibatas litteras, ac confirmationem, approbationem, & defectuum suppletionem, ceteraque omnia alia, & singula per prædictum Goffredum Episcopum Sancti Marci illarum vigore facta, & inde sequuta quæcumque iuribus non subsistere, pro eo quod Archiepiscopus prædictus per suas prædictas litteras te Fratrem Franciscum superiorem huiusmodi tuæ Congregationis Patrem, Rectorem, & Priorem, seu quouis alio nomine nuncupandum dederit, & deputauerit, cui Congregationi præesses, ac vita, & exemplis profuisses, tuisque monitis mandatis, & præceptis salubribus omnes Congregationis huiusmodi personæ obedire, & parere deberent, tibique tuis Eremitis fratribus facultatem concesserit, te in suum Superiorem, & priorem, ac vna tecum alios quoscumque Superiores, & Priores, & Officiales, canonice eligendi, necnon statuta, & ordinationes pro huiusmodi vitæ obseruantia, a iure tamen Diuino, & Sanctorum patrum institutionibus non deuiantia, faciendi, tibique, & huiusmodi officialibus omnimodam iurisdictionem ordinariam in spiritualibus, & temporalibus Cōgregationis huiusmodi personarum, etiam si Sacerdotali, seu quauis alia præfulgerent dignitate, ac locorum iurisdictiones animalium, & rerum omnium ad te, tuamque Congregationem quomodolibet spectantium, & pertinentium, quoscumque quoque rebelles, & inobedientes, omniumque huiusmodi Congregationis personarum delinquentium peccata, & delicta, & cuiuscumque generis maleficia, & crimina, prout iuris foret, puniendi, huiusmodique delinquentes incarcerandi, disciplinandi, condemnandi, liberandi, absoluendi, ceteraque faciendi, quæ in præmissis, & circa præmissa vobis viderentur fore necessaria, & opportuna, & quæ ipsemet Archiepiscopus facere posset. Sacerdotibus verò huiusmodi Congregationis, seu Secularibus vel Regularibus per vos eligendis, Missas etiam ante diem, & in quocumque loco ad hoc congruo, & honesto, cum altari portatili celebrandi, Eucharistiæ, & alia quæcumque Ecclesiastica Sacramenta liberè, & licitè tibi, huiusmodique tuæ Congregationis personis, quoties deuotio ingrueret, & necessitas postularet, absque quacumque superioris licētia ministrandi, ad quę suscipienda extra loca huiusmodi cōpelli non possetis. Confessiones audiendi, & ab omnibus casibus, excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, ac super quacumque irregularitate, eidem Archiepiscopo tam a iure, quam ab eo reseruatis, & commissis, toties, quoties opus foret, & esset, absoluendi, & dispensandi, ac vota quæcumque permutandi, & relaxandi, & pœnitentiam salutarem iniungendi. Loca, Oratoria quæcumque, & Ecclesias licite accipiendi, retinendi, quascumque etiam personas Ecclesiasticas, & seculares ad vos venientes, & vobiscū moram trahere, & habitum, quem geritis, profiteri, & recipere volentes, id habitum, & professionē obseruantię castitatis, paupertatis, & obedientiæ acceptandi, & recipiendi. Necnon vos omnibus, & singulis priuilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatib⁹, exē-

nibus,quibus Fratres Sancti Francisci, ceteri-que mendicantes fuuntur,& vtuntur, frui v-ti potuerit,& valerent, ac possent, & valerent, indulsit, ac voluisse in super his opportune di-spensauit, huiusmodique Oratorium, siue Ec-clesiam Sancti Francisci de Paula, ac alia quæ-cumque loca, Oratoria,& Ecclesias per vos in posterum acquirenda,& acceptanda, cum om-nibus iuribus,& pertinentiis suis, Eremitisque & personis, ac rebus omnibus, & singulis ad vos vestraque loca quomodolibet spectanti-bus,& pertinentibus, personisque huiusmodi inibi pro tempore degentibus ab omni iuris-dictione, subiectione, superioritate Mattum Ecclesiarum, ac sua, suæque Ecclesiæ Cosen-tin. ceterarumque personatu ex certa sua scien-tia, & motu proprio in perpetuum exemit, & totaliter liberauit, ac sub protectione, submis-sione, iurisdictione, & superioritate Sedis A-postolicæ prædictæ totaliter, specialiter, singu-lariter, & expresse remisit & relaxauit, prout in litteris dicti Archiepiscopi plenius continè-tur. Et de eisdem nihilominus cõcessionibus, gratiis, & indultis vobis sic vt præmittitur per prædictum Archiepiscopum concessis, in di-ctis aliis nostris litteris specialiter, & singulari-ter mentio facta non fuerat, sed sub clausula generali dumtaxat, videlicet dicendo: Non-nulla alia vestri, deuotioni,& saluti conuenič-tia, salutifera,& opportuna. Et similiter sub ea-dem Clausula,& non facta alia expressione per dictum Goffredum Episcopum Sancti Marci, prædicta omnia, & singula approbata, & cum suppletione defectuum, confirmata fuerant, prout in nostris, ac dicti Archiepiscopi litte-ris, ac instrumento publico desuper confecto plenius continetur, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt omnia, & singula præmissa, concessiones, gratias, & indulta o-bis per Archiepiscopum prædictum concessa facta,& indulta, necnon approbationem, con-firmationem, defectuumque suppletionem, ce-teraque omnia, & singula per prædictum Gof-fredum Episcopum, vigore nostrarum littera-rum prædictarum desuper facta,& inde sequu-ta quæcumque rata, & grata habentes, appro-bare, confirmare, ac omnes,& singulos defectus qui interuenerunt in eisdem supplere, ac aliàs in præmissis, vobis circa vos de opportuno reme-dio prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, donationem, con-cessionem, ordinationem, constitutionem, re-mission[illegible] relaxation, indulta, gratias,& litte-ras prædicti Archiepi. omnia, & singula in eis contenta, nostras alias, ac dicti Archiepiscopi litteras, ac approbationem, confirmationem, & defectuum suppletionem per prædictum Gof-fredum Episcopum factas, ac processus desu-per habitos,& inde sequuta quæcumque, om-niaque & singula, quæ in prædictis nostris, & prænominatis Archiepiscopi litteris, & pro-cessibus, & instrumentis publicis desuper ha-biti contenta, pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, rataque,& grata habentes, auctoritate Apo-stolica, ac ex certa nostra scientia laudamus, approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, suppleműs-que omnes,& singulos defectus, qui interue-nerunt in eisdem: decernentes nostras prædi-ctas litteras, ac processus desuper habitos, & inde sequuta quæcumque valere, ac roboris firmitatem tenere, proinde, ac si omnia,& sin-gula vobis per prædictum Pyrrum Archiepi-scopum concessa,& ipsius Archiepiscopi litte-ris contenta, in sępè nominatis nostris litteris specialiter, & singulariter narrata, & expressa fuissent. Et insuper vos,& vestrum quemlibet, ac eremitorium, siue Ecclesiam S. Francisci de Paula prædictum, ceteraque omnia, & singula eremitoria, ecclesias, & loca, per vos in qui-buscumque ciuitatibus, & Diœcesibus, ac v-bilibet hactenus recepta, & in posterum reci-pienda, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, eremitasque & personas in illis pro tem-pore degentes, ac res,& bona quęcumque mo-bilia,& immobilia ad vos & eremitas, & per-sonas, ac vestrum quemlibet, ac loca, eremito-ria,& ecclesias huiusmodi, quomodolibet cõ-muniter vel diuisim spectantia, & pertinen-tia, ab omni iurisdictione, dominio, potesta-te, visitatione, correctione, & superioritate prædicti, & pro tempore existentis Archiepi-scopi Cosentini,& aliorum Archiepiscoporũ, Episcoporum, Ordinariorum, Iudicum,& Su-periorum quorumcumque, etiam illorum in quorum iurisdictione, Ciuitatibus & Diœce-sibus eremitoria, loca, ecclesiæ, vos, & eremi-tæ, ac personæ, & bona huiusmodi consi-stunt, & consistent quomodolibet in futurum, auctoritate, & scientia prædictis,

de

de speciali gratia, tenore præsentium prorsus eximimus,& totaliter etiam liberamus, Ac sub Beati Petri & Sedis memoratæ, ac Rom. Ecclesiæ, & nostra protectione suscipimus: ac exempta,& immunita esse volumus, nobisque & successoribus nostris Rom. Pontif. canonicè intrantibus, ac dictæ Sedi immediatè subiacere. Itaque Archiepiscopi, Episcopi, Ordinarij, Iudices supradicti, ratione delicti, seu côtractus, aut rei, de qua ageretur, vbicunque committatur delictum, vel ineatur contractus, aut res ipsa consistit, nullam in vobis, ac eremitorijs, locis, & ecclesijs, eremitis, & personis huiusmodi, ac rebus, & bonis prædictis iurisdictionem, potestatem, & dominium possint quomodolibet exercere, sed duntaxat coram dicta Sede, vel eius Legatis, vos, & eremitæ, ac aliæ personæ in locis, Ecclesijs, & Eremitorijs huiusmodi pro tempore degentes teneamini de iustitia respondere. Et insuper vobis omnibus, & Eremitis, ac personis, locis, ecclesijs ac Eremitorijs huiusmodi, vt omnibus, & singulis priuilegijs, indulgentijs, concessionibus, gratijs, indultis, cæterisque omnibus,& singulis, in præsentibus,& alijs nostris, ac ipsius Consentinensis Archiepiscopi litteris sæpè dictis, ac per eas, habitis processibus prædictis contentis, vobis, ac Eremitorijs, Ecclesijs, & locis huiusmodi concessis, & concedendis in quacumq; Ciuitate, & Diœcesi, ac vbique & in quocumque loco, auctoritate Apostolica prædicta vti, & gaudere, ca ue omnia, & singula in huiusmodi nostris, ac alijs, & prædicti Archiepiscopi prænominati litteris, & processibus desuper habitis contenta, cuiusuis superioris super his, aut aliquo præmissorum licentia minime requisita, ac quibuscumque etiam contradictionibus, exceptionibus, & impedimentis remotis, prædicta auctoritate Apostolica libere, & licite exercere possitis, & valeatis. Quæ etiam omnia, & singula in præsentibus, & alijs nostri litteris, ac processibus desuper habitis contenta, & auctoritate, licentia prædicta de speciali dono gratiæ concedimus, & indulgemus, per præsentes fel. recor. Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri contra exemptos, quæ incipit, Volentes, & qualibet alia Constitutione Apostolica contraria non obstante. Decernimus quoque ex nunc, omnes, & singulas excommunicationum, suspensionum, & in er dicti, aliasque ecclesiasticas sententias, censuras & pœnas, ac processus, quos, & quas, contra vos, & Eremitas, ac personas, Ecclesias, Eremitoria, & loca huiusmodi, & vestrû quemlibet, promulgari contigerit, vel haberi, irritas, & irritos, & inanes, ac nullius existere firmitatis, vel momenti. Nulli ergo omninò hominû liceat hanc paginam nostræ laudis, approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, decreti, exemptionis, liberationis, susceptionis, voluntatis, concessionis, & indulti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrû, anno Incarnationis Dominicæ 1474. Sexto Kalend Iun. Pontificatus nostri anno tertio.

XIV.

Confirmat, declarat, ac statuit, quomodo Fratres Minores possint succedere in bonis, & hæreditates eis deferri, relinqui, cum facultate Generali, atque Prouincialibus concessa, Syndicum, vel Oeconomum extra ordinem eligendi, & deputandi.

Huiusmodi priuilegium fuit per Ioannem xxij. reuocatum per suam Extrauagant, quæ incipit Ad conditorium. Sed postea per Paulum IV. fuit confirmatum & innouatum cum derogatione dict.: Extrauag. Ioannis 22. vt infra, Const. 2.

SIXTVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos Sacri Ordinis fratrum Minorum professores circa propag tionem religionis, & fidei in agro militantis Ecclesiæ per incrementa temporum magnis laboribus, crebris vigilijs, & indefesso animo produxerunt, & actenus producunt, ac in futurum productores spe firma condimus, diligenter a tend mus, dignû censemus, & congruum, vt in ijs quæ illorum prosperitates, & commoda concernere possent, eos benignis fauoribus prosequamur. Dudum siquidem fel. rec. Martinus Papa V. prædecessor noster cupiens honesta adhibere remedia quibus dicti Ordinis pura obseruantia in suo vigore seruaretur, vt Fratres eiusdem Ordinis exclusis quibuslibet sollicitudinibus, liberius, & quietius diuinis vacarent obsequijs, ac offerentium, & donantium, aut in vltima voluntate reliquentium dicto Ordini, seu illius Fratribus aliquid propter Deum pia intentio non fraudaretur, Romana Ecclesia ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus Fratres ipsi vti possunt, ius, proprietas, & dominium nullo medio pertinet: & ad quam Fratres ipsi quoties

quoties necessitas ingruebat, vel vtilitas persuadebat recurrere soliti erant, à cura, & sollicitudine prouidendi eorumdem Fratrum necessitatibus releuaretur, necnon heredum, & executorum piarum voluntatum defunctorum etiam negligentijs obuiaretur, ipsique fratres secundum modos permissos, & licitos relictis sibi Eleemosynis gaudere valerent, per quasdam literas suas Apostolica auctoritate, & de potestatis plenitudine voluit, statuit, & decreuit, quod speciales personæ per Generalem ac Prouinciales Ministros, ac custodes dicti Ordinis nominandæ, in præmissis ad ministrationem legitimam gererent, & liberam dicta auctoritate gererent, & veri, legitimique administratores, Oeconomi, Syndici, & auctores essent, ac res ipsas, & earum pretium, prædictasque Eleemosynas nomine ipsius Romanæ Ecclesiæ reciperent, & in ipsorū Fratrū vtilitates prout eis liceret ex Regula vel eius declaratione sicut & quando ab eisdem Generali, & aliquo ex Prouincialibus Ministris, Custodibus in Prouincia, vel custodia sibi decreta, vel ab eisdē Fratribus de ipsorum Generalis, vel Prouincialis Ministri, ac Custodis assensu, forent requisiti, conuertere possent, & deberēt, cum plena generali, & libera potestate petendi, recipiendi, alienandi, transigendi, paciscendi, conueniendi, compromittendi, renunciandi, refutandi, quietationē faciendi, cōparandi, agendi, defendendi, ac in animā eorum de calumnia vitanda, & de veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alterius generalis iuramenti præstandi, cū illis, & contra illos, qui huiusmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas Eleemosynas Fratribus in testamentis occuparent, vel fraudulenter auferrent, siue contra voluntatem Fratrū quomodolibet detinerent, & generaliter in omnibus causis pro rebus, & locis huiusmodi ad ipsam Romanam Eccles. spectantibus ipsorum Fratrum vsui concessis, necnō pro immunitatibus, libertatib. iuribus, priuilegijs, & indulgentijs, eorum, siue cuiuslibet dationis, aut cautionis onere præfata auctoritate in iudicio, & extra, plenam, generalem, & liberam potestatem haberent. Concessit quoque eisdem Generali, & Prouincialib. Ministris, necnō Custodibus, plenā, generalem, & liberā potestatem personas huiusmodi, quę nō essent de dicto Ordine, pro singulis locorum indigentia nominandi, & personas easdem, ac earum quamlibet reuocandi, & eorum loco alios subrogandi, vel nominandi per supradictum modum nominationis, quoties opportunius foret, qui eandem in prædictis, vel similem haberent potestatem. Et deinde piæ memoriæ Martinus Papa Quintus etiam prædecessor noster, per alias litteras suas concessit præfato Generali (donec aliud per Sedem Apostolicam foret ordinatum) facultatem reconcedendi procuratoribus domorum, & locorum dicti Ordinis pro tempore existentibus, vt possessiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos prouentus, hactenus præfato Ordini, & eius Conuentibus relicta, & in posterum relinquenda, aut alijs nominibus acquisita, vice, & nomine Romanæ Ecclesiæ recipere, tenere, & possidere, ac ipsorum fructus, redditus, & prouentus, petere, exigere, & percipere, ipsosque in commodum, & vtilitatem ipsorum Fratrum, Conuentuum, & locorum eorumdem, aliàs in vsus eius quibus relicta, & deputata forent dumtaxat, & de ipsorum Fratrum consilio, requisitione, & assensu conuertere, & exponere possent, & deberent, prout in singulis dictorum prędecessorum litteris huiusmodi plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Zaneti de Vtino, dicti Ordinis Generalis Ministri, & Theologiæ, professoris, petitio continebat, nosque etiam dum in minoribus constituti ipsius Ordinis Generalis Ministri fungeremur officio, experientia comprobauimus, dicti Ordinis fratres Domino benedicente pullulauerint, quod propter eorum multiplicationem frigescente nonnunquam erga nos in nonnullis mundi partibus fidelium charitate ex inertia mendicitate, & minutis eleemosynis se sustentare & illis qui sacræ Theologiæ studijs, vt eorum ingenia tote sapientiæ illustrante, multos ac seruiles actus dirigere possent, operā præbent necessaria ministrare, structuras, & ædificia domorum dicti Ordinis conseruare non possunt, itaque plurimum ad ruinam tendere dignoscantur, & à nōnullis reuocetur in dubium, an prefatæ per eosdem Generalem, prouinciales Ministros, ac Custodes iuxta litteras præfati Martini V. prædecessoris nostri pro tempore nominatæ hæreditates in quibus domus, seu loca fratres dicti Ordinis, aut domorum eorumdem Ecclesiæ, vel Capellæ aut pictutæ, seu fabricæ construuntur, vel stabiliuntur, & quæ ad eos capaces forent aliàs deuoluerentur, petere, consequi, & habere possint nomine præfatæ Romanæ Ecclesiæ, & bona

hære-

hæreditatum earumdem vendere, & in vsus licitos eorumdem Fratrum conuertere valeant, iuxta prædictarum litterarum continentiam, fueritque propterea pro parte dicti Zaneti de Vrino nobis humiliter supplicatum, vt voluntatem, statutum decretum, cõcessiones, ac quascumque alias litteras a Sede Apostolica circa præmissa dicto Ordini concessas, ac in illis, contenta dicta prædecessorum pro illorum subsistentia firmiori nostræ approbationis munimine roborare, ac alias prædictorum Fratrum necessitatibus opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præfati Ordinis, qui omnium conditori gratissimus est, & præ deuotione fidelium acceptus, vt illius personarum, quarum prædicationibus verbi, & Euangelicæ veritatis, Sacrorumque eloquiorum explanatione, consilijs, & charitatiuis admonitionibus fideles ipsi circa animarum suarum salutem magna commoda cõsequuntur, statum prosperum, & felicem intensis desiderijs affectantes, necnon pias decedentium quorum amplius non redit arbitrium, voluntates exequutioni mandari, & ex eis, quæ diuinæ propitiationis intuitu pia largitione fidelium conceduntur structuras, & ædificia domorum dicti Ordinis, ac studium Sacræ Theologiæ in ordine prædicto manuteneri, & eiusdem ordinis professoribus huiusmodi studio vacare volentibus, vt id commodè facere possint, subueniri: Christianæ Reipublicæ permaximè vtile, ac necessariũ fore, ac inter summe meritoria, & Deo grata opera non immerito connumerari posse, & debere putari, huiusmodi supplicationibus inclinati, prædictas, & quorumcunque aliorum Rom. Pont. etiam prædecessorum nostrorum, & præsertim recolẽdæ memoriæ Eugenij Papæ IV. circa præmissa dicto ordini similiter concessas litteras Apostolicas, & in eis contenta dicta auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis supradicta præsentium tenore approbamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere & obseruari debere decernimus, Et nihilominus volumus, ac eisdem auctoritate, scientia, & de potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus institutiones, & substitutiones, relicta, legata, donationes inter viuos, & cam mortis, aliæque piæ, & non piæ, dispositiones quæcumque, quocumque nomine nuncupentur, tã simplices, & duræ, quã conditionales, & modales, Fratres, & domos dicti Ordinis, ipsarumq; domorum Ecclesias, Capellas, picturas, & fabricã, seu illorum commodum, & fauorem quomodolibet concernentes hactenus factæ, & in posterum perpetuis futuris temporibus faciendæ, etiam si in tempore institutionum, substitutionum, relictorum, fidei commissorum, legatorũ, donationum aliarumque dispositionum huiusmodi Fratres ipsi, in quorum fauorem emanarant nondum Ordinem prædictorum ingressi forent, eidem Romanæ Ecclesiæ, & de illa Ordini, & Fratribus, ac locis eorumdẽ factæ esse intelligantur & eumdem plenarium sortiantur effectum, quem sortirentur, si nominatim, & expresse præfatæ Romanæ Ecclesiæ, & de illa, ac in eius fauorem factæ forent: nec possint prætextu incapacitatis eorumdẽ Fratrum quouis modo de inualiditate notari: Hæreditates vero, quæ eisdem Fratribus in sæculo forent, ab intestato deferentur præfatæ Roman. Ecclesiæ, quę ipsorum Fratrum locum quo ad hoc tenet, deferantur; ipsa quoque Romana Ecclesia quo ad hereditatem, & bona, quæ Ordinem ipsum ingredientes sub conditione mortis eorum sine filijs restituere grauati sunt, filiorum locum teneat, sicut tenent Monasteria proprium habentia in Communi, si tales grauati illum ingressi forent. Quodque eadem Romana Eccl. & pro ea illius Syndici, iuxta litterarum prædictarum Martini VI. prædecessoris nostri præfati tenorem tempore nominati in substitutionibus, relictis, legatis, donationibus, aliisque pijs, & non piis dispositionibus prædictis, necnon ex illis, quæ ab intestato professoribus dicti Ordinis (si capaces forent) deferentur, hereditatibus & bonis, quæ ingredientes Ordinẽ ipsum sub conditione mortis eorum sine filijs restituere grauati sunt, id totum petere, consequi, & habere possint, ac si institutiones, relicta, legata, donationes, aliæque dispositiones huiusmodi, in ipsius Rom. Eccl. vtilitatem nominatim emanassent, vel emanarent, ipsæq; ab intestato hereditates ipsi Rom. Eccl. siue ipsius fisco delatæ forent & quod retinerent filij tamen de restituendo sub conditione mortis, siue filio grauatorũ si extaret. Habeant quoque Syndici præfati circa præmissa partẽ quam idem Martinus V prædecessor eos habere voluit circa in eisdẽ litteris suis contentam facultatẽ. Volumus tamen, quod bona, quæ eos nomine eiusdem Romanæ Ecclesiæ præmissarum, & præsentium litterarum tenoris vigore consequi con-

tiuerit, iuxta earundem tenorem alienare, & in vsus licitos eorumdem Fratrum (præsertim in fabricam, & restaurationem fracturarum, & ædificiorum domorum Fratrum eorumdem, necnon manutentionem studij Sacræ Theologiæ, & studentium in illis sustentationem) conuertere debeant, & teneantur de consilio, & assensu Fratrum, & Capituli Conuentus, vel loci, cui talia relicta, & legata sunt, auctoritate dicti Generalis, vel Ministri Prouincialis etiam accedente. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis Regularibus institutis, & illorum declarationibus, necnon iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, Statutis, consuetudinibus, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, decreti, voluntatis, statuti, & ordinationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę, millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, pridie Kal. Martij, Pontificatus nostri anno primo.

X I.

Confirmat indulgentiam S. Mariæ de Portiuncula de Assisio, concessam à Bonifacio VIII. visitantibus Ecclesiam Fratrum Minorum in monte Aluernæ, cum facultate absoluendi à casibus reseruatis.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pastoris æterni qui pro salute humani generis se in pretium immolare, non abnuit, vices quamuis immeriti gerentes in terris, cunctorum Christi fidelium animarum salutem continue exquirimus, & ijs, quæ propterea à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris emanasse comperimus, vt firma perpetuo, & illibata persistant, libenter cum a nobis petitur, Apostolici adijcimus, muniminis, firmitatem, ac illa, & alia de nouo concedimus, prout animarum saluti in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per bonæ memoriæ Bonifaciũ Papam VIII. in sua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupatum accepto, quod ad Ecclesiam Domus Ordinis Fratrum Minorum sitam in Monte Aluerniæ, Aretinæ Diœcesis, qua Dominus noster Iesus Christus Beatũ Franciscum suis Sacratissimis Stigmatibus insignauerat, Tusciæ, quæ meriti & multorum earum partium deuotionis causa maxima cõfluebat populi multitudo, idem Bonif. omnibus Christi fidelibus verè pænitentibus, & confessis, qui dictam Ecclesiam decimaseptima die Mensis Septembris, in qua annis singulis huiusmodi stigmatum solemnitas celebratur, deuote visitarent, annuatim illam indulgentiam, & peccatorum remissionem, quæ visitantibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula Assinatæ Diœcesis à primis vesperis primæ diei Mensis Augusti vsque ad secundas vesperas sequentis diei, annuatim auctoritate Apostolica, vt asserebatur, concessa erat, per quasdam primo concessit, & deinde felicis recordationis Sixtus Papa Quartus, etiam prædecessor noster cupiens, vt Ecclesia prædicta congruis frequentaretur honoribus, & quod fideles præfati eo libentius deuotionis causa confluerent, ad eandem quanto cognoscerent indulgentiam huiusmodi fore plenius auctoritate Apostolica munita concessionem prædictam, & prout eam concernebant omnia, & singula in dictis litteris contenta per alias suas literas approbauit, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuit. Et nihilominus vt fideles prædicti indulgentiam huiusmodi facilius consequerentur Vicario fratrum Prouinciæ Tusciæ, secundum morem dicti Ordinis, & eo a Prouincia Prædicta absente, Guardiano dictæ domus pro tempore existenti, deputandi aliquos Fratres dicti Ordinis idoneos presbyteros in numero sufficienti, qui dicta die decimaseptima Septembris, & quatuor alijs diebus illam immediatè præcedentibus Christi fidelium eorumdẽ confessionibus diligenter auditis, eisdem fidelibus in singulis casibus in quibus Minores Pænitentiarij in Basilica Principis Apostolorum, de Vrbe soliti erant absolutionis beneficio prouidere, & pænitentiam salutarem iniungere valerent, facultatem concessit prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Nos igitur, qui ad eumdem Sanctum singularem gerimus deuotionis affectum, cupiẽtes, vt Ecclesia prædicta congruis frequẽtetur honoribus, ac Christi fidelibus in die eo libentius deuotionis causa confluant, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ vberius conspexerint se refectos, singulas litteras, ac omnia, & singula in eis contenta, auctoritate præfata ex certa nostra scientia tenore præsentium approbamus, ac perpetuæ

firmi-

firmitatis robur obtinere debere decernimus, dictamque indulgentiam in omnibus, & per omnia de nouo concedimus, & nihilominus, vt fideles ipsi indulgentiæ, & remissionis huiusmodi facilius participes effici possint, Vicario, & Guardiano præfatis deputandi aliquos Fratres dicti Ordinis idoneos presbyteros in numero sufficienti, qui per tres dies ante sollemnitatem huiusmodi, & ipso die sollemnitatis cum alio die sequenti Christi fidelium eorumdem ad dictam Ecclesiam pro consequenda indulgentia huiusmodi confluentium confessiones audire, eis diligenter auditis ipsos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, in casibus, in quibus Ordinarij locorum de iure, vel de consuetudine possunt absoluere ac vota quæcunq; Vltramarino, Visitationis liminum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sancti Iacobi in Compostella, Castitatis, & Relig. votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, ac Eucharistiæ, & alia Sacramenta Ecclesiastica eis dictis diebus ministrare, ac eorum corpora si eos decedere contigerit in Ecclesia dictæ domus sepelire, quodque ipsi Vicarius, & Guardianus etiam omnia, & singula præmissa per se ipsos facere libere, & licite valeant, auctoritate præfata tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusuis suspensionibus, & limitationibus similium indulgentiarum, & facultatum, per nos, & Sedem Apostolicam hactenus factis, & faciendis in posterum, ex quibuscumque causis, & cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, quas ad præsens nullatenus extendi declaramus, necnon omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis ijdem prædecessores voluerunt non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod tam nouã, quàm antiquam Ecclesiam dictæ domus visitantibus huiusmodi indulgentiam, & remissionem consequantur, dictamque Indulgentiam ad huiusmodi nouam Ecclesiam in omnibus, & per omnia extendimus præsentibus perpetuis temporibus valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, concessionis, indulti, extensionis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud S. Petrum, Anno Incarnat Dom Millesimo, quadringentesimo, septuagesimo tertio. Non. April. Pontif. nostri anno tertio.

XVII.

Confirmatio eiusdem Indulgentiæ.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicã benedictionem. Ex iniuncto nobis officio pastoralis, ad ea libenter intendimus, per quæ Christi fidelium deuotio, & animarum salus valeant adaugeri. Dudum siquidem per bonæ memoriæ Bonifaciũ VIII. in sua obedientia nuncupatum accepio, quod ad Ecclesiam domus ordinis Fratrum Minorum insitam in Monte Aluerniæ Aretinæ Diœcesis, in quo Dominus noster Iesus Christus Beatum Franciscum suis Sacratissimis Stigmatibus insigniuit, tam Tusciæ, quàm etiam multarum aliarum, partium deuotionis causa maxima confluebat populi multitudo, idem Bonifacius, omnibus Christi fidelibus vere pænitentibus, & confessis, qui dictam Ecclesiam decimaseptima die mensis Septembris, in qua annis singulis huiusmodi stigmatum sollemnitas celebratur, deuotè visitantibus, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula Assisinatæ Diœcesis, à primis Vesperis primæ diei Mensis Augusti, vsque ad secundas Vesperas sequentis diei annuatim, auctoritate Apostolica, vt asserebatur, erat concessa, prout in eisdem Bonifacij litteris plenius continetur. Nos igitur, qui ad præfatum Sanctum, in cuius ordine à teneris annis nutriti, dum ad Cardinalatus honorem assumpti fuimus, & Generalis Ministri fungebamur officio, specialem gerimus affectionem, vt confluant ad eandem, & Altissimo gratias referant, quanto cognouerint indulgentiam huiusmodi fore plenius Apostolica auctoritate munitam, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, concessionem prædictam, & prout eam concernunt omnia, & singula in dictis litteris contenta, dicta Apostolica auctoritate approbamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus. Et nihilominus, vt fideles prædicti indulgentias huiusmodi facilius consequantur, Vicario Fratrum prouinciæ Tusciæ secundum morem dicti ordinis, & eo a prouincia prædicta absente, Guardiano dictæ domus pro tempore existendi, deputando aliquos Fra-

I ttes

tres dicti ordinis idoneos presbyteros in numero sufficienti, qui dicta die 17. Septembris, & quatuor aliis diebus illam immediatè praecedentibus, Christi fidelium eorumdem confessionibus diligenter auditis, eisdem fidelibus in singulis casibus, in quibus minores pœnitentiarij nostri in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe soliti sunt absoluere de absolutionis beneficio prouidere, & pœnitentiam salutarem iniungere liberè & licitè valeant, facultatem concedimus per præsentes perpetuis futuris temporibus duraturas. Volumus autem, quod si dictam Ecclesiam visitantibus, aut alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, præsentes nostræ literæ nullius sint roboris, vel momenti. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quinto. Quarto Kalend. Februarij, pontificatus nostri Anno Quinto.

XVIII.

Conceptionem immaculatæ Virginis deuotè celebrantibus in eodem festo, & in eius octauis illæ eædem indulgentiæ tribuuntur, quas Christi fideles in Corporis Christi solemnitate consequuntur.

SIXTVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum præcelsa meritorum insignia, quibus Regina Cælorum Virgo Dei Genitrix gloriosa sedibus prælata sydereis, quasi Stella matutina pertutillans deuotæ considerationis indagine perscrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipsa, vt pote vitæ misericordiæ, mater gratiæ, & pietatis, vnica humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere prægrauantur, sedula oratrix, & prouilegij ad regem, quem genuit intercedit, dignum quin potius debitum reputamus, vniuersos Christi fideles, vt Omnipotenti Deo, cuius prouidentia eiusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconciliando auctori humana natura lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, tam sui vnigeniti habitaculum, Sancti Spiritus præparatione construxit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata virgo post partum intemerata remaneret, de ipsius immaculatæ Virg. mira Conceptione gratias, & laudes referant, & instituta propterea in Dei Ecclesia Missas, & alia diuina Officia dicerint, & illis interfuerint, indulgentijs, & peccatorum remissionibus inuitare: vt exinde fiant eiusdem Virginis meritis, & intercessione diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti, eiusdem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, hac in perpetuum valitura Constitutione statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Christi fideles vtriusque sexus, qui Missam, & officium Conceptionis eiusdem Virginis Gloriosæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij Magistri Leonardi de Nogarolis, Clerici Veronensis, Notarij nostri, & quod desuper a nobis emanauit Missæ, & Officium huiusmodi institutionem in die festiuitatis Conceptionis eiusdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illis horis Canonicis interierint, quoties id fecerint, eamdem prorsus Indulgentiam, & peccatorum remissionem exinde consequantur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani IV. in Concilio Viennensi approbatæ, ac Martini Quinti, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones consequuntur, illi qui Missam Officium, & horas Canonicas in festo Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi a primis Vesperis, & per ipsius octauas, iuxta Romanæ Ecclesiæ institutionem celebrant, dicunt, aut Missæ Officio, & horis huiusmodi intersunt, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Domini 1476. Tertio Kalendas Mart. Pontificatus nostri Anno 6.

XIX.

Excommunicationem ipso facto incurrere declarantur Prædicatores, & alij afferentes, seu prædicantes, omnes illos, qui tenent, aut affirmant gloriosam, & immaculatam Dei Genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel hæreticos esse, eiusdemque Conceptionis officium celebrantes, aut audientes grauiter peccare.

Hæc constitutio cum præcedenti innouata fuit per Concilium Triden. Sess. 5. Decreto de peccato originali in fine, & per Pium V. confirmata, & ampliata, vt infra in suis Constitutionib. numer. 21.

SIXTVS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Graue nimis ferimus, & molestum, cum sinistra nobis de quibusuis Ecclesiasticis personis referuntur, sed in eorum qui ad prædicandum Verbū Dei sunt deputati excessibus prædicando commissis, eo grauius prouocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti, cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publice prædicando diffusius, & damnabilius imprimuntur errores. Sanè sicut accepimus nonnulli diuersorum ordinum professores ad prædicandum verbum Dei in diuersis Ciuitatibus, & locis, ac partibus Lombardiæ deputati, non ignari, quod Sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Gloriosæ Mariæ Conceptione festum celebrat, & speciale, ac proprium Officium ordinauit, in eorum prædicationibus ad populum publice affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, astante populi multitudine, omnes illos, qui tenent, & affirmant, eandem gloriosam immaculatam Dei genitricem Virginem Mariam, absque peccati originalis macula fuisse conceptam, hæreticos esse, & ipsam Romanam Ecclesiam solam spiritualem conceptionem, seu sanctificationem eiusdem Virginis Mariæ celebrare, ac huiusmodi eorum prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum prædicationib. & assertionibus huiusmodi non leuia scandala in partibus illis in mentibus Christi fidelium sunt exorta, & maiora exoriri formidantur indies. Nos igitur huiusmodi temerarijs ausibus & peruersis a veritate penitus alienis assertionibus, & scandalis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri possent, quantum nobis ex alto conceditur obuiare volentes, motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, huiusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet qui affirmare præsumerent eandem Sanctam Rom. Eccles. de spirituali dumtaxat conceptione, & sanctificatione eiusdem Virginis gloriosæ festum celebrare, & eos, qui crederent, & tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vtpote falsas, & erroneas, ac a veritate alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes, auctoritate Apostolica præsentium tenore reprobamus, & damnamus, ac motu, & auctoritate prædictis statuim⁹, quod prędicatores verbi, & quicumque alij cuiuscumque gradus, ordinis, & conditionis fuerint, qui de cetero ausu temerario præsumpserint, in eorum prædicationibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi per nos sic reprobatas, & damnatas assertiones, & opiniones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam, & æternæ maledictionis pœnam eo ipso incurrant, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, & illius proprio ore expressa, causa huiusmodi propter quam censuras prædictas incurrerint (nisi in mortis articulo constituti) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque, seu si aliquibus communiter seu diuisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes, plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Pari damnationi, & censuræ subijcientes illos, qui prædicare, docere, aut alias verbo, vel scriptura affirmare præsumerent, hæreticum fore, credere eandem Virginem Gloriosam à peccati originalis macula præseruatam non fuisse. Et ne de præmissis aliqui valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarij præsentes litteras in Ecclesijs consistentibus in eorum Ciuitatibus, & suarum Diœcesium locis insignibus, dum maior ibi populi multitudo ad Diuina conuenerit, ac sermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit deferre, etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earundem transumpto per manus publici Notarij confecto, & authenticato, & alicuius prælati Ecclesiastici sigillo munito, vbique stetur, prout staretur eisdem originalibus litteris si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrę reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apo-

ftolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo, octogesimo secundo, Pontificatus nostri Anno vndecimo.

XX.

Mantellatas, & Pinzocheras, necnon vtriusque sexus Oblatos, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, omnibus, & singulis priuilegiis, gratiis, indultis, & immunitatibus ipsi Ordini, & Fratribus concessis, gaudere, atque eis Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis per Fratres in propriis illorum domibus ministrari, necnon dictarum personarum cadauera ad eorundem Fratrum Ecclesias tumulanda deferri debere, & posse, declarat.

Ex Mari Magno Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini.

SIXTVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos Sacer Ordo Fratrum Eremitarum S. Augustini in agro.& infra. Et vt virgines, viduæ, & coniugatæ personæ Mantellatæ seu Pinzocheræ dicti ordinis, nuncupatæ, tanto feruentius iuxta earum viuendi ritum, & morem sub cura, & secundum instituta dicti ordinis, ac ordinata per Bonifacium Nonum nuncupatum, in dictis suis litteris, vt præfertur auctoritate Martini, & Eugenii prædecessorum confirmata, Diuinis studeant vacare beneplacitis, quanto maioribus priuilegiis, & fauoribus præfatæ Sedis, propterea cognouerint se fore refectas, motu proprio, & auctoritate præfatis volumus, & eisdem personis concedimus, quod omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, fauoribus, & gratiis, & indultis spiritualibus, & temporalibus ord. & Fratribus prædictis concessis & concedendis, & quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, & gaudent, tam in vita, quam in mortis articulo etiā circa peccatorum remissionem, & [illegible] pœnitentiarum relaxationem, vti, potiri, & gaudere, ac participes esse possint & debeant. Liceatque fratribus prædictis eisdem Pinzocheris, & Mantellatis personis [illegible] & in earum etiam domibus quoties opus fuerit Eucharistiæ, Extremæ Vnctionis Sacramenta ministrare, & dum eas decedere contigerit [illegible] ad earumdem Fratrum Ecclesias tumulanda deferri etiam Parochialium Ecclesiarum personarū eorumdem Rectorum licentia desuper minimè requisita, & contradictione qualibet non obstante, & ne oblata eiusdem Ordinis, quotum Bonifacius VIII. prædecessor noster in suis litteris meritò considerationem habuisse videtur, eorum puræ deuotionis ad ordinem ipsum frustrentur effectu, omnia, & singula circa fratres, & Sorores de pœnitentia, ac Mantellatas, & Pinzocheras nuncupatas, prædictas in prædictis, & præsentibus litteris statuta, cōcessa, & ordinata, aut illis, & Fratribus prædictis in eorum commodum, & fauorem indulta, ad eumdem dicto ordini nunc, & pro tempore, oblatas, & commissas vtriusque sexus personas eisdem scientia, & motu, & auctoritate extendimus, & ampliamus, ac in eis locū habere debere perinde, ac si pro eisdem oblatis, personis, & circa illas emanassent, decernimus, volumus, & ordinamus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 14[illegible]. 7. Idus Febr. Pontificatus nostri anno quarto.

INNOCENTIVS OCTAVVS Genuensis.

Ex famil. in Cibo Sixto IV. charissimus, qui eum in illustrissimum Cardinalium Ordinem traduxit, post Sixtum vero communi congratulatione Summi Pontif. atus insignia Romæ suscepit, pridie Idus Septemb. 1484. obiit deinde in vrbe 7. Kal. Augusti 1492. & in Basilica S. Petri sepultus est.

I.

Priuilegia Congregationi Illicitanæ Ordinis Eremitarum S. Augustini de Obseruantia concessit.

INNOCENTIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex prouisionis nostræ debet prouenire subsidio, vt ius suum vnicuiq; conseruetur. Hinc, quod nos tenore quarundam litterarum felic. record. Eugenii PP. IV. prædecessoris nostri, in Registro litterarum ipsius prædecessoris repertum, pro eo quod sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Priorum, & Fratrum, Sancti Saluatoris Siluæ, lacus de Ilīceto, & Sancti Leonardi ad Sancti Mariæ de Montespeccato, necnon Sancti Antonii supra Balneum Petrioli, domorum Societatis de Ilīceto nuncupat. Ord. Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, Senen. & Grosseran. Dioc-

Diœcesi.petitio continebat,ipsi huiusmodi tenore ex certis causis se asserunt indigere de registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsorum supplicantium instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talis est. Eugenius Episcopus, Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, quamquam immeritò disponente Domino præsidentes, curis peturgemur assiduis, vt iuxta creditæ nobis dispensationis officium, circa subditorum quorumlibet sub regulari obseruantia studio vacantium piè vitæ,in quorum vtique prosperitate reficimus statum salubrem,& prosperè dirigendum sollicitudinis officio intendamur, & his. quæ ad laudem,& gloriam Diuini nominis,sacrique cultus augmentum, necnon Religionis propagationem illorum profutura cognoscimus, opem, & operam, quantum cum Deo possumus,impendimus efficaces,vt per nostræ operationis ministerium, & Apostolici fauoris præsidium personæ huiusmodi earumque Monasteria & loca,singulis ab eis sublatis dispendiis,prosperis gratulentur euentibus, ac in spiritualibus, & temporalibus felicia suscipiant incrementa. Dudum siquidem nonnulli Generales priores ord. Fratrum Eremitarum S.Augustini,priorem,& Fratres præsentes, & futuros domus S. Saluatoris Siluæ Lacus dicti ordinis, Senen. Diœcesi. sub regulari obseruantia eiusdem ord. degentes, a cuiuslibet ab ipso generale Priore inferioris obedientia, iurisdictione,& correctione eximentes, illos sub protectione sua assumpserunt. & quod dicti Fratres singulis triennis singula Capitula Generalia in mense Maij in vna ex domibus ipsorũ ad id per eorum Vicarium generalem deputãda,celebrare,ac in huiusmodi Capitulis vnum præsid. tantũ celebrandi Capituli, cuius officiũ Vicarius liberè resignare tenetur, & a quo ipse Vicarius ab huiusmodi officio absolui deberet,quique eumdem Vicarium pro delictis per eum commissis si puniendus foret punire, nec non electionem noui Vicarii pro tempore Capitulo celebratum confirmare haberet, primo & deinde vnum ex eis in ipsorum omnium, & singulorum domorum societatis fratrum eorumdem generalem Vicarium el[illegible] fore possent, quo [illegible] in Vicarium electus huiusmodi per dictum præsidentem cõfirmaretur,& postquam confirmatus fuisset in omnes, & singulos fratres societatis huiusmodi easdem, ac prorsus similes iurisdictionem,& potestatem, quam in illos dictus Generalis Prior habet, & exercet, ac potest habere & exercere, & quoties opus foret oẽs, & singulos Priores domorũ, eiusdem societatis, Prior ipsius domus S. Saluatoris, quem per Fratres eiusdem domus S.Saluatoris, illos videlicet, qui in Capitulo vocem habent eligi, & eius electionis confirmationem ad dictum Vicarium pertinentem, & quem priorem singulis annis eligere, vel de nouo confirmare voluerint, dumtaxat excepto, quoties opus foret instituere valeret, necnon ipse Vicarius si eisdem Fratribus domus S.Saluatoris, videretur in Priorem dictæ domus S. Saluatoris, dummodo annis singulis officium Prioratus huiusmodi regnet, eligi posset. Nonnulla quoque alia diuersa,assignationes,concessiones, licentias, gratias, & indulta concesserunt, quorum aliqua per generalia ipsius ordinis Capitula,quædam vero auctoritate Apostolica,confirmata fuerũt. Priori domus S.Saluatoris, & fratribus societatis huiusmodi, omnia iu perpetuum successiuè concesserunt, prout in Apostolicis, & diuersis eorumdem Generalium Priorum litteris dicti ordinis sigillo munitis,de quibus nobis legitimè constitit,& quas inspici, & examinari fecimus diligenter, quorumcumque omnium tenores de verbo ad verbum præsentibus pro insertis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut accepimus, tam S.Saluatoris prædicti qui in exemptionem,assignationum, concessionum,licentiarum, gratiarum, & indultorum,eorumdem possessionem, vel quasi existant,quã S.Leonardi,& S. Mariæ de Montespecchio,necnon S. Antonii supra Balneum Petrioli domorum dicti ordinis, & prædictæ ac Grossetanæ Diœc. Priores,& Fratres mundanis spretis oblectationibus, iuxta salutaria præfati ordinis instituta, in huiusmodi obseruantia exemplariter viuentes, variis, & diuersis hactenus multiplicauerint, prout in dies multiplicant virtutum meritis charitatis, & ipsius obseruantiæ [illegible] virtutum omnino iugiter [illegible] ad [illegible] nominis laudem, ac singulare, & [illegible] salutis plurimorum exe[illegible] Nos qui ex iniuncto nobis, [illegible] Apostolicæ seruitutis officio, sinceris desideramus affectibus, vt per nostræ operationis ministerium singula Religionum

ligionum loca, eorū personis cum exultatione spiritus sub debito professionis obsequio carmina meritorum scandentibus votiua in spiritualibus, & temporalibus suscipiant incrementa, & directioni status, & confirmationi Fratrum societatis huiusmodi prouidere volentes, ac sperantes, quod eorum vita laudabili, & fructuosis operibus prędictæ, necnon aliæ eis forsan de cetero concedendæ domus in eisdem spiritualibus & temporalibus prosperos atque fœlices successus dante Domino consequantur, vt ipsi Priores & Fratres eo feruentius diuinis beneplacitis se coaptent, quo se per nos, & Sedem Apostolicam specialibus fauoribus, & gratiis communitos fore conspexerint, eorumdem Priorum, & fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica & ex certa scientia, tenore præsentium exemptionem, assignationem, concessionem, gratias, & indulta prædicta, ac omnia, & singula in præfatis literis contenta, & inde secuta, cum infrascriptis tamen additionibus, & moderationibus, approbamus, & confirmamus, ac præsenti scripti patrocinio communimus, supplemus quoque omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, & nihilominus, & pro potioris cautelæ suffragio omnes, & singulos in S. Saluatoris, S. Leonardi, Beatæ Mariæ, & Sancti Antonij domibus prædictis pro tempore degentes, Priores, & Fratres, ac domos, ipsas illarumque possessiones, iura, & bona mobilia, & immobilia quælibet ab omni dominio, potestate superioritate aliena, & iurisdictione prouincialis prouinciæ, in qua domus præfata consistunt, & aliorum dicti ordinis Fratrum quibuscumque ipsius ordinis dignitatibus fungentium, præsentium, & futurorum, Generali præfati ordinis priore dumtaxat excepto, perpetuo eximimus, & penitus liberamus, necnon sub cura, regimine, gubernatione, & correctione Vicarius Generalis per eos pro tempore eligendi submittimus pariter, & subijcimus, ac quod omnes, & singuli Fratres domorum prædictarum in aliqua ex eisdem domibus ad hoc per Vicarium huiusmodi deputanda singulis triennijs, vel alias quando & quoties negociorum, personarum, locorum, & temporum qualitate pensata Vicario, & Visitatoribus Fratrum dictæ societatis pro tempore existentibus opportunum fore videbitur, seruatis aliàs solemnitatibus, & ceremoniis in generalibus Capitulis Fratrum dicti ordinis seruari solitis, generalia Capitula, Fratrum ipsius societatis, ad quæ dictus Vicarius, & singuli Priores domorum earumdem ad minus, si fieri poterit, cum singulis diffinitoribus illorum personaliter accedere sint astricti celebrare, & in huiusmodi Capitulis quam primum inibi fratres vocales congregati fuerint, vnum in præsidentem tunc celebrandi Capituli, cuius officium tantum triduo duret, in eiusque manibus, antiquus Vicarius officium Vicariatus liberè resignet, & a quo ipse Vicarius ab huiusmodi officio absoluatur, quique electionem noui Vicarii canonice celebratam in simul cum Visitatoribus dictæ Societatis confirmare possit, & deinde aliquos Visitatores, ac subsequenter vnum ex eis in ipsorum, ac omnium, & singularum domorum prædictarum generalem Vicarium, de cuius vita, & per eum in officio Vicariatus huiusmodi gestis in subsequenti Capitulo postquam a dicto officio fuerit absolutus, alias iuxta institutiones ordinis antedicti inquiratur, & examinetur, necnon per dictum præsidentem si puniendus fuerit, puniatur, absoluatur, & per Capitulum Societatis huiusmodi reeligatur, ac confirmetur in omnia, & per omnia, quemadmodum alias in generalibus Capitulis Fratrum dicti ordinis, Generalis Prior ipsius ordinis inquiri, & examinari, puniri, absolui, reeligi & confirmari consueuit, eligere possint, & valeant, quodque electus in Vicarium, qui per præsidentem & Visitatores prædictos confirmetur, postquam electus, & confirmatus fuerit (vt præfertur) in omnes, & singulos Fratres Societatis huiusmodi, easdem, ac prorsus similes iurisdictionem, & potestatem, quas generalis Prior dicti ordinis pro tempore existens in illos habet, & exercere potest, habeat, & exerceat, necnon quoties opus fuerit, Priores domorum, & Conuentuum prædictarum, Priore dictæ domus Sancti Saluatoris, quem per Fratres ipsius domus S. Saluatoris, illos videlicet, qui in Capitulo vocem habent, annis singulis eligi, a cuius electionis confirmatione, nisi forsan ipse Vicarius, qui lapso anno ab officio Vicariatus huiusmodi eo ipso absolutus intelligatur. In Priorem huiusmodi electus eo ipso absque alia confirmatione, quod

quòd Vicarius in Priorem electus confirmatus intelligitur ad dictum Vicarium pertinere debere, volumus, atque decernimus (dumtaxat excepto instituere, & amouere: propterea quod in huiusmodi celebrandis Capitulis, dictus Vicarius cum aliquibus diffinitoribus singularum domorum eorumdem, quæcumque quodcumque & qualiacumque statuta, & ordinationes, dum tamen Regulæ, aut Constitutionibus dicti ordinis, ac Sacris Canonibus non obuient, lineque rationabilia, & honesta edere, facere, condere, ac eorum omnia, & singula in toto, vel in parte, quoties opportunum videbitur, corrigere, mutare, illisque addere, ac dictus Vicarius ipsa omnia, & singula per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia, tamen eiusdem iuris apicibus, litiumque anfractibus non seruatis, per Fratres dictæ Societatis irrefragabiliter obseruare facere, necnon Vicarius in simul cum Visitatoribus prædictis, quoties illos in loco, in quo tunc ipse Vicarius commorabitur, adesse contigerit, alioquin per seipsum super statutis, & ordinationibus, necnon concessionibus, gratiis, indultis & per nos confirmatis prædictis, dummodò id, super quo dispensatio requiritur, aliàs Societatem ipsam non decernat, quo casu ad generale Capitulum per Fratres Societatis huiusmodi pro tempore celebrandum dispensatio pertineat, & dispensatio, quæ per Vicarium, ac maiorem, & saniorem partem huiusmodi Capituli, aut ipsum Vicarium, & diffinitores præfatos fiet, dumtaxat legitima censeantur dispensare, præfatus quoque Vicarius quoties eum abesse contigerit, aut alias sibi videbitur, loco sui vnum, duo, vel plures, & quot ei placuerit, Vicarium, seu Vicarios, cum facultate, de qua sibi videbitur, instituere, & destituere, necnon ad domos dictæ Societatis transmittere, & insuper, quod generalis Prior dicti ordinis pro tempore nullum ex Fratribus dictæ Societatis ab ipsa societate remouere, nec aliquem ex Fratribus prædicti Ordinis cuiuscumque gradus, vel condit. ipsi Fratres existant, ad ipsam Societ. vel aliquam illius domum transferre absq; Vicarij pro tempore, & maioris partis Societ. eorumdem consensu, quauis etiam rationabili causa vllo vnquam tempore possit, quoties ei placuerit, per se in simul cũ vno ex Visitatoribus Societatis huiusmodi, quem ad hoc duxerit eligendum, vel per Vicarium dictæ Societatis duntaxat, & non per alios, vnam, vel plures domum, seu domos, ac ipsam Societatem visitare, & secundum constitutiones ordinis, quos culpabiles reperit, corrigere, & punire, quodque Fratres domorum earundem præsentes, & futuri ponere vnum, & alia ad victum necessaria, vbicumque cum saccis, & sportis publice mendicandi quærere, ac recipere, & si forsan vllo tempore aliquam, seu aliquas Fratrium dicti ordinis Societatem, vel societates, sub Regulari obseruantia eiusdem ordinis degentium huiusmodi Societati vniri, & aggregari pro tempore contigerit, quod in sic vnitarum societatum Fratres, ac ipsæ vnitæ societates omnibus, & singulis exemptionibus, concessionibus, assignationibus, indultisque prædictis, ac præsentibus nostris litteris, & in eis contentis pariter, & gaudere liberè, ac licitè possint, & valeant, eisdem auctoritate, & scientia perpetuo statuimus, decernimus, & ordinamus, ac Fratribus societatis huiusmodi præsentibus & futuris quamdiu sub dicta obseruantia vixerint, prædicta, ac de nouo omnia, & singula, exemptiones, concessiones, assignationes, gratias, & indulta, per nos confirmata, huiusmodi concedimus pariter, & indulgemus per præsentes. Non obstantib. Constitutionibus, & Ordinationibus, ac litteris Apostolicis generalibus vel specialibus etiamsi de illis, quorum omnium tenores, & præsentibus haberi volumus pro expressis, specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda sit, vel non dicti ordinis iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac litteris Generalis Prioris dicti ordinis pro tempore existentis, & de consensu generalis Capituli ipsius ordinis sub quacumque forma forsan in posterum emendandis, ceterisque negotiis contrariis quibuscumque. Volumus autẽ quod si, quod absit, obseruantia huiusmodi in dicta societate cessare contigerit, præsentes litteræ nullius sint roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communionis, suppletionis, exemptionis, liberationis, submissionis, subiectionis, Statuti, Constitutionis, Ordinationis, Concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac

Beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Senis, anno Incarnationis Dom. 1543. octauo Id. Septemb. Pontificatus nostri, anno 13.

II.

Communicat privilegia Congregationum, & Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, vicissim, nonnullasque alia privilegia concedit.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filijs Mariano de Genezano Congregationis Iesu Ilicceti, & Taddaeo de Ippoiegia Congregationis Lombardiae nuncupatae, ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vacantibus sub Religionis obseruantiae studio piae vitae, Apostolici fauoris praesidium libenter impendimus, & in his, quae solidationem status, necnon perpetuam pacem, & tranquillitatem eorum respiciunt, nos ei gratiosos, & fauorabiles exhibemus. Cupientes igitur, vt vos, & qui pro tempore erunt vestrarum Congregationum, Vicarij & Fratres sub Regulari obseruantia Altissimo famulantes, quos idem ordo, & habitus, ac eadem Regularis obseruantia Diuina opitulante clementia coniungit, paribus fauoribus ex Apostolicae Sedis munificentia potiamini: vestris in hac parte supplicationibus inclinati, omnia, & singula exemptionis, immunitatis, libertatis, facultatis, indulgentiarum, & gratiarum, priuilegia, concessiones, & indulta, quaecumque, & qualiacumque vni Congregationum vestrarum, & ordini vestro, per nos, & praedecessores nostros Romanos Pontifices, ac ordinem ipsum quomodolibet concessa, quae omnia qualiacumq; sint, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, haberi volumus pro expressis, ad alteram Congregationum ipsarum, & illius Vicarium, Visitatores, & Fratres, domos, & personas, & bona, & è contra auctoritate Apostolica praesentium tenore extendimus, & volumus, ac decernimus, ea omnia sic diuisim concessa, siue communiter ordini, siue Congregationibus praedictis, & quae concedi contingeret in futurum communiter suffragentur in omnibus, & per omnia prorsus, & sine alia discrepantia, ac si vobis communiter à principio concessa fuissent, & concederentur in futurum. Et vobis modernis, & pro tempore existentibus vestrarum Congregationum Vicarijs, & Visitatoribus, vt vestes, corporalia, & paramenta quaecumque Altarium in Missarum, & diuinorum celebratione necessaria benedicere: ac vobis & pro tempore existentibus vestrarum Congregationum Fratribus expleto Matutino officio, etiam ante lucis auroram, Missam celebrare possitis, dicta auctoritate concedimus. Et ne vestrarum Congregationum professores nunc, & pro tempore existentes, sine Capituli, & Vicarij Congregationis eorum expressa licentia, ad aliquas dignitatem, vel administrationem extra ordinem praedictum, quauis auctoritate assumantur, & assumi procurent, vel patiantur, nec ad alios ordines, seu Religiones etiam arctiores, se transferant, aut quouis quaesito colore ab obedientia Praelatorum suae Congregationis recedere, seu se subtrahere quoquo modo praesumant, sub excommunicationis latae sententiae poena, in quam ipsi, & recipientes eo ipso incurrant, praefata auctoritate statuimus, eisdemque Vicarijs illos sic recedentes, & se subtrahentes repetendi, ac ipsos, & recipientes illos excommunicationis sententiam incurisse declarandi, illamque iteratis vicibus aggrauandi, necnon cōtradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij saecularis, compescendo, Et illos, qui praemissorum occasione censuras aliquas incurrissent, ad eorum obedientiam redeuntes, ab illis iniuncta poenitentia salutari, & alijs, quae de iure fuerint iniungenda, in forma Ecclesiae consueta, absoluendi, & super irregularitate Diuinis se immiscendo contracta, dispensandi, in eadem auctoritate concedimus facultatem, & praesentibus litteris nullatenus censeri esse derogatum, nisi illarum de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas generales huiusmodi insertionem importantes, contigerit derogari, necnon irritum, & inane, quicquid secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, praelibata auctoritate decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Statutis, & consuetudinibus Congregationum & ordinis praedictorum, etiam Apostolica auctoritate, vel quauis alia firmitate roboratis, contrarijs quibuscumque seu si aliquibus communiter vel diuisim à Sede Apostolica indultum esset, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omninò

homi-

hominum liceat hanc p[illegible] n[illegible]æ exten-
sion s,conf[illegible] co[illegible] de-
cr[illegible],& vo[illegible] teme-
rario co[illegible]ra[illegible]e. Si quis autem [illegible] re
præsumpserit, indignationem Omnipotentis
Dei,ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
eius,se nouerit incursurum. Datum Romæ apud
Sanctum Petrum,an[illegible] Incarnationis Domini-
cæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo
septimo, 17. Kal. Decemb. Pontificatus nostri
anno quarto.

III.

Indulgentias stationum Vrbis Fratribus professis, Nouitijs, Conuersis, & Monialibus Ordinis, & Congregationis Eremitarum S. Augustini, præsentibus, & futuris concedit.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filijs Vicario Generali, & Fratribus professis, Nouitijs, Conuersis, & Monialibus Congregationis obseruantiæ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, præsentibus, & futuris, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum alias accepissemus, fe. rec. Sixtum PP. Quartum prædecessorem nostrum, Indulgentias Stationum Almæ Vrbis visitantibus tempore Quadragesimali Ecclesias stationum concessas, vobis concessisse. Nos vt spirituali consolationi vestræ per amplius consuleretur, illas confirmauimus. In præsentiarum verò volentes vos vberiori gratia prosequi, Indulgentias prædictas vobis tempore Quadragesimali duntaxat concessas, ad stationes totius anni tenore præsentium extendimus. Et nihilominus, si contingat aliquem vestrum occasione prædicationis, audientiæ confessionis, quæstuationis, aut alia quacumque legitima causa, de mandato superiorum a propriis, siue deputatis domibus, & monasterijs abesse, in quacumque Ecclesia, & loco, etiam vnum tantum Altare habente, si ante dictum altare eas orationes, quæ ex concessione Apostolica ante tria altaria fieri iubentur, recitauerit, præfatas totius anni Indulgentias perinde consequatur, ac si eas coram tribus altaribus in dictis domibus, & Monasterijs deputatis dixerit, parum for[illegible] indulgemus. Non obst[illegible] constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub an[illegible] Pi[illegible] die 7. Decembr. 1490. Pontificatus nostri anno sexto.

ALEXANDER SEXTVS.

R[illegible] e Lenzola Valentinus [illegible] apud H[illegible] F[illegible] Calixti Tertij ex sorore Nepos, pr. d. Id. Septemb. 14[illegible]2 Summus Pontifex Romæ coronatus est, annum in[illegible] Iubilæi, septimo ad limina SS. Apostolorum [illegible], obijt demum Romæ, 15 Kalen. Septemb. 1503. & in sacrario Basilicæ S. Petri sepultus fuit.

I.

Statuit, quod in processionibus huiusmodi præcedentiæ ordo seruetur, videlicet, quod inter fratres Conuentuales, & Obseruantes S. Francisci, nulla separatio, seu diuisio fiat.

De materia præcedentiæ in processionibus, & funeralibus seruandæ habes infra Gregorii XIII. Const. 17.

Dilecto filio Hieronymo de Tornell[illegible], Fratrum Minorum de Obseruantia nuncupatorum, Sexto Generali citra montes Commissario nostro.

ALEXANDER Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod licet alias pro bono pacis, & concordia, ac ad euitandas dissensiones, quibus Religiosi omnino carere debent, voluerimus, & decreuerimus, quo ad præcedentiam inter Fratrum Minorum & Eremitarum Sancti A[illegible] de Obseruantia nuncupatorum [illegible] professores, in processionibus, in quibus præfati professores pro tempore interue[illegible] Conuentuum, ac locorum consuetudinem, vbi [illegible] non appareret, obseruari debere, tamen aliquando con[illegible], professores dicti Ordinis S. Augustini Conuentuales, [illegible] Fratres Conuentuales Ordinis Fratrum Minorum, & prælatos Obseruantes ordinis eiusdem Minorum intromittere. Quare nobis de remedio supplicari fecisti opportuno. Nos igitur attendentes æquum, & conueniens fore, quod professores dicti ordinis Minorum de obseruantia in dictis processionibus a fratribus Conuentualibus non separentur: auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, in dictis processionibus [illegible]modum, & ordinem circa præcedentiam obseruari debere ab obseruantibus ordinis, qui in Conuentualibus obseruatur, ita vt nulla inter eos separatio, & diuisio fi[illegible]. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Ordinum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs

 qui-

quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 24. Iulij, 1501. Pontificatus nostri anno nono.

II.

Potestatem tribuit Generali, ac Prouincialibus Ordinis Minorum incorrigibiles eijciendi ab Ordine.

Dilect. filiis Generali Cismontano, & Vltramarino Vicarijs Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia nuncupatorum.

ALEXANDER Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memor. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictioné. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, interdum contingat in ordine vestro aliquos Fratres adeò humani generis hoste procurante in reprobum sensum datos reperiri, vt nulla ex te corrigi, & rectam ad semitam reduci possint. Nos attendentes dicti ordinis quieti, & conseruationi obseruantiæ vestræ omninò concedere, vt personæ sic incorrigibiles, ne alios corrumpant, & inficiant, a vobis eiiciantur, tibi, & generali Vicario pro tépore existenti, per vosmetipsos dumtaxat, & aliis Vicariis prouincialibus dicti ordinis per eos, cum consensu maioris partis Capituli prouincialis Religiosos dicti ordinis, quos sic incorrigibiles repereritis, tamquam membra putrida habitu vestro expoliandi, & a vobis eiiciendi, ac contra quoscumque eis forsan auxilium, consilium, vel fauorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore supradicti habitus delatione præstantes, etiam cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis, per censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris opportuna remedia appellatione postposita procedendi, omniaque alia, & singula, in præmissis, & circa ea necessaria quomodolibet, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi, auxilium quoque brachij sæcularis, si opus fuerit, inuocandi, plenam, liberam, & omnimodam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus dict. ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscun que. Datum Romæ apud S. Pet. sub annul. Piscator. die 15. Iunij, 150. Pont. nostri anno 9.

III.

Concedit Vicariis Generalibus, & Prouincialibus facultatem sibi casus occultos reseruandi, & absolutionem illorum aliis interdicit.

Hæc reseruatio iuxta formam decreti S.D.N. Clementi. Octaui fieri debet, quam habes infrà Const. 3.

Dilecto filio Hieronymo de Tornielliis Fratrum Minorum de Obseruantia citra montes Vicario Generali.

ALEXANDER Episcopus, Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dilecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Intelleximus aliquos ex Religiosis ordinis tui, aliis asserere velle, quòd Vicarius Generalis, vel Prouincialis dicti ordinis, seu Guardiani domorum ordinis eiusdem, casus de occultis sibi reseruare non possunt. Quare nobis super hoc de remedio supplicari fecisti opportuno. Nos igitur felici, & prospero statui dicti ordinis, & obseruantiæ vestræ paterna charitate consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, Vicarium Generalem, vel Prouincialem, aut Guardianos pro tempore existentes, præfatos casus de occultis inter Religiosos dicti ordinis vestri, sibi posse reseruare, & post reseruationem huiusmodi, nullum dicti ordinis inferiorem ab eis absoluere posse, & si absoluat, nullam esse absolutionem, & incidere in pœnam absoluentium à casibus non concessis, nec Ministrum Generalem dicti ordinis absoluere, nec licentiam concedere posse absoluendi ab huiusmodi casibus sic reseruatis per prælatos familiç vestræ, nullumque professorem dictæ familiæ, si illam egrediatur, parentibus propinquis, vel affinibus suis quouis modo nec aliquo indulto Fratribus conuentualibus dicti ordinis ad hoc concesso gaudere posse. Nec etiam Conuentus occasione professoris sic egredientis, ius aliquod in hæreditate, vel quauis alia successione propinquorũ, quod licet, acquirere, & consequi posse, & quia intelleximus sæpe numero contingere, quòd tempore Paschatis nauigantes ad partes Sclauoniæ se conferunt, qui a Rectoribus parochiæ nullam habent Ecclesiasticæ sacraméta recipiendi licentiam, Religiosis dicti ordinis tui, dictis in insulis degentibus, & in Paschate dictis

dictis nauigantibus confessis, Eucharistiam ministrare libere, & licitè possint de specialis dono gratiæ in fulgemus. Et quia decreuimus Moniales Sanctæ Claræ primæ, & secundæ Regulæ, ac Sorores Tertii ordinis de pœnitentia nuncupati, viuentium in Congregatione ordinum sub cura vestra, & pro maiori parte ex eleemosynis Christi fidelium, & labore manuum suarum victum, ac vestitum recipiant, absolutionem alicuius decimæ, seu taxæ, aut collectæ pro tempore impositarum cogi non posse, & reperiuntur aliquæ ex eis, quæ licet aliquid proprii habeant, tamen non sufficit eis ad quotidianas expensas, ad solutionem huiusmodi ob earum paupertatem cogi non posse, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus, Apostolicis statutis quoque, & consuetudinibus dicti ordinis, iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Verum, quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca in quibus expediens fuerit deferre, volumus auctoritate præfata, & decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarii, inderogati subscriptis, & sigillo tuo, vel aliorum Commissariorum, ac substitutorum, vel substituendorum, seu alicuius Prælati, aut personæ in Ecclesiastica dignitate constituti, munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 24. Iulii 1501. Pont. nostri anno IX.

IVLIVS SECVNDVS.

Iulianus antea ex Ruuerea Stirpe Sauonæ in ter ra Ligustici oppido natus, Sixti IV. Nepos, cuius auspiciis ex Episcopo Carpentoracensi Card. tit. S. Petri ad Vinc. Epi. Ostiensis, Auinioni Legatus creatus est, & clauso demum Conclaui Summus Pont. omnium votis inauguratus, & coronatus est 5. Kal. Decemb. 1503. obijt Romæ, nono Kal. Martij. 1513. & in Basilica S. Petri sepultus fuit.

I.

Facultatem interpretandi priuilegia tam concessa, quam concedenda, necnon Ordinis Constitutiones Generali Ord. prædic. tribuit, nonnullaque priuilegia concedit.

Dilecto filio Thomæ de Vio, Caietano, Generali Magistro ordinis prædicatorum.

IVLIVS Papa Secundus. Dilecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Considerantes, quod multa tibi in tanta cura accidere possunt, quæ Sanctæ Sedis auxilium, & benignitatem requirunt, illis duximus de Apostolicæ Sedis plenitudine succurrendum. Itaque volumus, & tibi concedimus, quod si in Constitutionibus ordinis Prædic. aut circa priuilegia, indulta, gratiasque, & exemptiones ab ipsa sancta Sede illi concessa, & concedenda, concessasve, aut concedendas, quæ etiam, & quas harum tenore, & eiusdem Sedis auctoritate confirmamus, aliqua ambiguitas emerserit: Tu illam (quo ad serenitatem illarum conscientiam, quæ tibi subiectæ sunt duntaxat) possis auctoritate Apostolica declarare. Insuper vt ipsi Ordinis præsidentes vultum pecoris sui agnoscere queant: Nolumus personas Ordinis eiusdem confessionalibus, vel indulgentiæ litteris, etiam per Sanctam Sedem emissis, vel emittendis (nisi consensu tuo accedente, & eo durante) gaudere possint. Et insuper, quod mulieres prædicti ordinis, quæ Sorores de pœnitentia nuncupantur, & collegialiter viuunt (si tibi placuerit, & illæ hoc cupiant) ex benignitate Apostolica tria vota religionis in manus tuas, aut illorum, quos ad hoc duxeris deputandos, emittere licitè valeant. Binos præterea Fratres tibi de more socios, quorum vnus Prouincialis terræ Sanctæ, alter scriba esse solet, & laboribus pro tanta Religione susceptis impediti, studiorumque exercitiis commode interesse non possunt (si aliàs scientia sunt idonei, & eos gradus, ac honores non habeant) ad Baccalaureatus, & Magisterij Theologiæ gradus & honores valeas promouere. Hæc tibi prædictæ Sedis auctoritate sic concedimus, vt etiam eadem simili auctoritate tuis successoribus indulgemus. Non obstantibus præmissis, Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Statutis, & Consuetudinibus ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis, etiam in forma Breuis, illi ordini, aut personis eius sub quibusuis verborum formis, & Clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, & insolitis concessis, aut concedendis. Quibus, illorum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes (illis alias in suo robore permansuris) hac vice duntaxat derogamus. Ceterisque in contrarium facientibus,

q[illegible]cumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 14. Decembris 1509. Pontificatus nostri anno VII.

II.

Declarat, R[illegible] Clementis IIII. de Monasteriis per alios Mendic[illegible] pro Fratribus M[illegible] intelligendum, [illegible] de nouo [illegible] gium et [illegible] Clem. IV. [illegible]

Dilecto filio Vicario generali [illegible] Ordinis Fratrum Minorum R[illegible]

IVLIVS Papa II. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nuper nobis fecisti, quod inter alia priuilegia a Summis Pontificibus prædecessoribus vestri ordinis Fratrum Min. concessa, ac per fel. rec. Sixtum IV. etiam prædecessorem nostrum, ac per nos respectiue confirmata, ac de nouo concessa a fe. re. Clemente Papa IV. prædicto ordini, eius [illegible] considerato, vt [illegible] Ordo in eadem [illegible] paupertate, & professionis suæ puritate, & integritate ad Dei seruitium, & eius Ecclesiæ [illegible] tranquille conseruetur, concessum fuit, vt prope domos Fratrum prædicti ordinis cetri vtriusque maxime [illegible] sexus Religiosi in eodem priuilegio contenti intra [illegible] cannarum domos, seu Monasteria ædificare minime possent sub certis censuris, & pœnis in eodem priuilegio contentis. Quod quidem priuilegium Fratribus ord. Prædic. etiam concessum fuit, vt omnia priuilegia omnibus alijs M[illegible] ordinibus prædicto maxime Prædicatorum ordini concessa, ordini Fratrũ Minorum [illegible] communia, & [illegible] Minorum Ordinis Fratres illis vterentur, [illegible] & [illegible], ac [illegible] specialiter, & expresse [illegible] Præterea, C[illegible] IV. prædec[illegible] natus, ob nonnullas ca[illegible] priuilegium [illegible] quod [illegible] ordinis Præd[illegible] concess[illegible] cannarum quadragint[illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] quod [illegible] Fratrum Prædicatorum priuileg[illegible] [illegible] conuenientia [illegible] cannarum [illegible] Minoribus specialiter concessum, ad prædictas centum quadraginta cannas siue alia speciali coarctatione, seu reductione esse coarctatum, vel reductum. Quare pro parte tua nobis [illegible] humiliter supplicatum, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur [illegible] Sacræ [illegible] Minorum [illegible] puritatem conseruari, [illegible] inducimur, vt eam specialibus fauoribus, & gratiis prosequamur, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, [illegible] coarctationem, seu reductionem [illegible] prædictum Fratrum Prædicatorum priuilegium factum, prædictis Fratribus Minoribus nocere non debere, nec prælatam [illegible] communicationem [illegible] sed in fauorem prædictorum Fratrum Minorum esse concessam. Et ideo confirmationem, & nouam concessionem per prædictum [illegible] IV. & per nos respectiue factã, in suo robore permanere decernimus auctoritate Apostolica decernimus, ac [illegible] pro cautela [illegible] priuilegium, & in eo [illegible] quæcumque prædictis Fratribus Minoribus confirmamus, & approbamus. Et quatenus opus sit prædictarum trecentarum cannarum priuilegium tenore præsentium auctoritate præfata eisdem Fratribus Minoribus de nouo concedimus: Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, priuilegiis quoque, & indultis, ac quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 21. Maij. M.D.IX. Pontificatus nostri anno sexto.

V.

Declarat quæcumque consecrationes per quoscumque [illegible] Generalis Minorum [illegible] noui[illegible] canere [illegible]

Venerabili fratri [illegible] Episcopo [illegible] Generali, & [illegible]

IVLIVS Papa II. Venerabilis frater, & Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. A[illegible] venerabilem fratrem [illegible] Episcopum [illegible] consecrare [illegible] Ordinis Minorum [illegible] opus fuerit, [illegible] personis, & fratribus [illegible], & non [illegible] quod Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Sancti Vlixa-

Vlfrani, & eorũ officiales, ac Rector parochialis Ecclesiæ San. Aegidij de Abbatis villa Ambiã. Diœc. aut alij quicumque cuiuscumque dignitatis forent, tam in d[icta] Diœc. quam alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, aut inquietare vlterius auderent; quinimo corpora defunctorum quorumcumque, qui in Ecclesi[a] domus de Abbatis villa, in eorum vita sepeliri elegerant, si ... corpora ... cum rel[ictis] Fratribus ipsius domus de Abbatis villa, Fratrib. integraliter restituerent, nec ipsi, nec alij ... dictos, & quoscumque alios Fratres dicti ordinis de cetero super sepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ domus de Abbatis villa, & aliis eiusdem ordinis Ecclesiis sepeliri eligerent pro tempore impedire præsumerent, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhiberet, ac S. Vlfrani, & S. Aegidij Ecclesias, nec non alias, ad quas corpora defunctorum, qui in dicta d[omo] Abbatis villa, & aliis ceterarum domorum ordinis huiusmodi Ecclesiis reciperentur, cõcederet, ac desuper statueret, & ordinaret, prout de iure foret faciendum. Et deinde pro parte dicti ... Franc. de Paula, dicti ordinis institutoris, nobis exposito, quod Fratres ordinis Minimorum, potentiam Decani, & Capituli, ac Rectoris prædictorum plurimorum formidabant. Nos per alias nostras in forma Breuis, litteras, præfato Parisiensi Episcopo, ac V... Frat. Archiepiscopo Turonen., d[i]lecto filio Abbati Monasterij S. Saturnini Tolosan. Diœcesis commisimus, ac ... mandauimus, quatenus in præmissis eisdem Fratribus assisterent, & ad ... tionem prædictorũ, & aliarum quarumcumque litterarum dicto ordini per Sedem Apostolicam, aut alias quomodolibet concessarum, & in posterum concedendarum in quocumque loco, & Diœcesi opus foret, ac quoties pro parte Francis. & aliorum Fratrum prædictorum, ac quorumcumque superiorum, correctorum domorum, ac locorum d... requisiti fuissent procederent, ac Decanum, & Capitulum, necnon Rectorem præfatos, & alios quoscumque priuilegiorum ordinis Minimorum huiusmodi transgressores, vexatoresque pro tempore degentes, ... prædictum, & quascumque Diœceses, ... (quoties opus foret cor... ... fuerint, & per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compellerent, & compescerent, inuocato etiam ad id (si opus foret) auxilio brachij secularis, & sententias, ac censuras

ipsas aggrauarent, & reaggrauarent, & alia necessaria, & opportuna facere curarent, alias iuxta dictarum litterarum continentiam, & tenorem omnibus & per omnia perinde ac si hæ prædictæ à principio eorum, cuilibet directæ fuissent, ipsique in illis Conseruatores specialiter deputati fuissent, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut præfatus Franciscus de Paula nobis nuper exponi fecit, tunc Prouincialis, & Fratres nostræ domus de Abbatis villa seu aliqui ex eis cum Decano, & Capitulo præfatis, super tumulandis corporib. defunctorum huiusmodi, ad certam concordiam, seu transactionem deuenerint per quam inter alia voluerunt, quod processus, præmissorum occasione, catenus facti, & qui in posterum fierent, nullius essent roboris & momenti. Quodque ex tunc de cetero, corpora eorum, qui apud Ecclesiam dictæ domus de Abbatis villa eligerent sepulturam, immò ad dictam Ecclesiam S. Vlfrani cum luminaribus deferri, & ... Missis celebratis, & luminaribus, cum iis funeralibus, iuribus & obuentionibus, eisdem Decano, & Capitulo relictis, ad Ecclesiam domus de Abbatis villa huiusmodi portari deberent, prout in quodam instrumento publico desuper eo facto dicitur plenius contineri. Et quia concordia, & transactio per Prouincialem, & Fratres præfatos factæ huiusmodi, contra tenorem priuilegiorum eidem ordini concessorum, & licentia, & consensu præfati Francisc. dicti ordinis Generalis correctoris per eundem prædictum deputati, sine cuius licentia ... fieri non poterant, & in maximum dicti ordinis præiudicium facta fuerunt. Idem Franc. Generalis Corrector nobis ... supplicari fecit, concordiam, & transactionem ... prædictas, ac sententiam cuiuscumque Iudicis secutas super commissis pro Decano & Capitulo, & contra Fratres dictę domus de Abbatis villa latam, nullas, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse declarare, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, ... & vestrum cuilibet præsentium ... mandamus quatenus concordiam, & transactionem, ac prædictas, & quascumque alias per quoscumque Iudices ... super funera ... & ... contra prædictam de Abbatis villa, & alias dicti ordinis domos, & illarum Fratres hactenus

 latas,

latas, & in posterum ferendas sententias nullas fuisse, & esse, auctoritate nostra declaretis, & prout de facto processerunt, cassetis, & annulletis, ac eisdem Francisco, & Fratribus assisten. priuilegia dicto ordini concessa obseruari faciatis. Quodque quascumque conuentiones per quoscumque dicti ordinis prouinciales, & Vicarios Generales, speciales, ac quoscumque alios Fratres, seu eorum procuratores, vbicumque, & quomodocumque, & sub quibuscumque clausulis, & formis factas, concordatas, transactas, & expeditas, quæ præfatum Franciscum, vel successores suos dicti ordinis generales Correctores, seu Capitulum generale dicti ordinis acceptatæ, confirmatæ, & ratificatæ non fuerint, nullius esse roboris, & momenti declaretis si, & prout de iure fuerit faciendum. Et pro manutenenda, & conseruanda regula dicti ordinis in qua expressè inhibetur, ne Fratres ipsi vltrà quinquaginta annos particularia quæcumque suffragia in dicto ordine accepteent, & suscipiant, vt particularia quorumcumque dicti ordinis fundatorum, & fundatricum, ad quæ ipsi obligantur, suffragia huiusmodi sub omnium dicti ordinis suffragiorum, & bonorum generalitate suscipere, & acceptare, singulisque priuilegijs, gratijs, & indultis, omnibus quatuor Mendicantibus ordinibus, & eorum cuilibet per sedem prædictam, seu alias quomodolibet, concedendis, & etiam ordini prædicto iam concesso, & confirmato priuilegio, confessiones audiendi, iuxta illius formam, & tenorem vtiuis frui, vti, & gaudere valeant. Quodque dicti ordinis domorum fundatores fundatrices, & procuratores, & procuratrices, tutores, & tutrices, eorumque vtriusque sexus benefactores dicti ordinis Conseruatores præsentes & futuri omnium, & singularum Missarum, Ieiuniorum, Orationum, & Sacrificiorum ac quorumcumque aliorum bonorum, in toto dicti ordinis Minimorum de cetero faciendorum, & recitandorum, participes fore, & illis communicata sint, & esse debeant. Quodque Fratres dicti ordinis Conseruatores Minimorum, etiam Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, & Officiales, ac Vicarios ipsorum, sibi eligere, & quod tales in Conseruatores taliter per eos electi, ex nunc per nos deputati censeantur, possintque contradictores quoscumque excommunicare, & censuras iteratis vicibus aggrauare, ac loca quæcumque Ecclesiastico subijcere interdicto, ac omnia alia, quæ possunt Conseruatores, ab alijs Fratribus aliorum ordinum Mendicantium, iuxta priuilegia eis super hoc concessa, electi. Quodque singula priuilegia, indulgentiæ, gratiæ, & indulta, alicui ex domibus ordinis Minimorum huiusmodi hactenus per nos, vel Sedem prædictam, aut alias quomodolibet concessa, ad omnes, & singulas alias domos dicti Ordinis Minimorum hactenus constructas, & construendas, intelligantur concessa, ac si in specie cuilibet earumdem concessa fuissent, & illa ad quamlibet domorum extensa, & de nouo concessa sint, & esse censeantur, dicta auctoritate statuatis, & ordinetis. Non obstantib. præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, de vna, & duabus dictis in Concil. generali editis, & alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq. contrarijs, etiam si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem Sede indultum fuerit, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes, plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29 Martij 1507. Pontificatus nostri anno IV.

IV.

Priuilegia concessa à Pyrrho Archiepiscopo Consentinensi Ordini Minorum, & à Sixto IV approbata confirmat, & declarat, ac quædam de nouo concedit.

IVLIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum ad sacrum ordinem, &c. [Hic omittitur tenor, cum habeatur supra in priuilegio eiusdem Pyrrhi, & Bulla confirmationis Sixti IV.] Nos igitur, qui Regularem obseruantiam in locis religiosis vigere, & augeri, ac religiosarum personarum, præsertim sub humili habitu in humilitatis spiritu Deo seruientium concordiam, & tranquillitatem intensis desideramus affectibus eundem Franciscum de Paula quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Pyrrhi Archiepiscopi, & Goffredi Episcopi S. Marci,

Marci, ac Sixti, & Innocentij, necnon Alexandri præ decessorum prædictorum, ac nostris præfatas litteras, necnon omnia, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica præfata, tenore præsentium approbamus, innouamus, & cõfirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus.

Itaq; omnia, & singula Francisco de Paula, & alijs Ord. Minimorum huiusmodi Fratribus, & personis, ac illorum Ecclesijs, domibus, & locis constructis, & construendis sub Minimorum nomine, & auctoritate, & tenore præmissis, de nouo concedimus, & indulgemus.

Ac pro potiori cautela, omnia, & singula in dictis litteris quomodolibet contenta, & quo ad hoc Franciscus de Paula, & alij ord. Minimorum huiusmodi Fratres pro tempore existentes, tam quatuor Mendicantium, quam aliorum quorũcumq; quantumcunque priuilegiatorum ordinum quascumque religiosas personas ad se venientes, & habitum per eos gestari solitum sumere volentes, primitus verbo, vel scripto à suis immediatis superiorib. per se, vel per interpositam personam petita licẽtia, quamuis non obtenta, ad Minimorum ordin. & habitum huiusmodi recipere.

Necnon confessiones quarumcunq; personarum tam Religiosarum, quam Ecclesiasticarum, & sæcularũ vbilibet audire, & illis auditis personas ipsas, & earũ quamlibet, iuxta formam, & tenorẽ priuilegij per præfatũ Sixtum prædecessorem ord. Minimorũ huiusmodi, ac illius personis, & Fratrib. dudum concessi, & confirmati, absoluere, ac pœnitentiam salutarem illius iniungere valeant.

Necnon ord. Minimorũ huiusmodi, Ecclesię, & Oratoria, Domus, & loca, tam recepta, quam recipienda, tanquam Sedis, & Ecclesiæ Rom huiusmodi specialia Oratoria, Ecclesiæ, domus, & loca, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis prorsus ab omni decimarũ, & oblationum persolutione, seu iurisdictione perpetuo libera sint, & esse censeantur.

Ac sub Beati Petri, & dictæ Sedis, & nostra protectione immediatè subiaceant, ipsiusque ordinis Minimorum Fratres pro tempore existentes, de hortis, ac virgultis, & alijs quibuscunque bonis Ordinis Minimorum Domibus, & illarum Ecclesijs huiusmodi pro tempore relictis, & legatis. Ac super iamuaribus, & alijs rebus Diuino cultui pro tempore dedicatis, Decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex nouali-bus, vel quartam ex funeralib. soluere minimè teneantur, nec ad id a quoquam cuiuscumque nobilitatis, aut dignitatis existat, valeant quomodolibet coarctari.

Quodque ordini Minimorum huiusmodi, ac illius personis, & domibus per Sixtum, & Innocentium prædecessores præ[illegible], sub Eremitarum nomine dudum conce[illegible] priuilegia, sub nouo nomine mutatis in eis nominibus Eremitæ, ac Eremitarum, in Minimi, & Minimorum, ac Eremitorij, & Eremitoriorum in domorum Ordinis Minimorum huiusmodi nomina, cetérisque singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, innouata, & mutata sint, & esse censeantur.

Nec non super omnibus, ac singulis Maris magni, & alijs quibuscumque Bullis quatuor Mendicantium ordinibus, & eorũ cuilibet quomodocumque concessis, vnum vel plura transumpta coniunctim, aut diuisim facere curant, perinde, ac si illa mutatis in eis nominib. quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum, & ipsorum Mendicantium in nostrum, & Fratrum ordinis Minorum huiusmodi nomina, cetérisque singulis ad hunc effectũ de necessitate mutandi concessa forent.

Ac quod transumptum, seu transumpta huiusmodi taliter facta, & manu alicuius Notarij publici subscripta, ac sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici sigillata, ordini Minimorum huiusmodi, ac illius personis, & Fratribus pro tempore existentibus adeo vbique locorum suffragentur, ac si singulæ prædictæ Bullæ præfatis quatuor mendicantium ordinibus per quoscumque prædecessores prædictos quomodolibet concessæ, quas hic pro expressis, & insertis habere volumus, Fratrib. ipsis minimis eorum ordini præfato, etiam sub minimorum nomine specialiter, & expressè indultæ fuissent, ac pro eis principaliter emanassent.

Quodq; Sanctæ Trinitatis, tunc ad Eccl. Sancti Stephani Giemini, & aliã S. Rochi, tunc etiã ad monasterium S. Saturnini Tolosani ordin. S. Aug. pleno iure spectantes Eccl. ac illarũ domos, necnõ reliquã S. Blasij, per dilectã in Christo filiam nobilẽ mulierem modernã Dominã de Borbon, ac venerabilem Fratr. nostrum modernum Episcopum Gratiouopolitanum, etiã tunc dicti Monasterij Abbatem.

Necnon omnia, & singula alia Oratoria, Ec. reliquas domos, loca, Cõuentus, & bona Galliæ Calabriæ, Siciliæ, Hispaniæ, Bœmiæ, & alijs

Regnis, ac Italiæ, Picardiæ, Aquitaniæ, detrimenti Paulensis, & paternæ, alijsque Prouincijs, Ciuitatibus, locis quibuscumque Ordini Minimorum, ac illius personis & fratribus, & præfatis quomodocunque concessa, & per Franciscū de Paula, & alios fratrum ordinis Minorum huiusmodi vigore, priuilegij Sixti prædecessoris nostri receptis, & per eos catenus possessa, aut alia noua concessione Apostolica perpetuo pacifice possidere valeant, ac super illis, aut aliquo eorum, a quoquam suo molestari nequeant.

Et quod fratres ipsi Minimi, in eorum Ecclesijs constructis, & construendis, Curialib. mercatoribus peregrinis, ac transeuntibus, & alijs quibusuis, Eucharistiæ Sacramentum (quoties opus fuerit) ministrare, ac ministrari facere.

Necnon eiusdem ordinis Minimorum apostatas, & gyrouagos quoscumq; vbilibet repertos, & quibuscumque litteris, ac prouisionibus Apostolicis, etiam quascunq; derogatoriarum derogatoria Clausulas in se continentibus munitos, quia ijs nullatenus suffragari posse decernimus, inuocato etiam ad id (quatenus opus fuerit) auxilio brachij sæcularis capere, incarcerare, ac punire, seu capi, incarcerari, & puniri facere, liberè, ac licitè valeant.

Et præfati ordinis Minimorum Fratres, Sorores, & Oblati, necnon vtriusque sexus Christi fideles tertij ordinis Minimorum huiusmodi, ac eiusdem ordinis Conseruatores per Fratres Minimos huiusmodi pro tempore Capitulariter electi.

Ac tutores, & tutrices fundatores, & fundatrices, Procuratores, & procuratrices, ac eorum vtriusque sexus liberi procreati, & procreandi, semel in vita, & ita in morte sibi.

Ac quæcumque personæ in dicto ordine Minorum de cetero recipiendæ, in earum ingressu plenariam omnium peccatorum suorum veniā, & indulgentiam consequi possint.

Ac quæcumque orationem Dominicam, & totiens Salutationem Angelicam recitando, Omnes, & singulas indulgentias, quas diebus indulgentiarum omnium Ecclesiarum dictæ Vrbis, & extra illius muros pro stationib. deputatarum, consequerentur Ecclesiarum Vrbis, & extra muros huiusmodi visitantes, plenè, ac integrè consequantur, & consequi possint, ac si indulgentiarum huiusmodi diebus Ecclesias Vrbis, & extra muros huiusmodi, & earum quamlibet personaliter visitarent.

Ac tam prædicta iam constructa, quam aliæ quæcumque Sororum secundi ordinis Minimorum huiusmodi, de cetero vbicumque construendæ, & ædificandæ domus, ac Ecclesiæ, omnesque prænominatæ personæ ad eundem ordinem Minimorum quomodolibet spectantes, omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatib. indulgentijs, facultatibus, libertatibus, indultis, exemptionibus, fauoribus, & gratijs, ordini Minimorum huiusmodi, ac illius Fratribus & domibus per præfatorum prædecessorum, ac nostras litteras huiusmodi quomodolibet concessis, vti, potiri & gaudere liberè possint, & valeant, ac si illa omnia, & singula eis expressè concessa fuissent, auctoritate Apostolica, ac tenore præmissis, de nouo indulgemus, extendimus, & ampliamus.

Non obstantibus sanctæ memoriæ Innocentij IV. contra exemptos, quæ incipit: Volentes, Bonifacij VIII. quæ incipit, Cum ex eo ac Clementis V. quæ incipit: Religiosi, & Alexandri Quarti, quæ incipit: Vt Abbates, Ac etiam quæ incipit: Viam ambitiosæ cupiditatis. Martini V. Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, & alijs Constitutionib. & ordinationib. Apostolicis, ac ordinum prædictorum iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, Statutis quoque & Consuetudinib. necnon omnibus illis, quæ præfati prædecessores in suis, ac nos in nostris litteris prædictis volumus non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Ceterum, quia difficile foret præsentes litteras ad quæcumque loca, vbi illæ necessariæ fuerint deferre, volumus, & præfata Apostolica auctoritate decernimus, quòd earundem præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius prælati Ecclesiastici munitis, prorsus in iudicio, & extra, fides plenaria adhibeatur, ac si dictis litteris originalibus, & per omnia, sicut ipsis originalibus litteris adhiberetur, & staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innouationis, confirmationis, communicationis, concessionis, indulti, voluntatis, extensionis, ampliationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis

nis Dominicæ 1506. Quinto Kal. Augusti pontific. nostri Anno tertio.

V.

Sorores tertij Ordinis Prædicatorum quamuis tria vota emittant, nec ad clausuram, neque ad officium diuinum teneri, declarat.

Dilecto filio Thomæ de Vio, Caietano, Generali Ministro Ordinis Prædicatorum.

IVLIVS II. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecisti, quod licet fel. rec. Sixtus Papa IV prædecessor noster (secundum eatnem patruus) extendendo declarauerit, in quib. casibus ad Sedem apost. recurrendum esset, pro absolutione, & dispensatione censurarum, & irregularitatum à personis ordin. Prædicatorum, nihilominus propter clausulas derogatorias positas in bulla, quæ singulis annis in Cæna Domini publicatur, dubitas facultatem illam ordini prædicto ademptam; Super concessione quoque, quam nuper fecimus Sororib. de pænitentia B. Dominici nuncupatis, collegialiter viuentibus, quod possint tria vota religionis emittere, nonnulla dec arari desideras. Et proinde supplicasti humiliter, vt in præmissis, opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui Religiosorum quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, volentes occasiones iniicte vagandi, attendentesque quid multa in prædicta declaratione concessa sunt, quæ in Bulla prædicta continentur, eiusdem sanctæ Sedis auctoritate decernimus, quod illi, quibus tu prædicta declaratione concessa est potestas absoluendi, & dispensandi, licitè possint, perpetuis temporibus absoluere, & dispensare ab omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla in cæna Domini non esset facta, nec fie et. Præterquam à conspiratione in Romanum Pontificem, & ab illis, propter quæ prædictus prædecessor noster declarauit ad eamdem sanctam Sedem etiam recurrendum esse.

Sorores quoque de pænitentia B. Dominici nuncupatæ, collegialiter viuentes, & volentes vouere tria religionis vota, iuxta nostram concessionem, eadem auctoritate volumus, vt profiteantur obedientiam tibi, & pro tempore existenti M. gistro generali, vel alteri vices generalis Magistri gerenti, vsque ad mortem, secundum regulam Beat. Augustini, & propter hoc tamen, non teneantur ad clausuram, nec ad Officium diuinum, magis quàm ex sua regula tertij habitus tenentur.

Et quod exemptæ tamquam dictæ Religionis membra, gaudeant omnib. priuilegijs, actiuè, & passiuè, quibus Fratres ordinis supradicti gaudent, modo priuilegia illa sexui non repugnent.

Non obstantibus quibuscumque Apostolicis constitutionibus, ordinationibus, suspensionibus, reuocationibus, & restitutionibus, ac etiam constitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegiis, & consuetudinib. dicti ordinis, vel dictarum Sororum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis. Necnon Curiæ vicegerentis Aueniónen. & quibusuis ordinariis prælatis, ac personis, concessis, & concedendis, litteris, priuilegiis, & facultatibus, cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum, derogatoriis, fortioribus, & insolitis. Quibus omnibus etiam si de eis, & supradictis omnibus, eorumque totis tenoribus, & datis, non per huiusmodi generales clausulas, etiam specialem mentionem importantes, sed specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, seu quæuis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expressis habentes, (illis alias in suo robore permansuris, quo ad præmissa) specificè, & nominatim derogamus, nemini in præiudicium præmissorum suffragari, posse, aut debere, ac irritum, & inane, quicquid secus contigerit attentari, decernimus. Ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Rom. apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die 27. Februarij, 1510. Pontif. nostri anno VII.

VI.

Nullum ex Fratribus Prædicatorum Ordinis à correctione prælatorum eiusdem Instituti appellare posse sub quibusdam pœnis decernit.

De materia appellationis huiusmodi alias declarationes habes infra, per Leonem X. Const. 1. & per Gregorium XIII. Const. 1. & in decreto Sacræ Congregationis Regularium, n. d post C nstitutionem Sixt. V. simul cum instructione eiusdem Congregationis de ritu impr. ssum exstat.

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano, Magistro generali Ordinis Prædicatorum

IVLIVS Papa II. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposuisti nobis, quod in ordine Prædic. tuæ curæ commisso, quandoque pars turbatur, & regu. tis

vita impeditur, ob appellationem absolutione ab officiis, vel exemptione à iurisdictione Priorum prouincialium. Quodque prouidere dignaremur de benignitate Apostolica humiliter supplicasti.

Nos attendentes, quod non solum à Religionis iugo, communi ratione, sed dicti ordinis perpetuis statutis appellationes dissonant, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, vt si quis Frater dicti ordinis, aut Soror sub cura, & habitu eiusdem ob absolutionem ab officio Prioratus prouincialis, vel Conuentualis, seu Monasterij, à quocunque superiore dicti ordinis habente potestatem absolutionẽ huiusmodi faciendi, factam, vel faciendam, appellauerit, etiam prætextu grauaminis, aut appellationi huiusmodi quocumque nomine interpositæ inhæserit, sit ipso facto, absque alia declaratione absolutus, aut absoluta ab huiusmodi officio, pro quo appellatum est.

Pro augmento vitæ Regularis, volumus, & declaramus, quod Magister generalis pro tempore possit in fauorem regularis vitæ eximere, non solum Conuentus Fratrum à cura, & iurisdictione Priorum prouincialium, sed etiam Monasteria Sororum sub cura, & habitu eiusdem ordinis, & Collegia, ac personas quascumque tertij habitus, quamuis secundum Constitutiones dicti ordinis, tam Fratrum, quam Sororum, & statuta, ac priuilegia Apostolica, fundationesque Monasteriorum nonnullorum specialiter cautum sit, vt prouincialibus subsint.

Statuimus nihilominus, & decernimus, omnes appellationes ab exemptionib. huiusmodi interponendas, nullius esse roboris in contrarium facienda Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis dicti ordinis iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis, consuetudinib. priuilegijs in specie, vel in genere, quibusuis, quauis auctoritate concessis, & in posterum concedendis, cum clausulis derogatorijs, & derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, & insolitis, etsi de eis, eorumque tenoribus specialis, indiuidua, & expressa de verbo ad verbum, & non per clausulas id importantes, esset mentio habenda, aliisque non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanct. Petr. sub annulo piscatoris, die 24. Nouembris. 1511. Pontific. nostri anno

VIII.

VII.

Concedit Generali Ordinis Minorum, quod possit cum suis Fratribus dispensare, vt per eos in vnaquaque Missa nouem, seu septem collectæ recitare pro totidem integralibus Missis valeant, ac suffragentur.

Similem, & ampliorem concessionem habes infrà per Leonem decimum Const. 7. & Con. 81.

Dilecto filio Fratri Francisco Binet Ordinis Minimorum Correctori Generali.

IVLIVS Papa II. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacer ordo per quondam Franc. de Paula, exemplaris vitæ Religiosum institutus, & per nos approbatus, & per quem Ecclesiam Dei multiplicib. splendoribus illustrari speramus, à nobis, & Sede Apostolica promeretur, vt illius quieti, & corroborationi, vigili cura intendamus. Cum itaque superiori anno prædictus Franciscus qui dicti ordinis Corrector per sedem prædictam deputatus fuerit, ad meliorem vitam a Domino cõuocatus in Gallia fuisset vita functus. Nos cupientes dicto ordini opportune prouideri, generale Cap. Fratrum dicti ordinis in Alma Vrbe nostra, in domo S. Trinit. dicti ordinis celebrari, inibique Correctorem generalem eligi iussimus, atque mandauimus, ac pro eiusdem ordin. directione, illi dilectum filium nostrum Marcum tituli S. Mariæ Transtiberim presbyterum Cardinalem Senogallien. nostro, & dictæ Sedis nomine præsidere volumus. Cum autem in Cap. huiusmodi (Spiritus sancti gratia cooperante) via scrutinij in generalem Correctorem electus, ac ibidem publica electione, in qua consenserunt capitulantes Fra. diuersarum regionum in huiusmodi electione voces habẽtes, ipsorumq; nominib. alta, & intelligibili voce perlectis, & alijs ad huiusmodi electionem de necessarijs inibi iuridice pactis, à prædicto Marco Cardinale auctoritate nostra, licet plurimũ renitente, confirmatus, & ad officiũ huiusmodi suscipiendum in virtute Spiritus Sancti, & ad sanctæ obedientiæ meritum astrictus, & coram nobis, ac prædicto Marco, ac dilecto etiam filio nostro Roberto, tituli S. Anastasiæ, officium Generalatus huiusmodi sponte, & libere resignasti, quam renunciationem tuam admittere recusauimus, ubique vt officium huiusmodi per triennium, pro quo electus fueras, diligenter exerceres, mandauimus, in Generalem confirmatus fuisti. Et sicut nobis nuper exponi fecisti, dubitas propter eiusdem ordinis regulam

lam nouissimè per nos approbatam, & confirmatam, & alia in huiusmodi tui Generalatus officio nouo, ac vniuersali visitatione, quam per vniuersum Ordinem huiusmodi perficere (cum Dei gratia) speras, tam a tuis, quam alijs, plurimis aliorum ordinum Religiosis, plura, variaque impedimenta tibi afferri, propter quæ negotijs dicti Ordinis tui opportune prouidere posse non confidis, nisi auctoritas nostra tibi suffragetur. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, quod super omnes, & singulis Ordinis Minimorum huiusmodi pro tempore vbilibet existentes Fratres, cuiuscumque etiam status, conditionis, & gradus existant, auctoritate nostra plenariam, & omnimodam potestatem, facultatem & iurisdictionem quibuscumque Generalibus Correctoribus tui ordinis per priuilegia Apostolica concessam, & nuper per nos in eorumdem Marci & Roberti Cardinalium præsentia, tibi viuo vocis oraculo de nouo attributam, & etiam concessam, etiam in vtroque foro libere exercere, ipsique dicti Ordinis Minimorum Fratres tam præfati, quam alij inferiores vbilibet existentes, quacumque etiam Apostolica auctoritate muniti, tibi tamquam vero, legitimo, & immediato Prælato, & Generali Correctori dicti Ordinis Minimorum per nos, vt præfertur, confirmato, & substitutis, seu deputatis per tuas patentes litteras, tuisque mandatis, & Regulæ prædicti ordinis tui non contrarijs, humiliter, & cum effectu parere, ac obedire, ac prædictam Regulam per nos approbatam, & confirmatam, cum omnibus circa illam per nos declaratis, auctoritate nostra à te reuerenter suscipere teneantur.

Et cum vita ordinis Minimorum huiusmodi sit ceteris aliorum Religiosorum arctior, & strictior, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna mandamus, quod tam recipientes, quam recepti, & concedentes, ipso facto incurrere debeant.

Quod Fratres ipsi ad nullum alium quantũlibet etiam priuilegiatum Ordinem prætextu quorumcumque priuilegiorum, cuiuscumque alteri ordini, etiam sub quacumque verborum forma quolibet concessorum absq; nostra, & tua, aut Generalis Correctoris pro tẽpore existentis licẽtia spirituali transire possint. Nec eiusdẽ ordinis Minimorum domos vel bona quæcumque ad Ecclesias prædictas tui ordinis quomodolibet pertinentia alijs quibuscumque personis sæcularibus, Regularibus Ecclesiasticis, de ordini Minimorum huiusmodi, non existentibus concedere audeant, vel præsumant. Et quod Fratres contra facientes, auctoritate nostra prædictos quoties opus fuerit excommunicare, necnon iteratis vicibus aggrauare, necnon per alias censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescere, & ad ordinem Minimorum reducere, reuocare, & recuperare seu reduci, & reuocare facere, & cum eisdem Fratribus Ordinum Minimorum huiusmodi eadem auctoritate dispensare, ipsosque & ipsorum quemlibet punire, ac corrigere, absoluere, & absolutionem huiusmodi etiam alijs demandare. Et si in huiusmodi visitatione tua, vel alias, in aliquibus domibus & locis dicti Ordinum Minimorum tam pro Ecclesiarum fabricis, quam alijs Fratrum necessitatibus, Missarum multitudinem copiosam inuenires, & cognosceres, quod illæ per Fratres domorum, & locorum huiusmodi in Ecclesijs illorum, iuxta obligationem per eosdem fratres factam, aut relinquentium ordinationem celebrari non possint, prout in Parisiensibus & Ianuen. domibus per illarum Fratres esse cognouisti, vt cum Fratribus domorum, & locorum huiusmodi nunc & pro tempore ibidem degentibus & eorum quomodolibet dispensare possis, & quod dispensatio super his per te facienda, à nobis facta censeatur, eisdemque Fratribus vt nouem collectas per eos, seu eorum quomodolibet in vnaquaque Missa recitare pro nouem Missis, ac septem collectas, pro septem Missis, sicque de alijs descendendo, seu circa dictum numerum, cum omnium, & singularum domorum, & locorum huiusmodi Fratrum, ac etiam totius Ordinum Minimorum huiusmodi suffragiorum, orationum, sacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, & aliorum quorumcumque bonorum Generaliter singulis eiusdem Ordinis benefactoribus, & benefactricibus, qui Missas ipsas in Ecclesijs domorum, & locorum huiusmodi, recitandas dederint, adeò plenè, & integrè valeant, & sufficiant, ac si Missæ huiusmodi pro eis, & eorum quolibet, iuxta piam eorum deuotionem, & intentionem, particulariter recitarentur, & particulariter recitatæ forent, licentiam concedimus. Necnon omnes, & singulas, Ordini Minimorum huiusmodi, eius personis per nos, & prædecessores nostros, seu sedem prædictam, & eius

legatos tam S. Francisci de Paula, quam alijs quibuscumque eiusdem Ordin. Minimorum domibus tam generaliter, quam particulariter sub quacumque verborum forma, etiam stationum Vrbis, & aliarum Ecclesiæ eiusdem, indulgentias quascumque, iuxta priuilegiorum eiusdem ord. Minimorum formam, & tenorē & hactenus quomodolibet concessas in viridi obseruantia existentes, & de nouo & speciali gratia concedimus, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusuis reuocationib. per nos, vel alias etiam sub quacumque verborum serie factis & in posterum faciendis, ac statutis, & constitutionibus dictorum ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod transumptis [illegible] præsentibus pro tempore [illegible] alicuius prælati Ecclesiastici munitis, & manu alicuius Notarii publici subscriptis, & signatis, tam in iudicio, quam extra illis fides adhibeatur, quanta adhiberetur, si ipsæ originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die [illegible] Martii, 15[illegible]. Pontificatus nostri anno V.

VIII.

Declarat quomodo Priuilegiorum communicatio inter Prædicatorum, & Minorum ordines vtrimque facta sit intelligenda.

Venerabilibus Fratribus Salamantino Pacen. & Corduben Episcop., & eorum cuilibet.

IVLIVS Secundus. Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam benedictionem. Alias ad supplicationem charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Regis, & infra. Quodque in præd. capit. priuilegiorum, gratiarum, & indultorum præfatorum communicatione, tam [illegible] feliciter per prædecessores nostros toti ordini Minorum, quàm etiam per nos particulariter prædictorum regnorum Fratribus facta, eaque quo ad absolutionem, dispensationes, vel alias, ad Priorem, Generalem, seu Magistrum ordinis Prædicatorum spectante, ad Ministrum, vel Vicarium generalem fratrum Minorum pertineant, & ea, quæ ad Priores Conuentuales, id est, prælatos singulatum domorum ordinis Prædicatorum, & eorum Vicarios similiter spectant, ad Guardianos, & eorum Vicarios. Ordinis Minorum, & ea, quæ ad Priores, seu Vicarios, vel Superiores prouinciales, id est, prælatos, qui medij sunt, quocumque nomine censeantur, & vocentur, interdictum Generalem, seu Magistrū Ordinis, & priores. Conuentuales eorumque Vicarios simili modo spectant, ad Ministros, & Vicarios, prouinciales, ac custodes, qui etiam medij sunt inter Ministrum, & Vicarium generalem, & Guardianos, eorumque Vicarios, & similiter pertineant, & sicut de potestate prælatorum, sc. de prælatis ad prælatos dictum est, ita de Congregationibus vnius ad congregationes alterius ordinis, & de Fratribus priuatis, id est, sine prælatura, ad Fratres priuatos, & de festiuitatibus, ad festiuitates in his casibus, in quibus congregationibus, vel Fratribus priuatis, aut festiuitatibus vnius ordinis aliquid conceditur, congregationibus, Fratribus priuatis, ac festiuitatibus alterius ordinis, nunc, & pro tempore respectiue concessa intelligantur. Ita quod ea, quæ in honorem Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catharinę de Senis, Fratribus, vel ord. Prædicatorum sunt concessa, omnia illa Fratribus Minoribus præfatis, eorumque locis, in festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonii, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, quinque Martyrum dicti ord. qui apud Marrochium Martyrii coronam adepti sunt, & Sanctæ Claræ, & in aliis festiuitatibus dicti ordin. Minorum, licet sint, in minori numero, quam festa ipsorum Fratrum Prædicatorum sint, intelligantur concessa, ad tollendam quācumque hæsitationem, & inde forte ortum scrupulum auctoritate, & tenore præsatis declaramus. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 1. Iunij, 1507. Pontificatus nostri, anno sexto.

LEO DECIMVS.

Ioannes Medices Florentinus, litteris apprimè eruditus, et iuuenis sed moribus, & doctrina verè senex, egregius Cardinalium Collegio sub Innocentio VIII. cooptatur, demum in Concilio Lateranensi annos fermè X. XVII. natus an Domini, 1513 [illegible] Aprilis, per Cardinalem [illegible] Presbyterum, & Episcopum [illegible] Summus Pontifex Romæ coronatus fuit, [illegible] Ordinem [illegible] officio [illegible] decorauit, & præsertim [illegible] Ordinem [illegible] Congre-

gregationem, quam etiam specialiter dilexit, ad plurimorum suorum Monasteriorum, beneficiorum, locorumque primaeua iura, à quibus temporum, & hominum iniurijs ceciderat, magna ex parte restituit, atque redintegrauit, ac D. Brunum Alemanum Ordinis Carthusiensium, necnon D. Franciscum de Paula Calabrum Ord. Minimorum fundatores, in caelesti Hierusalem inter Beatorum choros iam receptos, aeternaque gloria coronatos, Sanctorum Confessorum Catalogo adscribendos fore solemniter declarauit. Obijt apud Villam Mantuanam Diaeces. Portuensis Kal. Decembris, 1521. cuius cadauer Romam delatum, in Basilica S. Petri primo, & deinde in Ecclesia Sanctae Mariae supra Mineruam conditum fuit.

I.

Moderatio priuilegiorum, & exemptionum Ordinum Mendicantium, & aliorum Religiosorum, in Generali Concil. Later. edita.

LEO Episcop. seruus seruorum Dei, ad perpet. rei mem. Sacro approbante Concilio. Dum intra mentis arcana reuoluimus & diligenti consideratione pensamus, operosa solicitudinis studia, continuosque labores pro Diuini nominis gloria, exaltatione Catholicae Fidei, Ecclesiae vnitate seruanda, & institutione, ac salute fidelium animarũ per Coepiscopos, eorumque superiores, in diuersis orbis partibus ad regimen suarum Ecclesiarũ a Sede Apostolica constitutos, necnon Fratres diuersorum ord. praesertim Mendic. indefesse, & indesinenter impensos, tãta ex eorum in vinea Domini fructuosis operibus, & opportune ac laudabiliter gestis, cordi nostro prouenit satisfactio, vt ijs, quae ad pacem, & quietem inter eos conseruandam ducere cognoscimus, omni studio intendamus. Nouimus enim Episcopos ipsos in partem solicitudinis nostrae assumptos fuisse, quorum honor, & sublimitas (testante Ambro.) nullis potest comparationibus adaequari. Religiosos etiam in agro Dominico pro Christianae Religionis defensione, & ampliatione cumplura fecisse, ac vberes fructus protulisse, & in dies singulos proferre, ita vt eorumdem Episcoporum ac Religiosorum bonis operibus, Orthodoxam Fidem incrementa sumpsisse, & per orbem terrarum vndique dilatatam fuisse, fidelium nullus ignoret: Et sicut ipsi saepe numero vigilantissima, & solerti cura schismata in Dei Ecclesia extinguere, & Ecclesiae vnitatem reddere, & vt eidem Ecclesiae pacis tranquillitas daretur, innumeros labores subire non dubitauerunt, ita quoque par est, eos inter se nostris prouisionibus pacis vinculo, ac fraterna charitate, & vnitate coniungi, vt eorum concordi doctrina, & inuictis operibus vberiores in Ecclesia Dei fructus prouenirent. Sanè cupientes, vt iura spiritualia, quae ad Dei laudem, & Christi fidelium animarum salutem pertinent, & quorum exercitium praefatis Episcopis, & eorum superiorib. in suis Diaecesibus (cum ipsi in partem solicitudinis, vt praefertur, assumpti, ac Diaeceses distinctae, & cuilibet eorundem Episcoporum assignatae fuerint) commissum extitit, per ipsos Episcopos exerceantur, & ius illa liberè exercendi, quantum fieri potest, eis illaesum praeseruetur, & si aliqua dictis Fratribus Mendicantibus in eorundem Episcoporum laesionem per Romanos Pontifices praedecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa fuerint, concessiones huiusmodi eisdem Religiosis factas in subsequentibus duximus moderandas, vt ipsi Fratres potius ab eisdem Episcopis omni cum charitate fouerentur, quam aliquo modo molestarentur, & inquietarentur. Vna enim est Regularium, Secularium, praelatorum, & subditorum, exemptorum, & non exemptorum vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. Eorumque omnium vnus Dominus, vna fides, & propterea decet eos, qui eiusdem sint corporis, vnius etiam esse voluntatis, & sicut Fratres nexu inuicem charitatis astricti sunt, sic non conuenit alterum in alterius iniuriam, seu iacturam prosilire, dicente Saluatore. Hoc est praeceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ad conseruandam igitur inter Episcopos, & eorum superiores, ac praelatos, & Fratres huiusmodi mutuam charitatem, & beneuolentiam, diuini quoque cultus augmentum, pacemque, & tranquillitatem vniuersalis Ecclesiae status, quod ita demum fieri posse cognoscimus, si vnicuique, quantum fieri potest, sua iurisdictio conseruetur, Sacro approbante Concilio, statuimus, & ordinamus, quod Episcopi, & eorum superiores, & alij praelati praefati, parochiales Ecclesias ad eosdem Fratres ratione locorum suorum legitime spectantes, quod ea, quae ad parochianorum curam, & Sacramentorum conseruationem, administrationemque pertinent, sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes (si Religiosi fuerint) iuxta ipsius Ordinis

Regularia instituta, intra septa Regularis loci, sæculares verò presbyteros, & Fratres huiusmodi beneficia obtinentes, liberè tamquã suæ iurisdictioni subiectos punire. Ac tam prælati, quam presbyteri sæculares, qui vinculo excõmunicationis ligari non fuerint, Missas in Ecclesiis domorum eorumdem deuotionis causa celebrare volentes, celebrare possint. Ipsique Fratres tales celebrare volentes libenter recipere debent. Ac ab eisdem prælatis ad processiones solemnes pro tempore faciendas requisiti (dummodo eorum loca suburbana vltra vnum milliare à Ciuitatibus respectiuè nõ sint remota) accedere. Necnon superioris eorumdem Fratrum Fratres, quos ad audiendas confess. subditorum eorumdem prælatorum pro tempore elegerint, eisdem prelatis personaliter exhibere, ac præsentare (si eos sibi exhibere & præsentare poterint.) alioquin eorum Vicariis, dummodo ad prælatos vltra duas diætas accedere nõ cogantur omninò teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos, & Prælatos super sufficienti litteratura, & aliqua (saltem huiusmodi Sacramenti peritia dumtaxat) examinari talibusque præsentatis, & admissis, vel etiam indebitè recusatis, confitentes, constitutioni, quæ incipit: Omnis vtriusque sexus (quo ad confessionem dumtaxat) satisfecisse censeantur. Ipsique fratres etiam forensium confessiones audire valeant. Laicos autem & Clericos sæculares à sententiis ab homine latis, nullatenus absoluere possint. Eucharistiæ verò, & Extremæ vnctionis, aliaque Ecclesiastica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium confessiones audiunt, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario publico facta, doceretur. Eorumdem verò fratrum obsequio insistentibus Sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio. Pacta autem, & conuentiones inter eosdem Fratres, & Prelatos, atque Curatos pro tempore inita, valeant, nisi per subsequutum Capitulum proximum Generale, vel Prouinciale, refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit. Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, ac ordinarii præiudicio (nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cũ pacifica possessione suffragetur. Volentes quoque sepeliri in habitu eorundem Fratrum in claustro non degentes, sed in propriis domibus habitãtes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi libere eligere possint. Quodque Fratres ipsi ad ordines promouendi, per Ordinarios de Grammatica, & sufficientia examinari & dũmodo competenter respondeant per eosdem ordinarios libere admitti. At nullatenus in eorum Ecclesiis seu domibus, aut aliis eorum locis ab alio quam a Diœcesano Episcopo, nisi prius ipso Diœcesano Episcopo, vel eius Vicario, super hoc cum debita instantia requisito, & absque rationali causa contradicente vel eo à Diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri debeant. Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris, aut Cæmeterii benedictionem petere, seu in Ecclesiis per eos prò tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi vbi ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & instanti requisitus, sine legitima causa recusauerit. Et absque Curatorum consensu Sponsum, & Sponsam benedicere nequeant. Et vt debitus honor Matrici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quam alii Clerici sæculares etiam super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti, die Sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesiis suis pulsare minimè possint. Contra facientes pœnam centum ducatorum incurrant. Cẽsuras autem per eosdem ordinarios latas, & promulgatas, ac in Matrici ecclesia ciuitatum, necnon in Collegiatis & Parochialibus Ecclesiis Castrorum, & Oppidorum respectiuè solemniter publicatas, quando super hoc ab eisdem ordinariis requisiti fuerint, in Ecclesiis domorum suarum publicare, ac seruare. Et vt animarum vtriusque sexus Christi fidelium saluti vberius consulatur, illos, quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscumq; status, & conditionis fuerint, ad soluendum decimas, siue aliã bonorum siue fructuum quotam, in locis, in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt, etiã sub onere conscientiarum

tiarum suarum monere, & hortari, ipsisque etiam illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiã iam publicè prædicare, & persuadere teneamur. Conseruatores autem eisdem fratribus pro tempore a Sede Apostolica deputandi, doctrina, & probitate præstantes, & in Ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & coram eis per eosdem fratres, quibus dati fuerint, vltra duas diætas à loco suæ solitæ habitationis nullus trahi possit. Priuilegijs solet hoc alias eis concessis, nullatenus suffragantib. Excommunicati quoque ordinem Mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertij agitur, absolui non possint, nisi præuia satisfactione. Procuratores quoque & negotiorum gestores, ac operarij eorundem Patrum seruitutis insistentes, sententijs excommunicationis promulgatis illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, & auxilium, vel fauorem præstiterint. Fratres autem, & Sorores tertij ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati pinzocharæ, Cordellati, & alij quocumque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, sepulturam vbi voluerint eligere valeant, sed die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem, cæteraque Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento duntaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac in foro sæculari coram Iudicibus sæcularibus, conueniri possint. Et ne censura vilescat Ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, iidem dicti tertij Ordinis ad diuina audienda in Ecclesijs suorum ordinũ tempore interdicti nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant seu foueant, aut dantibus auxilium, consilium, vel fauorem quoquomodo præstiterint. Collegialiter autem viuentes, seu cũ Claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, priuilegijs quibus Fratres ordinis, cuius tertiæ regulæ habitũ gestant, gaudere debeant. Omnes etiam singula supradicta ad reliquos Religiosos ordinum quorumcunq; extendi, & per eos etiam seruari debere volumus atq; decernimus. Saluis tamen in reliquis desuper non expressis, tam Episcoporũ quam Fratrum, & aliorum Religiosorum prædictorum iuribus, quibus per præmissa in aliquo præiudicare, seu quicquam innouare non intendimus. Non obstantibus Constitutionib. & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinib. dictorum ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; & indultis, ac litteris Apostolicis contra præmissa, seu aliquod præmissorum eisdem Ordinibus concessis, etiã in Mari magno contentis, quibus etiam si ad illorum derogationem de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, forma seruanda esset illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, specialiter, expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super illis à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Eosdem insuper fratres in virtute sanctæ obedientiæ, monemus, vt eosdem Episcopos loco SS. Apostolorum subrogatos pro debita, & nostra, ac Apostol. Sedis reuerentia, congruo honore, & conuenienti obseruantia venerentur. Ipsos quoq; Episcopos hortamur, ac per viscera misericordię Dei nostri requirimus, vt Fratres ipsos affectu beneuolo prosequentes, charitatiue tractent, ac benignè foueant, seq; illis minimè difficiles, aut duros, vel morosos, sed potius faciles, mites, propitius, piaque munificentia liberales exhibeant, ac in omnib. prædictis tanquam in agro Dominico cooperantes, eorumq; laborum participes, promptia benignitate recipiant. Eorumq; iura cum omni charitate custodiant, atq; defendant, vt tam Episcopi, quam Fratres præfati, quorum opera velut lucernæ ardentes supra montem posita omnibus Christi fidelibus lumen præbere debent, ad Dei laudem, fidei Catholicæ exaltationem, populorumq; salutem, de virtute in virtutẽ proficiant, ac exinde à largissimo bonorum omniũ retributore Domino, perennis vitæ præmium consequi mereantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, derogationis, decreti, monitionis, exhortationis, & requisitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica Sessione in Lateranen. Sacrosancta Basilica solemniter

ce[le]brata. Anno Incarnationis Domini M. D. XVI. [de]cimanona Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

II.

Declarat votum tertii habitus cuiuscumque Ordinis Fratrum, & Sororum, simplex esse, illosque ac illas, privilegiis, & immunitatibus, quibus Fratres Ordinis cuius tertiae Regulae habitum gestant, fruuntur, etiam in propriis domibus seorsum habitantes uti, & frui debere decernit, non obstante eiusdem Concilii Lateranensis moderatione.

LEO Papa decimus, ad futuram rei memoriam. Nuper in sacro Lateranensi Concilio in reformatione privilegiorum Religiosis concessorum, inter alia statuimus, quod Fratres, & Sorores tertii ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pinzocharae, Cordellati, & alii quocunque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam ubi voluerint, eligere valeant, sed die Paschatis tantum Eucharistiam, extremam unctionem, caeteraque Ecclesiastica Sacramenta (poenitentiae Sacramento duntaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, & ad onera quae laicis incumbunt, perferenda teneantur. Et ne censura vilescat Ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, iidem dicti tertii ordinis ad divina audienda nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel ipsam causam nutriverint, aut foveant, aut dantibus auxilium, consilium, vel favorem quoquomodo praestiterint. Collegialiter vero viventes, seu cum claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem seu caelibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, privilegiis quibus Fratres ordinis, cuius tertiae regulae habitum gestant, gaudere debeant, prout in Constitutione dicti Lateranensis Concilij eodem approbante Concilio desuper edita plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus a quibusdam nimium curiosis verta[t]ur in dubium, an votum praedictum de voto solemni religionis intelligatur, cum illud tria substantialia comprehendat, obedientiam scilicet, paupertatem, & castitatem, & circa dictas mulieres virginalem, seu castam vidualem vitam ducentes, de virginitate, & castitate tantummodo mentio fiat. Nos ad tollendum omne dubium, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, harum serie decernimus, & declaramus, quod in praemissis, de voto solemni religionis minime intelligi debeat, ita ut mulieres virginalem, aut caelibem vitam simpliciter viventes, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes, privilegiis, & immunitatibus praedictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant. Non obstantibus illis, quae in dicta Constitutione nostra voluimus non obstare. Caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae sub annulo piscatoris, die 1. Martij 1518 Pont. nostri anno quinto.

III.

De unione Fratrum Ordinis Minorum de Observantia Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, Ministrorumque, & aliorum Officialium electione & officio.

LEO Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Omnipotens Deus, cuius perfecta sunt opera, qui cuncta sapientissime condidit in numero, pondere, & mensura, & cuius nutu omnia reguntur, Rom. Pont. sic Catholicae praefecit Ecclesiae, ut quae divino honori, salutique fidelium cognoverit accommoda, non solum faciat, sed quantum in ipso fuerit aspirante caelesti gratia ad debitae perfectionis perducat effectum. Sane diebus novissimis, cum Generalissimum Capitulum totius Ordinis Beati Francisci convocari fecissemus, illudque in domo Aracaeli de Urbe dicti ordinis celebrari debere ordinavissemus, sub pro unione universali Fratrum praedictorum uno capite reformato, inter alia facienda pro votiva huiusmodi unione, de venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, consilio, & assensu, necnon ad Regum, & Principum Christianorum humiles, & instantissimas preces, auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus. Quod de caetero perpetuis futuris temporibus, Minister generalis totius ordinis S. Francisci, a solis, & de solis reformatis Fratrib. dicti Ordinis viventibus absque privilegiis bona temporalia concernentib. eligi deberet: Cui omnes, & singuli Fratres secundum regulam eiusdem B. Francisci subijci, & obedire tenerentur. Et deinde Fratres Conventuales cum privilegijs eis à Sede Apostolica concessis viventes, ac redditus, & possessiones alias, vel bona temporalia secundum huiusmodi privilegia retinere volentes per alias nostras litteras eis m[andavimus], & ord[inavimus], quod unum ex eisdem Fratrib. Conventualibus

vi[a]

vita & moribus idoneum sibi eligere possent, qui eorum Magister Generalis appellatur, & eorumdem Fratrum Conuentualium sub dictis priuilegijs viuentium, curam gerere, & electionis de se factæ confirmationem à dicto Ministro generali totius ordinis petere deberet, prout in litteris prædictis plenius continetur. Cumq; in Capitulo Generalissimo in dicta domo de Aracœli huiusmodi nuper per Fratres reformatos celebrato, ibidem præsentibus auctoritate nostra Protectore ipsius ordinis, & alijs duobus ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad id à nobis specialiter deputatis, die ad hoc per nos assignata Fratres ipsi vocem in electione Ministri Generalis huiusmodi habentes, dilectum filium Christophorum de Forliuio, qui Vicarius Generalis Fratrum Minorum de familia tunc fuerat, in Ministrum Generalem totius ordinis Sancti Francisci ritè, & rectè, Fratres verò Conuentuales cum priuilegijs, vt præfertur, viuentes in domo Sanctorum Apostolorum etiam de Vrbe dicti ordinis, ad id etiam legitimè congregati, dilectum filium Antonium Marcellum vita, & moribus idoneum in Magistrum Generalem Fratrum Conuentualium huiusmodi etiam elegissent. Nos cum audiuimus electiones de Ministro & Magistro præfatis per eosdem Fratres iuxta ordinationes nostras prædictas Spiritu Sancto id operante summa cum charitate, ac pace, & vnione, factas fuisse, dictum Antonium in Magistrum Fratrum Conuentualium electum coram nobis præsentem in Domino benediximus, ac benedictionē nostram huiusmodi pro confirmatione, quam à præfato Ministro Generali petere tenebatur, pro hac vice duntaxat sufficere voluimus, ac desiderantes per eosdem Christophorum Ministrum, & Antonium Magistrum sic electos, & eorum successores Fratres sibi commissos sub prospero, & felici regimine gubernari, ac in pacifico, & in tranquillo statu conseruari posse cogitauimus tali modo prouidere, quod de cetero odor bonæ famæ eorundem Fratrum, apud omnes Christi fideles etiam Reges, & Principes Religionis Christianæ perpetuis futuris temporibus redoleat, & pax, & vnio plurimum ab omnibus desiderata conseruetur, omnisque desiderij occasio, quæ humani generis procurante inimico exoriri posset, extinguatur, & penitus tollatur aliqua per eosdem Ministrum, & Magistrum aliosque ipsius ordinis professores hu-militer, & inuiolabiliter seruanda, Motu proprio & ex certa nostra scientia ac matura cum eisdem Cardinalibus Præsidentibus deliberatione præhabita, duximus statuenda, videlicet, quod præfati Antonij Magistri, Generali fratrum Conuentualium successores ab eisdem Fratribus Conuentualibus pro tempore electi, confirmationem ab eodem Ministro Generali, & successoribus suis Ministris Generalibus totius ordinis, quemadmodum Vicarij generales tunc de familia nuncupati, petere tenebantur. Ac quod Magister nunc, & pro tempore electus ad regimen fratrum Conuentualium Sancti Francisci iuxta dictam nostram ordinationem Magister Generalis Fratrum Conuent. in perpetuum appellari debeat. Quodque in singulis prouincijs deputari ad regimen fratrum Conuentualium de cetero Magistri Prouinciales Frat. Conuentualium, cum suis sigillis vocari, & à Ministris prouin. regularis obseruantiæ in prouincijs iuxta morem dicti ord. respectiuè pro tēpore existentib. confirmationē electionum de eis pro tempore factarum, eo modo, quo Vicarij Prouin. olim de familia nuncupati à tunc Ministris Prouinciarum Fratrum Conuentualium, petere tenebantur. Quodque tam Generalis, & prouinciales Ministri præfati, tam antequam post Generalis, & aliorum Magistrorum confirmationem huiusmodi, tam de Generali, & prouincialibus quam alijs Fratribus Conuentualibus huiusmodi, & eorum, ac aliorum tertij ordinis Fratrum, & Sororum, nuncupatorum, qui catenus sub Ministro Generali Conuentualium fuerant regimine, nullatenus se intromittere, aut eos per se, vel suos Commissarios visitare, seu corrigere possint, nec aliquam iurisdictionem, seu superioritates in ipsos exercere valeant, præterquam cum ipsum Ministrum generalem pro tempore existentem ad ipsorum Fratrum Conuentualium domos, & loca declinare contigerit, quo casu ipse Minister eosdem Fratres Conuentuales paterne visitare, ipsique Fratres Conuentuales eumdem Ministrum Generalem tā quam totius dicti ordinis superiorē omni cum charitate, & dilectione recipere debeant, dum modo idem Minister Generalis nunc, & pro tempore existens nihil iudicialiter circa ipsos Fratres Conuentuales, ac domos eorum, & loca, ac etiam Monasteria Monialium sub eorum cura degentium exerceat, nisi eo modo, quo Minister generalis tunc Fratrum Conuentua

lium super Fratres de familia, & eorum domos, & loca, & Monasteria Monialium tempore conuocationis dicti Capituli generalissimi exercebat, exercere possit. Et insuper Generali, & Prouincialibus Ministris pro tempore existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipimus, & mandamus, ne directè, vel indirectè etiam fauore dominorum temporalium, Ciuitatum, & Vniuersitatum, Oppidorum, Terrarum, & Villarum, ac personarum Ecclesiasticarum, etiam Prælatorum quorumcumque, seu eorundem Cardinalium, siue alio quæsito colore, vel ingenio malitiosè, quod domus, & loca Fratrum Conuentualium, seu Monasteria Monialium curæ Magistro Generalis Conuentualium huiusmodi subiecta, & quæ hactenus sub dicto Ministro generali Fratrum Conuentualium fuerant, eis quoquo modo auferantur, procurare præsumant. Et nihilominus quidquid in contrarium attentatum fuerit, sit eo ipso irritum, & inane. Domus autem, & loca, ac Monasteria Monialium Magistro Generali Fratrum Conuentualium ea subiecta esse intelligi volumus, quæ Apostolica, vel alia auctoritate Ministro Generali ante celebrationem dicti Capituli Generalissimi proximè in dicta domo Aracæli celebrati, subiecta erant, & in quorum possessione ipse tunc Minister Generalis Conuentualium existebat, præsertim domus, seu Conuentus Assisij, & Sancti Saluatoris de Vrbe, ac æque quamplures domus, ac multa Monasteria Monialium, quæ eidem Ministro Generali tunc immediatè subiecta erant, quæ omnia ex nunc Magistro Generali Conuentualium immediatè subiecta perpetuò sint, & esse censeantur, exceptis domibus, & locis, ac monasterijs Monialium dictorum Fratrum reformatorum per priores litteras nostras huiusmodi nuper vnitis, quæ Generali, & prouincialibus Ministris in suis prouincijs respectiue in omnibus subiecta remanere volumus. Statuimus etiam, quod si fratres Conuentuales quandoque se reformare voluerint, reformatio ipsa iuxta priuilegia Apostolica eis concessa per suos generalem, & prouinciales Magistros duntaxat fieri debeat, nisi vbi Fratres alicuius domus, seu Conuentus ad veram, & regularem obseruantiam, & omnimodam Generalis, & prouincialium Ministrorum obedientiam venire, & Generali, ac alijs Ministris prædictis se subijcere volent. Quo casu si Fratres illorum domorum in quibus a decem vsque ad viginti sunt, in alijs verò domibus in quibus numerus à viginti vsque ad quemcumque numerum Fratrum eorundem Conuentualium fuerit, duæ tantum partes subiectioni, & submissioni huiusmodi consenserint, tunc Generalis, & alij prouinciales Ministri pro tempore existentes, domos Fratrum subiectioni, & submissioni huiusmodi modo præmisso consentientium quacunque contradictione non obstante, domos Fratrum Conuentualium, & illarum Fratres huiusmodi liberè, & licitè recipere possint. Domos verò Fratrum Conuentualium, in quibus minor numerus, quam denarius fuerit, etiam omnium Fratrum Conuentualium earundem domorum consensu, nullatenus recipere valeant, sed illæ Generalis, & aliorum prouincialium Magistrorum reformationi liberè dimittantur. Singulis verò Fratribus Conuentualibus ad Generalem, & prouinciales Ministros transire volentibus, ab eorum superiore prius petita, licet non obtenta, licentia, liberam transeundi licentiam, & facultatem concedimus. Præterea volumus, quod illi ex Fratribus Conuentualibus, qui de cætero vitam reformatam sub Generalis seu prouincialium Magistrorum cura ducere voluerint, sub eorum regimine permanere possint, dummodo aliquo signo notabili distinctiuo distinguantur, & discernantur ab illis, qui vitam regularem sub generali seu prouincialibus Ministris ducant, prout Generalis Minister, & Magister inter se conuenerint bonis præfatorum domorum reformandorum immobilibus, & omnibus, quorum Fratres reformati non sunt, nec capaces esse volunt generali, & alijs prouincialibus Magistris ad eorum liberam dispositionem liberè remanentibus. Et ne inter reformatos, & Conuentuales Fratres præfatos super præcedentia dissensio, & contentio oriri possit, volumus, & etiam statuimus, quod inter eos talis ordo seruetur. Videlicet quod in processionibus, & funeralibus, ac exequijs, necnon omnibus alijs actibus publicis, Fratres Conuentuales Fratribus regularis obseruantiæ locum digniorem relinquere teneantur. Si tamen aliqui graduati seu antiqui Patres, aut Guardiani domorum Conuentualium remanere vellent cum quibusdam Fratribus antiquioribus sub generali, & prouincialibus Ministris viuentibus, tunc, & in hoc casu, vt cessetur dissensio huiusmodi, & perfectior vnio conseruetur, simul incedere, ipsique Con-

Con-

Conuentuales semper eorum crucem, & vexillum per eos deferri so[...]num deferre liberè, & licitè valeant. Po[...] omnia, & singula priuilegia, & indulta [...] or sint tam per nos, quam per alios [...] uoscumque Rom. Pontific. hactenus concessa, eisdem Fratribus Regularis Obseruantiæ, ac Conuentualibus (in quantum præmissis non sint contraria) auctoritate, & tenore præsentium inuicem perpetuo communicamus, & suffragai volumus, eaque omnia etiam illis de nouo concedimus. Quo circa Cameræ Apostolicæ generali Auditori, necnon vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque in dignitate Ecclesiastica constitutis personis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli præsentes nostras litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ministrorum, aut alicuius ipsorum super hoc requisiti fuerint, solleniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eos præsentibus litteris, ac omnibus, & singulis in eis contentis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper inter se, ac etiam per quoscumque alios quauis auctoritate, & potestate fungentes quomodolibet indebitè molestari, aut perturbari contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus, quibuscumque literis Apostolicis, & indultis etiam Sacri Concilij Constantiensis dictæ religionis Fratribus familijs, congregationibus, denominationibus, aut alicui eorum, sine illarum auctoritatibus, & institutionibus, sub quibuslis verborum formis, [...] mandatibus, & clausulis fortioribus, & insolitis concessis, seu forsan in futurum concedendis, quibus (etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset) illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si Ministris, & Magistris, ac Fratribus præfatis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de [...] huiusmodi mentionem. Ceterum quia difficile foret præsentes litteras ad quælibet loca, vbi opus fuerit, deferre, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod transumptis præsentium manu Notarij publici signatis, & alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur si præsentes originales litteræ essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, statuti, communicationis, conclusionis, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, decimoseptimo, pridie Idus Iunij, Pontificatus nostri anno Quinto.

IV.

Statuit Pœnas contra contemnentes priuilegia Fratrum, eorumque bona, & iura occupantes.

Dilecto filio Priori Generali Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Licet sponte nostra inclinati magnopere simus, vt quæ ad ordinem religiosorum, decus, vtilitatem, & ornamentum accommodata sunt, libenter promptæque faciamus, tamen fit animus noster, voluntasque paratior, cum eorum, qui ipsis Ordinibus præfecti sunt, virtute, ac diligentia ad bene religionis consulendum inuitamur. Quare cum te, quem præter ceteras, & animi, & ingenij dotes, hoc etiam singulari domo decorauit Altissimus, vt esses et in omni genere famulatus, & ad populum præceptis Euangelicis copiosissime, atque ornatissime exponendis maximo concursu & vtilitate fidelium, & ad Fratres tuos generali curæ totius ordinis integerrime, ac summa

M 2 cum

cum industria administranda aptissimus, & omnium commendatione maxime celebris, etiam videamus de salute tranquillitate gregis, & Ordinis tibi commissi sollicitum, iustissimis tuis precibus, ac meritis adducti, libenter nostra, & Apostolicæ auctoritatis firmamentum iis, quę tibi per prædecessores nostros cōcessa sunt, adijcimus. Ac in primis quidem, vt obuiam eamus nonnullis, quos audiuimus, tua, siue ordinis tui, vel loca, vel iura, vel Fratres vexare, nec nostris, prædecessorumue nostrorum Romanorum Pontif. scriptis, priuilegiisque ordini tuo concessis (vt meritò deberent parere, quorum temeritatem, vel importunum ausum, vel retundendum, vel omninò comprimendum duximus. Quamobrem, cum Religioni tuæ Eremitarum S. Augustini, multa tui causa concessetimus, vel confirmauerimus, ac optemus, vt quæ spiritualia sunt per multorum fidelium mentes quam cumulatissime diffundantur, idcircò statuimus, vt quidquid indulgentiarum, & gratiæ Fratribus, Monialibus, Mantellatis, Corrigiatis concessum est, id omne vtrique sexui concessum, intelligi, Viris, scilicet, atque Mulieribus, modo à Generali, & Priore, vel Rectore alicuius loci ordinis auctoritate, gratię allequendæ facultatem obtinuerit. Et quoniam omnes tui ordinis, tam res, quam personas, immediate sub Apostolica sede esse volumus, idcircò mandamus omnibus Christi fidelibus vt nemo bona ordinis vestri, vel occupare, vel vexare audeat quod tam de personis prædictis, quàm de locis, Conuentibus, possessionibus & alijs quibuscumque rebus ad loca, personasue pertinētia, intelligi vólumus, siue pecunia, siue mobilia ea sint. Et si vel occupantes, vel vexantes à Fratrib. tui moniti, non integré per tridui spaciū omnia restituerint, aut vexare omninò destiterint, excommunicationis modos incurrere, à qua absolui, nisi a Sede Apost. & in mortis art. non possint. Quòd si seculares vestro Mari magno, vel cuiquam concessionum vestrarum contraire temere audeant, pro excommunicatis publicari volumus. Si clerici, præter censuram prædictam, dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis priuatos esse, eaque libere impetrari posse decernimus. Confirmamus q; quidquid de Apostatis, vel ordinem exeuntibus, quod quidem volumus interpretari, & intelligi, tam de iis, qui hactenus ordinem ipsum exierint, quam de ijs, qui in posterum fortasse exituri sunt, iam per fel. rec. Martinum Quintum, quam per Iulium Secundum, prędecessores nostros per litteras Apost. vestro cōcessum est ordini, aliaque omnia & singula, quæ in Quinternione Maris magni, seu in quibusuis alijs litteris Apostolicis, eidem ordini concessis continentur. Preterea, vt omnia quā firmissima sint, quæ vobis eadem Sedes elargita est, Motu proprio, & ex certa scientia, atque de plenitudine potestatis volumus, statuimus, & decernimus, vt hęc nostra concessio, & quæcumque alia, vel tibi, vel tuo ordini facta, siue per se, siue per communionem, quam fecimus cum alijs ordinibus, & congregationibus, eādem omninò vim, atque efficaciam perpetuò habent, tam in iudicio, quàm extra iudicium, quam si plumbeo sigillo obsignatæ essent, haberent: quod intelligi volumus tam de ijs, quę in forma Breuis, quam de ijs, quæ per supplicationes expedita sūt, in quibus placuit, quod sola signatura sufficeret. Quamobrem, tam omnibus præmissis, quam quæcumque alia fuerunt tuo ordini vtcumque concessa, siue ipsa exemplaria, siue eorum transumpta ostendantur prælati alicuius, aut publici Notarii manu signata, aut etiam Generalis ordinis sigillo firmata, eodem motu, sciētia, & potestate decernimus, mandamusque eadem omninò, & vim eis inesse, & fidem adhiberi, ac si plumbi signū haberent. Quod si quis huic nostro decreto, ac concessioni, aut cuiquam aliarum, quę tuo ordini, vtcumque factæ sunt, contraire, aut minus integrè credere, & parare ausus sit, volumus, vt eandem pœnam incurrat. Irritum, cassum, atque inane faciendo, quidquid contra hanc concessionem, aut contra quantamcumque aliam, vtcumque ordini vestro factam, etiam quidquid aduersus leges, aut regulam, aut constitutiones, aut diffinitiones, aut mores ord. tui, siue à Fratribus siue congregationibus siue à secularibus, siue ab Ecclesiasticis personis, vel in hunc vsque diem, vel in posterum impetratum, vel attentatum fuerit, etiam si ab Apostolica Sede expresse cōtra hoc quidquam concessum fuerit, quod omne nullius momenti & pro infecto haberi volumus, nisi his nostris litteris non per generales clausulas, sed de verbo ad verbum (ordine consentiente) derogatum fuerit. Non obstantibus præmissis, aut Apost. priuilegiis, litteris, Constitutionibus

nibus & ordinationibus aliisque quibuscumque in contrarium facientibus siue à sede Apostolica, siue a quocumq; alia quauis dignitate prædito concessis hactenus, aut in posterum concedendis. Quibus etiam si expressa, ac de verbo ad verbum, aut quodcumque alio modo mentio fieri deberent, cum omnia in præsentibus pro expressis in specie habentes, in specie, expresseq; derogamus, ac quatenus contraria sint nullius omninò momenti esse volumus. Quod si quis his fidem non adhibuerit, aut non plenissimè acquieuerit, pœnam subeat, quam supra constituimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annul. pisc. die 6. Maij, 1514. Pont. nostri anno II.

V.

Visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Minimorum in quibusdam anni solemnitatibus indulgentias vna cum facultate à casibus reseruatis absoluendi concedit.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apost. benedictionem.

Pastoris æterni, qui vt humanum genus ab æterna damnatione eriperet, se in ara Crucis immolari non abnuit, vices, quamuis immeriti, gerentes in terris, id super reliqua vota nostra feruenter optauimus, vt cunctos fideles, quos ipse sui pretiosi sanguinis spartione Deo patri reconciliauit, & gubernationem nobis commisit, vt ad recolendam iugiter memoriam suæ passionis, & visitandum Ecclesias, aliqua religiosa loca, præsertim sub inuocatione B. Mariæ Virginis, cuius vbera ipsum Redemptorem nostrum lactare meruerunt, fundata, inuitemus, & prout in Domino conspicimus salubriter expedire, frequentius excitemus. Cupientes igitur, vt Iesu Mariæ Thuronen. & Beatæ, ac omnium Sanctorum Ambasien. necnon eiusdem B. Mariæ totius gratiæ Parisien. ac Sanctæ Helenæ Siemen. ordinis Minimorum domum Ecclesię, ad quas, vt accepimus, Beatus Franciscus de Paula, dicti Ordin. institutor, & dum viueret, Generalis Corrector, singularem gerebat deuotionis affectum, congruis frequententur honoribus & Christi fidelium deuotio, ad Ecclesias ipsas, & Domini nostri Iesu Christi passionem magis augeatur. Ipsique fideles eo libentius confluãt ad easdem, quò ex hoc ibidem dono, cælestis gratiæ vberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericord. & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, & omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesias alicuius ex prædictis, vel aliis domibus dicti ordinis, in celebritate omnium Sanctorum, & dictæ B. Mariæ Assumptionis, & eiusdem Annunciationis, ac Pentecostes festiuitatibus, a primis vesperis celebritatis, & singularum festiuitatum huiusmodi, vsque ad occasum solis sequentis diei annuatim deuotè visitauerint, & inibi in dictæ passionis memoriam quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam huiusmodi recitauerint, decem annorum, & totidem Quadragenarum indulgentiam in Domino misericorditer concedimus.

Et vt Christi fideles prædicti, qui ad Ecclesias ipsas, pro huiusmodi consequenda indulgentia pro tempore confluerent, huiusmodi indulgentiæ facilius participes esse possint, omnium, & singularum constructarum, & construendarum domorum ordinis Minimorum huiusmodi Correctoribus, nunc, & pro tempore existentibus, deputandis annis singulis, sex, aut plures presbyteros idoneos seculares, aut dictorum domorum Fratres, qui in celebritate, & aliis festiuitatibus prędictis, & die præcedenti, in dictis Ecclesiis eorumdem confluentium confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis per eos prædictis, etiam in singulis casibus Episcopalibus absolutionis beneficium impendere, & pœnitentiam salutarem iniungere, necnon vota quæcumque per eos pro tempore emissa, (Religionis, & castitatis, ac vltramarino, necnon liminum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sancti Iacobi in Compostella, votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant, licentiam, & facultatem tenore præsentium concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, decernimus, & declaramus, quòd si contingat nos, aut Sedem Apostolicam, in posterum huiusmodi indulgentias, & facultates reuocare, cassare, & annullare, seu suspendere, quòd præsentes litteræ, ac in eis contenta quæcumque, nullatenus includantur, nec per tales, vel alias reuocationes, cassationes, declarationes, decreta, & suspensio-

pensiones, sublata quomodolibet intelligantur, etiam si de huiusmodi intensione nostra, & mente, non derogandi specialis expressa, & non per generales clausulas, quæ huiusmodi specificam mentionem importare viderentur, aut importarent, etiam fierent. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1513. pridie Non. Maij Pontif. nostri anno I.

VI.

Recusantibus ordinariis, aut negligentibus Regularium Ecclesias consecrare, licet eis quemlibet alium Cathol. Episcopum illis consecrandis aduocare, dictasque Ecclesias pollutas benedicendi, & reconciliandi eorundem Regularium prælatis condonatur facultas.

Dilectis filiis Citramontanis, & Vltramont. Generalibus, & prouincialibus Vicariis, necnon Guardianis Fratrib. Ordinis Minorum de Obseruantia nuncupatis.

LEO Papa X. Dilecti filij, salutem, & Apost. benedictionem. Religioni suadet honestas, & deuotionis vestræ promeretur affectus, vt vos Apostolici fauoris suffragio prosequentes, precibus vestris, præsertim commodum, & decorem ord. vestri concernentibus (prout possumus) fauorabiliter annuamus. Cum itaque sicut nobis nuper exponi fecistis, dudum fe. re. Sixtus Papa Quartus prædecessor noster, vobis, vt paramenta, & ornamenta Ecclesiastica, ac corporalia, & alia, in quibus Chrisma non interuenit, benedicere possitis, gratiosè concesserit, & ab illo tempore in possessione benedicendi paramenta, & corporalia huiusmodi, secundum limitationē inter vos in Capitulis vestris factam, fueritis, ac in diuersis, etiam remotis partibus & Insulis de nouo ab infidelibus recuperatis, diuersæ domus ordinis vestri constructæ existant, & in dies construantur, & ordinarii locorum nō semper in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus resideant, & interdum in remotis agant, & sæpius contingat loca, & cæmeteria earumdem domorum sanguinis effusione, seu alias pollui; ac illarum Fratres non semper ordinarios locorum pro illis reconciliandis adire possint: immò quandoque illis graue, seu dispendiosum existat, ad illos quandoque per tres diætas ab eorum domibus distantes accedere, nobis humiliter supplicari fecistis, vt cum piæ mem. Pius Papa II. etiam prædecessor noster, dilectis filiis Fratribus Minor. indultum, Ecclesias, & cæmeteria sua benedicendi, & reconciliandi concesserit; ac interdum ex his præsertim in remotis agentes, quandoque per duas diætas adiri nequeant, vobis super his opportune prouidere de benignitate Apost. dignaremur. Nos igitur, qui in religiosarum person. vota, per quæ eorum dispendiis obuiatur, ac commodis, & profectibus prouidetur, studio charitatis libenter prosequimur, huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & pro tempore existentibus Generalibus & prouincialibus ac Guardianis vestrorum ordin. obseruantiæ, vt Ecclesias, oratoria, & loca quęcumque recepta, & recipienda, nondum consecrata, seu consecrata, facta prius requisitione ab Episcopis locorum, eisque recusantibus per quemlibet alium Catholicum Episc. gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, cōsecrari facere. Ac vestri ordinis Generalibus, & prouincialibus, Vicariis, & Custodibus, & Guardianis pro tempore existentibus præfatis: vt omnia, & singula eiusdem ord. & obseruantiæ, Ecclesias, Cæmeteria, & Capitula, & oratoria vbicumque existentia, recepta, & recepta, recipiendas, seu recipiendas, ac paramenta, & ornamenta, ac alia quæcumque ad Diuinum cultum, & vsum vestrum necessaria, in quibus Chrisma non interuenit, prò vestro vsu tantum solemni benedictione, ac etiam per Vicarium, seu Guardianos, aut alios ad hoc à vobis in vestris Capitulis generalibus prouidè deputandos benedicere. Ac illas, seu illa, & eorum quaslibet sanguinis, seu seminis effusione, seu aliàs quomodolibet pollutas, seu polluta, quoties opus fuerit, aqua per vos, præsertim in locis remotis, vbi Episcopum aquam benedicentem per duas diætas adire non poteritis, benedicta reconciliare liberè & licitè valeatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo piscator. die 5. Februar. 1514. Pontificatus nostri, anno primo.

VII.

VII.

Indulget Fratribus Minoribus de Obseruantia quod eorum conscientiæ satisfaciant, dicendo vnam Missam pro multis, pro quibus non datur eis eleemosyna æquiualens vnius Iulij.

Similem concessionem Iulij II. habes suprà, Const 8. & Const it sequenti.

Dilectis filiis vicariis Generalibus, & vniuersis Fratribus Ordinis Minorum de familiis, seu Obseruantia, nunc, & pro tempore vbicumque degentibus.

LEO Papa X. Dilecti filii, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, propter deuotionem, quā vtriusque sexus Christi fideles ad ord. Fratr. Minorū de obser. gerunt, contingat sæpius, vt fideles ipsi plures Missas per eosdem Fratr. celebrandas, elargitâ eis aliqua eleemosyna committant & in aliquibus regionibus in eleemosynā celebrationis vnius Missæ certa pecuniæ quātitas, valde parua, & tenuis dari consueuit, adeò quod vos ob eleemos. quæ singulariter à pluribus elargitur, tot Missas, quot sunt largiētes, pro singulis celebrare non valeatis. Vnde dubitatis super his conscientias vestras prægrauari. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis pro tempore existentibus Fratribus ord. & obseruantiæ prædictorum, & conscientiarum vestrarum puritati, paterna cura de benignitate Apost. prouidere dignaremur. Nos itaq; qui ordinem vestrū propter vberes, & salutiferos fructus, quos Ordo ipse in agro Domini indies producere non cessat, in visceribus charitatis gerimus, vestrisque in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, ac pro tempore existentibus Fratribus ord. & obseruantiæ prædictorum, quod celebrando vnam Missam duntaxat, si eleemosyna æquiualens vnius Iulii non elargitur, etiā si duas, tres, aut quatuor, vel plures Missas celebrauri, occasione diuersarum, vel plurium eleemosynarum huiusmodi effectis, & in dicta celebranda Missa, pro omnibus, qui pro dictis Missis in eleemosynam vsq; ad summam huiusmodi, contribuerint, vel contribuerint in futurum, commemorationem in genere faciēdo, in hac conscientiarum vestrarum puritati satisfactum fore, & esse auctoritate Apostolica decernimus pariter, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibu, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis litteris Apostolicis, per quoscumq; Romano. Pontifices prædecessores nostros prædicto ordini sub quibusuis verborum formis, & expressionibus, ac clausulis quantumcumque fortissimis, & insolitis concessis, & concedendis, quibus tenore illarum, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, in quantum præmissis contrariari viderentur, specialiter, & expressè derogamus. Ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterùm, quia difficile foret, præsentes ad singula loca, quibus opus esset, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illorum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigilli alicuius Vicarij prouincialis ordinis huiusmodi communitis, tanta fides adhibeatur, quanta adhiberetur præsentibus si essent exhibitæ, vel ostensæ in modum. Datum Romæ apud Sanctum Petr. sub annulo piscat. die 23. Martij, 1517. Pontificatus nostri, anno 5.

VIII.

Concedit Correctori Generali Ordinis Minimorum, quod possit cum suis Fratribus dispensare, vt per eos in vnaquaque Missa nouem, seu septem, vel minus Collectæ recitari pro tot integralib. Missis valeant, & suffragentur, ac si singulæ pro singulis dicerentur.

LEO X. Ad perpetuam rei mem. Vniuersis, & singulis præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposcit dilectorum filiorum Fratrum ord. Minimorum deuotionis syncceritas, & Relig. promeretur honestas, vt eorū piis petitionib. libenter annuamus. Licet alias fel. rec. Iulius Papa II. prædecessor noster, Dilecto filio Francisco Biner, tunc Correctori generali dicti Ordinis, per suas in forma Breuis litteras concesserit, quod ipse in visitatione domorum dicti ordinis, quam iuxta illius regularia instituta facere tenebatur, vel aliàs in aliquibus domib. vel locis dicti ord. tam pro Ecclesiarum fabricis, quàm alij. Fratrum necessitatibus Missarum multitudinem copiosam inueniret, & cognosceret. Quòd illæ per Fratres locorum & domorum huiusmodi in Ecclesijs eorum, iuxtà obligationē per eosdem Fratres factam, aut relinquentium ordinationē celebrari non possunt, prout in Lanuensi & Parisiensi domibus per illorum Frat. factum esse cognouerat, vt cum Fratribus locorum, & domorum huiusmodi aut etiam

ibidem pro tempore degentibus, & eorum quolibet dispensare posset. Ita quod dispensatio super his per eundem Franciscum facta, ab eodem prædecessore facta censeantur, cum eisdem Fratribus. At nouem collectæ, per eos, aut eorum quemlibet, in vnaquaq; Missa recitatæ, pro nouem Missis, aut septem Missis, atque de alijs descendendo, seu citra dictum numerum, cum omnium, & singulorum locorum, & domorum huiusmodi Fratrum, ac etiam totius Ordinis Minimorum huiusmodi suffragiorum, orationum, sacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, & aliorum quorumcumque bonorum generalitate, singulis eiusdem ordinis benefactoribus & benefactricibus, qui Missas ipsas in Ecclesijs domorum, & locorum huiusmodi recitandas dederint, adeo plenè, & integre valerent & sufficerent, ac si Missæ huiusmodi, & pro eis, & eorum quolibet, iuxta piam eorum deuotionem, & intentionem particulariter separatã recitatæ fuissent, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut nobis nuper dilectus filius Germanus Lioner modernus Correctoi Generalis dicti ordinis exponi fecit, pro eo, quod officium Correctoriatus præfati Francisci expirault, antequam domos dicti ordinis, partium Bœmiæ, & Alemaniæ visitare, quarum Fratribus pro illorum sustentatione, aut aliàs deuotionis causa duo baiochi, seu septem quatrini monetæ Iuliæ, pro celebratione vnius Missæ per Christi fideles communiter dari consueuerunt, & adeo pauci Fratres in eisdem domibus existunt, quod non possunt singulas Missas pro singulis eleemosynis celebrare. Dubitauit ipse generalis Correctoi, vigore earum litterarum eidem Francisco tunc Correctori concessarum, posse cum dictis, ac alijs Fratribus domorum Bœmiæ, & Alemaniæ huiusmodi, necnon Regni Neapolitani ac Siciliæ, Terræ laboratoris, ac Calabriæ dispensare, vt singuli Fratres dictarum domorum in celebratione vnius Missæ, vnius Sancti, vel Sanctæ, vel aliàs quomodocunque, ad eorumdem Fratrum deuotionem recitatæ, seu etiam mortuorum, septem, vel nouem commemorationes, pro septem vel nouem particularibus, & integralibus Missis, etiam si Missæ huiusmodi specialiter de Requiem, vel de quocumque Sancto, vel Sancta, vel aliàs integraliter recitatæ forent. Pro quibus etiam tanquam promissis specialiter de Requiem, vel de quibuscumque Sanctis integraliter celebrandis eleemosynas vndecumque receperant, satisfacere valeant, ac commemorationis huiusmodi, per eosdem Fratres ad eorum deuotionem in vnica eorum Missa taliter facta, illæ plenè valeant, & eis, qui Missis huiusmodi celebrare mandauerint suffragentur, ac super illis taliter recitatis Fratres ipsi exonerentur, perinde, ac si ijdem Fratres septem, aut nouem Missas specialiter de Requiem, vel de quocumque Sancto, seu de diuersis Sanctis, vel aliàs, iuxta quorumcumque benefactorum huiusmodi piam deuotionem, & intentionem, integraliter diuersis diebus celebrassent. Pro parte eiusdem Germani, nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis pro eorum conscientiæ pace prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus Fratribus domorum dicti ordinis in partibus Alemaniæ, & Bœmiæ pro tempore existentiũ, vt de cætero perpetuis temporibus, in celebratione vnius Missæ, vel nouem commemorationes ad eorum deuotionem, pro tempore recitatæ, pro septem, vel nouem specialibus, & integralibus Missis, etiamsi illæ specialiter de Requiem, vel de quibuscumque Sanctis recitandæ forent, vel alias quomodocumq;, etiamsi pro illis recitandis Eleemosynas recepissent, seu in posterum reciperent plenè satisfacere valeant. Ac Commemorationes huiusmodi de quibuscumque Sanctis, vel etiam defunctorũ, vel aliàs per eorumdem Fratrum deuotionem, taliter factæ eisdem fidelibus qui Eleemosynas huiusmodi, pro ipsis Missis celebrandis eisdem Fratribus, pro eorum sustentatione dederint, seu in posterum eos dare contigerit, plene suffragentur. Ipsique Fratres super singulis Missis huiusmodi cum septem, vel nouem collectis, ad eorum deuotionem taliter recitatis, integraliter in eorum conscientijs exonerentur, perinde ac si Fratres ipsi singulas Missas huiusmodi, & earum quamlibet specialiter de Requiem, vel de ipsis Sanctis, aut eorum quolibet, vel aliàs quomodocumque iuxta piam benefactorum huiusmodi, & cuiuslibet eorum deuotionem, & intentionem, diuersis diebus integraliter celebrassent, celebrare. Quodque dicti ordinis generalis Corrector, pro tempore existens, cum omnibus Fratribus quorumcumque domorum dicti ordinis Minimorum, in dictis, & alijs quibusuis regnis, & locis consistentium, super dictis Missis, modo præmissis, celebrandis dispẽsare, libere, & licite valeat, auctoritate Apostolica

lica tenore præsentium licentiam concedimus, pariter, & indulgemus, non obstantibus Constitutionibus, ordinationib. Apostolicis, ceterisque contrarijs, quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 25. Iunij, 1513. Pontificatus nostri anno pri.

IX.

Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum vtriusque sexus Christi fidelibus visitantibus Ecclesiam Sanctiss. Trinitatis Ord. Minimorum de Vrbe festis quibusdam cuiuslibet anni diebus, concedit, cum facultate à casibus absoluendi.

Indulgentia huiusmodi extensa fuit ad omnes eiusdem Ordinis domos, & Ecclesias per Clementem VII. Const. 2. & per eumdem Leonem Const. 5.

LEO Episcop. seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etsi cunctæ orbis Ecclesiæ, sub Sanctorum fundatæ vocabulis, sint pia deuotione fidelium venerandæ, illas tamen quæ in honorem, & sub vocabulo Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis dedicatæ noscuntur, eo excelebriori memoria conuenit venerari, quo ipsa Sancta Trinitas immediatius, & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratias exauditionis admittit. Cupientes igitur, vt claustrū domus eiusdem S. Trinitatis in Monte Pincio de Vrbe ordinis Minimorum a B. Francisco de Paula instituti, & à fel. record. Alexandro Sexto, & Iulio secundo Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & à nobis approbati, ac pluribus, & diuersis priuilegijs decorati, commoda Fratrum dictæ domus habitatione construi cœptum celerius perfici valeat, ac Ecclesia eiusdem domus, ad quam Romanus populus, & etiam Curiales, ac alij Christi fideles diuersarū nationum singularem gerunt deuotionis affectum, congruis frequentetur honorib. ac Christi fideles ipsi eò libentius deuotionis causa confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ conspexerint, se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelib. vere pœnitentibus, & confessis, seu firmum confitendi propositum habentib. qui prædictam Ecclesiam S. Trinitatis singulis diebus Dominicis, cuiuslibet Quadragesimæ, & in Resurrectionis, & Ascensionis D. N. Iesu Christi, Pentecostes, & eiusdem Sanctiss. Trini. ac Natiuitatis eiusdem D. N. Iesu Christi festiuitatum diebus à primis Vesperis singularum Dominicarum, & festiuitatum, seu dierum huiusmodi vsque ad occasum solis cuiuslibet ipsarum, deuotè visitauerint, & ibidem in honorem Sanctiss. Trinit. ter orationem Dominicā, & totius salutationem Angelicam recitauerint annuatim, singulis earumdem Dominicarum, & festiuitatum diebus huiusmodi, plenariam, & veram omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam, Eisdem verò Christi fidelib. vniuersis, qui Ecclesiam prædictam à media cuiuslibet anni Quadragesima, vsque ad octauas Paschæ inclusiue annuatim similiter visitauerint, dictasque Dominicas orationes, & Salutationes, Angelicas ibidem similiter recitauerint, similes omninò indulgentias, quas consequuntur, seu pro tempore consequentur singuli Ecclesiam B. Mariæ de populo visitantes, auctoritate Apostolica tenore præsentium in Domino concedimus, & elargimur.

Alijs vero singulis Dominicis diebus, cuiuslibet respectiuè anni. Ecclesiam ipsam modo prædicto visitantibus, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus, Et vt Christi fideles ipsi indulgentiarum huiusmodi commodius participes esse possint, Correctori dictæ domus pro tempore existenti, confessores religiosos dicti ordinis, qui eosdem Christi fideles, ad eamdem Ecclesiam pro huiusmodi indulgentijs consequendis dictis singulis diebus Dominicis Quadragesimæ, vsque ad octauam Paschæ inclusiuè, etiam cuiuslibet anni diebus singulis accedentes, eorum confessiones audire, eorumque confessionibus diligenter auditis, eosdem à quibuscumque casibus etiam Apostolicæ Sedi reseruatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) absoluere possint, & valeant, deputandi auctoritate Apostolica, tenore præsentium de vberiori gratia licentiam, & facultatem etiam concedimus, pariterque indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis, & suspensionibus similium, vel dissimilium indulgentiarum pro tempore factis, cæterisque contrarijs quibuscumque præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. Romæ apud Sanct. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1518. Kal. Iulij, Pont. nostri anno

VI.

N Sub

X.

Sub pena excommunicationis prohibet Fratribus, ne adeant iudices seculares, seu Ecclesiasticos, & extra Ordinem, in causis criminalibus, & correctionis.

De hac materia habes concordantias in Iulij II. Constit. 6 in Gregorij XIII. Const. 1.

LEO Papa X. Vniuersis, & singulis præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, in quo diuina dispositione potestatis plenitudo consistit, prouidentia circumspecta, statū personarū quarumlibet (præsertim sub religionis iugo degentiū) diligenter intendēs, ad ea partes solicitudinis interponit, per quę earundē personarū paci, quieti, & tranquillitati valeat prouideri, & ad ea, quæ propterea, prouide statuta, & ordinata dicuntur fuisse, firma perpetuo, & illibata persistant, Apostolici muniminis adijcit firmitatem, aliasque desuper ordinat, & disponit, prout personarum, & temporum qualitate pensata, id conspicit in Domino salubriter expedire. Sane per dilectum filium nostrum, Thomam tituli Sancti Sixti Presbyterum Cardinalem, ac Magistrum generalem totius ordinis Prædic. nobis exposito, quod licet olim Bonifacius Nonus in sua obedientia nuncupatus statuerit, & ordinauerit, quod nullus ex Fratribus Prædicatorum, aut Sororibus sub obedientia eorumdem Fratrum degentibus aliquem seu aliquam Fratribus dicti ordinis, vel Sororibus sub dicta obedientia coram aliquo iudice, qui de dicto ordine non esset, ex quacumque causa conuenire facere, nec a correctione quacumque, seu alias ab aliquo prælato, seu Fratre dicti ordinis, quauis occasione, vel causa appellare, aut contra eos querelam proponere posset, aut deberet, nisi prius causa prouinciali, seu conuentuali Priore, & Magistro, & successiue in Capitulo generali dicti ordinis, & causam, vel querelam suam, verbo, vel in scriptis proposuerit, prout in litteris desuper confectis, plenius contineri dicitur. Nihilominus nonnulli Fratres, & Sorores ordinis, & obedientiæ huiusmodi coram priuilegiorum suarum prouinciarum, congregationum, personarum, vel totius ordinis conseruatoribus, vel Cameræ Apostolicæ Ciuitatis nostræ Auinionensis, vel alijs Ecclesiasticis, aut secularibus iudicibus, seu curijs conuenire, Nonnulli etiam, a correctione suorum officiorum appellare non formidant, vnde ordo prædictus laboribus, & impensis pluris grauatur, obedientia, & vita regularis eneruatur, pluraque alia inconuenientia sequuntur. Nos qui ad ordinem prædictū, illiusque personas singularem gerimus deuotionis affectum, eiusque statum tranquillum plurimum desideramus, litterarum prædictarum tenorem præsentibus pro sufficienter expresso, & inserto habentes, statutum, & ordinationem huiusmodi, & prout cōcernunt omnia, & singula in dictis litteris contenta, auctoritate Apostolica, motu proprio, & ex certa scientia, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari decernimus.

Supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Ac pro potiori cautela, omnia, & singula, etiam sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso incurrenda, authoritate præfata, tenore præsentium, statuimus, & ordinamus. Inhibentes sub eadem pœna quibusuis iudicib. Ecclesiasticis, & secularib. etiam conseruatoribus priuilegiorum dicti ordinis, aut quarumcumque personarum, congregationum, aut domorum, & monasteriorum eiusdem, & Cameræ Apostolicæ Auinionensis, ne querelas huiusmodi Fra. & Sororum, contra alios Fratres dicti ordinis suscipiant, vel de eis cognoscant. Et causas coram eis pendentes, ad ordinarios iudices dicti ordinis remittant, ac quotiescumque processus inter Fratres, & Sorores præfatos, coram alijs, quàm iudicibus ordinarijs dicti ordinis habendos, & sententias faciendas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris vel momenti fuisse, & esse, sicque per quoscumque iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, in qualibet instantia pronunciari, & diffiniri debere, sublata eis, & cuilibet eorum, aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & authoritate ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Et nihilominus vniuersis, & singulis venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, Abbatib. & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitanorum, & aliorum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis cōmittimus, & mandamus, quatenus ipsi, aut eorū quilibet, dum, & quoties pro parte singulorum Prouincialium, & Priorum, ac aliorū superiorum dicti ordinis fuerint requisiti, litteras

teras nostras, ac omnia, & singula præmissa, à quibusuis iudicib. Ecclesiasticis, & secularibus etiam conseruatorib. Priuileg. ordinis, aut cuiuscumque eius Prouinciæ, vel congregationis, inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescendo inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantib. felicis recordationis, Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri Constitutionibus, inter alia cauetur expresse, ne quis extra suam Ciuitatem, vel Diœcesim, nisi incertis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine Diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a Sede præfata deputati extra Ciuitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quocumque procedere, aut alijs vel alijs vices suas committere præsumant. Et de duab. diætis in Concilio generali editis, necnon personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, prædicto, & quibusuis alijs ordinib. Prouincijs, Congregationibus, & personis cuiuscumque dignitatis, status, gradus ordinis, vel conditionis fuerint, concessis, confirmatis, & approbatis, quibus tenorem illorum, ac si verbo ad verbum, præsentib. insererentur, pro expressis habentes (illis alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse, motu, & scientia præmissis derogamus, ac nullatenus præmissorum suffragari volumus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostol. non facientes plenam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes literas originaliter ad omnia loca (in quibus opus esset) deferri; Volumus, & prædicta authoritate decernimus, quod earum transumptis, manu Notarij publ. ci subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, ea fides indubia, in iudicio, & extra, vbicumque opus fuerit, adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 29. Aprilis, 1518. Pontificatus nostri anno VI.

XI

Statuit illos ab ordine expelli posse, qui graui crimina, & enormia delicta per eos in seculo commissa, tempore professionis tacuerunt.

Dilectis filijs Vicarijs Generalibus, & prouincialibus, ac Fratrib. vniuersis familiæ Fratrum Minorum de Obseruantia vbilibet constitutis.

LEO Papa X. Dilecti filij, salutẽ, & Apost. Benedictionem. Cum sicut nobis exponi fecistis, vos ab illis, qui ordinem vestrum Minorum de obseruantia suscipere, & ad illum ingredi cupiunt, inquirere, antequam a vobis recipiantur, soleatis, videlicet, si sint fideles, & Catholici, de nullo errore suspecti, matrimonio non ligati, corpore sani, animo prompti, debitis expediti, conditione liberi, ætatis saltem sexdecim annorum, nulla infamia vulgari maculati, competenter literati, vel ad labores Fratribus honestos, & viles apti, aut talis conditionis existant, quod eorum receptio clero, & populo non modicam ædificationem afferat. Et sicut eadem expositio subiungebat, contingat sæpius, quod aliqui eorum ad huiusmodi ordinum susceptionem, & quod maius est, professionem dolore, & fraudulenter recipiant, sese criminosos, vel scandalosos fore, licet rei veritate aliter existant, & eorũ receptio, & professionis eorum illio, propter grauia, & vulgaria, quibus maculati existunt delicta, de quibus vos recognitionem, & notitiam tunc habere non potestis, graue scandalum, & perturbationem Religionis vestræ huiusmodi nonnunquam sufferat. Quare cum ex taciturnitate delictorum, & grauium excessuum huiusmodi vestræ exemplaris formæ grauia nonnunquã etiam in Christi fidelib. populis murmurationem de receptione talium virorum facinorosorum, de quib. vos (vt præmittitur) tunc nullam notitiam habebatis, scandala, & murmurationes, & bonorum operum subtractiones subsequantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, vt vobis in præmissis, ad obuiandum tot, & tantis scandalis, pro Religionis vestræ, & animarum vestrarum puritatis conseruatione, prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque vestram Religionem, quæ Domino concedente, inter alios vberrimos bonorum operum fructus exhibere consueuit, in sua puritate maneat, ac tot murmurationib. & scandalis obuiare volẽtes, vobis, quod

omnes, & singulos ad vestram religionem confugientes, etiam professos, qui grauissimis, & scandolosis delictis notati, & diffamati fuerunt, quæ fraudulenter, & dolose in eatum receptione, seu professionis emissione (monitione super his per vos præmissa) tacuerunt, non obstante, quod iam per vos recepti, & professiones per eos emissæ fuerunt, ne morbida, & infecta pecus ouile Domini corrumpat, aliique cedat in exemplum, à domibus, & conuentibus vestris, prout conscientiæ vestræ, (quam super hoc oneramus) visum fuerit, & iustum, & honestum fore decreueritis, expellere, & remouere libere, & licitè possitis, & valeatis auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, pariterque indulgemus. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & ord. vestri huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris. Die 15. Martij 1516. Pontificatus nostri anno quarto.

XII.

Declarat quod audientes Missas diebus festis in Ecclesiis Fratrum præcepto Ecclesiæ satisfaciant.

LEO Papa X. vniuersis, & singulis præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Intelleximus quosdam in dubium reuocare, & perinde timoratis conscientijs scrupulum inijcere, si Christi fideles, qui Dominicis, & festis diebus extra Ecclesias suas parochiales Missas audiunt in Ecclesijs Fratrum ordinum Mendicantium, Ecclesiæ præcepto de Missa audienda, satisfaciant. Nos enim ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, vt cum sinceriori conscientia fideles quique Deo creatori suo seruiant, auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui (non contemptu proprio Sacerdote parochiali) in Ecclesijs Fratrum ordinum Mendicantium, Dominicis, & festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati, pœnamue propterea incurrere. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et quia difficile foret præsentes litteras nostras originaliter ad loca omnia (vbi opus foret) deferri, volumus, & decernimus, vt earum transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati in dignitate Ecclesiastica constitutis munitis, ea fides (vbi opus fuerit) detur, quæ originalibus ipsis daretur, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Pisc. die 13. Nouembris, 1517. Pontificatus nostri anno quinto.

XIII.

Bona immobilia alienandi facultatem Generali, & prouincialibus Minorum de Obseruantia concedit, non obstante vltima testatorum voluntate.

Hac facultate vti possunt Fratres Conuentuales Sancti Francisci, & alij Regulares, etsi bona in communi retineant, sed Minores de Obseruantia, ex quo in communi bona immobilia non retinent, alienare per se ipsos non possunt, sed quidem per personas extra Ordinem iuxta priuilegium Martini V. Sixti IV. & Pauli IV. & Pij IV. per eorum superiores electas, id ex facere licet.

Dilectis filijs Generali, ac vniuersis prouincialib. Ministris Ordinis Minorum regularis obseruantiæ, nunc, & pro tempore existentibus.

LEO Papa X. Dilecti filij, salutem, & Apost. benedictionem. Cum sæpe numero accidatur, quod pro vrgenti necessitate, aut aliqua euidenti vtilitate bona immobilia Conuentuum, locorum, ac monasteriorum Monialium, prouinciarum vestrarum respectiue commissarum, alienare, vel permutare expediat, & ea se offert opportunitas, quæ semel prætermissa, magnam affert iacturam. Nos hoc paterno affectu considerantes, indemnitati, & vtilitati Monasteriorum, Conuentuum, & locorum huiusmodi, quantum cum Deo possumus, opportune consulere cupientes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidentibus vtilitatibus Conuentuum, & locorum vestri ordinis, & Monasteriorum Monialium ordinis S. Claræ, necnon tertij ordinis B. Francisci de pœnitentia nuncupati, in dictis prouincijs consistentium, vendere, alienare, ac permutare, quælibet bona immobilia de consensu duarum partium Conuentuum, domorum, & Monasteriorum, quorum dicta bona fuerint, ac de consensu maioris partis eorundem, etiam vltra triennium locare (vltima testatorum voluntatib. non obstantibus) dummodo in Conuentuum, locorũ, & Mo-

& Monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem, habita diligenti informatione, a duobus aut tribus bonis viris locorum, in quibus bona cōsistent, cedere dignoscatur, super quo prudentiam vestram, & bonorum virorum huiusmodi requirimus, & conscientiam onerantus, licentiam & facultatem harum serie vobis concedimus. Insuper, vt locationes in praeiudicium domorum, & Monasteriorum ipsorum factas retractare. Permutationes, & venditiones, quae per ignorantiam Constitutionis fel. rec. Pauli Papae II. praedecessoris nostri, in euidentem tamen vtilitatem, & necessitatem factae fuerint, (dum id constet corā Vicario Episcopi loci) confirmare, & approbare possitis, & valeatis, praesentium tenore, eadem authoritate indulgemus. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, praesertim dicti Pauli nostri praedecessoris, aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quòd praesentium transumptis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicuius Curiae Episcopalis munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra, adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si illae essent exhibitae, vel ostensae, Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annul. pisc. die 27. Nou. 151[illegible]. Pont. nostri anno octauo.

XIV.

Eadem facultas praelatis Fratrum Praedicatorum super bonis alienandis tribuitur.

Similem concessionem fecit Clemens VIII. Fratribus Praedicatorum Const. III.

Dilectis filiis, Magistro Generali, & Vicario Congregationis Sancti Marci, Ordinis Praedicatorum.

LEO Papa X. Dilecti filij, salutem, & Apost. benedictionem. Pro pastorali officio nostro, bonorum omnium Ecclesiasticorum, & Religiosorum locorum vtilitatē affectantes, tenore praesentium concedimus, vt pro tempore existens tā Magister Generalis, quam Vicarius Cōgregationis Sancti Marci ordinis Praedicatorum, sibi subditis in Italia Conuentibus, Fratribus, Monasteriis, Sororibus, seu Monialibus, necnon Collegiis, ac personis vtriusq; sexus de penitentia dicti ordinis nuncupatis, concedere possit, quod commutare, & vendere possint bona immobilia, quae nunc habent, & in posterum iusto titulo habitura sunt, pro euidenti vtilitate ipsorū Conuentuum, & Monasteriorum, vel Collegiorum, prout [illegible], quod pretium eorum (si vendantur) centum ducatorum auri de Camera, secundum communem aestimationem, valorem annuum non excedat, & in emptionem, & augmentum aliorum immobilium magis vtilium, aut necessariorum cum effectu conuertatur. Et ad hoc accedat assensus maioris partis vocalium Conuentus, Monasterii, vel Collegij, cuius sunt, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & specialiter felicis recordationis Pauli II. praedecessoris nostri contra alienantes res Ecclesiasticas, ceterisque in contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 15. Iunij Anno Domini 1514. Pont. nostri anno II.

XX.

Priuilegia, & indulta quaedam Monialibus ordinis S. Clarae conceduntur.

Dilectis in Christo filiabus vniuersis Abbatissis, & Monialibus Conuentibus Monasteriorum de Obseruantia ordinis S. Clarae sub perpetua clausura, ac regimine Fratrum Minorum de Obseruantia Al[illegible] famulantibus.

LEO Papa X. Dilectae in Christo filiae, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecistis, in Regula S. Clarae, sub qua, & suaui religionis iugo, ac cura Fratrum Minorum de Obseruantia nuncupatorum gratum Domino redditis famulatum, & Diuinis beneplacitis insistitis, nonnulla contineantur, quae mentibus vestris dubia existunt, & declaratione Apostolica indigere noscuntur, nobis propterea humiliter supplicari fecistis, vt circa huiusmodi regulae obseruantiam, sine aliqua haesitatione, ac mētium, & conscientiarum vestrarum perturbatione, & scrupulo, insistere possitis, quae ambigua, sunt per nostrae declarationis ministeriū vobis plana, & aperta reddere, de benignitate Apostolica dignaremur: & sicut eadem expositio subiungebat, circa obseruantiam diuini Officij ex prima Regula B. Clarae contineatur, quod Sorores litteratae faciant diuinum Officium secundum consuetudinem Fratrum Minorum, legendo sine cantu, & quae litteras nesciunt dicant Pater noster, & pro defunctis dicant etiam in Vesperis septem Pater noster, & Requiē aeternam. Pro matutino 12. Et Sorores

rores litteratę teneantur dicere officium mortuorum, & ex secunda Regula ordinis S. Clarę huiusmodi per fel. re. Vrbanum Papam V. prædecessorem nostrum cum prima satis obscura videretur declarata, contineatur, quod de Diuino officio tam die, quam in nocte Domino persoluẽdo, taliter obseruetur, videlicet, quod hæ quæ legere, & canere nouerunt, secundum consuetudinem ordinis Fratrum Minorum Diuinum Officium debeant celebrare, illiteratæ verè dicent Pater noster, & pro defunctis 7. Pater noster, cum Requiem æternam, pro Matutino 12. Pater noster, tempore, quo Sorores litteratæ faciunt officium mortuorum. Et quia etiam ex declaratione per Vrbanum prædecessorem huiusmodi facta vt præfertur) mentibus vestris adhuc plenè satisfactum nõ est, cum tam ex prima, quam secunda, Regula huiusmodi Sorores litteratæ teneantur dicere Officium mortuorum, tamen circa Officium mortuorum huiusmodi certam declarationẽ, ad Vespera, aut Vigilias mortuorum dicere in Choro semper, & quotidie debeatis, cum Fratres Minores Officium mortuorum huiusmodi, nisi temporibus ex ordinario Romano, & eorum constitutionibus statutis non persoluant, non habentes: propter quod in magna cõscientiarum fluctuatione, & mentium vestrarum perturbatione existitis: Et insuper, cum difficile semper sit, esse in Choro in omnibus horis & nunquam deficere, aliquando occupatione satis leui, aliquando tædio, aliquando alia negligentia, & aliquando vos aliquam horam vobis eligatis per vos ipsas, aut cum socia horas huiusmodi persoluere, cumque multum difficile sit conscientiis timoratis, interpretari, quæ sit illa necessitas, quæ excuset à Choro, propterea vtrum Monialis sana sub pœna peccati horas in Choro semper persoluere teneatur, posito, quod in Choro dicatur Officium ordinariè, vt consuetum est, à competenti numero Monialium, iuxta copiam ibi residentium, & quod propterea, quæ in Choro non interest, non omittit per seipsam, aut cum socia omnium Officium persoluere, petatis declarari. Præterea cum asseratur, piæ memoriæ Innocentium Papam VIII. seu alium Romanum Pont. prædecessorem nostrum, ad tollendos discursus Fratrum ord. huiusmodi, quod Fratres ipsi dicendo quinque Pater noster, cũ Aue Maria coram Sacramento Altaris, nihilominus in grauatis suis pro felici statu sanctæ Matris Ecclesiæ dicendo, vt supra, habeant eamdem met indulgentiam, quæ est secunda die Augusti in S. Maria de Angelis, siue de Portiuncula apud Assisium, prout illo die a deuotis populis lucrantur. Item, quod dicendo alia quinq; Pater noster, & Aue Maria, cum Gloria Patri, in fine cuiuslibet Pater noster, & ipsi Fratres stationes Vrbis, subiungẽdo vnum Pater noster, & Aue Maria pro intentione Domini concedentis. Et insuper piæ memoriæ Pius Secundus, etiam prædecessor noster, eisdem Fratribus Vltramontanis, vt Septem Psalmos pœnitentiales dicendo cum Litaniis, indulgentias stationum Vrbis haberent, & consequerentur, indulserit, & ipsis Fratribus toties quoties Coronam Domini Iesu Christi, & Virginis Mariæ dicerent, plenariam haberent indulgentiã, concessum fuisse asseratur. Quare, vt præmissa vobis ex officio pastoralis officii nostri, pro quiete conscientiarum vestrarum, ne contra cõscientiam agendo, ad gehennam ædificare videamini, plena & aperta facere, atque declarare, & super Officio huiusmodi persoluendo, quomodo vos habere debeatis, ac in facultatibus quo ad participationem gratiarum Fratribus Minoribus huiusmodi, sub quorum cura, & regimine concessarum, qualiter participatis, & in facultate absolutionis peccatorum vestrorum, quæ forma seruanda sit, more pij Patris, & ex benignitate Apostolica, qua vos tanquam peculiares in Christo filias prosecuti sumus, & prosequimur, aperire, & decernere dignaremur. Nos itaque præmissis, & infrascriptis supplicationibus paterna beneuolẽtia annuentes, ac super præmissis omnibus votis taliter per nostræ declarationis oraculum prouidere, & sic plana facere volentes, & ei, cui iugiter insistitis, cum conscientiarum, & mentium vestrarum quiete, & pace, & gratum, & acceptum reddere valeatis famulatum. Circa præmissa omnia, prius habita matura deliberatione, omnibusque diligenter præmeditatis, & consideratis, auctoritate Apostolica ex nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium duximus declarandum, & concedendũ, vt sequitur. Primum videlicet, quo ad officium defunctorũ, declaramus vos durante tenorem sicut Fratres ord. Minorũ, quorum more in Diuinorũ persolutione vestra vobis præcipit Regula cõformari, quod satis declarasse vellet præfatus Vrbanus prædecessor noster, vbi dicit Sorores illiteratas non

teneri ad dicendũ. Pater noſter pro mortuis, niſi eo tempore, quo in Choro Choriſtæ Officium faciũt mortuorum, & verbum illud teneantur, dicimus referri ad obligationem Vigiliarum, & Veſperarum, prout in Breuiario annotatur, & non ad Pater noſter, quæ illiteratis Sororibus pro tali ſuffragio per regulam inducuntur. Quo vero ad obligationem perſoluendi Officium in Choro, decernimus etiã ſanas nõ teneri ſemper Officiũ Diuinum in Choro perſoluere, humana conſiderata fragilitate, & ſexus feminei debilitate, quia difficulter conſcientia timorata ſciret diſcernere neceſſitatem excuſantem: conſideratis diuerſis, ac varijs occupationibus & impedimentis, quæ ſuperueniunt continuè in adminiſtratione rei familiaris Monaſteriorum veſtrorum, attento quod die noctuque bene & ſolemniter ac ſine intermiſſione collegialiter in Choris veſtris Officio Diuinum perſoluitur, & iuxta formam per Regulam vobis traditam, cum reuerentia decantatur, exonerantes tamen conſcientiam veſtram, diſcretioni Abbatiſſarum pro tempore exiſtentium committimus, vt quando, & quomodo, ſiue cum quibus ſit hæc remiſſio, ſiue exemptio toleranda, ſolerter inuigilent, & diligenter aduertant, & prudenter concedant, ne ſub colore pietatis, ex nimia indulgentia permittant in aliquam Sororum, ſeu Monialium habitum generali Diuinæ oſtenſionis. Quantum verò attinet ad participationem in gratijs Fratribus Minoribus, ſub quorum regimine viuitis, conceſſis, ſimili declaratione decernimus, tanto magis vobis eſſe conceſſas, quantò minor occaſio datur diſcurrendi, quo fit, vt indulgẽtias S. Mariæ de Angelis, ſiue portiunculæ in Aſſiſio, ſecundi dici Auguſti, & de quinq; Pater noſter, cum Gloria Patri, coram ſacramento Altaris recitandis, & de Pſalmis pœnitentiaib. pro ſtationibus Vrbis, quæ Fratrib. dicuntur eſſe conceſſæ, ad vos extendimus, & vobis, prout eis, ſuffragari volumus, & quatenus opus ſit, de nouo pro veſtra, & eorundem Fratrum conſolatione concedimus. Inſuper verò quantum facultatem abſolutionis, concernit, concedimus vobis, vt in omnibus ſolemnitatib' Domini Sabaoth, Virginis Mariæ omniũ SS. Patris veſtri S. Franciſci ac Matris veſtræ S. Claræ, Confeſſores veſtri poſſint in abſolutionibus veſtrarum confeſſionũ, eis de peccatis veſtris factarũ, vos plenariè abſoluere, & pœnitentiã ſalutarem iniungere. Et quoties ſacram ſumpſeritis Cõmunionem, ea die plenariam indulgentiam conſequi. Præterea, quia accipimus, Abbatiſſas & Mõniales Pariſienſ. & Albianenſ. Monaſteriorum S. Claræ huiuſmodi, ad Beatam Agnetem, & glorioſiſſimas vndecim mille Virgines ſingularem gerere deuotionis affectum, eis nunc, & pro tempore exiſtentibus, & quibuſuis alijs Abbatiſſis, & Conuentibus Monaſteriorum dicti ordinis S. Claræ, hunc ritum obſeruare volentibus quodammodo in honorem B. Agnetis, & 11. millium Virginum huiuſmodi feſta perpetuis futuris tẽporibus ſub ritu duplicis maioris celebrare, liberè, & licitè poſſint, & valeant, concedimus, pariterque indulgemus. Præmiſſas, autem declarationes, atteſtationes, decreta, conceſſiones, & indulta, vobis, & veſtrum ſingulis perpetuò facimus, vt omni ſemota ambiguitate, & priori conſciẽtia ſub ſuaui Religionis iugo, cui eſtis perpetuò addictæ, preces ad Dominum liberiori mente fundere, & perpetua pace, & ſpirituali conſolatione gaudere poſſitis, ſperantes eo acceptiores preces veſtras apud eum, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, futuras, quo omni ſoluto fluctuationis obſtaculo, intentius illas perſoluere & eo pro nobis, & ſancta Rom. vniuerſali Eccleſia, ſedulius, & feruentius orare poteritis, prout vos, quas in viſceribus charitatis habemus, & tamquam peculiares, ac dilectiſſimas in Chriſto filias paterna beneuolentia, & cura amplectimur, facturas non dubitamus. Non obſtantib. pręmiſſis, ac Conſtitut. & ordinat. Apoſt. necnõ Monaſteriorum, & ord. prædict. iuramento, cõfir. Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuet. cæteriſq; in contrariũ facientib. quibuſcumq;. Cæterum, quia difficile eſſet præſentes litteras in ſingul. locis, & Monaſter. veſtris, & alibi, vbi opus eſt, oſtendere, vel exhibere, volumus, & eadẽ auctoritate concedi. quod tranſumptis ipſarũ manu alicuius Notar. publ. ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati munitis, vbiq; plena fides adhibeatur, veluti adhiberetur propriis original. ſi in mediũ oſtenſæ eſſẽt, vel exhibitæ. Da. Ro. apud S. Pet. ſub An. piſc. die 2[illegible]. Martii 1515. Pont. noſtri anno 3.

XVI.

Eccleſiæ Fratrum Minorum de obſeruantia non poſſunt ſpecialiter interdici, niſi ipſi cauſã dederint interdicto, vel niſi procurans interdictum prouideat Fratribus ad victum ſufficientem neceſſaria.

Dilectis filiis, Generali ac [illegible] & ſingulis prouincialibus Miniſtris Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia.

LEO Papa X. Dilecti filii, salutem, & Apostol. benedictionem. Cum Sacta Regula vestra sit, Domini nostri Iesu Christi sacrosanctum Euangelium in humilitate, & paupertate obseruare, dignum, quinimo debitum reputamus, vestris necessitatibus (quãtum cum Deo possumus) subuenire, præsertum dum id Regum Catholicorum exposcit deuotio. Nuper siquidem relatione charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanor. ac Hispaniarum Regis Catholici, intelleximus, sæpe numero contingere, nonnullas Ecclesiasticas personas in Romana Curia, vel extra eam litigantes, ac diffinitiuas sententias, & executoriales litteras desuper obtinentes, aut alias gratias prosequentes, Ecclesias domorũ vestri ordinis, Ecclesiastico supponi facere interdicto, etiam si Ciuitas, seu Oppidum, in quo domus ipsa consistit, minime interdicatur, ex quo vos, qui solum ex fidelium eleemosynis victum quæritis, non paruum suscipitis detrimentum, cum fideles ipsi ad dictas Ecclesias pro diuinis audiendis Officiis accedere non valentes, ab eorum consuetis deuotionibus, & vobis fieri solitis eleemosynis, retrahantur. Quare præfatus Carolus Rex, qui ob exemplarem vestrũ viuendi modum, ad ordinem prædictum singularem gerit deuotionis affectum, nobis supplicari fecit, vt necessitati vestræ prouidere de benignitate Apostolica dignaremus. Nos huiusmodi honestis supplicationibus inclinati, vobis, quod de cetero perpetuis temporibus Ecclesiæ domorum vestri ordinis, ad cuiuscumque personæ etiam Cardinalatus honore, vel alia fulgẽtis dignitate instantiam, per Auditores causarum Sacri Palatij, seu eorum loca tenentes, aut quoscumq, alios iudices, seu ordinaria, ac etiam nisi tota Ciuitas, seu Oppidum, vbi domus huiusmodi consistit, Apostolica auctoritate aut speciali commissione manu propria Pontificis signata, & in pub'ica signatura proposita, Ecclesiastico supponatur interdicto, interdici non possint. Ac quod in eis degentes Fratres, ad ipsius interdicti obseruationem minimè teneantur. Nec propterea irregularitatis maculam, aut aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrere debeant. Quodque vobis, dummodo causam non dederitis interdicto huiusmodi, vt ianuis apertis, & campanis pulsatis, Missas, & alia diuina Officia celebrare valeatis, nisi persona, ad cuius instantiam interdictum fuit appositum, in eisdem domibus degentibus Fratribus, de alimentis, & alijs victui necessarijs rebus competenter prouideri fecerit, auctoritate Apostolica tenore præsentiũ indulgemus. Ac præsentes per quascumque alias concedendas litteras Apostolicas, nullatenus suspensas, reuocatas, seu alteratas censeri. Ac quia difficile foret præsentes ad vnaquaque loca deferri posse, quod eorum transumptis sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ac manu Notarij publici subscriptis, eadem fides, in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus si exhibitæ, vel ostensæ fuissent, adhiberetur. Ac si secus super iis à quoque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter actum fuerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceteris quibuscumque Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscat. die 23. Iulij, 1519. Pontific. nostri anno 7.

XVII.

De Prædicatorum officio, eorumque examine, & superiorum approbatione.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio, Supernæ maiestatis præsidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cælestia simul, & terrena diriguntur, super gregẽ Dominicum nobis commissum, speculatoris officium (quantum imbecillitati nostræ conceditur) exercentes, totaque mente nobiscum ipsi reuoluentes, inter cetera complura, & magna ad nos pertinere, vt munus prędicationis, quod in Ecclesia Dei præcipuum, ac pernecessarium, magnique fructus, atque vtilitatis, dummodò rectè, & ex sincera charitate erga Deum, & proximum, præceptisque & exemplis Sanctorum Patrum qui hæc profitentes cum fide fundatione, & propagatione plurimum Ecclesiæ cõtulerunt, exerceatur. quippe quod Redemptor noster primus fecit, & docuit, & eius præcepto, & imitatione duodenus ille Apostolorum numerus, quasi totidem Cæli, Dei veri gloriam enarrantes per orbem terrarum, vniuersum genus humanum, quod sub peccati iugo vetusta seruitute continebatur, sensim ab eorum tenebris educentes, & ad perpetuæ salutis lucem extentes, verbum ipsum in omnem terram, & fines orbis terræ, tum ipsi prius, tum deinde sui successores longè, lateque propagauerunt, aliisli-

al Timeque fundarunt, vt qui nunc tantam subeunt onus, meminisse debeant, creberrimeque secum reuoluere, præter auctoris ipsius, ac fundatoris Iesu Christi pientissimi Redemptoris, Petri etiam, & Pauli, cæterorumque Apostolorum, & Domini discipulorum se vices, quo ad officium, subire, ac sustinere. Sane fide dignorum relatione percipimus, quod nonnulli prædicatores nostris temporibus, quod dolentes referimus, non attendentes, se eorum, quos diximus, & insuper Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, aliorumque Sacram Theologiam profitentiũ, qui assistendo iugiter Christianis, ac se falsis Prophetæ rectam fidem subuertere annitentibus opponentes, Ecclesiam militantem, illæsam prius per se talem esse manifestarunt, officium exercere, & nisi vtilia concurrenti eorum sermonibus populo ad vitiorum exstirpationẽ, virtutum laudem animatum denique salutem fidelium meditanda, & perficienda debere assumere: multa tamen, varia contra institutiones, & exempla, quæ diximus, quandoque etiam scandalosa populis prædicare, quod mentem certè nostram mirum in modum commouit, dum nobiscum ipsi mente voluimus, quod illi officij immemores sui, in suis sermonibus non ad vtilitatem audientium, sed ad suam potius ostentationem laborantes, vanis quorumdam auribus blandiuntur, qui ad hoc iam deuenisse apparent, vt verificetur dictum Apostoli ad Thimotheum ita scribentis: Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auuertent, ad fabulas autem conuertentur; quorum falsas, & inanes mentes, prædicantes ipsi prælati, non modo in rectam veramque viam reducere minimè student, sed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum sine vlla Canonum attestatione, vel reuerentia, immo contra ipsas Canonicas Sanctiones Sacræ Scripturæ sensum multifariam peruertentes temereque ac perperam plerumque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroresque, ac minas, multaque mala propediem affutura, tamque ingruentia, nulla prorsus legitima ratione munita, sed suo dumtaxat sensui obsequentes, communiantur, tepræsentant, adsseque asseuerant, pleturuque etiam vana quædam, & inania, & alia huiusmodi populis ingerere, & (quod enormius est.) ab æternitatis lumine, & Sancti Spiritus admonitione, aut infusione, illa se habere asserere audent. Cumque ij sub confictorum miraculorum mendacijs, varios errores, fraudesque disseminant, denique populos, quos in Euangelica doctrina sedulò instruere, & in vera fide retinere, & conseruare deberent, sermone suo a sensu, & præceptis vniuersalis Ecclesiæ retrahentes, a sacrisque Constitutionibus, quas maximè sequi deberent, deuiantes, auditores suos amouent, ac longè faciunt à salute. Per hæc namque & alia huiusmodi, simpliciores homines, vt ad deceptionem prochuiores è via salutis, & obedientia Romanæ Ecclesiæ deuiantes, in errores varios perfacile inducuntur. Propterea Gregorius huius muneris, peritissimus, & seruore charitatis incensus, prædicatores vehementer hortatur, & monet, vt dicturi ad populum, prudentes, cautique accedant, ne dicendi impetu rapti, verborum erroribus, quasi iaculis audientium corda configant, & cum sapientes fortasse videri desiderant, decepti, separatæ virtutis cõpagem insipienter discindant. Sæpè namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate importuna, vel incauta, audientium corda leuigantur. Et sanè in nullo aliorundem ij plebem maiori damno, scandaloque afficiunt, quam cum vel tacenda prędicant, vel falsa, & inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quæ quoniam huic Sacræ Religioni Diuinitus institutæ, vt noua & aliena, omninò contraria esse noscuntur, graui certè, accuratoque sunt examine digna, ne scandalum populo Christiano, & suorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur sanctæ Dei Ecclesiæ, cui disponente Domino præsidemus quæ quidem vna est, & vnum Deum prædicat, colit, ac vnam fidem firmiter, & sincerè confitetur, iuxta illud Prophetæ vaticinium. Qui habitare facit vnius moris in domo, vniformitatem, quantum cum Deo possumus, posthabitam reducere, & retentam conseruare, quique populo verbum Dei prædicant, tales esse cupientes, vt eorum prædicatione Dei Ecclesia nullum scandalum patiatur, & si qui corrigibiles sunt, ab his, quæ proximis, nostrisque temporibus præsumpserunt, cum nonnullos eorum, præter illa, quæ diximus, prædicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Euangelium (vt debetent) explanantes, sed conficta miracula, & noua, ac falsa vaticinia, aliaque leuia, & ab a-

O nulli-

nilibus fabulis parum distantia, magnumque scandalum patientia, nulla deuotionis, & auctoritatis, eiusque improbantis, ac repellentis hac habita ratione, vastis clamoribus imprimere, ac suadere vbique conantes, & ne Pontificali quidem dignitate fulgentibus, & alijs Ecclesiæ prælatis parcentes, quibus potius honorem, ac reuerentiam exhibere deberent, sed in eorum personas, ac statum audacter, ac temerè inuehi consueuisse, & alia huiusmodi commisisse constant, in futurum abstineant, vt tam periculosum contagiosumque malum, ac mortifera pestis radicitus euellatur, & arefactum ita penitus deleatur, vt nec memoria eius remaneat. Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, vt nullus tam Clericus secularis, quam cuiuscumque etiam Mendicantium ordinis Regularis, aut quiuis alius, ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quam de consuetudine, vel priuilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus (quare conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, & prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus, & idoneus reperiatur, & hic, quocumque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu alias sui examinatoris, approbatorisque Episcopis, & alijs locorum ordinarijs fidem legitime faciat. Mandantes omnibus, qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & sanctam Scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quidquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius Sacræ Scripturæ verbis, & præfatorum Doctorum interpretationibus rite, & sane intellectis, non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere, nequaquam præsumant, cum veritas dicat: Non esse vestrum nosse tempora, vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate. ipsosque qui hactenus similia asserere ausi sunt, mentitos, ac eorum causa reliquorum etiam recte prædicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constet, inhibentes omnibus, & singulis Clericis secularibus, vel Regularibus præfatis, cæterisque cuiuscumque status, gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero in sermonibus suis publicis, alia quæque futura ex litteris Sacris constanter prædicere, nec illa à Spiritu sancto, vel Diuina reuelatione se habuisse, affirmare, & alienas, inanesque diuinationes asseuerando, aut alio quocumque modo tractando assumant, sed ex diuinæ vocis præcepto, Euangelium omni creaturæ cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enuncient, & declarent, & pacem, ac dilectionem mutuam à Redemptore nostro tantopere commendatam vbique fouentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ad Episcoporum, & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo, & laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis male gestorum expressis quandoque nominibus aperta, & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ V. quæ incipit. Religiosi, quam tenore præsentium innouamus, & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad veritatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentum quod ab illo acceperant superlucrari, & eiusdem gratiam, & gloriam consequi mereantur. Cæterum si quibusdam eorum Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quadam reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus prædicatorum princeps, Spiritum, inquit, nolite extinguere prophetias nolite spernere, hos a ceterorum fabulosorum, & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradictione sopitur, & tunc Spiritui Sancto iniuria certè fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo prouenient, volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolicæ Sedis examini reseruatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri

non

non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet: tunc eodem ordine seruato, ordinario loci notificentur, vt illis adhibitis secum tribus, aut quatuor doctis, & grauibus viris, & huiusmodi negocio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, (super quo corũ conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si quis autem contra præmissorum aliquod committere quid quam ausus fuerit, vltra pœnas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare similia minimè audeant, eis prædicationis etiam officium interdictum esse perpetuò decernimus. Non obstantibus ordinationibus, ac priuilegijs, & indultis, & literis Apostolicis, ordinibus, & personis præfatis, etiam in Mari magno comprehensis, ac etiam à nobis forsan approbatis, innouatis, vel etiam de nouo concessis, quæ quo ad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari. Nulli ergò omnino liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, mandati, inhibitionis, innouationis, approbationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum Datũ Romæ in publica Sessione, in Lateranen. Sacrosanctæ Basilica sollemniter celebrata, anno incarnationis Domini, Millesimo, quingentesimo, vigesimo quinto, 14. Kalen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

XVIII.

BVLLA.

Communicationis omnium priuilegiorum Mendicantium, tam concessorum, quam concedendorum inter vniuersos, & singulos eorumdem Mendicantium Ordines, illorum que ad singulas Domus, loca, Ecclesias, & personas generaliter extensio.

LEO Papa X, vniuersis, & singulis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Dudum per nos accepto, quod Romani Pontifices prædecessores nostri, aliqui ad Minorum, alij vero ad Eremitarum Sancti Augustini, alij ad B. Mariæ de Monte Carmelo, reliqui ac Prædic. ordinis Fratres, & domos, iuxta ipsorum vota, deuotionis affectum gerentes, illorum singulis nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, ac dona, tam spiritualia, quàm temporalia, per diuersas ipsorum litteras, respectiuè concesserunt.

Nos ad singulos ordines prædictos, singulasque ipsorum ordinum domos, vbi religiosè viuunt, indifferenter, absque acceptione personarum, deuotionis affectum æqua lance gerentes, omnes, & singulas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, tam spiritualia, quam temporalia, qualiacunque illa essent, quæ prædicat. Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, Seruorum Beatæ Mariæ, ac Minorum Fratrum in domibus, & illorum Ecclesijs, orato rijs, ac Ecclesias ipsas, & oratoria pro tempore visitantibus, cuiuscumque status, aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, & præsidentibus, non solum Generalibus, & prouincialibus, Fratribusque & Sororibus, necnon Monialibus, & Conuersis, Oblatis, ac vtriusque sexus personis, de pænitentia, seu tertij habitus nuncupatis, à dictis prædecessoribus, aut à nobis, ipsisque successoribus, aut alias auctoritatem habentibus coniunctim, vel diuisim in genere, vel in specie concessa fuerunt, aut in posterum concedentur illa omnia, & singula, ac si nominatim exprimerentur, pro sufficienter expressis tunc habentes, singulis ordinibus prædictis, illorumque singulis Ecclesijs, Oratorijs, & Ecclesias, ac Oratoria visitantibus, cuiuscumque status, aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, & conuentualibus Fratribus etiam & Sororibus, vel Monialibus, Conuersis quoque, & Oblatis, ac vtriusque sexus personis de pænitentia nuncupatis, & alijs singulorum ordinum prædictorum, motu proprio, & ex mera nostra scientia, & liberalitate, de Apostolicæ auchoritatis plenitudine communicauimus. Itaque omnia, & singula inter dictorum ordinum personas, pariformiter communia fuisse,

& esse volumus, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Et deinde, sicut accepimus, nonnulli Fratres dictorum ordinum, volentes sapere plus quam oportet, atque ad ipsorum nuium verba ipsa interpretantes, diuersis tam sæcularibus, quam etiam alijs personis publicè, & priuatè suggesserunt, quod ipsi sæculares visitando vnam dictorum ordinum domum, omnes, & singulas indulgentias, & remissiones peccatorum per dictos prædecessores nostros, quam per nos domum B. Mariæ de populo de Vrbe concessas, consequi poterunt, perinde, ac si dictam domum Sanctæ Mariæ de populo visitarent, quod præter ipsorum prædecessorum, nostram mentem fuisse, & esse dinoscitur. Attendentes igitur, quod indulgentia intuitu Religionis concessa, ad sæculares extendi non debet, volentes, mentem dictorum prædecessorum, & nostram declarare, & omnem ambiguitatem, & occasionem tollere, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, volumus, & auctoritate Apostolica declaramus, quod vniuersi, & singuli dictorum ordinum Fratres, & Moniales, tertijque ordinis vtriusque sexus, & familiares tantum dumtaxat, omnibus, & singulis indulgentijs, & gratijs, per eosdem prædecessores, & nos, domui Beatæ Mariæ de populo de Vrbe, vt præfertur, concessis, & concedendis, vtantur, potiantur, & gaudeant, vti potiri, & gaudere possint, quomodolibet in futurum, perinde ac si ipsi dictam domum Beatæ Mariæ de populo, his diebus, & festiuitatibus, quibus indulgentiæ huiusmodi concessæ fore dignoscuntur, personaliter visitarent, quodque vigore prædictarum litterarum, sæculares gratijs, & indulgentijs huiusmodi vti, & gaudere non possint: inhibentes nihilominus in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pæna, eo ipso per contrafacientes incurrenda, omnibus, & singulis Fratribus cuiuscunque ordinis existentibus, & quibuslibet alijs personis, ne deinceps, vt e indulgentias, & gratias huiusmodi Sanctæ Mariæ de populo de Vrbe, ad sæculares extendi prædicent, aut publicè, vel priuatè nuncient. Non obstantibus præmissis, aut quibusuis aliis Apostolicis constitutionibus, priuilegijs quoque, & indultis, dictis ordinibus concessis, quæ quo ad præmissa reuocationis, cassamus, & annullamus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Volumus autem, & auctoritate Apostolica decernimus, quod præsentibus transumptis, manu Notarij publici signatis, & alicuius prælati, aut personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, ea fides prorsus in iudicio, & extra adhibeatur, quæ exhiberetur, si præsentes litteræ essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 10 Decemb. 1519. Pontificatus nostri anno septimo.

XIX.

Confraternitatem Rosarii Beatæ Mariæ Virginis approbat, & omnes, & singulas indulgentias à suis prædecessoribus illius Confratribus concessas confirmat, illisque ac multas de nouo addendo concedit.

Similem concessionem, & confirmationem fecit Pius V. Const. 17.

LEO Episcopus seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Pastoris æterni, qui vt humanum genus redimeret, in ara Crucis immolari non abnuit vices, licet immeriti gerentes in terris, id super reliqua cordis nostri vota potissimum optamus, vt cuncti fideles, quos pretiosissimi sanguinis sui aspersione, Deo patri reconciliari curauit, quorumque regimen, & gubernationem nobis commisit, ad salubria pietatis opera, & præcipue ipsius pastoris, eiusque Beatissimæ, ac semper Virginis intemeratæ genitricis apud ipsum pro nobis aduocatæ, cultum, & deuotionis affectum, quibus immarcessibiles in Cœlis thesauros recondere, & cœlestis patriæ ciues effici possint frequentier inuitentur, & his quę propterea prouide concessa fuisse percepimus, vt firma perpetuo, & illibata persistant, cum a nobis præsertim per sæculares Principes, & alias personas nobis, & Apostolicæ Sedi gratas, & deuotas humiliter petitur, nostræ approbationis, & inuocationis libenter adijcimus firmitatem, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Fratrum domus Prædicatorum Colonensium, nuper exhibita petitio continebat; quod olim prout in historijs legitur, a S Dominico quædam Confraternitas vtriusque sexus fidelium, de Rosario eiusdem B. Mariæ Virginis nuncupata, ad honorem Angelicæ salutationis instituta, & in diuersis mundi partibus prędicata fuit, & sequentibus signis; Sed cum ipsa Confraternitas de cursu temporis fere neglecta fuisset, & in obliuionem deuenisset, ac anno 1475. Ciuitas, & Diœcesis Coloniensis grauibus bellis premeretur, eadem confraternitas ad laudem, & ho-

& honorem præfatæ Virginis, vt ciuitas, & Diœcesis prædicta meritis,& intercessionibus eiusdem Virginis ab eis liberaretur, in Ecclesia dictæ domus innouata,& de nouo instituta fuit,cum certo modo orandi, videlicet, quod Confratres,& Sorores eiusdem confraternitatis, tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ, ad honorem Dei,& præfatę Virginis,ac cōtra imminentia mundi pericula legerent coniunctim, vel diuisim toties Angelicam salutationem, quot sunt Psalmi in Psalterio Dauidico singulis decem salutationibus huiusmodi,orationē Dominicam semel præponendo, vt modum orandi huiusmodi psalterium, siue Rosarium eiusdem B. Virginis, vulgariter appellatū. Quā quidem confraternitatem in dicta Ecclesia de nouo institutam,post modum bonæ memorię Alexander Episc. Fotoliuiensis,tunc Apostolicæ Sedis cum potestate legati de latere per totam Germaniam Nuntius, singulari deuotione permotus, & se in eamdem confraternitatē recipi, atque conscribi volens,& petēs,ad preces claræ memorię Federici tertii Romani Imperatoris, auctoritate Apostolica approbauit, confirmauit, & ratificauit, ac omnibus & singulis vtriusq; sexus fidelibus dictæ confraternitatis confratribus, & consororibus, in singulis quinque ipsius B. Mariæ Virg. præcipuis festiuitatibus,sc. Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, Purificationis cētum: Et quoties per se, vel per alium dictū Rosarium legerent, vel legi facerent, seu Sabbatis & festiuis diebus decantationi Salue Regina, quod post Completorium, in dicta Ecclesia eiusdem B. Virg. vbi dicta confraternitas instituta extitit, & quod ipse Nuncius antea consecrauerat,cantabatur, interessent, 40. dies indulgentiarum concessit,& post verò felicis recordationis Sixtus Papa IV. prædecessor noster,accepto per eum quod Confraternitas huiusmodi in dicta Ecclesia de nouo instituta fuerat, voluit,& ordinauit,quod omnes,& singuli Confratres vtriusq; sexus Confraternitatem prædictam seruantes, tam in dicta ciuitate Colon. quam & alibi vbicumq; locorum, tunc & pro tempore existentes, verè pœnitentes, & confessi,qui orationem Dominicam & salutationem Angelicam prædictam,modo præmisso dicerent in singulis Natiuitatis, Annunciationis, Assumptionis, eiusdem Beatæ Virginis MARIAE festiuitatibus, indulgentiam septem annorum, & totidem quadragenarum consequerentur. Et deinde supplicationibus tunc Ducis, & Ducissæ Britanniæ inclinatus, præfatum Psalterium, seu modum orandi eadem auctoritate approbauit, illumque tollerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare licere decreuit,& declarauit, ac vt omnes, & singuli Christi fideles ad deuotionis opera, ad dictum modum orandi, frequentius inducerentur, vniuersis,& singulis Christi fidelibus modo prædicto orare volentibus, vbilibet, ac tunc, & pro tempore existentibus pro qualibet vice, qua sic vt præmittitur, orarent, pro qualibet quinquagena præfati Psalterii quinque annos,& totidem Quadragenas de iniunctis pœnitentiis in domino relaxauit, prout in ipsius Sixti prædecessoris litteris insuper confectis, quas perpetuo durare voluit plenius continetur. Et successiuè piæ memoriæ Innocentius Papa Octauus, etiam prædecessor noster cum anno domini 1483. 13. die mensis Octobris, quidam Bartholomæus de Comatii, de Bononia, tunc dicti ordinis generalis Magister, eiusdem ordinis Prouincialibus Capitulum generale in alma Vrbe celebraret, Bartholomæi Generalis viuæ vocis oraculo omnibus qui tunc erant, & in futurum essent de dicta Confraternitate, & per hebdomadam dicerent Psalterium Beatæ Mariæ Virginis huiusmodi plenariam omnium peccatorum suorum remissionem semel in vita, & semel in mortis articulo, ac etiam receptis per litteras ad beneficia dicti ordinis, non autem quæstum, sed deuotionis causa concessit, de qua concessione per litteras Testimoniales ipsius Bartholomæi sui secreti sigilli, seu signati visualis impressione munitas cōstat, & insuper Fel. mem. Raymundus tituli Sanctæ Mariæ Nouæ presbyter Cardinalis, tūc per Germaniā dictę Sedis Legatus, eisdem Confratribus, & Consororibus pro quolibet Rosario centum dies indulgentiarum perpetuò, & similiter plures ac diuersi locorum ordinarii singuli indulgentiam 40. dierum concesserunt, prout etiam in Raymundi Cardinalis Legati, necnon Alexandri Episcopi, & Nuncii, & ordinariorum huiusmodi, singulis desuper confectis litteris dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, dilectus filius nobilis vir Ioannes Dux, & dilectæ nobis in Christo filiæ nobiles mulieres Maria ipsius Ioannis Ducis

duraturis, non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum, quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæcunque loca in quibus expediens foret, deferri, volumus, & auctoritate prædicta etiam decernimus, quod earundem præsentium litterarum transumptis manu vnius, vel plurium Notariorum publicorum subscriptione, & sigillo alicuius prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plena ac tanta fides adhibeatur, & adhiberi possit, & debeat in omnibus, & per omnia, sicut ipsis originalibus, si essent in medium exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, concessionis, & inhibitionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1520. Pridie Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno octauo.

XX.

Nonnulla priuilegia Fratribus Ordinis Minimorum viuæ vocis oraculo tribuuntur.

LEO Papa X. Viuæ vocis oraculo infrascriptas gratias concessit ordini fratrum Minorum instanti, & de illarum concessione testimonium ferente, Reuerendiss. Domino Laurentio tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali, quas ex eius litteris authenticis excerpsimus.

Confirmauit, & de nouo concessit facultatem Fratribus audiendi in Confessionibus omnes, & singulos quarumcumque Diœcesum, & in illis extraneos, & forenses absoluendi, etiam in casibus, quos Diœcesani locorum, in quibus ad audiendum deputati sunt, duxerint concedendos, & omni tempore, præterquam in die Resurrectionis Dominicæ, Sacramentum Eucharistiæ licitè ministrandi.

Quod tempore interdicti, aut cessationis à Diuinis, possint duo, vel plures, extra Ecclesiam in domibus suis, Officium Diuinum dicere. Et quod quando extra Chorum Fratres dicunt horas canonicas, si casu transeuntes personæ interdictæ aliquid audierint, non propterea incurratur aliqua censura. Nec teneantur euitare laborantes in suis domibus, diebus, quibus laborauerint, etiamsi non sint familiares, seruitores continui commensales Fratrum, & eis soluatur salarium.

Quod Fratres dicendo Diuinum Officium in Choro, vel extra Chorum, satisfaciant præcepto capituli, Dolentes, de celebr. Miss. de dicendo studiosè pariter, & deuotè, ac etiam Regulæ suæ, etiamsi propter aliquam fatigationem, vel aliam causam, dicant sedendo, vel deambulando, vel non integrè proferendo verba prout sunt scripta, propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam prolationem naturalem, propter defectum linguæ, seu aliàs qualitercumque imperfectè dicant, aut cum mentis distractione, & sensuum vagatione, dum tamen non ex malitia hoc faciant, & quod qui cum talibus male proferentibus, vel alias supra dictos defectus facientibus dicunt Officium, non teneantur reiterare ab aliis imperfectè dicta, aut ab eis non integrè audita propter distantiam localem, vel strepitum, seu aliam causam, sed satisfaciant præcepto Ecclesiæ, & Regulæ suæ, qualitercunque audiendo, quæ alij debent dicere, præsertim in Choro.

Item quod si ne propter febrem, aut dolorem intensum vel etiam infirmitatem Fratres fuerint grauati, & afflicti, satisfaciant dicendo pro horis Canonicis Psalmum, Hymnum, Pater noster, Aue Maria, vel alia, iudicio Prælati, aut præsidentis loci, seu Conuentus assignanda, & hoc quando medicus corporalis (si commodè poterit haberi) dixerit esse nociuum.

Item quod dicendo quinquies Pater noster cum Aue Maria, & in fine cuiuslibet Gloria Patri, & pro SS. vnum Pater noster cum Aue Maria, similiter cum Gloria Patri, quacunque hora diei, vel noctis, & quocunque loco dicant, scilicet in Choro, Ecclesia, Claustro, Oratorio, ac Cella, lucrentur Stationes, & Indulgentias tam Vrbis, quam etiam Portiunculæ, siue Hierusalem, ac S. Iacobi in Compostella.

Idem Leo X. instante & eis testimonium ferente Reuerendissimo D. Gabriele Martino, Archiepiscopo Barren. & Episcopo Legionen. concessit infrascripta videlicet. Quod quilibet Fratrum Minorum de Obseruantia in Sabbatho in Ramis palmarum dicens Psalmos pœnitentiales, vel quinque Pater noster, cum totidem Aue Maria, ante Sacramentum Altaris, posset liberare vnam animam à purgatorij pœnis, voluit tamen, quod Fratres prædicti in perpetuũ die, qua prædicta gratia vtuntur, dicãt

pro Sanctitate sua vnam Coronam Beatæ Virginis Mariæ, & quod in die S. Ioannis ante portam Latinam, & in die eiusdem Sancti, videlicet, tertia die post Natiuitatem Domini, idem possint prædicti Fratres.

CLEMENS SEPTIMVS
Iulius Medices.

Iuliani Laurentii fratris filius, Florentinus, miles S. Ioannis Hyerosolymitani, Leonis Papæ X Patruelis frater, cuius auctoritate Cardinalis designatus, mortuo Adriano Sexto Cardinalium suffragiis ad Summum Pontificatus apicem ascendit, ac die Iouis 6. Kalend. Decembris 1523. coronatur. Qui cum Beatum Antonium Florentinum sacræ Theologiæ professorem, ex gremio Sacri Ordinis Prædicatorum, & ex officio Vicariatus Generalis, Congregationis eiusdem Regularis Obseruantiæ, in Archiepiscopum Florentinum assumptum, Sanctorum Dei Catalogo, atque Beatorum Confessorum, & Doctorum consortio ab eodem Adriano prædecessore suo solemniter asscriptum, & aggregatum, reperisset super illius Canonizatione litteras Apostolicas, quas idem Adrianus morte præuentus conficere minime potuerat, conficiendas decreuit, Annumque Iubilæi 1525. octauo celebrauit, obiit Romæ 6 Kalen. Octobris, 1534. & sepultus fuit in Basilica Sancti Petri, deinde vero ad Ecclesiam S. Mariæ supra Mineruam translatus fuit.

I.

Conseruatores Ordinis Minimorum Fratribus deputat illorumque officium, & potestatem tribuit, & declarat.

Similem declarationem in huiusmodi Conseruatorum materia habes supra in Bulla Maris Magni Sixti IV & infra Const. 4. Pii V. & Decreto 12. Sacræ Regularium Congregationis.

Vniuersis, & singularis Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & Prioribus, & aliis personis, in dignitate Ecclesiastica constitutis ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, necnon eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, seu Vicariis in Spiritualibus Generalibus, vbilibet constitutis.

CLEMENS Papa VII. Venerabiles fratres, & dilecti filii, salutem, & Apostolica benedictionem. Conquestionem dilectorum filiorum Generalis, & Prouincialium, ac aliorum Correctorum, & vniuersorum Fratrum ord. Minimorum S. Francisci de Paula percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati, & Rectores, eorumque Vicarii & Officiales, ac Clerici, & aliæ Ecclesiasticæ personæ, tam Religiosæ, quam Seculares, necnõ Laici, Communia Ciuitatum, & Diœcesium, ac aliarum diuersarum partium, qui nomen Domini vacuũ recipere non formidant, à prædictis Correctoribus, & Fratribus quartam canonicam, seu alias portiones ex rebus, & bonis eis ratione funeralium, & Christi fidelium piorum legatorum ad certos, & determinatos vsus, præsertim ad fabricam Ecclesiarum, domorum, & locorum suorum, seu in eleemosynam, aut alias sibi piè relictis, velle rogatis, ac decimas fructuum ex possessionibus & prediis terrarum ad eos legitimè spectantibus & pertinentibus prouenientium, contra priuilegia, & Indulta Apostolica eis, & ordini, ac domibus prędictis concessa, exigunt, & inde exigere conantur, ac relicta, & erogata huiusmodi indebite occupata detinent, seu ea detinentibus, aut decimas, & portiones huiusmodi exigentibus, præstant auxilium, consilium, vel fauorem, & alias ipsis super his ac aliis libertatibus, priuilegiis, & indultis, domibus, & ordini prædictis, illorumque personis, tam a Romanis Põtificibus prædecessoribus nostris, quam alias tite a regibus & aliis Principibus sæcularibus concessis: Necnon bonis, rebus, & aliis iuribus ad dictas domos, illarumque Sacristias spectãtibus, multiplices molestias iniurias, & iacturas inferunt, eosque coram diuersis tam Ecclesiasticis, quam Secularibus iudicibus ad iudicium trahunt: Nonnulli etiam dictum ordinẽ professi, post emissam ab eis Regularem professionem, apostatantes ad aliorum ordinum loca se transferunt, & sæpius per sæcularium habitationes, secundum vana sui cordis desideria vagando, insolenterque, & scandalosè viuendo, se ab obedientia, & subiectione suorum Prælatorum, etiam prętextu indultorum, seu licentiarum a Sede Apostolica surreptitiè impetratatum, subtrahunt, in contemptum Religionis, & animarum suarum periculum, & scandalum plurimorum. Quare generalis, & prouinciales, ac alii Correctores, & Fratres prædicti, nobis humiliter supplicare fecerunt, vt non eis valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Sedẽ prædictam habere recursum pro-

prouidere ipsis super hoc paterna diligentia curamus. Nos igitur, qui pro debito pastoralis officij, Religiosorum personarum quarumlibet et dispendijs occurrimus, & profectibus libenter intendimus, aduersus exactores, occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores, ac subtrahentes se ab obedientia huiusmodi; illis volentes eisdem Correctoribus, & Fratribus subuenire, per quod illorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur, Discretioni vestræ per hæc scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis, Conseruatores, & Iudices, prædictis Generali, prouincialibus, & alijs & Correctoribus, & Fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem super libertatibus, priuilegijs, indultis, rebus, & bonis prædictis ab eisdem, & quibuslibet alijs indebite molestari, vel eis grauamina, vel damna, seu iniurias irrogari, aut coram quibuscumque iudicibus ordinarijs, vel delegatis etiam Apostolicis, quauis occasione, vel causa, etiam criminali, eosdem Fratres trahi, factoti generali, prouincialibus & alijs Correctoribus, ac Fratribus prædictis cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de prædictis, & alijs personis quibuslibet super restitutione bonorum, ac rerum, & iurium prædictorum, necnon libertatum, priuilegiorum, & indultorum prædictorum, & aliorum eis pro tempore concessorum obseruatione. Necnon professorum, & se ab obedientia subtrahentium huiusmodi ad regularia loca dicti ordinis reuocatione, & reductione, de quibuslibet molestijs, iniurijs, atque damnis præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, in alijs vero prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum ministrare, inhibendo etiam quibuscumque iudicibus prædictis, tam in principio, quam in medio, vel in fine causæ, ne in causis dictorum Fratrum, etiam criminalibus eisdem inuitis, se quomodolibet intromittat, ac occupatores, seu detentores, exactores, præsumptores, molestatores, ac iniuriatores huiusmodi, necnon inobedientes, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis exstiterint, quandocumque, & quotiens expedierit, auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, illos, quos censuras & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, eas incurrisse declarate, & quoties opus fuerit, etiam iteratis viribus) aggrauare curetis. Ceterum, si per summariam informationem super his per vos habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, exactores, præscriptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, ac alios, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis faciendis, tutus non pateat accessus: Non vobis citationes, & monitiones quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad notitiam citandorum, & monendorum huiusmodi peruenire valeat, plenam, & liberam concedimus, tenore præsentium facultatem, ac volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod monitiones sic factæ, perinde eosdem citatos, & monitos arctent, ac si eis personaliter intimatæ exstitissent, non obstantibus tam fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus diætis, dummodo non vltra tres diætas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, quàm alijs, quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis tam de iudicibus delegatis, & conseruatoribus, quam personis vltra centum numerum ad iudicium non vocantibus. Necnon quibuslibet priuilegijs, & indultis Apostolicis, quibusuis personis secularibus, vel regularibus, Militijs, Communitatibus, Vniuersitatibus, Capitulis, Castris, Villis, Terris, & locis prædictis, ac quibusuis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, aut alijs Ecclesijs, Capitulis, Conuentibus, Monasterijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam de non trahentis eorum subditis, vel personis ipsarum Ecclesiarum, Ciuitatum, Vniuersitatum, Castrorum, Villarum, & locorum respectiue extra eas, aut coram illis iudicibus, & personis, quam eis etiam vigore quarumcumque litterarum Apostolicarum, aut alias quibusuis modis, & quanticumque, & sub quibusuis verborum

borum formas, & clausulas, etiam plena, expressa, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaeuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus. Quodque vos filij Canonici, Officiales, & Vicarij de personis, quae deputari possint Conseruatores non sitis, seu aliquibus communiter, vel diuisim e praedicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & eorum personis, locis & ordinibus mentionem, caeterisque contrarijs quibuscumque. Caeterum, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus, quodque à datis praesentium sit vobis, & vnicuique vestrum in praemissis omnibus & eorum singulis coeptis, & non coeptis, praesentibus, & futuris, perpetua potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possitis in praemissis omnibus coeptis, & non coeptis, praesentibus, & futuris, & pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia, & singula coram vobis coepta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in praedictis omnibus, & singulis per citationem, & modum alium perpetuo legitimum extitisset, constitutione praedicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantibus. Volumus etiam, & Apostolica auctoritate decernimus quod ipsarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiae Ecclesiasticae, aut personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur eisdem praesentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die 19 Martij 1524. Pont nostri anno primo.

* *
*

II

Declarat priuilegia, & gratias, & indulgentias vni domorum Minimorum concessas, ad omnes, & singulas eiusdem ordinis domos extensas esse, illisque de nouo concedit.

Dilectis filijs Fratribus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

CLEMENS Papa VII. Dilectis filijs salutem, & Apostolicam benedictionem. Deuotionis augmentum vestris Deo propitio prouenire confidimus, si in his, quae statum vestrum tranquillum concernunt, nos vobis gratiosos, & fauorabiles exhibuerimus. Cumque sicut nobis nuper expositum fuit, licet dum fel. rec. Iulius II. & Leo X. Rom. Pont. praedecessores nostri omnia, & singula priuilegia, immunitates, & indulgentias, exemptiones, & indulta alicui domui vestri ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, particulariter, seu domibus alicuius prouinciae eiusdem ordinis specialiter concessa, ad omnes, & singulas domos ipsius ordinis extendi voluerit. Ac idem Leo praedecessor omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, Ecclesias vestrarum domorum in Purificatione, & Annunciationis, & Assumptionis gloriosae Virg. Mariae festiuitatibus, necnon in festiuitate omnium Sanctorum deuote visitantibus, decem annorum, & totidem Quadragenarum indulgentiam misericorditer elargitus fuerit. Necnon Correctoribus earundem domorum, sex, aut plures idoneos Confessores pro dictorum Christi fidelium confessionibus audiendis deputandi facultatem concesserit. Nihilominus a nonnullis nimium curiose haesitatur, an domus post concessionem praedictam, de nouo constructae, seu susceptae, eisdem priuilegijs gaudere, & Correctores pro tempore indulgentiarum huiusmodi Confessores, quot necessarij fuerint deputare possint. Nos dicti vestri ordinis vberes fructus in agro Domini Ecclesiae afferentes, prosperum, & tranquillum statum, ac felicem successum, paterno zelantes affectu, ac ne super praemissis aliquod haesitationis dubium exoriri possit, prouidere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati omnia, & singula priuilegia immunitates, indulgentias, exemptiones, & indulta, vni aut pluribus domibus Ordinis huiusmodi specialiter concessa, ad omnes, & singulas ipsius ord. domos de nouo susceptas, & suscipiendas, eadem

dem auctoritate Apostol. per [illegible] nouo ex [illegible], & ampliando [illegible] domos susceptas, & suscipiendas, eisdem priuilegiis, gratiis, & indulgentiis alias [illegible] specialiter concessis, pariformiter, & æque principaliter potiri, & gaudere, ac si singulis [illegible] suscepti, ac suscipiendis, & Christi fidelibus [illegible] Ecclesias visitantibus specialiter concessæ fuissent. Ac tempore indulgentiarum Correctores domorum huiusmodi, tot, quot iuxta multitudinem populi necessarij fuerint Confessores deputare posse, & sic ab omnibus censuris absoluere debere, auctorit. & tenore prædictis decernimus, & declaramus, non obstantibus quibusuis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Constit. editis Generalib. vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscat. die 21. Septembris, 1532. Pontificatus nostri anno IX.

III.

Facultatem dandi licentiam vendendi, & alienandi bona immobilia Generali, & prouinciali Romanæ ordinis Prædicatorum tribuit

Eamdem facultatem concessit Leo X. Fratribus Minorum Const. 14. Sed Ampliorem concessit Gregorius XIII. primi Generali Fratrum Ordinis Eremitarum, quam habes Const. 7.

Dilecto filio Magistro Generali & Prouinciali Romano reformati O. Prædi.

CLEMENS Papa VII. Dilecti filij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit Dilectus filius Thomas de Strozzijs Ordinis Præd. professor, Quod licet aliàs fel. rec. Leo Papa X. prædecessor noster, per suas in forma Breuis litteras tam Magistro generali, quam Vicario congregationis Sanct. Marci de Florentia, ordinis prædicti pro tempore existentibus, facultatem sibi subditis in Italia Conuentibus Fratribus, Monasterijs, Sororibus, seu Monialibus, necnon Collegijs, ac personis vtriusque sexus de pœnitentia, dicti ordinis nuncupatis, bona immobilia pro euidenti vtilitate ipsorum locorum, [illegible] permutandi, & vendere possent licentiam dandi sub Dat. [illegible] vigesima quinta Iulij, Pontificatus [illegible] anno secundo, concesserit. Quia tamen à nonnullis in dubium reuocari posset, an litteræ prædictæ censeantur reuocatæ, eo quod nos nuper certis ex causis tunc expressis, congregationem S. Marci supprimentes, ac penitus extinximus, domosque, ac loca, necnon vtriusque sexus personas, quæcumque congregationis suppressæ, & extinctæ huiusmodi sub prouincia Romana perpetuo existere, ac per prouincialem dictæ prouinciæ Romanæ reformatum perpetuo regi, per nostras sub plumbo litteras, sub Dat. sexto Kal. Nouemb. Pont. nostri anno septimo, instituimus, & voluimus. Nos ad huiusmodi dubium tollendum auctoritate Apost. tenore præsentium concedimus, vt pro tempore existens tam Magister generalis, quã prouincialis Prouinciæ Romanæ reformatæ huiusmodi sibi subditis in Italia Conuentibus Fratribus Monasteriis, Sororibus, seu Monialibus necnon Collegiis, ac personis vtriusque sexus de pænitentia dicti ord. nuncupatis, dicta facultate vti possint, videlicet licentiam concedendi, bona Conuentuum, & locorum huiusmodi ad certum tempus, ac in perpetuũ locandi, vel emphyteusim ad lineam masculinam concedendi, siue commutandi, aut vendendi, vel quocumque alio titulo alienandi bona immobilia, & preciosa mobilia minus vtilia, quæ nunc habent, & in posterum iusto titulo habituri sũt, tã pro satisfactione debitorũ vel alias pro necessitate, seu vtilitate Conuentuũ, & locorum prædictorum contrahendorum, aut eadem vtilitate suggerente cõtrahendorum, quorum alia eui[illegible] vtilitate ipsorum Conuentuum, Monasteriorum, vel Collegiorum, prouiso tamen, quod precium ipsorum bonorum immobilium (si vendantur) vel aliàs quouis modo alienentur, centum ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedat, & in emptionem, reparationem, aut augmentum aliorum immobilium, aut necessariorum bonorum, seu prædictorum debitorum realem solutionem cum effectu conuertatur, & ad hoc accedat consensus duarum partium vocalium Conuentus, Monasterii, vel Collegii, cuius sunt, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac fel. record. Pauli II. prædecessoris nostri, contra alienantes res Ecclesiasticas, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 25. Febr. 1531. Pont. nostri anno VIII.

IV.

Declarat, Fratres Minores Conuentuales ab obedientia Magistri Generalis existentes, iuxta B. Francisci Regulam viuere, & priuilegiis vniuerso Ordini concessis, vti, & frui posse.

Istorum Fratrum Priuilegia confirmauit etiam Paulus II. vt supra, C. 1.

CLEMENS Papa VII. Dilectis filiis Fratri Antonio Saxolino Generali, & prouincialibus Magistris, ac Fratribus ord. Minimorum Conuentualium nuncupatorũ. Dilecti filii, salutem, & Apostolicam benedictionem. Religioni deditis Apost. fauoris præsidium libenter impendimus, & ne spiritualiter, vel temporaliter detrimenta patiantur, & vt in contemplationis suauitate tranquillum Domino reddere possint famulatum, nostri Ministerij partes propensius adhibemus. Cum itaque dudum fel. rec. Leo Papa X. prędecessor noster pro vniuersali vnione vestrum, & aliorum Fratrum d. Ord. B. Francisci inter alia per diuersas suas litteras statuerit, quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus, Min. Gen. totius Ord. S. Franc. huiusmodi a solis reformatis d. Ord. viuentibus absque priuilegiis bona temporalia concernentibus eligi debere. Cui omnes, & singuli Fratres secundũ Reg. B. Franc. se subiicere, & obedire tenerentur, & deinde quod vos filii, Fratres Conuentuales cum priuileg. à Sede Apost. concessis viuentes, redditus, & possessiones, ac bona temporalia secundum huiusmodi priuilegia retinere volẽtes, vnus ex vobis idoneum, qui vester Mag. Gen. appellaretur, & vestram curam gereret, eligere possetis, ac ex tunc a Reformatis Min. Gen. a vobis filii Fratres Conuentuales Mag. Gen. electi fuerint. Et sicut nobis nuper exponi fecistis. Quia in Regula Sãcti Francisci huiusmodi, ac Ord. vestri Minorum statutis, & consuetudinibus necnon priuilegiis, & indultis Apost. eisdem Ordini, & illius Fratribus cõcessis nulla de Mag. Genet. aut Prouincialibus Magistris dumtaxat de Min. Gen. & Prouincialibus Ministris mẽtio facta sit, ab aliquibus hæsitari posset, an vos, & pro tempore existens Gen. Prouincialis Mag. necnon Fratres Conuentuales Ord. Min. huiusmodi, ex quibus d. Min. Gen. eligi consueuerat, secundum Regulam S. Francisci, & statuta huiusmodi viuatis, & an priuileg. & indulta olim Ministri Gen. concessa vobis suffragentur. Nos, qui prospe- rum statum vestrum, quem in visceribus gerimus charitatis, paterno zelamus affectu, attẽdentes propter mutationem nominis Ministri in Magistrum vestri regularia instituta mutata non esse, ac volentes priuilegia, & indulta vobis cõcessa illæsa permanere, & quieti vestræ consulere ac propterea huiusmodi hæsitationis materiam summouere vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apo. decernimus, & declaramus vos & pro tempore existentes Fratres Conuentuales ord. Min. sub d. Mag. Gen. viuentes, non aliter, quam iuxta B. Franc. ordin vestri institutoris Regulam viuere, necnon priuilegiis, & indultis prędictis, absque vlla differentia, aut exceptione vti, potiri, gaudere, illaque vobis suffragari debere, in omnibus & per omnia, perinde ac si nomina huiusmodi mutata non fuissent. & sic per quoscumque iudices quauis auctoritate fungentes sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, quidquid secus contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusuis concessionibus sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium forsan factis, & faciendis, quas quo ad præmissa nemini suffragari volumus, ceterisque contrariis quibuscũque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1. Decemb. 1524. Pont. nostri, anno I.

V.

Confirmatio, & ampliatio Priuilegiorum Fratrum, Monialium & Confratrum Ord. Carmelitarum.

Similem confirmationem illius Ord. Fratribus fecit Gregorius XIII. quam habes supra, Carm. 9.

CLEMENS Episc. seruus seruorum Dei, ad perpet. rei memor. Ex clementi Sedis Apost. prouisione, necnon personarum Deo deuotarum sub Religionis iugo, & regulari castimonia Domino militantium post pia deuotione prouenire dignoscitur, vt Ro. Põt. quandoq; per prædecessores suos Rom. Pont. pro personarum earumdem, ac illorum locorũ felici successu, & quiete, ac Christi fideliũ piis operibus, vacantiũ animarum salute concessa, & approbet, & innouet, ac innouata commu- niat,

niat, & alia de nouo concedat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum Nicolai audet Generalis, ac Prouincialium, & Priorum ordinis B. M. Virg. de Monte Carmelo, necnon Confratrum vtriusque sexus Confraternitatum in Ecclesiis domorum eiusdem ord. institutarũ, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, quod alias fel. rec. Ioannes XXII. & Alex. V. Ro. Põt. prędecessoris nostri vniuersis, & singulis Christi fidelibus qui Confraternitatem de Monte Carmelo ingredi, seu Confratrum confraternitatum huiusmodi numero asscribi, ipsiusque Ordinis Statuta obseruare, ac habitum dicti ord. deferre, seque fratres, & Sorores dicti Ordin. appellare, ita quod si mulier virgo castitatem, vidua vero continentiam, coniugata autem matrimonii iura, prout Sancta Eccl. præcipit tempore earum ingressos inuiolabiliter seruare velle promitterent, & obseruarent, tertiam partem suorum peccatorum in Domino relaxarunt, ac ipsa gloriosiss. Dei Genitrix semper Virgo Maria ipsorum confratrum seu religiosorum, ac Sororum animos post eorum transitum suis intercessionibus continuis ijs suffragijs, & speciali protectione adiuuabit, quodq; Confratres ipsi grattarum earumdem prædecessorum participes fieri volentes, horas Canonicas iuxta formam ab Alberto Patriarcha dicto Ord. concessam, & ordinatam recitare, ignari verò litterarum diebus quibus S. Eccl. ieiunare præcipit, ieiunare, necnon quarta feria, & sabbato toto tempore vitæ eorum, præterquam die, qua aliquam ex festis prædictis Natiu. D. N. Iesu Christi, occurrere contigerit a carnibus abstinere deberent. Ac etiam nonnulli alii Rom. Pont. etiam prædecessores nostri, quam plura, & diuersa priuilegia, immunitates, exemptiones, præsertim quartã funeraliũ presbyteris secularibus non soluendi, ac indulta indulgentias, & peccatorum remissiones, ac gratias dicto ordini, illiusque Fratribus Moni. lib. Sororibus & vtriusq; sexus personis, ac Monalteriis Monialiũ, & domib. Sororũ, eorumq; Ecclesiis, & locis quibuscũq; & per modũ extensionis, seu cõmunicationis, & alias concesserũt, prout in diuersis eorumdem prædecessorũ litteris desuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Gen. Prouincialiũ Priorum vtriusq; sexus Confratrum prædictorũ asserentium refrigescente indies fidelium deuotione dd. nos Fratrum, & Sororum, ac monasteria huiusmodi non modica reparatione indigere, & propterea fideles ipsos ad temporalia bona pro huiusmodi reparatione concedenda spiritualibus bonis, & gratijs inuitare oportere, ac ad id inducere necesse fore, nobis fuit humiliter supplicatum, vt priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, & gratias, ac alia prædicta approbare, & innouare, & inuiolabiliter obseruari mandare, illaque propotiori cautela de nouo concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti ordinis, quem præ cæteris in visceribus gerimus charitatis, prosperum, & tranquillum statum, ac animarum salutem paterno zelantes affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati, Ioannis, & Alexandri, ac aliorum prædecessorum nostrorum litteras, ac per eosdem prædecessores omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam non soluendi quartam funeralium presbyteris secularibus (quoad Fratres domorum in possessione, quartam ipsam non soluendi existentes duntaxat,) ac indulta indulgentias (citra plenarias) peccatorum remissiones, & gratias Ordini & illius Fratribus Monialibus, Sororibus, & vtriusque sexus Confratribus, & personis, domibus Monasteriis, Ecclesijs, & locis quibuscunque, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet etiam per nos, & Sedem Apostolicam concessas, quorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, ipsosque Fratres, Moniales, Sorores personas, monasteria, domos, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, Indultis, indulgentijs (citra tamen plenarias) peccatorum remissionibus, & gratijs, quibusuis congregationibus dicti, & aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, Fratribus, & personis, ac ~~congregationibus~~ confraternitatibus, suæ professioni non contrarijs, a quibusque ordinibus quibuscumque, etiam non Mendicantium, quomodolibet concessis, & concedendis in genere, vti, frui, & gaudere posse, atque debere in omnibus & per omnia, perinde ac si eis concessa fuissent, decernimus. Necnon pro potiori cautela ea omnia etiam de nouo concedimus, ipsiusque ord. Fratres ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis penitus

eximimus, & sub nostra, ac dictæ Sedis protectione suscepimus, ac eisdem Inquisitoribus sub excommunicationis latæ sententiæ, & officiorum suorum priuationis pœnis districte inhibemus, ne de dicti Fratribus etiam ratione criminis hæresis quoquo modo se intromittere præsumant. Decernentes irritum, & inane, quod quid per eos scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Omnibusque & singulis vtriusque sexus Confratribus, & cuilibet eorum presbyterum aliumque idoneum sæcularem, vel cuiusuis ordinis, etiam Mendicantium, & de Obseruantia Regularem in suum possint eligere confessorem, qui vita e... eos, & eorum quemlibet a quibusuis etiam maiori excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis suis censuris, & pœnis, a iure vel ab homine quauis occasione, vel causa pro tempore latis, & a quibusuis etiam quibus pro tempore irretiti fuerint, etiamsi illorum absolutio Sedi prædictæ specialiter, vel generaliter præterquam si per litteras in Cœna Domini legi solitas reseruata foret, ac quorumcunque votorum, & iuramentorum, Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, periuriorum, simoniæ, & homicidii mentalis, vel casualis reatibus, manuum violentarum, in quasuis personas Ecclesiasticas, nõ tamen Episcopos, vel eorum superiores, de præterito iniectionibus, ieiuniorum, horarum canonicarum, diuinorum offitiorum, ac pœnitentiarum iniunctarum in toto, vel in parte omissionibus, omnibusque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò consulenda foret in casibus dictæ Sedi qualitercumque reseruatis, exceptis contentis in dictis litteris Cœnæ Domini, semel in vita, & in mortis articulo, de aliis verò dictæ Sedi non reseruatis casibus, toties, quoties opportunum fuerit, eorum confessionibus diligenter auditis absoluere, illisque pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, vota verò visitationis quæcunque ultramarina liminum beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe, & Sancti Iacobi in Compostella, necnon religionis, & Castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, & iuramenta quæcunque sine tertij præiudicio relaxare, ac omnium eorum peccatorum semel in vita, & in mortis articulo, vt præfertur, etiamsi tunc non subsequatur, plenariam remissionem, & absolutionem, & auctoritatem Apostolicam impendere possit. Liceatque omnibus & singulis vtriusque sexus Confratribus præfatis, cuilibet eorum habere Altare portatile cum debita reuerentia, & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, etiam non sacris, & quamuis etiam Apostolica auctoritate interdictis, seu tempore interdicti diuinis, dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto, sed cessationi, & per eos non stet, quo minus pareatur Apostolico interdicto, etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, seu circa meridiem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, in eorum præsentia, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce Missas, & diuina officia per Sacerdotes sæculares, vel regulares huiusmodi celebrare, ac quocunque tempore Eucharistiam, & alia Sacramenta Ecclesiastica, a quocunque maluerint presbytero idoneo, & vbicunque sine Rectoris parochialis Ecclesiæ præiudicio recipere, & administrare liberè, & licitè valeant. Et si contingat eos, vel eorum aliquem tempore interdicti huiusmodi ab humanis decedere, corpora eorum Ecclesiasticæ cum ... honesta tamen funerali pompa tradi possint sepulturæ. Quodque singulis Quadragesimalibus & aliis cuiuslibet anni temporibus, & diebus stationum Basilicarum, & Ecclesiarum Almæ Vrbis Romæ, & extra illius muros vnam, vel duas Ecclesias, aut vnum, duo, vel plura altaria in partibus illis, vbi eos, seu eorum aliquem residere, seu quo deuenire contigerit, quas vel quilibet eorum duxerit eligendas, vel eligenda, deuote visitando, tot, & singulas, ac similes indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si singulis diebus easdem singulas dictæ Vrbis, & extra eam Ecclesias, pro stationibus huiusmodi deputatas, personaliter visitarent. Insuper etiam, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, qui pro Monasteriorum, & domorum reparatione, ac Fratrum huiusmodi sustentatione manus porrexerunt adiutrices, supradictas indulgentias consequi possint, & consequantur. Omnibus vero & singulis aliis Christi fidelibus vtriusque sexus qui dictum Ordinem, illiusque domos, & Monasteria, Fratres, Sorores, & Moniales huiusmodi suis eleemosynis, & subsidijs pro tempore iuuerint, ... quilibet eorum omnium precum, suffragiorũ, eleemosynarũ ieiu-

Ieiuniorum, orationum, Missarum, Horarum Canonicarum, disciplinarum, peregrinationum, & cæterorum spiritualium operum, quæ pro tempore in vniuersali Sacro sancta Ecclesia militante fiunt, in perpetuum participes fiant, & omnibus alijs, quibus eius membra gaudent, ac omnibus alijs, qui gratias eorundem Confratrum gaudere voluerint aliquam eleemosynam, ac charitatem, prout eis, ac præsidentibus Confraternitatum huiusmodi visum fuerit, dando, & largiendo gratiarum huiusmodi participes, fiant, indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegiis, indultis, & literis Apostolicis per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & eandem prædictam, etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si per illorū sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & indiuidua, ac verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda forent, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorumq; omniū, necnon quarumcumque etiam in forma Breuis litterarum occasione præmissorum quomodolibet confectarum, & quorumcumq; in eis contentorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis, quæ præfati prædecessores in eorum litteris voluerunt, nō obstare, ceterisq; contrariis quibuscumque. Volumus autem, quòd præsentium transumptis manu alicuius publici Notarii subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extrà adhibeatur quæ præsentibus originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum approbationis, innouationis, concessionis, exemptionis, suspensionis, inhibitionis, decretorum, indulti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ. Millesimo quingentesimo trigesimo. Pridie Idus August. Pontificatus nostri anno septimo.

VI.

Priuilegium de celebranda Missa pro anima a Purgatorio liberanda Fratribus Ordinis Minimorum, & eorum prælatis in domo Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe ex fl[...]ntibus, viuæ vocis oraculo concedit.

NOS Laurentius Episcopus Albanensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sanctorum quatuor, ac maior pœnitentiarius, vniuersis, & singulis Christi fidelibus, præsentes litteras nostras inspecturis, fidem facimus, & attestamur. Qualiter Sanctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dominus Clemens diuina prouidentia Papa VII. ad humiles preces nostras, dilectis nobis in Christo Venerabilibus Religiosis, Correctori domus Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe, ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, ac aliis Fratribus domus Sanctissimæ Trinitatis dumtaxat, generali verò ac Zeloso, necnon prouincialibus & localibus correctoribus & aliis superioribus ordinis, etiam pro tempore existentibus, ac vnicuilibet ipsorum secundum Religionis ingressum, antiquiori socio, vbicumque transferre ex merito obedientiæ cōtigerit, vt singulis secundis, & quartis feriis cuiuslibet hebdomadæ totius anni, Missas pro animabus defunctorum celebrare volentes, easdem indulgentias pro animabus defunctorum huiusmodi consequantur, ac si in Ecclesia Sancti Sebastiani, Laurentii, & Aracæli, etiam Gregorii, & Potentianæ, extrà, & intrà muros Almæ vrbis celebrassent, ac pari modo Missæ huiusmodi animabus defunctorum, pro quibus eas celebrandas duxerint, suffragentur, perinde ac si in præfatis, & aliis quibuscumque, etiam qualitercumque

p…uiviatis Ecclesijs intra, & extra muros Vrbis cel… …, facto nobis desuper viuæ vocis oraculo. Concessit pariter, atque indulsit præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis, & in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In quorum omnium fidem litteras nostras fieri, nostrique sigilli oblongi iussimus appensione communiri. Datum Romæ, in ædibus nostris, sub anno à Natiuitate Domini 1524. die vero 10. Mensis Iulij Pontific. Sanctissimi Domini in Christo patris, & Domini Nostri D. Clementis, diuina prouidentia Papæ VII anno primo.

VII.

Priuilegia quæcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, Fratribus Minoribus de Obseruantia conceduntur, innouantur, & communicantur.

CLemens Papa VII. ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos ordo, sacer dilectorum filiorum Fratrum Minorum Regularis obseruantiæ in agro militantis Ecclesię cum propagatione religionis, ac defensione, & augmento fidei Catholicæ, ac salute Christi fidelium produxit hactenus, & in dies producit, diligenter attendimus, dignum, quin potius debitum putamus, vt eius statum prosperum, & tranquillum omni diligentia procuremus, illiusque religiosas personas specialibus fauoribus, & gratijs prosequamur, hinc est, quod nos motu proprio, & ex certa nostra scientia, tenore præsentium omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, præsertim, non soluendi Clericis Secularibus quartam funeralium, quo ad Fratres in possessionem non soluendi quartam huiusmodi existentes, ac omnia & singula indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias dicto Minorum, ac Sanctæ Claræ, ac tertio de pænitentia nuncupato ordinibus, illorumque Fratribus Monialibus, Sororibus, & vtriusque sexus personis, ac Monasterijs, domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumque, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pontif. prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam concessa auctoritate Apost. tenore præsentium approbamus, & innouamus, & Perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, ipsosque Fratres, Moniales Sorores, personas, monasteria, domos, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indulgentijs, peccatorum remissionibus, & gratijs quibusuis, congregationib. dictorum ordinum, aliorumque ordinum, Mendicantium quomodolibet concessas, & concedendas, necnon etiam quibusuis facultatibus, & gratijs suæ professioni regularis obseruantiæ non contrarijs, alijs ord. quibuscunque non mendicantibus quomodolibet concessis, & concedendis, vti, frui, & gaudere posse, atque debere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si eis concessa specialiter fuissent, & constitutiones in vltimo Capitulo generali dicti Ord. Min. Reg. obseruantiæ in prouincia Burgen. Regni Castellæ factas, plenam roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, quamdiu per Capitulum aliud Generale dicti ordinis mutatæ non fuerint, inuiolabiliter obseruari debere, necnon regulam ipsam per Sanctum Franciscum pro Fratribus ord. Min. institutam, obseruabilem, meritoriam, fundatam super sacrum Euangelium existere, & quocunque cuiuscumque status, dignitatis, aut conditionis scribentes, aut asserentes regulam ipsam non meritoriam, vel inobseruabilem, seu sacro Euangelio repugnantem esse, in hoc eorum assertionem huiusmodi non esse tenendam, nec admittendam, authoritate, & tenore præmissis decernimus, ac volumus, & mandamus, ipsosque Fratres ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis eximimus, & sub nostra, & Apostolicæ Sedis protectione suscipimus, ipsisque Inquisitoribus sub excommunicationis sententia, & officiorum suorum priuatione inhibemus: ne de dictis Fratribus etiam ratione criminis hæresis quoquo modo se intromittere præsumant, sicque per quoscumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas vbique iudicari, cognosci, atque decerni debere, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, cognoscendi, & diffiniendi facultate, necnon irritum & inane, si secus super his, à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, esse decernimus, & nihilominus venerabili fratri Archiepiscopo Florentino, & dilecto filio vicario nostro in Vrbe, nunc, & pro tempore existentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios, auctoritate nostra faciant præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque plenum affectum sortiri, illisque monasteria, domos, Fratres, Moniales, & Soro-

& Sorores, ac personas Minorum, & S. Claræ, ac tertij ord. prædictorum, & alios quoscumque, quos quomodolibet concernunt, pacificè frui, & gaudere. Nec permittant quemquam contra honorem præsentium modo aliquo impediri, molestari, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per priuationem quorumcumque beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, & inhabilitatis ad illa, ac alia in posterum obtinenda, ac qualcunque, de quibus videbitur, censuras, & pœnas, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Octaui prædecessoris nostri, etiam de vna, & in Concilio Gen. de duabus diætis edita, ac alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, & quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, reformatis, & innouatis, quibus etiam, si pro illorum sufficienti derogatiōne de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & eis caueatur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium, nec non quarumcumque etiam in forma Breuis litterarum occasione præmissorum quomodolibet confectarum, & quorumcumque in eis contentorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id seruandas pro indiuiduis seruatis habentes, hac vice dumtaxat illis aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus: necnon omnibus quæ in dictis concessa sunt, non obstantibus contrarijs, quibuscumque, & aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit S. de indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possit, per litteras Apost. non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu alicuius publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 30. Maij 1525. Pontificatus nostri anno secundo.

PAVLVS TERTIVS.

Alexander Farnensis ex antiqua, & nobili Romana familia oriundus, Leone X. ex Diacono S. Eustachij Episcopus Tusculanus à Clemente VII. Ostiensis, Senatusque princeps institutus, septuagenarius Comitiis Vaticanis Patrum suffragijs electus Non. Nouembris, Anno 1534. Summus Pontifex coronatus est, Societatem nominis Iesu confirmauit, ac Generale Concilium Tridentinum. Datum Romæ 4. Idus Nouembris, 1549. & sepultus fuit Romæ in Basilica Sancti Petri.

I.

Priuilegia, & indulta Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci confirmat, nonnullaque alia eis decernit.

Similem declarationem fecit in fauorem dictorum fratrum Clemens VII. vt supra Const. 4.

Dilectis filijs Generali, & prouincialibus Magistris, vniuersisque Fratribus Ordinis Minorum Conuentualium nuncupatorum.

PAVLVS Papa III. Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Magistris, Vniuersisque Fratribus Ordinis Minorum Conuentualium nuncupatorum. Dilecti filij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod licet quamplura priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratiæ, & indulta, vobis, & ordini vestro per diuersos Romanos Pontif. & præsertim Sixtum IV. per quasdam sub pridie Kal. Septemb. incipientes, Vniuersalis Ecclesiæ, Mare magnum, nuncupatas, & Leonem X. prædecessores nostros, per alias super electione Magistri Generalis eiusdem ordinis, vniuersalique vnione, & concordia inter vos, & fratres dicti ord. Min. de Obseruantia nuncupatorum initis, sub pridie idus Iunij datis, eorum

Pontificatus 4. & 5. respectiuè annis desuper confectas sub plumbo litteras, Bullam concordiæ nuncupatas, concessa fuerint, & inter cetera vobis per Sedem Apostol. indultum fuerit, quod in temporalibus bonis, in quibus de iure succederetis, si in seculo maneretis, succedere: Necnon legata, relicta, eleemosynas, & quamcumque pecuniarum summam, aliaque bona, quæ vobis in futurum relinqui, vel elargiri contingeret, recipere, tenere, & habere, ac in vestros vsus conuertere, omnibusque & singulis alijs priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, & indultis Fratrib. dicti ordinis Minorum de Obseruantia nuncupatis, & illorum ord. prædictis quomodolibet concessis vti, frui, & gaudere liberè, & licitè possetis, prout in singulis prædictis, & alijs desuper confectis litteris plenius continetur, ipsaque priuilegia exemptiones, immunitates, & libertates, gratiæ, indulta, & concessiones, in viridi sint obseruantia: Cupitis tamen pro maiori animi vestri satisfactione, priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates gratias, indulta, & concessiones huiusmodi auctoritate nostra roborari. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt vobis vestris huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quorumlibet Christi fidelium, præsertim Religiosorum, qui salutiferos fructus in agro Domini, eo continua eorum cultura producunt, votis quantum nobis cum Deo licet annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & concessiones huiusmodi, & desuper confectas litteras, quarum omnium tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Decernentes ea (ita tamen, quod temporalia bona vobis per prædecessores nostros concessa de superiorum vestri licentia tantum, & in vestros vsus particulares conuertere possitis) inuiolabiliter obseruari, & vobis suffragari debere: Sicque per quoscumque iudices, & Commissarios quacumque auctoritate fungentes, & sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere, irritum quoque & inane si secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et quatenus opus sit innouamus, & de nouo concedimus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum ordinum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis in contrarium forsan concessis, vel concedendis. Quibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus etiam, quod præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 27. Octob. 1540. Pontificatus nostri anno sexto.

II.

Ecclesias Fratrum Minorum, vbi Conuentus existunt, Conuentuales vocari debere mandatur, & sepulturam in eis haberi conceduntur.

Similem declarationem, & Concessionem infert Fratribus Prædicatoribus Gregorius Nonus, quæ, cum sit eadem, & illis, & alijs per communicationem deseruiat, omittitur.

INNOCENTIVS Quartus Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus Ord. Min. salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum tamquam veri & fideles Christi Ministri elegeritis vobis in Domino mansiones, dignum esse credimus, vt habitacula vestra inter alias honorabiles Congregationes fidelium statuamus. Hinc est igitur, quod vestris supplicationibus inclinati, præsentium auctoritate decernimus, vt Ecclesiæ vestræ omnes, vbi Conuentus existunt, Conuentuales vocentur, vobis nihilominus licentiam concedentes, vt in ipsis Ecclesijs ad opus Fratrum, & familiæ vestræ habere liberè cæmeteria valeatis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis

quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotenti Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni, Nonis Aprilis, Pontificatus nostri anno VII.

III.

Facultas amplissima prædicandi, confessiones audiendi, & absoluendi, R. Patribus Societatis Iesu concedi- tur.

Dilectis filiis.

Moderno, & pro tempore existenti præposito, & Sociis Soc. Iesu in alma Vrbe nostra Canonicè institutis.

PAVLVS Papa III. Dilecti filijs salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum inter cunctas solicitudines nostras, quibus nos premit Pastorale officium, illa sit præcipua, vt gregi Dominico nobis superna dispositione commisso, animarum cura non desit, ne illum antiquus serpens humano generi inimicus iam defessum, & impræparatum inuadat. Attendentes igitur ad fructus vberes, quos in Domini vinea hactenus produxistis, & producere non desinitis, vestræ Religionis integritati, scientiæ, doctrinæ, moribus, & experientiæ plurimum in Domino confidentes, vobis, quos alias & Societatem vestram Dei Iesu approbando, confirmando, & benedicendo, atque perpetuæ firmitatis munimine roborando, sub Apostolicæ Sedis protectione suscepimus. Et cuilibet vestrum, qui ad hoc onus idoneus repertus, & per vestrum Societatis præpositum pro tempore existentem deputatus fuerit, in quibusuis Ecclesijs, & locis, atque plateis communibus, seu publicis, & alias vbique locorum Clero, & populo verbum Dei prædicandi, proponendi, & interpretandi, ac eos viam veritatis docendi, & ad bene, beateque viuendum, ita vt in vobis verbo pariter, & exemplo ædificentur in Domino hortandi, & monendi. Necnon illis ex vobis, qui presbyteri fuerint quorumcunque vtriusque sexus Christi fidelium ad vos vndique accedentium confessionibus diligenter auditis, ipsos & eorum singulos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & a quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absoluendi, atque eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi, necnon vota quæcumque per eos pro tempore emissa (Vltramarinis, vel [illegible] ibus liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, necnon Religionis, & Castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscat. die tertio Iulij, anno Domini 1545. Pontificatus nostri anno vndecimo.

PAVLVS QVARTVS.

Ioannes Petrus Caraffa Neapolitanus, ordinis Diui Dominici instit. tum vt ipsi parentibus petijt, sed hinc à parentibus optimo pr[illegible] reclamantibus, vt abductus est, & ad Archigymnasia frequentiora Italiæ litteris instituendus dimissus, palmam retulit Sacræ Theologiæ, Latinus, Græcus iuxta ac Hebræus litteris apprime edoctus, apud Pontificem sui nominis splendor plurimum effulsit, à quo Archiepiscopatu Theatino donatus est, eo deinde relicto, nouum Collegium Patrum Theatinorum à Theade oppido sic dictorum, celebre hodie in Italia instituit, quod à Clemente Septimo anno 1528. confirmatum fuit. Demum presbyter Cardinalis designatus Marcello II. successit, anno 1555. Septimo Kalen. Iunii Et festum D. Dominici Prædic. ord. fundatoris, Nonis Augusti, necnon Festiuitatem Cathedræ, qua ipse B. Petrus Apostolus Romæ primum sedit, singulis anni perpetuis futuris temporibus die 18. Ianuarii in vniuersis orbis Ecclesiis sub duplici officio respectiuè solemniter celebrari voluit, statuit, atque mandauit. Obiit Romæ 15. Kal. Septembris, 1559. & sepultus fuit in Basilica S. Petri, & deinde ad Ecclesiam S. Mariæ super Mineruam translatus.

I.

Facultatem Fratrib. Ord. Minorum de Obseruantia, eorumque prælatis, sibi personas extra Ordinem in eorum Syndicos, & Oeconomos eligi tribuit, qui nomine Sanctæ Rom. Ecclesiæ temporalia negotia pertractent, cum derogatione speciali Constitutionis Ioan. XXII. Ad Conditorem Necnon priuilegia Ordinis à prædecessorib. condonata, confirmat, & innouat, ac illa, & quædam alia addendo, de nouo concedit.

Hanc eandem facult. confirmauit Pius IV. sub dat. Rom. apud S. Petr. die 27. Apr. 1561. Pont. eiusdem an. 2. Cuius Constitutionis tenor in præsenti Constitutione non ponitur, cum idem habeatur infraque Bulla Pauli III. quo alia etiam Ord. priuilegia, etiam à Greg. XIII. Const. 8. & à Sixto V. Const. 6. confirmata fuere.

PAVLVS Papa Quartus. Ad perpetuam rei memo. Ex clementi Sedis Apost. prouisione, necnon personarum Deo deuotarum

profecti sub regulari castimonia Domino militantium pia deuotione prouenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque per prædecessores suos Rom. Pontifices, pro Religionis conseruatione, & augmento, ac personarũ earumdem quiete, & commodo, concessa approbet, & innouet, ac approbata, & innouata Apost. auctorit. communiat, vt eo firmiora persistant, quo sæpius fuerint eiusdem Sedis auctoritate circumfulta. Sanè pro parte dilecti filii Clementis de Monelia, Ministri generalis ord. Frat. Min. regularis obseruátiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cũ inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth, Dei gratia, Ordo ipse magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum salutis fructus semper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, ac exinde pro suis sanctis studiis, honestisque laboribus proque salute animarum, ab Apostolica Sede, cuius continue pacem, & dignitatem ordo idem fortiter tutatus est, tã spiritualia, quàm temporalia subsidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus & sancta sua officia, ac vitam suam regularem, facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint, & cæteræ Religiosæ personæ, ordinesque alii exẽplo ipsorum, promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddatur. Cumque etiam ex ipsius Sedis prouisione, ac benigna dignitate prouenire dignoscatur, at Romanus Pont. quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontif. gesta innouet, ac innouationem, & reuocationem restauret, & Apost. auctoritate innouata, & restaurata muniat, & fulciat, ac in pristinum statum reponat, & reuocet. Et propterea nonnulli Rom. Pont. prædecessores nostri nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, & absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia, & singula priuilegia, & indulta, tam spiritualia, quam temporalia, etiam per solam signaturam, aut per oracula viuæ vocis, vel alias etiam contra apostatas tã pro foro conscientiæ quàm foro fori, tam prædictis Fratrum Minorum, quam S. Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorumque superioribus, Fratribus, Monialibus & Sororibus, ac vtriusque sexus personis, & monasteriis, domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque dictorum ordin. nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in speciem, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum inter se, ac etiam cum aliis quibuscũque ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus. Et fel. rec. Gregorius IX. Bonif. VIII. Alexand. quartus, Nicolaus V. Eugenius etiam Quartus, Leo X. Clemens VII. Paulus similiter Tertius, ac Iulius etiam Tertius, ac alii Rom. Pont. prædecessores nostri, & Sedes Apostolica, tam super exemptionibus, etiam ab ordinariorum locorum, & Legatorum, etiam de latere, ac hæreticæ prauitatis Inquisitorum iurisdictione, visitatione, & correctione, quam etiam ab omni impositione, collecta, decima, subsidio, quarta, & quinta funeralium, & legatorum partibus, pedagiis, & gabellis, ac alio quocumque grauamine per Sedem eamdem pro tempore impositis concesserint, ac piæ mem. Martinus quartus, etiam prædecessor noster, qui considerans, quòd Fratres ord. Min. regularis obseruantiæ huiusmodi, pro nulla re temporali, iuxta eorumdẽ professionem, & regularia instituta, possunt in iudicio experiri, vt exclusis quibuscumque solicitudinibus, liberius, & quietius diuinis possent vacare obsequiis, & offerentium, donantium, & concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ord. Fratrum Min. vel illius Fratribus prædictis aliquid propter Deum, pia intentio non fraudaretur, ac hæredum, & executorum negligentiis obuiari posset, ac vt ipsi Fratres secundum modos licitos, & congruos, ipsi ordini relictis sibi in Testamentis non fraudarentur; inter alia disposuit, quod Generalis, & prouinciales Ministri, ac custodes vniuersi pro tempore ipsius ordin. Fratrum Min. possent nominare speciales personas, quæ non essent de dicto ordine, pro locorum indigentia singulorum, quas personas taliter, per ipsas nominatas pro tempore in iis legitimam administrationem, & generalem, & liberam gerere, & ipsos veros, & legitimos administratores, æconomos, syndicos, & actores esse, & de plenitudine potestatis constituendo, auctoritate Apost. decreuit, qui res ipsas, & rerum prædictarum pretium, & prædictas eleemosynas nomine Romanæ Ecclesiæ, (ad quam rerum mobilium, & immobilium quibus Fratres vti possunt, proprietas, & dominium, nullo medio, spectat) recipe-

rent, per eosdem in Fratrum ipsorum vtilitates, prout eis licet ex Regula, vel declaratione Regulæ conuertendas, sicut, & quando à Generali, & prouincialibus Ministris, & custodibus prædictis, & eorum singulis constituti pro tempore in prouincia, vel custodia sibi decreta, vel ab eisdem Fratribus de assensu eorum extitissent requisiti, ac eædem personæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, transigendi quoque & paciscendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia vitanda, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præstandi, cum illis, & contra illos, qui huiusmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemosynas Fratribus in testamentis occuparent, vel violenter auferrent, siue contra voluntatem Fratrum quomodolibet obtinerent. Et generaliter in omnibus causis, rebus, & locis huiusmodi ad ipsam Eccles. spectantibus ipsorum Fratrum vsui concessis. Necnon pro immunitatibus libertatibus & iuribus, ac priuilegiis, & indulgentiis eorumdem sine cuiuslibet satisdationis, & cautionis onere plenam, generalem, & liberam haberent Apostolica auctoritate præfata in iudicio, & extra iudicium potestatem reuocandi quoque personas easdem, & earum quamlibet, ac alias eis subrogandi, & vel nominandi per supradictum modum nominationis, quoties opportunum foret, quæ eamdem in prædictis, vel similem haberent potestatem plenam, & liberam, per suas, sub datum apud Vrbem Veterem, quintodecimo Kalend. Februar. Pontif. sui anno secundo auctoritate Apostol. præfata, etiam concessit facultatem. Et licet recolendæ mem. Ioann. Papa XXII. similiter prædecessor noster constitutione, quæ incipit. Ad conditorem, per quam Ministris, & custodibus, & Fratribus prædictis, ne litteris, & concessione Martini prædecessoris huiusmodi sine Apostolicæ Sedis præfatæ licentia vterentur, inter cætera prohibuerit, nihilominus prohibitione huiusmodi non obstante, sanctæ mem. Martinus V. similiter prædecessor noster, voluit, & eadem auctoritate Apostolica concessit Ministris, & custodibus, & Fratribus prædictis, quòd ipsi, & eorum singuli litteris Martini Quarti prædecessoris, ac omnibus in eis contentis huiusmodi liberè, & licitè vti valerent, tamdiu, & quousque per Sedem prædictam aliud in præmissis eidem ordini vtilius foret ordinatum, ac etiam fel. rec. Eugenius etiam Papa Quartus pariter prædecessor noster ius huiusmodi eidem ord. per alias suas litteras tenore litterarum Martini IV. prædecessoris huiusmodi in eis præinserto, vt dicitur, concessit, conseruari. Necnō etiam piæ mem. Nicolaus V. & Sixtus Quartus etiam prædecessores nostri, super confessionibus audiendis omnium personarum extranearum, & forensium quarumcumque dioecesium per Fratres Minores ordinis, & obseruantiæ regularis huiusmodi, ad hoc à suis superioribus, vt moris est, deputatos, necnon pro absolutionis beneficio illis impendendo, ac Sacratissimę Eucharistiæ Sacramento eis taliter confessis, omni tempore, præterquam in die Resurrectionis Dominicæ, licitè administrando, per diuersas eorum litteras, eadem auctoritate Apostolica facultatem concesserunt, ac idem Eugenius & diuersi alij Romani Pontifices prædecessores nostri, facultatem absoluendi huiusmodi sub certis modis, & forma, ac etiam in diuersis conuentibus ord. huiusmodi tunc expressis (etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur) ampliarunt, & extenderunt prout in singulis concessionibus, & litteris eorumdem prædecessorum plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat ea, quæ sæpius Apostolica auctoritate præfata munita existunt maiorem obtineant roboris firmitatem, dictusque Clemens Minister, cupiat priuilegia, facultates, concessiones, indulta, dispensationes, & singulas alias gratias huiusmodi, etiam per nos approbari, innouari, & confirmari: Pro parte eiusdem Clementis Ministri nobis humiliter supplicatum, vt eiusdem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, conseruatorijs, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratijs, concessionibus, indulgentijs, & indultis pro illorum obseruantia validiore nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostol. dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis præsertim illis, quibus sub suaui Religionis iugo diuinis laudibus & Christianæ professionis augmento incumbentium personarum, tranquillitati, commoditatibus, & honori consulitur, libẽter annuimus, eaq; fauorib. prosequimur opportunis, huiusmodi supplica-

tionibus inclinati præmissa, ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab Inquisitoribus præfatis, litteras, præerogatiuas, fauores, conseruatoria, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter [illegible], & cum aliis ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eisdem Fratrum Minorum regularis Obseruantiæ, ac Sanctæ Claræ, & de pœnitentia, tertio ordinibus, etiam in congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorumdem superiorum ordinis Min. regul. Obseruantiæ huiusmodi obedientia degentibus, ipsorumque superiorum Fratribus Monialibus, Sororibus, ac vtriusque sexus, etiam in singularibus personis, necnon Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis, & quibuscumque, in genere, & in specie, etiam per solam Signaturam, aut viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias, tam per præfatos, ac quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, a nos, & Sedem prædictam; quam Imperatores, Reges, & alios Principes sub quacumque forma & expressione verborum concessa, etiam iteratis vicibus approbata. Necnon cum omnibus singulis in eis contentis Clausulis, decretis, & declarationibus singulis [illegible] litteras, & in eis contenta, etiam prout largius in aliquibus earum eis concessum est, interpretando, & inde secuta quæcumque illorum omnium tenores, & formas, datas effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dicta auctoritate Apostolica, tenore præsentium ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, & innouamus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari, necnon ordinibus Fratrum Minorum regularis Obseruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, etiam in congregatione, sub obedientia Fratrum Minorum Obseruantiæ huiusmodi degentibus superioribus Fratribus Monialibus, etiā Tertiariis nuncupatis Sororibus, Personis, Monasteriis, Domibus Ecclesiis & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi, suffragari, illaque [illegible] vti, & gaudere quando & quoties opus fuerit, posse, & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conscientiæ, in omnibus & per omnia, perinde, ac si specialiter, & expresse eisdem Fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, & Tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus concessa fuissent, decernimus, Supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, & nihilominus pro potiori cautela, & ampliori dono gratiæ illa omnia, & singula, quæ per præfatos prædecessores nostros, ac Imperatores, Reges & Principes, ac nos, & Sedem eamdem, concessa, statuta, & ordinata fuerunt, etiam iuxta ampliorem, & fauorabiliorem illorum indulgentiam, & interpretationem, & præsertim, vt exclusis quibuscumque solicitudinibus libentius, & quietius diuinis possint vacare obsequiis Fratres Minorum Reg. Obser. huiusmodi, & animarū saluti peramplius proficere, & offerentium, donantium, & concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto, vel Fratribus ord. Min. huiusmodi aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur, ac hæredū, & executorum negligentiis obuietur, ac vt ipsi Fratres secundum modos licitos, & congruos ipsi ord. relictis sibi in testamentis mobilibus & immobilibus bonis, & aliis etiam pecuniariis sibi quomodolibet oblatis, concessis, legatis, & donatis pro tempore, etiam pro Missis, & aliis diuinis Officiis eleemosynis, & aliis rebus non fraudentur, & quod Generalis de per se, in toto ordine, & singuli prouinciales, Ministri, ac custodes vniuersi pro tempore existentes totius ord. Fratrum Minor. in suis Prouinciis, & custodiis respectiue, & ad hoc ab eis respectiuè deputati Fratres pro tempore, possint notare speciales, personas, quæ non sint de dicto ord. Minorum, pro locorum indigentia singulorū, quando, & quoties fuerit in singulis eorum Conuentibus quas personas taliter nominatas pro tempore, in iis administrationem legitimam, & generalem, ac liberam gerere, & ipsos veros, & legitimos administratores, Oeconomos, & Syndicos, & actores esse de potestatis plenitudine constituendo, eadem auctoritate etiam decernimus, qui re ipsas, & rerum [illegible] earum pretium, & prædictas eleemosynas nomine Romanæ Ecclesiæ (ad quam rerum omnium mobilium, & immobilium, quibus Fratres, vti possūt, ius, proprietas & dominiū, nullo medio spectat) recipiant, & recipere possint,

possint & debeat per eosdem in Fratrum ipsorū vtilitates, etiam pro victu, & vestitu eorū, ac reparatione Conuentuum & aliarum rerum, locorum, Conuentuum, & Fratrum huiusmodi necessitatibus pro tempore conuertenda, sicut, & quando a dictis Generali, in toto ordine, & Prouincialibus Ministris, ac Custodibus prædictis, & eorum singulis, pro tempore in prouincia, vel custodia sibi decreta, vel ab eisdem Fratribus de assensu eorum extiterint requisiti, ac vt eædem personæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, transigendi quoque, paciscendi, conueniendi, compromittendi, commutandi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calomnia, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius iuramenti præstandi, cum illis, & contra illos, qui huiusmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel res ipsas Eleemosynas Fratribus in Testamentis, aut alias eis donatas, & concessas occuparent, vel violenter auferrent, siue contra voluntatem Fratrum quomodolibet retinerent, & generaliter in omnibus causis pro rebus, & locis huiusmodi ad ipsam Ecclesiam spectantibus, ipsorum Fratrum vsui concessis, necnon pro immunitatibus, & libertatibus, iuribus, & priuilegiis, ac indulgentiis eorundem sine cuiuslibet satisdationis, & cautionis onere, plenam, generalem, & liberam habeant auctoritatem, præfata auctoritate Apostolica, in iudicio, & extra illud, potestatem concedimus, reuocandi quoque personas easdem, & earum quamlibet, ac alias subrogandi, vel nominandi, per supradictum modum nominationes, quoties opportunum fuerit, quæ eandem in prædictis, vel similem habeant potestatem, eisdem, & ibidem, etiam Generali, ac Prouincialibus Ministris, ac Custodibus huiusmodi, & eorum singulis, vt præfertur, eadem auctoritate facultatem etiam concedimus. Nec propter præmissa Frat. Minor. huiusmodi contra Regulam S. Franc. quam professi sunt, & profitentur in futurum, siue cōtra statuta Regularia sui ordinis huiusmodi in aliquo facere, nec fecisse, immo cum illius obseruatione quo ad hoc, & pura, & sana conscientia sine aliquo conscientiæ scrupulo viuere, censendos, & in posterum viuere. Et sic per quoscumque iudices, [illegible] per [illegible] facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Et insuper vt pro tempore deputatos Confessores, Fratres ordines Minorum Obseruantiæ huiusmodi omnium quarumcumque diœcesium vtriusque sexus Christi fidelium ad eos pro tempore recurrentium confessiones audire, eosque etiam in casibus & censuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicæ, etiam per modum communicationis, & extensionis quotūcumque ordinum, etiam Minimorum hactenus concessum est, posse absoluere, & singuli Ordines, etiam Minorum (quorum priuilegia eidem Ordin. Minorum sunt communicata, & extensa) absoluere consueuerunt, absoluendi, ac pœnitentiam salutarem iniungendi, & omni tempore, præterquam in die Resurrectionis Dominicæ Sacramentum Eucharistiæ, tam illis, quam aliis quibuscunque personis licitè ministrandi, Apostolica auctoritate prædicta indulgemus, ac de nouo concedimus, in omnibus, & per omnia, ita vt ordines superiores, Fratres, Moniales, Sorores, Personæ, Monasteria, Domus, Ecclesiæ, & loca prædicta, illis tam in genere, quam in specie concessis, vt præfertur, vti, potiri, & gaudere possint, & debeant. Ac ab ipsis Inquisitoribus, impositionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta, & quinta etiam funeralium, & aliorum quorumcumque eis legatorum, & oblatorum, ac concessorum pro tempore, necnon Pedagiis, & Gabellis, ac omnibus & singulis aliis supradictis libera penitus, immunia, & exempta auctoritate Apostolica, & tenore prædictis, etiam concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus. Et nihilominus venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopo Cōchensi, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apost. Auditori, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, plenum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere, non permittentes quemquam desuper per quoscumque quomodolibet iudebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumque (de quibus eis videbitur) censuras, & pœnas Eccle-

Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis, seruatis processibus, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus super cathedram Bonifacij, & dudū Vieunensis Concilij, ac Clementinæ Religiosi, de priuilegijs, & Dudum, de sepulturis, ac etiam Ex frequentibus, de sententia excommunicationis, ac Extrauagante, Ad Conditorem, Ioan. XXII. cum alijs Constitutionibus eamdē materiam prædictæ Extrauagantis tangentib. seu concernentibus ac Regulis Cancellariæ Apostolicæ, iam editis, & in futurum edendis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, etiam prædecessoris nostri, de vna, & in Concilio Generali de duabus diætis editis (dummodò vltra tres diætas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur) & alijs Apostolicis, ac prouincialibus, Capitularibus Generalibus, & Specialibus constitutionibus & ordinationibus etiam in vltimo Generali Concilio Lateranensi celebrato, & alijs Concilijs editis, necnon statutis, & consuetudinib. etiam iuramento, confirmatione Apostol. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostol. etiam in forma Breuis per Leonem X. Clementem Septimum, Paulum Tertium, Iul. etiam Tertium, præfatos, ac quoscumque alios Rom. Pont. prædecessores nostros, ad Sedem eamdem, etiam motu proprio, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorumdem reuocatiuis, restrictiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibusuis personis, & ordinibus in contrarium forsan concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, vt in eis caueatur expressè, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterisque contrarijs quibuscumque. Verum, quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæque loca, in quib. forte opus esset, deferri; Volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum trāsumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesi. constitutę, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo piscat. die prima Iulij, 1555. Pontificatus nostri anno primo.

II.

Confirmatio, & ampliatio priuilegiorum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, necnon totius Ordinis Congregationum, Fratrum, Montalium Corrigiatorum, Mantellatorum, ac Confraternitatum.

Dilecto Filio Gabrieli Veneto, totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Priori Generali.

CLEMENS Episc. seruus seruorum Dei, dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Romanus Pont. quandoque per prædecessores Rom. Pontifices pro personarum sub Religionis iugo, & regulari castimonia Deo seruientium prospero, & felici successu, ac quiete, concessa approbat, & innouat, ac innouata communicat, & alia de nouo concedit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè præ cæteris curis, quæ permultæ sunt, demandato tibi Generalatus officio incumbentibus hæc cura potissima est, vt priuilegia, exemptiones, gratias, & indulta ab eisdem Rom. Pont. ordini S. August. commissa, & illius Fratribus concessa in suo robore conseruentur, & firmiter obseruentur. Et propterea nobis humiliter supplicare fecisti, vt omnia, & singula priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, libertates, & gratias, ab ipsis prædecessoribus concessa, & forsan etiam per viam cōmuni-

municationis, & ampliationis extensa, & ampliata approbare, & innouare, ac alias in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos ad vberes fructus, quos in agro Dominico præfatus ordo produxit, debitum respectum habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, omnia, & singula priuilegia, gratias, concessiones, immunitates, libertates facultates, & exemptiones, etiam per modum extensionis, & communicationis, ac ampliationis tibi, & ordin. tuo, & vtriusque sexus, etiam Corrigiatis, & Mantellatis, atque alijs personis, congregationibus, Confraternitatibus, domibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis quibuscumque per eosdem Roman. Pontifices prædecessores nostros, & præsertim per fel. rec. Bonifacium viij & Sixtum iiij. & Iulium ij. & Leonem X. aliosque Rom Pont. prædecessores nostros hactenus quomodolibet concessa, & innouata, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentib. insererentur, pro expressis, & insertis haberi volumus auctoritate Apost. tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari decernimus, ac pro potiori cautela illa cum aliorum extensio nibus ampliationibus communicationibus, etiam de nouo concedimus, i, osque Fratres Moniales, Sorores personas, Monasteria, domos, Ecclesias, ac alia loca religionis huiusmodi, omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionib. indultis, & gratijs quibusuis, dicti, & aliorum ordinis etiam Mendicantium, etiam de Obseruantia nuncupatorum, ac ordinis Prædicatorum, Carmelitarum, B Mariæ Seruorum, ac Minimorum, & aliorum quorumcumque ordinum, Fratribus, & personis, ac congregationibus, Confraternitatibus, illorumque Ecclesijs, oratorijs, Domibus alijs locis, illorumque Prioribus Fratrib. & Sororibus. Conuersis, & Oblatis, Corrigiatis, Mantellatis, & de pœnitentia nuncupatis, & alijs vtriusque sexus personis, per eosdem prædecessores, ac etiam per nos hactenus quomodolibet etiam viuæ vocis oraculo in genere concessis, & in posterum forsan concedendis, & præsertim fel. re. Clementis IV. prædecessoris nostri, inter alia disponentis, quod nulli ex Mendicantium ordinis professioribus Ecclesias, Oratoria, Loca, vel Domos prope Ecclesias, oratoria, vel Domos Fratr. Min. & Prædic. ordinum prædictorum per trecentas cannas per aerem distantes constituere, vel ædificare, seu construi vel ædificari facere possent: vti, frui, & gaudere posse, & debere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si tibi, & ordini tuo, ac Fratribus Monasterijs, Ecclesijs, & locis eiusdem ordinis tui concessa fuissent, scientia, auctoritate, & tenore prædictis etiam decernimus, illorumque transumpta tibi dictoque tuo Ordini, illiusque personis locis, & bonis, in iudicio, & extra illud, vbicumque per te, vel aliàs dicti ordinis tui personis, seu illarum nomine fuerint exhibita, vel ostensa, suffragentur, ac si in eis tuus Ordo, illiusque Prælati, personæ, & loca nominatim fuissent, & essent expressa: non obstantibus quibuscumque Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, & specialibus Constitutionibus, necnon Parisiensis, & aliorum locorum generalium studiorum Vniuersitatibus, & Curiæ Viceren. Auinionen. & quibuscumque ordinarijs Prælatis, & personis concessis litteris, ac Priuilegijs, etiam si ad illorum derogationem de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas, id importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat quoad præmissa specialiter, & expresse derogamus, & illa tamen in præiudicium præmissorum suffragari posse aut debere etiam decernimus, necnon omnibus illis, quæ præfatos Prædecessores in suis litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod transumptis præsentium manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbicumque adhibeatur, tam in iudicio, quam extra illud, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si illæ essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die vltimo Octobris, 1550. Pontificatus nostri, anno septimo.

* * *

PIVS QVARTVS.

Ioannes Angelus, Bernardini Medices Mediolanensis filius, summa & admiranda in rebus gerendis prudentia, Paulo IV. mortuo, diuina consilij, & bonitatis gratia concordibus suffragiis eligitur in ipsis Natalis Domini feriis, anno 1560. Epiphaniæ deinum festo de more Romæ coronatus est, & sacrosancti Oecumenici, & Generalis Concilij Tridentini Sessionibus finem imposuit illasque & in eis singula contenta, statuta atque decreta, auctoritate Apostolica confirmauit. Obijt Romæ 5. Idus Decemb. 1565.

I.

Declaratio, quod Concilij Tridentini Decreta circa reformationem, & ius positiuum à Kal. Maij 1564. tantummodo ligare cœperunt.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sicut ad Sacrorum Conciliorum decreta, ac Canones, auctoritas, atque confirmatio Apostolicæ Sedis, & debet, & solet accedere: ita si qua super eis exorta sit dubitatio, eiusdem Sedis iudicio, & declaratione tollenda est. Ad aures nostras peruenit, multos esse, qui dubitarent ex quo tempore cœperint decreta Sacri Generalis Concilij Tridentini ad reformationem, & ius positiuum dumtaxat spectantia eos, ad quos pertineret, obligare, illa præsertim, quæ tempora certa præstituunt ad prouinciales, Diœcesianasq; Synodos celebrãdas, ad sacros ordines suscipiendos, ad Religionem profitendam ad parochiales Ecclesias aliaque beneficia Ecclesiastica, quæ eiusdem Concilij decretis retineri prohibitum fuit, resignanda, & ad complures res huiusmodi exequendas, ac alias omnes ad prædictam reformationem, iusque positiuum tantum spectantes, quæ obseruari, aut euitari debeant. Nos rationi, iuri, & æquitati conuenire censuimus, duximus declarandum. Nam etsi ipsius Concilij decreta etiam de venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto confirmata a nobis fuerint, sub finem mensis Ianuarij, & ab eo etiam tempore apud hanc Sanctam Sedem obseruari cœperunt, quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendateque imprimendis necessariò consumptum fuit, & iure etiam cõmuni sancitum est, vt Constitutiones nouæ vim non nisi post certum tempus obtineant, æquum nobis, & iustum visum est, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem, iusque positiuum dumtaxat spectãtia a Kal. Maij proximè præteriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem cuiuscumque, quod ea ignorauerit, admittendam, atq. ita Apostolica auctoritate declaramus, ac definimus, & ab omnibus iudicari debere mandamus, atque statuimus. Decernentes irritum, & inane, si quid secus, a quoquam quacumque dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit iudicari. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, quintadecima Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno V.

II.

Reuocatio omnium priuilegiorum, confessionalium, maris magni, aliarumque gratiarum Regularium Ordinibus, Locis, Ecclesiis, ac Hospitalibus concessarum, in iis tantum, in quibus Decretis concilij Tridentini aduersantur.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In principis Apostolorum sede, meritis licet imparibus, diuina dispositione constituti, nihil neque vniuersali Ecclesiæ curæ, & solicitudini nostræ commissæ, salubrius, neque iniuncto nobis Apostolicæ seruitutis officio, decentius præstare possumus, quam quòd prouidentia nostra Oecumenicum Concilium Trident. sicut nostris potissimum auspiciis, summaque Sanctorum Patrum concordia per Dei misericordiã fæliciter absolutum fuit, ita per vniuersos, qui Christiana pietate censentur, vbique suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter obseruetur. Cum itaque in eodem Concilio quam plura salubria, & ad vniuersalem morum reformationem valde vtilia decreta, atque statuta, maturo præsentium ipsorum examine præcedente, sint edita, quibus multa atque diuersa priuilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conseruatoriæ, indulta, & vt vocant, confessionalia, & Mare magnum, & aliæ gratiæ, quæ varijs, tam cathedralibus, etiam Metropoli-

tam quam Collegiatis Ecclesiis, Monasteriis, Conuentibus, & aliis Religiosis, etiam Fratrum Mendicantium Domibus, & ordinibus, necnon sancti Spiritus in Saxia, sancti Ioann. Lateranen. ac incurabilium de Vrbe, S. Augustini Vienn. & S. Bernardi Iuren. aliisque hospitalibus, militiis eorumque Capitulis, & Conuentibus, & Vniuersitatibus, etiam studiorum generalium Collegiis, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis Apostolorum de Vrbe, quam aliis fabricis, & S. Cruciatæ, aliisque piis locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, & aliis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam diuersorum ordinum, & militiarum regularibus ac etiam laicis cuiuscumque dignitatis, & status, ac gradus, excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis, necnon aliquibus Notariis, & etiam de latere Legatis, atque Nunciis tam perpetuò, quam ad tempus per plures Rom. Pontif. prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, eiusque Legatis hactenus, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, & intuitu, etiam de Fratrum nostrorum consilio, diuersimode, variisque temporibus in genere, vel specie & quauis etiam honesta causa concessa, & etiam pluries confirmata, & innouata fuerunt, in plerisque contrariantur. Nos quibus in primis cordi est, tam Sancta, & Ecclesiæ Dei saluberrima decreta, suos (vt par est) effectus vbique consequi, & ab omnibus obedienter obseruari, priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum confessionalium, Maris magni, & aliarũ gratiarum prædictarum, ac quarumcumque Apostolicarum, & aliarum litterarum desuper confectarum, processuumque decretorum, & aliorum inde sequutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & plene insertis, habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod eadem omnia, & singula priuilegia exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conseruatoria indulta, confessionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ, in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis, & decretis Concilii huiusmodi contrariantur, ipso iure reuocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Concilij terminos, atque limites reducta esse censeantur, nec quidquam aduersus ipsa decreta, & statuta, quo minus vbique, & apud omnes obseruentur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi, & reputari debere, ac si numquam emanassent, authoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus, omnia, & singula, quæ vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & dispensationũ, facultatum conseruatoriarum, indultorum, confessionalium, & aliarum quarumcumque gratiarum huiusmodi, post id tempus, quo Concilium obligare cœpit, facta, & gesta, quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, in his, in quibus dicti Concilij decretis aduersantur, nulla, inualida, & irrita esse, censeri, ac nemini etiam quantumlibet, vt præfertur, qualificata, tam in foro (quod aiunt) fori, qua conscientiæ, suffragari posse, & debere. Et ita per quoscumque locorum ordinarios, aliosque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in vtroque foro iudicari, & definiri debere, ac quidquid secus a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1565. 13. Kal. Martij, Pontif. nostri, anno VI. Cæs. Glorierius. Pius Episcopus Narnien. H Cumyn.

Anno Natiu. Domini 1565. Indictione 6. die verò 24. Mensis Februarii, Pontif. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pii, diuina prouidentia Papæ IV. Anno eius sexto Retroscriptę litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerũt in acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ

Apost. per nos Nicolaum de Mathæis, & Camillum Cherubinum. S.D.N. Papæ Cursores, Philibertus Phapius Magister Cursorum.

IV.

Indulgentias visitantibus Capellam Rosarij B. Mariæ Virginis in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruam, de Vrbe, siue associantibus processionem in festiuitatibus ipsius Gloriosæ Virginis concedit.

Istius Confraternitatis Indulgentias vide supra in Leone X. Const. 19.

PIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Dum præclara meritorum insignia, quibus gloriosa Dei Genitrix Maria, Cælorum Regina, quasi matutinum sydus irradiat, deuotæ considerationis indagine contemplamur, dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Capellas, & Confraternitates in eius honorem erectas, ac constitutas, quibusuis fauoribus & gratiis prosequamur, vt etiam Christi fideles ad eamdem gloriosam Virginē ardentius excolendam, ac venerandam, excitentur. Itaque cum nobis innotuerit, Capellā, & Confraternitatem Rosarii in honorem præfatæ Virginis, in Aede S. Mariæ supra Mineruam, non sine magno fidei, ac deuotionis augmento, iamdiu erectam esse, volentes Christi fideles ad eam piæ deuotionis affectu donis quoque spiritualibus animare, & de misericordia Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, eiusdem auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, vel firmum animum temporibus statutis confitendi habētibus qui Capellam eiusdem Rosarii in dicta Ecclesie S. Mariæ super Mineruam constitutā, deuote visitauerint, & in festiuitatibus, & solemnitatibus eiusdem gloriosæ Virginis, videlicet Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, Præsentationis, & Conceptionis, à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis festiuitatum huiusmodi, visitauerint, vel processionem associauerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequantur, misericorditer elargimur in domino. Confirmantes nihilominus, omnes, & singulas indulgentias, non tamquam plenarias, prærogatiuas, siue per alios Summos Pontifices prædecessores nostros, siue alias quascumque personas, ab eisdem Pontificibus facultatem habentes, siue etiam per nosmetipsos, eidem Capellæ, siue Confraternitati, alias concessas. Nulli ergo liceat hanc paginam nostræ concessionis, ordinationis, voluntatis, & confirmationis infringere, aut ei temerario ausu contrauenire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apost. eius se nouerit incursurum. Volumus autem, quòd præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat.

PIVS QVINTVS.

Antonius ex familia Gisleria oppido Boschen, Diœces. Tortonens. in prouincia Lombardiæ natus 15. annum agens D. Dominici institutum professus, ex antiqua ordinis disciplina nomen Michaelis assumpsit. Hinc egregiè doctus in Philosophia, & Theologia exercitationibus Romam veniens à Paulo IV. ob insignem eius pietatem, & grauitatem Hæreticorum inquisitioni præficitur, Episcopatu Nepesino donatur, & in Collegium Cardinalium adscribitur, tandem Pio IV. vita functo, Summus Pontifex omnium suffragiis coronatur die natalitio suo Kal. Ianuarij, anno 1566 in festo S. Antonii ineunte eius vitæ anno 62. statuit festum D. Thomæ de Aquino ordinis Prædicatorum die 7. Martij, qua ipse Doctor migrauit in Cælum, perpetuis futuris temporibus in Ciuitate, & Regno Neapolitano, vt vniuersi Christi fideles ab omnibus vitiis, ac seruilibus operibus, laboribusque abstinentes sub duplici maiori Officio, sicut eius generis alias solemnitates, quæ ex Ecclesiæ præcepto seruantur, seruent, in aliis autem Orbis terræ partibus, quemadmodum Sanctorum quatuor Ecclesiæ Doctorum festiuitates, ex præcepto Bonifacij Papæ VIII. celebrantur, in futurum singulis annis solemniter venerentur; Suorumque prædecessorum priuilegia omnibus sacris Mendicantium Ordinibus, aliorumque non Mendicantium Congregationibus confirmauit, & de nouo concessit, illaque inter eos pariter communicauit, & extendit. Quæ licet deinde per Gregorium XIII. ad terminos Concilij Tridentini fuissent reducta, seu reuocata, tamen sub pontificatu eiusdem Gregorij Decimitertij, per tunc temporis Cameræ Apostolicæ Auditorem in vim diuersarum litterarum, priuilegiorum confirmatoriarum ab eodemmet Gregorio cum Clausulis etiam in priuilegiorum reuocationibus postea emanatarum, tamquam restituta, executioni demandatæ fuere. Obijt Romæ Kal. Maij 1572. & in Basilica Sancti Petri sepultus est.

I.

Declaratio, quòd Ordo Minimorum Sancti Francisci de Paula inter Ordines Mendicantium comprehendatur, illorumque priuilegiis gaudeat.

PIVS

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriã. Apostolicæ Sedis benignitas sicut ex debito pastoralis officij erga omnes fideles generaliter effectum charitatis extendit: sic eos, quos sub Regularis Obseruantiæ iugo diuino cultui emancipatos esse cognoscit, speciali tenetur patrocinio confouere. Exponi nobis sane nuper fecerunt, dilecti filij Fratres ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, iam dudum Apostolica auctoritate approbati, quod licet inter alia eis concessa priuilegia, & indulta, omnia, & singula quatuor Mendicantium ordinum priuilegia ad ordinem Minimorum huiusmodi, ac illius professores, & Domos, & eorundem Ecclesias per Sedem Apostolicam extensa, & ampliata fuerint, & propterea Fratres ordinum huiusmodi, etiam sub Mendicantium nomine comprehendi debeant, nec super præmissis à quoquam molestari possint. Cum tamen (sicut eadem expositio subiungebat) ex eo, quod nos nuper in quadam declaratione per nos super Mendicantium Fratrum ordinibus, certis tunc expressis de causis facta, præter Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, necnon Carmelitarum Mendicantium ordines, etiam illis Beatæ Mariæ Seruorum inseri voluerimus, ac propterea facile a quibusdam dubitari meritò posset, quod si ordinis Minimorum Fratres huiusmodi sub illis comprehendi voluissemus, nos specialem etiam de illis mentionem omnino fecissemus. Quare ne super præmissis vnquam dubitari cõtingat, iidem Fratres nobis humiliter supplicari fecerunt, vt sibi in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos attendentes, eos, (cum actu mendicent) non nisi honesta de causa in Mendicantium ordinem esse adscriptos, ac propterea sua priuilegia illæsa conseruare volentes, eosque, & eorum quemlibet a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quarumcunque litium, & causarum status, ac merita, nomina, & cognomina iudicũ, coram quibus illæ pendent, colitigantium, aliorumque. Necnon quorumcumque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eis concessarum, præsentibus pro expressis habentes, causasque huiusmodi ad nos harum serie auocantes, illasque penitus, & omnino extinguentes, ac litigantibus, huiusmodi perpetuum super præmissis silentium imponẽtes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias tam per nos nuper, quam quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem eamdẽ quomodolibet Mendicantibus ordinibus concessa, ad præfatum Minorum Ordinem de nouo extendimus, & ampliamus, ipsosque verè Mendicantes esse, & sub Mendicantium ordinib. esse, & comprehendi debere.

Necnon omnia, & singula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantib. ordinibus declarata, & modificata, etiam pro ord. Min. huiusmodi declaramus, & modificamus. Districtius in virtute sanctæ obedientiæ, ac alijs arbitrio nostro infligendis pœnis, inhibentes quibusuis locorum ordinarijs, ac alijs quibuscumque, ne eosdem Fratres ord. Min contra eos sic concessa priuilegia molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernẽtes quoque, præsentes litteras, nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari vllatenus posse, minusuè sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus limitationibus, restitutionibus & alijs contrarijs dispositionibus tam per nos, quàm etiam successores nostros quomodolibet, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis Clausulis, irritantibusque decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcumque tenorum existant, includi, sed illis non obstantib. in suis robore, & efficacia persistere, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè redintegratas, etiam sub dat. per ipsos Fratres ord. Min. eligenda, de nouo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ esse, & ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant, vim validi & efficacis contractus inter dictam Sedem, & præfatorum ordinum Mendicantium Fratres huiusmodi habere, sicque per quoscumque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinal. sublata eis, & eorum cuilibet, qua-

uis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Theatino, & Episcopo Amerino, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties, pro parte eorundem Fratrum ordinis Minimorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsos Fratres ordinis Minimorum huiusmodi, voluntate, statuto, declaratione, & alijs præmissis, omnib. & singulis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos per quoscumque quomodolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri, de vna, & Concilij generalis de duabus diætis dummodo vltra tres diætas quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur, & alijs; necnon in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis specialibus & generalibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus quoque, & alijs decretis, in genere, vel in specie, & quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros præfatos, ac nos, & Sedem præfatam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam consistorialiter, & de Fratrum nostrorum consilio, necnon Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscat. die. 9 Nouembris 1569. Pontificatus nostri anno secundo.

II.

Exemptiones, & priuilegia omnibus Mendicantium Fratribus Monachis, & Monialibus conceduntur.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriã. Dum ad vberes, quos Sacri Mendicantium ordines in agro Dominico quotidie faciunt fructus, attente respicimus, & attente considerationis indagine perscrutamur, ipsorum Religionis synceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quib. sub humilitatis spiritu, deuotum Altissimo præstant famulatum, dignum, quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet grauaminibus promptiores eiusdem Altissimi inhæreant seruitijs. Hinc est, quod nos volentes eosdem Mendicantium ordines, & dilectos filios eorum Fratres, & Monachos, ceterasque personas ac etiam Moniales quaslibet eiusdem ordinis sub illorum cura degentes, specialib. fauorib. & gratijs prosequi. Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes & singuli Mendicantium Ordinum huiusmodi Fratres, Monachi, & dilectæ filiæ in Christo Moniales, seu Sorores, & aliæ vtriusque sexus personæ Regular. vbilibet per totum Christianum orbem diffusi, & constituti, illorumque Monasteria, Cœnobia Domus, Conuentus, Ecclesiæ, Capellę, Oratoria, & alia loca, etiam vnita, ac membra, & dependentia, necnon terrę cultę, & incultæ possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula mobilia, & immobilia, ac se mouentia, & vbilibet, ac in quibuscumque consistentia

bona

bona, necnon eorum in dictis bonis locis aboratores, Coloni, Attendatarij, Locatarij, & Affictuarij negotiorumque suorum gestores vniuersi quomodolibet nuncupati, nunc, & pro tempore existentes in perpetuum ab omnib. & singulis exactionib. tam Vrbanis, quam Rusticis, necnon Datijs, Gabellis, Pedagijs, Vectigalibus, Collectis, impositionibus & oneRib. ordinarijs, & extraordinarijs, ac tam realibus quàm personalib. meris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac secularib equorū taxis, militumq; hospitis, ac alias quibuscumq; nominib. nuncupatis, quauis auctoritate, quomodolibet imponi consueuerunt, in futurum imponentur, ac ratione quarumcumq; mercium, & rerum cuiuscumque generis, vel qualitatis existant tam per mare, & aquam dulcem, quā per terram vndecumque, & quomodocumque pro tempore declaratum, necnon animalium quorumcumq; mortuorum, & viuorū, & quæ alias quomodolibet, & ex quauis causa, ac super quibuscumque rebus tam in Alma Vrbe nostra, quam extra eam vbilibet locorum exigunt, & in futurum exigent, necnon à contributionib. & solutionibus illis faciendis, ac tam pro victu, & vestitu, quàm quocumque alio vsu suo tantum, ac tam emendo quàm vendendo, & aliàs quomodolibet negociando, necnon etiam à solutione quadrantis pro singulis libris carniū de animalibus, quæ nunc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam quæ in suis ædibus, prædijs, & possessionibus priuati detinēt, & nutriunt, ac à contributione sumptuum, & expensarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aquæ ductibus, muris, manibus alijsve machinis struendis, & reparandis, seu reficiendis ac Ciuitatum, Terrarum, & locorū quorumcumque fortificationibus, necnon etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Vrbe quam extra eam, vbilibet penitus, & omninò liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque immunia, & exempta sint, & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur Quodque terræ, agri, possessiones, & loca aratiua, vt præfertur, in illis, quæ aliquando pro pascuis animalium ad certum tempus reseruantur, nullatenus vmquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur, ac etiam Monasteria, Cænobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcumque militum, tam equitum, quam peditum hospitis, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Et insuper, quod fructus, redditus, prouentus, introitus, & alia quæcumque bona Monasteriorum, Cænobiorum, & aliorum locorum Regularium præfatorum, ab alijs quàm à Syndicis, & procuratoribus Religiosis, Fratribus, Monachis, & Monialibus alijsque personis præfatis exigi, illaque dumtaxat in beneficium loci, & sustentationem ipsorum Religiosorum, Fratrum, & Monialium expendi, nec per alios quoscumque quouis nomine censeantur, nec in alium, quam præmissum vsum conuerti, seu expendi possint, neq; debeant, nisi de consensu superiorū illius loci, cui data, vel concessa, in signitaraut donata fuerint, seu ad quem alias spectabunt, nec etiam soli tutores, aut curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctesij, aut alias nuncupati, de eisdem bonis vllo modo disponere possint: Quodque id ipsum etiam de eleemosynis, oblationibus, & quibuscumq; alijs donationibus intelligi, & obseruari debeat. Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus, necnon Frat. Monachos, Moniales, ac alias Regulares personas, eorumque Monasteria, Cænobia, Conuentus, Ecclesias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, prædia, agros, & bona, necnon Laboratores, Colonos, Attendatarios, Locatarios, affictuarios, ac Gestores, prædicta vt præfertur libera, immunia, & exempta eisdem auctoritate, & tenore facimus, ac fore, & esse decernimus, Mandantes propterea dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus Cameræ Apostolicæ Camerario, Præsidentibus & Clericis, ac Commissarijs Agentibus, & Officialibus quibuscumque, vt omnibus, & singulis, tam virorum, quàm mulierum Monasterijs Mendicantiū ordinum huiusmodi existentib. sub ditione nostra temporali mediate constitutis, tantum salis, quantum pro eorum vsu suffecerit singulis annis omni dilatione cessante, & contradictione remota contribuere, & assignari facere debeant realiter, & cum effectu, districtius etiam in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excommunicationis maioris latæ sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de Camera pro vna Basilicæ Sancti Petri de Vrbe, & pro medietatibus singulis Monasterijs, & locis præfatis, quæ molestari seu perturbari contigerit, irre-

missibiliter applicandorum, pœnis, eo ipso, si, & quoties contrafactum fuerit incurrendis, inhibentes, tam illis, quam dilectis filijs, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Dariorum, Gabellarum, onerum, & aliorum præmissorum exactoribus, Conductoribus, & Appellatoribus, necnon quibusuis Communitatibus, & Vniuersitatibus illarumq; Officialibus, & personis, aliisque quibuscumque ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurū, quatenus præmissa omnia, & singula inuiolabiliter, & perpetuo obseruent, ac ab omnibus obseruari faciant neq; Fratres, Monachos, Moniales, & alias Religiosas personas, aliosque supradictos super præmissis quomodolibet molestent, & perturbant, neque permittant per quoscumque quomodolibet molestari, seu perturbari: Et si quis contradicere, aut quouis modo contrauenire præsumpserit, per mandatum executiuum contra ipsum, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, vel præeminentiæ fuerit, ipso facto procedi. Et sic per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatur, irritum, & inane decernimus. Quocirca, venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, siue eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus, necnon dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs quarumcumque Ecclesiarum prælatis, & personis vbilibet, & in quibuscunque regionibus terris, & locis existentibus, ac alijs, ad quos, quomodolibet spectat, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contentas quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum, Monachorum, Monialium, aliarumque Religiosarum personarum præfatorum fuerint requisiti solenniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos statuto, ordinatione, voluntate, declaratione, constitutione, deputatione, mandato, inhibitione, decreto, alijsq; præmissis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per Camerarium, præsidentes Clericos, & Commissarios Cameræ huiusmodi, necnon Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios & Exactores prædictos, aut quoscumque ad aliquam solutionem, contributionem, vel præstationem, præmissorum occasione quomodolibet faciendam, quouis modo cogi, & compelli, aut alias contra præsentium tenorē quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, aliasq; opportunas censuras, & pœnas, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processib. censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit,) auxilio brachij secularis. Non obstan. fel. rec. Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non extrahatur, ac omnibus illis, quæ in contrarium per quoscumq; Officiales, & quosuis alios, ac præsertim per Officiales Ciuitatis nostræ Bononiensis, & quosuis alios adducta sunt hactenus, & deducentur in posterum, ac adduci, & allegari possent: necnon quibuscumque iudicijs etiam Palatij nostri causarum Auditoribus ac S. Rom. Eccles. Cardinalib. super præmissis inter quoscumque quomodolibet pendentib. ac etiam instructis, & ad sententiam deductis, vel etiam a sententia terminatis, nisi in fauorem Ecclesiæ fuerint. Et præsertim quædam lites inter huiusmodi Regulares, ac Ciues, & Communitatem dictæ Ciuitatis Bonon. in Romana Curia, quas, & quā, ac omnes processus, & scripturas productas, & producendas ac Registra, & sententias, vbiuis comparentes, & latas, ac ferendas, ad nos auocamus, & penitus extinguimus, cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumque desuper silentium imponimus, Necnon quibusuis Apostolicis, ac prouincialibus & Synodalib. Concilijs editis generalibus vel specialib. Constitutionib. & ordinationibus, etiam contra exemptos quomodolibet editis, & edendis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinib. priuilegij quoque indultis, & literis Apostolicis illis, & eorum singulis, sub quibuscumque tenorib. & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis Clausulis, irritantibusque & alijs

Decre-

Decretis in genere, & specie, etiam motu similis,& certa scientia,cōsistorialiter, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicib. in contrarium concessis,& approbatis,& innouatis, Quib omnib. illorum tenores præsentib. pro sufficienter expressis habentes. Illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, specialiter, & expresiè, derogamus contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Rom. apud S. Marcum, sub annulo piscat. die 29. Iulij. 1566. Pont. nostri, anno primo.

III.

Declaratio priuilegiorum Fratrum ordin. Prædic. & Conseruatoris vniuersalis.

PIVS Papa V. vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatib. & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitanis, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, ac eorundem parochialium Archiepiscoporum Officialib. seu Vicarijs, in spiritualib. generalib. vbilibet constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ad hoc nos Deus prætulit in familiam domus suæ, vt singulis opportuna prouisionis auxilia fidelis seruitutis iniuncta prouidentia, pro tempore dispensantes, Religiosorum quorumlibet, præsertim Fratrum ordin. Prædic. in humilitatis spiritu sub Relig. iugo Deo seruientium, necessitatib. intendamus, dispendijs, & oppressionib. diuina cooperante clementia salubriter occurramus. Sanè licet, Nos & quamplures Rom. Pont. prædecessores nostri, propter vberes fructus, quos dictus ordo Fratrum Prædic. multa præfulgens gloria sanctitatis in agro militantis Ecclesiæ propagatione fidei Orthodoxæ, eatenus produxerat, ac in futurū producturum fore, firma spe speratur, & vt Fratres ipsi quietius eorum sanctis Officijs, vitæq; Regulari, ac verbi Dei prædicationib. libentius, & alacrius ad ipsius fidei Christianæ propagationem incumbere valerent, & incumberent, cum effectu, quā plura priuilegia, indulta, gratias, exemptiones, & immunitates eis concesserint.

Et inter cætera, per quasdam alias nostras litteras declarauerimus, Canonem Sessione 24. cap. 4 Tridendini Concilij, per quem omnib. Regularib. etiam in suorum ordinum Ecclesijs, contradicente Episcopo, prædicationis officiū interdicitur, Fratres huiusmodi, qui ad id a suis Generalib. vel eorum Ministris prouincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos efficere, immò voluerimus, quod in eorum Ecclesijs, quando eis placeret, licitè, etiā absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Episc nisi ipse prædicaret, licet in Cathedrali Eccles. tunc prædicare possent.

Circa autem quartam funeralium, de qua in Sess. 25. ca 13 eiusdem Concilij nequaquam domos, seu Conuentus, & Monasteria, quæ a quadraginta anuis citra, tunc fundata existebant, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de Monasterijs, seu domib. ante quadraginta annos fundatis, & quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & tantum ceræ, & aliorum, quæ tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel alijs, Fratrib ipsis, seu Monialib. relictis aut alias quomodolibet donatis, solui debere, sicque decretum Concilij huiusmodi, quo ad dictam quartam funeralium soluendam, intelligendum esse decreuimus. Vbi verò non est consuetudo soluendi quartam funeraliū huiusmodi, de nullo supraścriptorū solui debet declarauimus. Nec ad quartam, seu aliam partem eorum, quæ etiam pro ornamento. Eccl. palliorū planetarum, cortinarum, panorum, & aliorum, quæ dictis Ecclesijs, seu Fratrib. etiam pro eorū victu, aut aliàs relinqui, vel dari contingeret, aliquid contribuere tenerentur, ac Curatis, seu parochialium Ecclesiarum Rectoribus ius tantum sepulturæ, eis solui cōsuetum, nec aliquid, quamuis partes ad earum libitum Ecclesijs ipsorum Fratrū, seu eisdemmet Fratrib. alia quæcumque tribuissent, seu elargiti fuissent, quando in eorum Ecclesijs corpora mortuorum sepeliuntur, eis soluere seu ad aliquorum onerum contributionem eisdem Curatis faciendā teneri, nec propterea impediri posse Fratres ipsos, quin possent defunctorum corpora præfata, ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere.

Neque dictos Fratres, illorumque loca, etiam si curam animarum haberent, aut quæcumque beneficia eis vnita ad aliquam contributionem pro Seminario, aut decimarum aliquarum solutionem pariter teneri, nec cogi posse, imo illos,

los,& eorum domos, monasteria, beneficia, & loca ab illis quomodolibet dependentia eorumque bona quæcumq; tam ad eos, quàm ad Moniales præfatas quomodolibet pertinentia, a quibuscumque decimis, primitiis, quartis, medijs, & alijs fructuum partib. necnon subsidijs charitatiuis, etiam per nos, ex quacumque causa concessis, ac alijs quibuscumque oneribus tam ordinarijs, quam extraordinarijs. Nec non ab omni iurisdictione, & superioritate ordinariorum locorum, ita vt ordinarij ipsi aliquam iurisdictionem, siue potestatem in eos exercere, siue eos eorū iurisdictioni subijcere, vel aliquid contra eos facere minimè possent, exemerim*, & liberauerimus.

Nihilominus, sicut accepimus, nonnulli Episcopi, siue aliorum ordinarij, alijque Eccles. Prælati, necnon Canonici, siue Capitulares personæ, ac parochialium Ecclesiarum Rectores, & aliæ tam Ecclesiasticæ, quam seculares personæ, qui non cessant dictos Fratres, & Moniales, eorumque personas, siue Oeconomos, & Procuratores, super præmissis diuersimode molestare, & ipsos in eorumdem quiete, & spiritualibus muneribus turbare.

Alij enim prætendentes, quod cum Canon Concilij huiusmodi, super quos, vt præfertur, nostra emanauit declaratio, loquatur, nisi de vna quarta Cathedrali, seu parochiali Eccl. solui consueta, nec dictum Concilium, nec nos cogitauerimus, duab. quartis, sc. vbi consueuit solui, & Cathedrali, ac parochiali Eccle. & ideo dictis in locis cessare dispositionem dictæ declarationis nostræ, & Canonicis Concilij.

Alij verò etiam prætendentes (dictis nostris declarationib. non obstantib.) Frat. prædictos quantumcumq; ab eorumdem superiorib. approbatos, in eorum Eccles. & locis prædicare non posse, nisi primò se coram ordinarijs ipsis, siue eorum Vicarijs, & licentiam suorum Superiorum muneris dictæ prædicationis præsentauerint, & ab eisdem ord. seu dictis eorum Vicarijs benedictionem obtinuerint.

Alij etiam locorum ordinarij, necnon Canonici, & Capitulares personæ, tam Metropolitanarum, & Cathedralium, quam Collegiatarū, necnon parochialium Ecclesiarum Rectores, siue aliæ personæ Ecclesiasticæ, etiam prætendentes dictos Fratres alienas parochias cum eorum Cruce eleuata ad leuanda cadauera eorū, qui in Ecclesijs domorum, & locorum eorumdem Fratrum elegerint sepulturam, intrare, & dicta cadauera ad ipsorum Fratrum Ecclesiarū pro eis inibi tumulandis, renuente ipso loci ordinario siue Capitulo, vel Rectore deferre, seu deferri facere non posse. Alij etiam ex consuetudine prætendentes, quod Fratres ipsi cum eorum Cruce non possint leuare cadauera defunctorum ex eorumdem domib. & eorum funus exequi, sed Capitulis, siue Capitularib. personis, seu Rectorib. ipsis id tantum licere, & primò ad ipsorum Capitulorum, siue Presbyterorum Eccles. dicta corpora deferri debere, & in eisdē Eccles. funus, siue funeris Officium peragi, postea verò per ipsos presbyteros reten[?] funeralib. vniuersis, siue solutis sibi certis pecunijs per heredes defuncti pro funere, & exequijs, siue Missis in eorundem Eccl. celebrandis, tunc, & non alias licere Fratrib. corpus, siue cadauer defuncti ad eorum Eccl. deferre.

Alij etiam prætextu diuersarum consuetudinum, & concordatorum, etiam cum dictis Fratrib. initorum, prætendentes a dictis Fratrib. & Monialibus velle habere, & sibi exigere licere quartam, seu aliam portionem, etiam quorumcumque Legatorum, seu aliarum piarum largitionum, ipsius Fratrib. & Monialibus, siue eorumdem domibus Ecclesijs, & locis quomodocumque factarum.

Alij etiam prætendentes iurisdictionem, & superioritatem in dictos Fratres, & Moniales, eorundemq; domos, Conuentus, Monasteria, & loca exercere posse, & propterea ipsos Frat. & Moniales, ad solutionem diuersorum onerum, & impositionum, dictorumque subsidij, & decimarum cogunt, & compellunt.

Alijq. in erectione, siue institutione, & acquisitione nouorum Locorū, siue domorum, Conuentuum, & Ecclesiarum dicti ord. & aliàs præmissorum occasione, eosdem Fratres, & Moniales molestant, & perturbant, contra nostrarum, & dictorum prædecessorum nostrorum litterarum formam, & tenorem.

Nos præmissis his, & alijs similibus grauaminib. perturbationib, & molestijs Frat. & Monialib. præfatis illatis, eorundemque Fratrum, & Monialium quieti, & tranquillitati consulere, & vt Fratres ipsi facilius, & promptiùs eorundem Officia, & vitam regularem, ac munus prædicationis eis iniunctum, ad summi Dei laudem, & fidei Catholicæ propagationem exequi, & adimplere, illisque incumbere possint, & ad illa promptiores reddantur, opportunè prouidere, ac omnem ambiguitatem, etiam

nostræ

nostræ amplioris declarationis ministerio remouere volentes, ipsosque Fratres, & Moniales, & eorum singulos, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, & ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Necnon literarum præfatarum, ac cuiusuis litis, & causæ, desuper inter quoscumque, & in quauis instantia pendentis status, ac merita, nominaque & cognomina iudicium, & colligitantium, eorumque iura, & titulos, ac sententiarum desuper forsan latarum, necnon transactionum, siue conuentionum inter eos initarum, ac instrumentorum, aliarumque scripturarum desuper quomodolibet confectorum, & inde secutorum quorumcumque tenores, præsentibus pro expressis habentes. Motu proprio, non ad alicuius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, omnes lites, causas, controuersias, & quæstionum materias, super præmissis, & eorum occasione, inter Fratres, seu etiam Moniales præfatos ex vna, necnon Episcopos, & Locorum ordinarios, & Canonicos, siue Capitulares personas, parochialium Ecclesiarum Rectores, & alias quascumque personas Ecclesiasticas, & sæculares præfatas partes ex altera, coram quocumque iudice, seu quibuscuis iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, etiam Sedis Apostolicæ de latere Legatis, ac Vicelegatis, ac etiam ab eadem Sede Delegatis, & Subdelegatis, ac alijs quibusuis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Sacri Palatij Apostol. causarum Auditoribus, quomodolibet in prima, seu alia quacumque etiam forsan vlteriori instantia introductas, & adhuc forsan pendentes, etiam forsan si super illis, etiam contra dictos Fratres, & Moniales, per vnam, vel plures sententias iudicatum, & inter ipsas partes concordatum, siue transactum desuper fuerit, Apost. auctoritate, tenore præsentium ad nos auocamus, eaque omnia, & singula cassamus, & extinguimus, ac pro cassis, & penitus extinctis haberi volumus & declaramus, eisdemque Episcopis, locorum ordinarijs, Vicarijs, Canonicis, Capitularibus personis, necnon parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & cæteris personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, desuper perpetuum silentium imponimus.

Necnon omnia, & singula priuilegia, indulta, confessiones, suppressiones, extinctiones, vniones, incorporationes, applicationes, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, communicationes, indulgentias, & alias quascumque gratias dicto ordini Fratrũ Prædicatorum, & eiusdem pro tempore existentibus Magistro generali, prouincialibus, Fratribus, & Monialibus præfatis, eorundemque Domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesijs, & Locis, ac Membris, Colonis, Seruitoribus, Procuratoribus, Oeconomis, ac alijs personis quibuscumque dicti ordinis regulam profitentibus, etiam Oblatis, & tertij habitus Monialibus nuncupatis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, ac dictæ Sedis Legatos, Vicelegatos, Episcopos, locorum ordinarios, & quascumque alias personas, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque quibusuis clausulis, statutis, & etiam irritantibus decretis, hactenus quomodolibet concessa, approbata, & innouata, litterasque desuper tam sub plumbo, quam in forma Breuis, & aliàs quomodolibet confectas, & expeditas, ac prout ea omnia, & singula per eosdem prædecessores, ac nos, & Sedem præfatam, aliosque prædictos, concessa, approbata, & innouata fuerunt. Quorum omnia, & singulorum tenores, formas, & datas, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, eisdem auctoritate, & tenore approbamus, confirmamus, & innouamus, illaque omnia, & singula efficacia existere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri. Necnon ab omnibus, & singulis, quamuis etiam de latere Legati, Vicelegati, necnon Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia Ecclesiastica, siue sæculari, & temporali præfulgeant dignitate, & præeminentia, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eisdem contentis, perpetuo inuiolabiliter obseruari decernimus.

Et insuper, quod Fratres dicti ordinis (ab eorum Superioribus tamen approbati) in eorum Ecclesijs, quando eis placuerit, etiam quod in Cathedrali Ecclesia (non tamen si ab Episcopo ibi prædicetur) liberè, & licitè absque aliquo impedimento, siue etiam ipsius Episcopi

contradictione,& absque eo, quod coram dicto Episcopo se non præsentauerint, nec eidem licentiam muneris prædicationis huiusmodi exhibuerint, & ab eodem Episcopo benedictioné, vt præfertur, non obtinuerint prędicare,& munus prædicationis huiusmodi exequi.

Necnon Fratres ipsi quæcumque corpora defunctorum, qui se in eorum Ecclesijs sepeliri ordinauerint, vel si a defunctorum hæredibus, siue curam funeris habentibus vocati fuerint, ipsorum Fratrum Cruce eleuata etiam sine dictorum Canonicorum, ac Capitularium personatum, necnon Curatorum, vel aliorum Presbyterorum interuentu ex ipsorum defunctorũ domibus leuare, eaque accipere, & associare, ac ad ipsorum Fratrum Ecclesias directè deferri, & in eorum Ecclesijs (non tamen tempore interdicti) sepeliri facere, saluo duntaxat iure parochiali; Nec Fratres ipsi ad alterius cuiusuis contrariæ consuetudiuis, vsus, siue moris, obseruationem teneri, vel super præmissis à quoquam quauis auctoritate molestari, seu perturbari possint, vel debeant.

Quartam autem funeralium, quoad Domos, siue Conuentus, & Monasteria ipsius ordinis, tempore dicti Concilij Tridentini ante quadraginta annos fundata & erecta, & ratione illorum vbi consuetudo illam soluendi tantum extitit, ac de cæteris, & alijs, quæ deferuntur iuxta cadauer, dum ad sepulturam defertur, non autem de alijs quibusuis eisdem Fratribus seu Monialibus, aut eorum Domibus, Conuentib. Monasterijs, Ecclesijs, & locis, etiam pro funeris, siue Anniuersarij, aut Missarum celebratione donatis, legatis, siue alias quomodolibet largitis, vbi duæ quartæ forsan solui consueuerint, vna parocbiali Ecclesiæ, alia verò Episcopo, siue Cathedrali, aut Collegiatæ Ecclesiæ, siue Canonicis, & Capitulo eiusdem, vna tantum, scilicet Episcopo. Vbi vero consuetudo illam soluendi non fuit, siue domus, Conuentus, & Monasteria dictorum Fratrum, & Monialium, post quadraginta annos erecta, siue fundata fuerint, nequaquam, nec vllo modo soluere, seu tradere, omnem aliam præmissis contrariam consuetudinem, siue morem harum serie cessantes, & extinguentes, ac omnibus & singulis, quorum interest, desuper perpetuum silentium imponentes.

Minusque Fratres,& Moniales ipsi, ad aliquorum onerum realium, vel personalium, etiam ratione eorundem Domorum, seu Conuentuũ, Monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum, ac quorumcumque beneficiorum, etiã de mensa eorũ, etiam si, vt præfertur, curam animarũ habeant, contributionem, siue solutionem, etiam pro Seminario, & decimarum, quarumcunque subsidij, etiam charitatiui, & Triennalis nuncupati, nunc, & pro tempore per nos, & quoscumque Romanos Pontifices, aut Sedem præfatam impositorum, & imponendorum ex quauis causa, quantumcunq; vrgentissima, teneantur, vel desuper aliter molestari possint, seu debeant.

Quodque Fratres, & Moniales præfati, vbique locorum nouas domos, siue Conuentus,& Monasteria, ac Ecclesias dictorum Ordinum, cum claustris, & cellulis, refectuarijs, dormitorijs, absque officijs necessarijs, Ordinarij loci, siue cuiusuis alterius licentia, desuper minimè requisita, construere, ædificare, erigere, & instituere, nec pariter super his molestari possint, siue debeant, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo statuimus, ordinamus,& declaramus, eisque Fratribus & Monialibus, super præmissis omnibus,& singulis licentiam,& facultatem concedimus, & impartimur.

Ac etiam ipsos Fratres,& Moniales, eorumque Domus, Monasteria, Beneficia, & ab illis quomodolibet dependentia loca, ac bona quæcumque, cuiuscumque qualitatis, & quantitatis existant, dictorumque bonorum colonos, laboratores,& conductores, ac oblatos, tertij habitus Moniales, aliasque personas præfatas, à quibusuis decimis, etiam prædialibus,& primitijs, quartis, medijs, & alijs partibus fructuum, ac a subsidijs, etiam charitatiuis præfatis, ac ab omni iurisdictione, & superioritate quorumcumq; locorum ordinariorum, etiam de nouo, quatenus opus sit, auctoritate, & tenore similibus eximimus, & liberamus, ac exemptos, liberos, & immunes penitus esse volumus, necnon, quatenus opus sit illos, eorumque singulos in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis Apost. ac sub eorum speciali,& immediata protectione suscipimus, ac eos solum,& duntaxat immediatè Sedi præfatæ, & nobis, ac pro tempore, existenti Romano Pontifici, subiacere decernimus, & declaramus.

Et vt Fratres, & Moniales à præmissis molestijs,& perturbationibus sublenati, quietius Altissimo famulari, & vberiores fructus quotidie in agro Domini, pro Christianæ Religionis defensione, & amplificatione perferre possint, tam vos omnes & singulos supradictos,

quam

quam quascumque alias personas in dignitate Ecclesiastica vbilibet & in quibusuis Mundi partibus constitutas,& quoscumque locorum ordinarios, ac eorum Vicarios, & officiales, necnon Canonicos Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesias, per eosdem Fratres,seu Moniales,ac dicti ordinis Fratrum superiores, & Domorum Priores, ac eorum singulos pro tempore eligendos,in eorum, & dictorum eorumdem priuilegiorum,indultorum,concessionum,& gratiarum, & singulorum aliorum præmissorum,Conseruatores,& Iudices vnicos, qui quandiu dictum officium exercuerint, à nemine quo minus illud exerceatis, & exerceant, sub aliquo prætextu, ac sub excommunicationis, siue suspensionis a diuinis latæ sententiæ, quam eo ipso incurrere volumus, & declaramus respectiue pœna impediri, vel molestari possitis,& possint, dicta auctoritate deputamus. Ita quod vos, seu alii quicumque sic electi, sub excommunicationis, & suspensionis latæ sententiæ pœna huiusmodi, quam statim, quod munus, siue officium Conseruatoris huiusmodi acceptare, & debitè,ac plenariè exequi neglexeritis, absque alterius declarationis ministerio incurrere volumus,nec ab aliquo quam a nobis,&pro tempore existente Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo)absolui posse,eosdem Priores,Superiores,& Fratres,ac Moniales,etiam tertii habitus Oblatos,& alios præfatos, ac eorum singulos aduersus inferentes, eis aut eorum Procuratoribus, Agentibus Seruitoribus,& Familiaribus in præmissis,eorumdem aliquò,molestias, siue perturbationes aliquas,seu iniurias, grauamina, vel damna, in personis,rebus, & bonis, seu exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera, defendere, præseruare, ac omnem eorum iurisdictionem exercere, necnon sententias,censuras,& pœnas Ecclesiasticas,contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Cõseruatoribus dicti ordinis Fratrum Prædicatorum, illiusque Fratribus, & personis per quascumque litteras Apostolicas quomodolibet concessis vti, ac priuilegia Superioribus Prioribus,& Fratribus, ac Monialibus præfatis pro tempore concessa, eis obseruari facere debeatis,& debeant.

Neque Superiores, Priores,Moniales,Oblati, & cæteræ personæ ordinis huiusmodi, & ab eis dependen. præfatæ, coram aliis quam vobis,& dictis Conseruatoribus etiam vigore seu prætextu quarumcumque constitutionũ, & ordinationum aliquorum Regnorum, etiam quod non habentes Superiorem in illis Regnis, coram sæcularibus Iudicibus respondere debeant, ac teneantur in iudicium vocari, vel aliàs molestari, quauis occasione, vel causa,possint, vel debeant: Quodque ipsi Fratres,& Moniales,Oblati,& aliæ personæ præfatæ,siue Actores,siue Rei existant, coram aliquo alio Iudice ordinario, vel Delegato, quã prædicto suo Conseruatore(coram quo primo vnam sententiam diffinitiuam, antequam ipsi ad aliud iudicium euocentur, seu causa committatur, vel transferatur,obtinere debeant,& teneantur) vt præfertur, etiam quauis occasione vel causa molestari, vel in iudicium trahi, siue ad iudicium euocari, vel agere minimè possint,siue debeant eisdem auctoritate,& tenore etiam statuimus, & ordinamus,& decernimus.

Et insuper aduersus molestatores,inquietatores,& alios iniuriatores huiusmodi, volentes eisdem ordini,Magistro Generali, Prioribus Superioribus,Fratribus,Monialibus, Oblatis,Seruitoribus,œconomis,procuratoribus & aliis eorum personis præfatis, illo remedio prouidere,per quod ipsorum compescatur temeritas,& aliis aditus,& voluntas committẽdi similia præcludatur. Discretioni vestræ per præsentes mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum,per vos,vel alium,seu alios, etiam si sint extra loca,in quibus estis deputati Conseruatores,& iudices ordini Fratrum Prędicatorum,ac illius pro tempore existentibus Magistro Generali, Prioribus, Superioribus, Fratribus,Monialibus,Oblatis,præsentibus& futuris,quibusuis aliis personis præfatis, efficacis defensionis præsidio assistentes,non permittatis eos superiis, ac eorum priuilegiis, immunitatibus & gratiis, concessionibus, facultatibus, exemptionibus indultis, ac aliis quibusuis eisdem concessis per quoscumque Patriarhas,Archiepiscopos,Episcopos, aliosque Ecclesiarum prælatos,necnon eorum Vicarios,Officiales,Capitula,Collegia,& Clericos,ac Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quàm S.Benedicti,S.August.Cisterciens.Carthusiens.Cluniacens.Premonstratens. & alio-

rum quorumcumque ordinum, & Congregationum, ac Hospitales S. Ioannis Hierosolymitani, & S. Iacobi de Spata, ac Iesu Christi, & quarumcumque aliarum Miliarum Religiosos, & Milites, exemptos, & non exemptos, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, & laicos, Communitates Ciuitatum, Vniuersitates Oppidorum Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac alias singulares personas, Ciuitatum, & Diœcesium, ac quarumcumque aliarum partium, super præmissis, & eorum aliquo, quouis prætextu, & quæsito colore, & contra præmissorum singulorum tenorem, & formam, indebite molestari, aut eis, vel eorum alicui, molestias grauamina damna, seu iniurias, & iacturas irrogari, facturi dictis Prioribus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Oblatis, aliisque personis prædictis, cum ab eis, aut eorum aliquo fueritis requisiti super dictorum priuilegiorum, indultorum, exemptionum, libertatum, facultatum, & aliarum gratiarum præfatarum obseruatione, necnon super quibusuis molestiis, damnis, iniuriis, atque iacturis sibi pro tempore illatis, seu inferri comminatis, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum, Molestatores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis: & nihilominus legitimis super his per vos habendis seruatis processibus illos, quos censuras, & pœnas præfatas, ac alias per vos toto tempore latas incurrisse vobis constiterit, eas incurrisse declaretis, ac censuris, & pœnis prædictis, quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus, aggrauare curetis. Cæterum, si per summariam informationem, per vos super iis habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus molestatores, & iniuriatores huiusmodi, necnon cæteros, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit pro monitionibus requisitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus de eis faciendis, tutus non pateat accessus. Nos vobis, monitiones, requisitiones, & citationes, ac inhibitiones quaslibet, tam contra in iudicio præsentes, quam alios quoscumque sua quomodolibet interesse putantes, & quacumque auctoritate, siue dignitate præfulgentes, in decreto, siue executione dictæ citationis, siue inhibitionis nominandos, etiam sub eisdem censuris, ac aliis arbitrio vestro imponendis, & applicandis pœnis, etiam pecuniariis, etiam per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quòd ad ipsorum monitorum, requisitorum, & citatorum notitiam peruenire valeant faciendi, & decernendi, eosque citandi, ac eisdem molestatoribus, iniuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, ac aliis, quibus opus fuerit, etiam sub censuris Ecclesiasticis, ac aliis pœnis etiam pecuniariis suo arbitrio moderandis inhibendi, easque incurrisse modo præmisso declarandi, aggrauandi, & auxilium brachii sæcularis inuocandi. Necnon causas, & controuersias quascumque dictorum Fratrum, Monialium, & dicti ordinis superiorum Oblatorum, ac aliarum personarum præfatarum, super quibusuis rebus, & negociis, motas, & mouendas, actiuè, & passiuè cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, & emergentibus annexis, modo præmisso, & tam coniunctim, quam diuisim, arbitrio vestro audiendi, cognoscendi, decidendi, & in suis statu, & terminis reassumendi, & fine debito finiendi, & terminandi, & earumdem, necnon sententias per vos ferendas, postquam transiuerint in rem iudicatam, vel alias de iure executioni locus fuerit, debitè exequendi, & executioni demandandi, plenam, & liberam earumdem tenore præsentium concedimus facultatem, & potestatem. Ac volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus; Quod monitiones, requisitiones, citationes, & inhibitiones sic factæ huiusmodi, ipsos monitos, requisitos, citatos, & inhibitos arctent, perinde, ac si eis factæ, insinuatæ, & intimatæ personaliter extitissent.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis

aliter

aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere. Ac irritum,& inane,quidquid secus super his,a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus,& in illis, vltra vnam diætam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudice à Sede prædicta deputari extra Ciuitatem,& diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut aliis vices suas committere præsumant, & de duabus diætis in Concilio Gen. edita, dummodò vltra tres diætas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur. Seu quod de aliis quam manifestis iniuriis, & violentiis, & aliis,quæ iudiciale non requirunt indaginem, pœnis in eos, qui secus egerint, & in id procurantes, à delictis, Conseruatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque Constitutionibus a Romanis Pontif. prædecessoribus nostris, tam de iudicibus, delegatis, quam de personis vltra centum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliàs editis, quæ vestræ in hac parte possent iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Quodque vos filii Canonici, Officiales,& Vicarii non sitis de personis, quæ deputari possunt in Conseruatores. Priuilegiis quoque, indultis,& litteris Apostolicis, ac exemptionibus, facultatibus,& aliis conseruatoriis per nos, ante eosdem prædecessores nostros Romanos Pontifices, quibusuis Ecclesiis Monasteriis, Hospitalibus, & aliis piis locis. Necnon Ordinibus,Congregationibus, Militiis, Communitatibus, & aliis Collegiis,ac Vniuersitatibus etiam studiorum generalium,ciuitatibus,Castris,Terris,& Locis,ac personis tam Ecclesiasticis quam Sæcularib⁹, cuiuscumque dignitatis,etiam Patriarchali,Episcopali, Archiepiscopali, & alia maiori dignitate, seu auctoritate fungentibus ac Capitulis, Conuentibus,Ducibus,& aliis Dominis temporalibus etiam per modum Statuti perpetui, etiam motu, & scientia similibus ac quibusuis aliis personis,cuiuscumque qualitatis, conditionis, gradus, præeminentiæ, seu dignitatis ac Vniuersitatibus etiam studiorum generalium, seu Collegiis, etiam exemptis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, etiam de non trahendis, irritantibusque & aliis decretis, etiam Mare magnum seu Bulla aurea, nuncupatis, aut alias quomodolibet concessis, & innouatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes,mentio, seu quæuis alia expressa habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret,tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserta forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè pari motu derogemus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam,& expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi & eorum personis, locis, ordinibus & nominib. proprijs mentionem, & qualibet alia dicta Sedis indulgentia generali,vel speciali,cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua eiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Cæterum etiam volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum,etiam per aliū inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus.

Quodque à data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis, & eorum singulis cœptis,& non cœptis, præsentibus,& futuris perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram

vobis excepta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in praemissis omnibus & singulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitisset, constitutione praedicta super Conseruatoribus, & alia qualiber in contrarium edita non obstante.

Et quia difficile foret praesentes litteras ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda fuerit, loca deferre, etiam volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod praesentium transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius praelati, vel personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, aut Curiae Ecclesiasticae munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die 23. Septembris 1571. Pont. nostri anno sexto.

IV.

Reuocatio licentiarum quibuscumque mulieribus concessarum ingrediendi Monasteria, & loca quorumcumque Ordinum Regularium.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Regularium personarum, quae relicto saeculo Dei se obsequio dedicarunt, pro commisso nobis officio, quieti consulere cupientes, ad ea remouenda, quae Religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter intendimus, vt nulla re, quae eas a Diuino cultu auocet, praepeditae, secundum ordinis suorum Regularia instituta, & decretum Sacri Tridentini Concilii, tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur, & Carthusiensium ordinis, & aliorum Regularem vitam professorum quies non parum solet (sicut accepimus) perturbari, propterea quod mulieres modestiae matronalis oblitae, Domos, ac Monasteria eorum, contra ipsorum instituta, praetextu confessionalium, aut aliarum litterarum Apostolicarum ingredi audeant, ipsis etiam Abbatibus, Praepositis, Prioribus, & aliis praesidentibus aliquando recusantibus, & renitentibus non sine magna eorum molestia, nec sine graui laicorum etiam offensione, ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur, huic rei prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, omnes, & singulas facultates, ac licentias ingrediendi monasteria ac domos Carthusiensium, & aliorum quorumcumque Regularium ordinum, etiam Mendicantium, mulieribus cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac praeminentia praeditis, etiam Dominissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis ab Apostolica Sede quomodocumque concessas, quarum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, haberi volumus pro expressis, tenore praesentium reuocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus. Districtè prohibentes mulieribus quidem praedictas facultates, & licentias praetendentibus, sub excommunicationis latae sententiae poena, postquam harū litterarum notitiam habuerint, à qua non possit nisi à nobis, aut à Rom. Pontifice, qui pro tempore fuerit absolui, praeterquā in mortis articulo, ne dictas domos, & Monasteria ingredi audeant. Ipsi vero Monasteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Praepositis, Prioribus, & alijs praesidentib. quocumque nomine vocētur, & eorum Monachis, Canonicis, & Fratribus siue Mendicantib. siue non Mendicantibus, sub priuationis officiorū, quae in praesentia obtinent, & inhabilitatis, in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis a Diuinis, ipso facto, sine alia dilatione incurrendis poenis, ne eas introducere, admittereve praesumant. Non obstantib. praemissis, ac Constitutionib. & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, & mandamus, vt hae literae ad valuas Basilicae Beati Petri Apostolorum Principis, & in Cancellaria nostra, atque in acie Campi Florę de more publicentur. Quia verò difficile foret has literas ad omnia loca deferri, volumus, & declaramus, vt earum exemplis, & transumptis manuscriptis vel impressis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Praelati munitis par vbique fides habeatur, ac si praesentes exhibitae essent vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 23 Octobris, millesimo quingentesimo, sexagesimosexto, Pontificatus nostri anno primo.

De

V.

De clausura Monialium cuiuscunque Ordinis, & Religionis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Circa pastoralis Officii nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi curam, quantum uobis ex alto permittitur inuigilantes assiduè ad ea, per quæ singulis erroribus, & excessibus obuiatur, ac personis quibuslibet, præsertim sexus virginitatem suam Altissimo vouentibus, sub Religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, semita iustitiæ, & honestatis declinantibus, ne quidquam in eis reperiatur incongruum, quod in Regularis ponat honestatis gloria maculam, & diuinam meritò possit offendere maiestatem, opportunè succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantiæ partes propensius impartimur, prout id in Domino salubriter expedire conspicimus. Hac igitur perpetuo valitura Constitutione, inhærentes etiam Constitutioni fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit Periculoso, & decretis Concilii Tridentini super clausura Monialium editis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, atque perpetuò decernimus, vniuersas, & singulas Moniales præsentes, atque futuras, cuiuscumque. Religionis, ordinis, vel Militiarum, etiam Hierosolymitanæ sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibusuis Monasteriis siue Domibus recipientur, & tacitè, vel expressè Religionem professæ, etiam si Cõuersæ, aut quocumque alio nomine appellentur, etiam si ex institutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum Monasteriis, seu Domibus etiam ab immemorabili tempore ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis, seu domibus debere de cætero permanere clausura, iuxta formam dictæ Constitutionis fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, & innouatam, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus & per omnia, ac illam districtè obseruari mandamus. Quod si aliquæ Moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione Regulæ sua fretæ, animo obstinato huic clausulæ resistant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarii vna cum Superioribus earum, omnibus iuris, & facti remediis compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcise subeundum dictam clausuram, & perpetuo obseruandum. Mulieres quoque, quæ tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscũque fuerint ordinis in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita vt solemne votum emiserint, ad clausuram præcisè, vt præmittitur, & ipsæ teneantur, quod si votum solemne non emiserint, Ordinarii vna cum superioribus earum hortẽtur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteãtur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subiiciant: quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalosè viuere, seuerissimè puniantur. Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausura viuere omninò volentibus, interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem, Religionem, Congregationemve recipiant. Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decreuimus, & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maxime in pertinentibus ad illarum victum, patiantur, sed vt eius opportunè consulatur, auctoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus ordinariis, & Superioribus earum vt curent colligi fidelium eleemosynas per Conuersas, quæ nõ sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, & de earum domibus exire nõ possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis nisi de licentia Ordinarii, vel earum Superiorum. Et de cætero nullæ aliæ Conuersæ professæ recipi amplius, etiam de consensu suorũ Superiorum, vel Prælatorum possint: quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, &

inanis sit, prout ex nunc nullam, irritam facimus, & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus Monialium, & mulierum Tertiariarũ prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinariis & Superioribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis piis, & Deo deuotis, qui fidelium eleemosynas colligant, vel alias meliori, & cõmodiori modo, quo fieri poterit etiam ex opere manuum ipsarum Monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio ordinariorum, & Superiorum earumdem, & prout eis congruentius expedire videbitur, prouideatur, & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ Constitutioni Bonifacii, & Concilii Tridentini Decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis distinctè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum Monasteriis recipiant, & admittant, siue recipi, & admitti permittant, quam ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, vniuersis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Ciuitatibus, & Diœcesibus propriis, præsentes nostras litteras publicari faciant, ac in Monasteriis Monialium sibi ordinario iure subiectis, in iis verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate vna cum Superioribus eorumdem Monasteriorum clausuram (vt præmittitur) quam primum poterint seruari procurent. Contradictores, atque rebelles per cẽsuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis. Ac vt hoc tam salutare Decretum facilius obseruetur, omnes Principes sæculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, & quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Monialium Superioribus assistant, ac suum fauorem, & auxilium præstent, ac impedientes pœnis, etiam temporalibus afficiant, præmissis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apostolicam approbatis, & confirmatis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam in fundatione, & institutione eisdem Monasteriis, vel Dominibus & Monialibus sub quibuscumque verborum formis, & Clausulis irritantibus, & aliis Decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, quo ad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, aut suspendi non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultu huiusmodi mentionem. Per hoc autem in Monasteriis exemptis ordinariis locorum, quod aliam nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem, quod præsentes litteræ ad Valuas Basilicæ Beati Petri Apostolorum Principis, & in Cancellaria nostra, ac acie Campi Floræ publicentur, & Constitutiones, Extrauagantes perpetuò valituras cõscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæcumque loca deferri, volumus & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbicumque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, statuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, præcepti, inhibitionis, requisitionis, obseruationis, iniunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beato-

rum

rum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, 1566. quarto Kalend. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

VI.

Declaratio circa reuocationem licentiarum mulieribus concessarum ingrediendi Monasteria, & loca Regularium.

Similem reuocationem fecit Gregorius XIII. Const. II.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memor. Decet. Rom. Pont. certissimum mentis suæ interpretem, si quando quidpiam dubietatis in litteris ab eo emanatis occurrit, suæ declarationis oraculo quam primum explanare. Cum aliàs à nobis emanauerint quædam litteræ in simili forma Breuis sub die 14. Octobris 1566. Pont. nostri anno primo, in quibus mulieribus quibuscumque Monasteriorum Regularium ingressus cum derogatoriis Clauf. & irritantibus decretis prohibetur, & aliàs prout in illis plenius continetur. Nos intuitu, & in fauorem Congregationis Montis Virginis, aliquas dubitationes, quæ circa dictarum litterarum, & mentis nostræ intelligentiam oriri possent, elucidare, & submouere volentes, supplicationibus dictæ Congregationis, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Apost. auctor. tenore præsentium dicimus, & declaramus fuisse, & esse mentem, & intentionem nostram, quod dictæ litteræ non solum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi Monasteria, sed etiam omnes, & quascumque mulieres alias, tam in genere, quam in specie, significantes nihilominus, prout significamus, quod propter hoc, & prædictas nostras litteras, non intelleximus, nec intelligimus, quod mulieribus præcluderetur, nec præcludatur aditus ad Monasteria, & loca Regularia dictæ Congregationis, ac eorum claustra, quando in eis Missæ, & alia diuina Officia celebrantur, ac dum processiones fiunt, & quando Christi fidelium cadauera ibi sepeliuntur, ac etiam pro eis suffragia fiunt sed liberè perpetuò concedimus eisdem omnibus mulieribus facultatem, vt ad illa loca dictę Congreg. in quibus dicta pia opera exercentur cum aliis Catholicis personis accedere liberè, & licitè possint, & valeāt, & similiter, quòd quando diuinum verbum in Claustris Monasteriorum, & Regularium locorum Congregationis huiusmodi proponitur, vel per aliā quamcumque causā tantus concursus populi fuerit q̄ commodè ingredi non possint, & ingredi per portam Ecclesiæ, perpetuo concedimus, vt dictæ mulieres vna cum aliis sæcularibus personis possint ingredi, per portam Claustri Monasteriorum, & locorum regularium Congregationis huiusmodi (dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur è Monasterio) sicque volumus pariter, & indulgemus, decernentes præsentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quouis alio defectu notari vel impugnari non posse, sicque in præmissis ab omnibus censuis, & ita per quoscumque iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac dictis nostris litteris, cum inde secutis, & quibusuis aliis Apost. vniuersalibus, prouincialibus, & Synodalibus, & specialibus, & generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon etiam Monasteriorum, & locorum prædictorum, ac illorum ordinum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis. Statutis, & consuetudinibus, & etiam nouis Reformationibus, priuilegijs quoque indultis, & etiam aliis litteris Apostolicis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & Decretis, etiam Motu proprio, & Consistorialiter, ac aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo pisc. die 16 Iulij, 1570. Pontif. nostri anno quinto.

VII.

Conceditur nouitiabus Monialibus, quod in articulo mortis constitutæ ante annum probationis expletum, professionem emittere valeant.

PIVS V. Ad perpet. rei memor. Summi Sacerdotij cura meritis licet imparibus nobis ex alto commissa, requirit, vt votis illius, per quæ animarum Christi fidelium, præsertim Sanctimonialium virginum Domino sub suaui Religionis iugo virgineaque perpetuæ castitatis laureola famulantium, saluti spiritualique consolationi consulitur, libenter annuamus, illaque fauorib. prosequamur opportunis. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum Monialium nouitiarum nuncupatorum, ad Regulam profitendam ordinis S. Dominici Fratrum Prædic. petitio continebat. Quod quoniam aliquando accidit, vt illæ, durante tempore probationis illarum emittant professionem Regularem, & ante illius emissionem ab hac vita migrant, & in dicto tempore probationis obstantibus Constitutionibus siue Statutis, & ordinationibus dicti ord. non valentes dictam professionem emittere, carent cœlesti merito, quo ex dono, benignitate Sedis Apostolicæ cæteræ dicti ord. Moniales professæ indicta professione, & Regula decedentes, gaudent.

Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, vt sibi in præmissis opportune prouidere ex benignitate Apost. dignaremur. Nos igitur (qui salutem animarum dictarum Monialium nouitiarum, sic ante professionis emissionem, & durante tempore probationis earundem decedentium syncero desideramus affectu) ipsasque Moniales nouitias, & earum singulas, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, à quib. quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationib. inclinati, eisdem Monialibus nouitijs nunc, & pro tempore existen ib. & earum singulis, vt quando, & quoties aliqua ex eis nondũ professa de alicuius Medici consilio, ab hoc seculo transitura conspicitur, ipsa pro consolatione animæ suæ, professionem prædictam ante tempus requisitum (quatenus tamen in ætate legitima constituta sit) ad illam emittendam, in manibus Abbatissæ, seu Priorissæ, vel alterius superioris nouitiarum ipsius Monasterij seu Domus, ita tamen, quod ipsæ Moniales nouitiæ sic decedendo, indulgentiam, & alias gratias, quas Moniales verè professæ decedentes consequuntur, consequi possint, emittere in articulo mortis libere, & licitè valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Necnon eisdem Monialibus nouitijs ita tunc professis decedentib. plenariam peccatorũ suorum indulgentiam, & remissionem in forma Iubilæi misericorditer in Domino eisdem auctoritate, & tenore largimur. Ac concessionem indultum, & elargitionem huiusmodi, ac præsentes litteras sub quibusuis similium, vel dissimiliũ indulgentiarũ, & gratiarum suspensionib, reuocationib. & limitationibus, etiam in fauorem quorumcumque factis, & faciendis nullatenus comprehensas, sed semper, ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimũ statum restitutas, repositas, & de nouo concessas existere, ipsisque Monialibus, & professionem emittentibus suffragari posse, & sic per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & sacri Palatij Apostolici causarum Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasterij, seu Domus, & ordinis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinib. Priuilegijs quoque, Indultis, & litteris Apostolicis, illis, eorumq; superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis Clausulis, & Decretis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quib. omnib. & singulis illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscat. die 23. Aug. 1570. Pontificatus nostri anno quinto.

Facul

VIII.

Facultas tribuitur Magistro Generali, necnon Prouincialibus Ordinis Prædicatorum in toto Ordine, & in eorum Prouinciis respectiuè, creandi, & deputandi Fratres dicti Ordinis in Notarios pro intimandis Mandatis, Rescriptis Apostolicis, publicam, seu priuatam eiusdem Ordinis vtilitatem concernentibus.

PIVS V. Ad perpetuam rei memoriam. Debitum pastoralis officii nobis (meritis licet imparibus) ex alto commissi, nos admonet, & inducit, vt circa Religionum quarumlibet, præsertim ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, ad quem patrio quodam iure peculiarem gerimus paternæ charitatis effectum, statum prosperè dirigendum, & Rescripta Apost. quæcumque publicam, ac aliàs priuatam dicti ord. & Fratrum, siue Monialiū eiusdem vtilitatem concernentia per probos, & idoneos eiusdem ord. Religiosos personis, quibus opus fuerit, intimanda, & insinuanda, ac debitè exequenda, studiis inuigilemus assiduis, ac alias omnibus illorum incommodis, & necessitatibus consulamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cùm itaque sicut nobis dum in minoribus constituti essemus, satis comprobatum fuit, quod Fratres Religiosi, & Moniales dicti ordinis Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici, siue ordinem ipsum, vel illius Regulam profitentes, quem quidem ordinem expressè professi fuimus, tā vniuersaliter, quàm particulariter, quam plura damna, incommoda, & detrimenta patiuntur, & impensas sustinent, ex eo quod Notarum tam Clerici, quam Laici sæculares, etiam Apostolica, Imperiali, Regali, aut alia auctoritate creati, & constituti, in plerisque mundi partibus Regionibus, Regnis, Prouinciis, Dominiis, & Locis existentes, ex eis oriundi, siue alias inibi commorantes, mandata, concessiones, gratias, priuilegia, & indulta, aliaque Rescripta Apostolica, tam ad publicam, quam priuatam vtilitatem emanata, siue concessa, & bonum, siue commodum publicum, siue priuatum concernentia, Dominis temporalibus, siue Potestatibus Regibusque Ducibus, Principibus, Marchionibus ac aliis Dominis, & personis, quibus intimanda, siue insinuanda veniunt, ac intimare, & insinuare oportet intimare, notificare, siue insinuare, variis confictis respectibus, recusant, siue non audent contra eorundem offici. liberum, & publicum exercitium, debitamque Sedi Apostolicæ obedientiā, ac in non modicum publicæ, & priuatæ vtilitatis, & commodi præiudicium.

Nos igitur cupientes quantum cum Deo possumus in præmissis ordini, & Fratribus præfatis, ac etiam Monialib. ipsis de opportuno remedio prouidere, & incommodis, detrimentis, expensis, & damnis eorum obuiare, neq; mandata, priuilegia, gratias, concessiones, indulta, & Rescripta Apostolica in genere, vel in specie dicto ordini, seu ipsius ordin. Magistro Generali, Prouincialib. aliisq, Superiorib. Priorib. & Fratrib. & eorum singulis, dictisq; Monialib. siue earundem Abbatissis, Priorissis, & earundem etiā singulis eiusdem ord. siue dictum Ord. & illius Regulam profitentibus quomodolibet in genere, vel in specie concessa, aliaq; mandata, & Rescripta Apostolica, publicam, vel priuatam ipsius ord. vtilitatem quomodolibet concernentia, & emanata, ob id debito careant effectu, & vacua remaneant, prouidere volentes, ipsosq; ordinē, ac illius Magistrum generalem, Vicarium, Procuratorem, & Fratres ac Abbatissas, Priorissas, & Moniales, eorumq; singulos specialib. fauorib. & gratiis prosequentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt, ad effectum præsentium dūtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon nomina, cognomina Magistri Generalis, Prouincialium, Vicariorū, Procur. & aliorum Superiorum, ac dictarū Abbatiss. Priorissarum, & Monialiū, inuocationesq; derogationes, & dependentias Monasteriorū, Domorum, Conuentuum, & aliorum Regularium Locorum, tam virorum, quam mulierum dicti ord. ac etiam Mandatorum, Concessionū, Indultorum, & Rescriptorum, aliarumq; gratiarum tenores, præsentibus pro expressis habentes Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apost. potestatis plenit. moderni, & pro tempore existentib. dicti ord. Magistro Generali, Vicariis, & Prouincialib. tam citrà, quam vltra, ac aliàs vbilibet constitutis. Quod in vnaquaq; eorū prouincia, vnū, duos, tres, quatuor, vel quinque aut plures eis bene visos dicti ord. Religiosos, seu Frat. probatos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipsis approbatos in No-

rarios creare, constituere, & deputare. Qui sic creati, constituti, & deputati, sine aliquo respectu, & omni cessante recusatione, liberè quoties requisiti fuerint, omnia, & singula mandata, priuilegia, concessiones, gratias, & indulta Apost. aliq. tam vniuersalia, quàm particularia d. Ordini, ac quibusuis alijs, quae de Obseruantia sunt tantum locis, Domibus, Conuentibus Monasterijs, & Ecclesijs tam virorum, quàm mulierum, & seu eiusdem ordinis Magistro Generali, Prouincialibus, Vicarijs, Prioribus, & alijs superioribus Fratribus ac Abbatissis, Priorissis, Monialibus, & alijs personis sub Regula dictorum Fratrum degentibus & quae sunt obseruantiae tantum in genere, vel in specie, & ad vniuersam, seu priuatam vtilitatem concessa, & emanata Rescripta Apostolicae eisdem, Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus Comitibus, Baronibus, & Dominis, alijsque personis Ecclesiasticis, & secularibus quibuscumque vbi, & quoties opus fuerit, ac ad id requisiti fuerint, notificare, & intimare. Ac eosdem iuxta mandatorum, concessionum, indultorum, priuilegiorum, & rescriptorum huiusmodi formam, continentiam, & tenorem monere, & requirere, aliaque omnia, & singula circa ea requisita, & opportuna facere, agere, exercere, & exequi, ac de eisdem omnibus, & singulis, publicos, & publica, actus, & instrumenta coram testibus ad hoc requisitis conficere, & stipulari, ac in notam redigere, & exinde semel, vel pluries, prout ad id requisiti fuerint, vnum, vel plures, ac plura, publicos, & publica, actus, instrumenta, quibus eadem prorsus fides adhibeatur, in iudicio, & extra, ac vbique, ac si per alios quoscumque publicos, & authenticos rogatos Notarios stipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuissent conficere, & debitis signis, & characteribus subscribere, publicare, & authenticare libere, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium licentiam, & facultatem impartimur, concedimus, & indulgemus, eisdemque actis, notis, instrumentis, & scripturis per dictos Religiosos, vt praefertur, Notarios deputatos stipulatis, confectis, & vt praefertur, authenticatis, plenā, & indubitatam fidem vbique tam in iudicio, quam extra adhibere, ac eosdem sic intimatos, monitos, & requisitos eis afficere, & arctari debere volumus, statuimus, & ordinamus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, & indignationis nostrae, ac suspentionis a diuinis, quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo ad alios vero inferiores, sub maioris excommunicationis latae sen entiae poenis, locorum ordinarijs, & alijs quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus & quacunque, etiam dictae Sedis auctoritate, facultate, seu potestate, etiam Legati de latere, ac Cardinalatus honore fulgentibus, ne ipsos Notarios, vt praefertur, deputatos, & electos, siue eorum aliquem in executione supradictorum omnium quouis modo impediāt, seu impedire, aut perturbare audeant, vel praesumant. Ac decernentes praesentes litteras nullo vmquam tēpore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu intentionis nostrae vitio, seu defectu notari, seu impugnari, ac sub quibusuis reuocationib. derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus à nobis, vel successorib. nostris emanandis, comprehendendas, sed semper ab illis exceptas existere, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum, & validissimum, etiam sub data per eosdem Magistrum Generalem, Prouinciales, & alios supra nominatos eligenda, concessas, restitutas, & plenariè reintegratas existere. Et sic per quoscumque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. Romanae Eccl. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs Iacobo tit. Sanctae Mariae in Cosmedin presb. Card. de Sabellis nuncupato, nostro in alma Vrbe Vicario, & Curiae causarum Camerae Apostolicae gener. Auditori, & Cancellariae Apostolicae Regenti nunc, & pro tempore existentibus per praesentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri gener. procur. Prouincialiū, & aliorum praedictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti sollemniter publicantes, eisq; in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorū singulos, indulto, concessione, voluntate, statuto, ordinatione, mandato, & decreto nostris huiusmodi iuxta eorundem praesentium tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos delu-

desuper per quoscumque quomodolibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis, seruatis processibus, sententiam, censuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato, etiam ad hoc (si opus fuerit,) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædecessoris nostri, de vna & Concilio Generali de duabus dietis, dummodo quis auctoritate præsentium vltra tres diætas ad iudicium non trahatur, alijsque quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon in prouincialibus Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam dictæ Sedis de latere Legatis, Nuncijs, locorum ordinarijs, & alijs quibusuis personis in præiudicium præmissorum per quemcumque Rom. Pont. etiam prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam tam sub plumbo, quam in forma Breuis, & etiam motu, & scientia similibus concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenorib. specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque. Aut aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sedē indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod transumptis præsentium, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ litteris ipsis originalibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die Martij, millesimo, quingentesimo septuagesimoprimo, Pont. nostri anno sexto.

IX.

De lectore, & officio Ministri Generalis, & aliorum Superiorum Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia, cum declaratione, quod descendentes ex Mahometanorum, vel Iudæorum genere baptizati, in ordine recipi, & ad illius dignitates admitti valeant.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriā. Pastoralis officij nobis diuinitus iniuncti assidua sollicitudo nos admonet, vt omni cura, ac vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ omnes personæ Regulares sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantes, in Regularium ac salutarium institutorum obseruatione non modo conseruentur, sed ad alia obseruanda modis, & rationibus congruentibus admoneantur, & interpellentur. Considerantes autem, quam vberes fructus ordo Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia, qui in humilitate, & patientia potissimum fundatus existit, hactenus in agro Domini attulit; & in dies magis cooperante eo, à quo bona cuncta procedūt, afferre non cesset, nonnulla ordinanda, & a Fratribus prædictis obseruanda censuimus, per quę Deo Omnipotente authore, dictus ordo per nostræ prouidentiæ ministerium, felicia in Domino suscipere possit incrementa. Motu igitur proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura sanctione statuimus, & ordinamus.

Quod illi Fratres eiusdem ordinis post hàc in generalem Ministrum, & reliquos superiores solum eligantur, qui regulam ipsius B. P. Seraphici obseruent, & qui choro, victu, & vestitu, quantum officij necessitas concesserit, cum alijs se conformare soleant, ac debeant, super quo Barchionenses constitutiones harum serie innouamus, omnesque tam Superiorum quorumcumcumque, quam diffinitorum Custodum, & Discretorum electiones, per vota secreta fiant, iuxta Sacri Concilij Tridentini decreta, & aliter electiones factæ, pro tempore nullæ, & penitus irritæ sint, & inanes, electique pænas in dictis decretis contentas incurrāt eo ipso.

Quodque Magister generalis, Commissarius, seu Procuratores generales, & prouinciales in

eo Capitulo, quo absolui debent, diffinitores non sint, neque vocem habeant, sed facta successoris electione, discedant, vt si quis eos accusare velit, liberè agat.

Quod Prouincialium Ministr. electio liberè per vota secreta, vt supra, fiat, ita vt Commissarius generalis, vel qui electioni præsederit, si formam prædictam transgredi, seu electores quo minus liberè eligant, quouis modo impedire conuictus fuerit, officio priuatus existat.

Qui verò in electionibus omnibus, vel ante eas per sex menses, pro se, vel pro alio subornauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à qua, nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, prætereamquam in mortis articulo absolui non possit, ac voce actiua, & passiua perpetuo careat, subornatus, vel alius, etiam pro quo subornatio fiet, qui subornantem non detulerit, eandem pœnam incurrere censeantur.

Qui autem ad officium obtinendum quorumuis fauorem extra Religionem procurauerit, vltra prædictas pœnas, per mensem carceri mancipetur.

Quod officium Generalis Ministri octo annos duret, Commissarij, & Procuratoris generalis, ac prouincialis quatuor, ipsique semel officio functi, ad idem eligi non possint, nisi post sexdecim annos, nec Minister Generalis in Commissarium, vel Procuratorem generales, nec Commissarius generalis in Ministrum, vel Commissarium generales, nisi post dictos sexdecim annos, vt munus sibi iniunctum cum maiori fructu exercere valeant, possit tamen Minister prouincialis in alia prouincia esse. Et Capitulum, quod dicitur inter medium, post quatuor annos ab electione Generalis celebrari debeat.

Quod Generalis Minister habeat duos Discretos secum, vnum ex qualibet familia, quorum consilio vti debeat in grauioribus, sintque immediatè subditi Ministro generali, ac in generali, & prouincialibus Capitulis habeant vocem, & præcedant omnes alios, tam in loco, quam in voce, nisi illos duntaxat, qui Ministri generalis munus obierint. Vnaquæque autem familia suum eligat post electionem Ministri generalis, & Diffinitorum. Si moriantur aut occupentur à nobis, seu Rom. Pont. pro tempore existente occupatione longa, arbitrio Ministri generalis; vel ab ipso Ministro generali legitime priuentur, alium seu alios eligat Minister generalis præcedente voto prouincialis eiusdem familiæ, eorumque officium cum ipso Ministro generali expiret, tametsi in Capitulis generalibus officio Discretorum huiusmodi functi vocem habere possint.

Quod generalis Minister duos Secretarios habeat, alterum videlicet ex altera familia, quo cum negotia cuiuslibet familiæ expediat, eisq; arbitrio suo vti possit.

Quod Sacræ Theologiæ Lector, qui quatuor cursus absoluerit, actiua, & passiua voce vtatur in prouinciali Capitulo.

Quod Magister Generalis, Commissarius prouinciales, & alij Visitatores, & domi, & foris, ita parcè, & modestè in expensis se gerant, vt sanctæ paupertatis memores, iam Conuentus releuare, quam proximos ædificare procurent.

Qui tamen hoc non seruabit, si Generalis fuerit, à Diffinitoribus Capituli generalis, reliqui à Superioribus condignè puniantur. Postremo quod in Nouitijs recipiendis fiat inquisitio de moribus & vita eorum, iuxta Regulam Beati Francisci, quæ vis, Diligenter examinent eos de fide Catholica, & de Eccles. Sacramentis, &c. Et fiat inquisitio de progenitorum suorum defectu, volentes quod ijs, qui ex Mahumetanorum, vel Iudæorum genere descendunt, cum post susceptum ab eis Sacrum Baptisma, Græci, & Iudæi, distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quo minus in ordinem prædictum recipiantur, & ad consequêdas in dicto ordine dignitates, gradus, & officia Religionis, vel cuipiam alteri nocere possit, vel debeat: Et quoad descendentes ex hæreticis, videlicet, Conuersis pariter minimè circa præmissa quidquam obstet. Quoad vero illos, qui ex hæreticis damnatis, & non conuersis, vel quorum statuæ combustæ fuerunt, originem ducunt, per lineam paternam vsque ad secundam generationem, per lineam autem maternam, vsque ad primam tantum in præmissis obesse decernimus, & idem seruetur in Fratribus, qui ad sacros etiam Presbyteratus ordines admittuntur.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusuis dicti ordinis, Statutis, & consuetudinibus, etiam iuramêto, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis ordini, & superioribus huiusmodi per quoscumque Romanos Pontif.

præde-

prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem Apostolicam, etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, sępius innouatis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū mentio habenda foret, quorum tenores pręsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cęterisque contrariis quibuscumque. Datum Romę, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę, millesimo, quingentesimo, septuagesimo primo, Pont. nostri anno sexto.

Cæs. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo primo, indictione decimatertia, die verò vltima mensis Maii, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris, & Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. anno sexto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in generali Rescriptorum Fratrum Minorum de Obseruantia, videlicet Ministrorum generalis, & prouincialium, ac vocalium Congregatione, habita in Conuentu Sanctæ Mariæ de Aracæli, de Vrbe, per me Robertum Fontanum Archiui Curs. scriptorem Clericum Mutinens. pręsentibus Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Alexandro Card. Cribello, Viceprotectore, & R.P.D. Hieronymo Albonoz, electo Tucumanen. Episcopo, testibus, &c. In quorum fidem, hic me subscripsi.

Robertus Fontanus Archiuii Roma. Curs. script.

X.

Conceditur facultas Prælatis Ordinis Prædicatorum, absoluendi suos Fratres, & Moniales, & cum eis dispensandi, sicut Episcopi suos Clericos, & Laicos absoluere, & cum eis dispensare auctoritate etiam per Concilium Tridentinum eis tradita, valent.

PIVS V. Ad perpetuam rei memor. Rom. Pont. circumspecta benignitas, honestis petentium votis, que personarum sub Religionis iugo Altissimo famulantium statum, & salubrem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam, libenter admittit, & fauoribus prosequitur opportunis. Hinc est quod nobis nuper fecit dilectus filius prior prouincialis prouinciæ Hispaniæ ordinis Fratrum Prædicatorum, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis priuilegiis, quæ ab Apostolica Sede concedi solent, detur facultas eligendi confessorē idoneum, ab ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluere à casibus ordinario reseruatis, & à quibusdam etiam, quę dictę Sedi reseruata sunt, Religiosi dicti ordinis, seu eorum nonnulli etiam his facultatibus vti pręsumunt, & illarum prætextu eligunt confessorem aliquando præter eos, qui a suis Prælatis, pro audiendis eorum confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentum. Quare prædictus Prior nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in pręmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur huiusmodi obuiare volentes ac eumdem Priorem a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, talem concessionem Cruciatæ Sanctę, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessorem, & absoluendi a casibus reseruatis, cum Fratribus & Sororibus Monialibus, totius ordinis prædicti, tam Prouinciæ Hispaniæ huiusmodi, quā extra eam vbilibet locum minime habere, nec censeri, sed nostræ intentionis existere, quod iidem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorū subiecti sint. Apost. auth. tenore præsentium perpetuò declaramus: eisdem tamen Prælatis, vt in vsu huius potestatis, se cum subditis, benignos, & faciles exhibeant præcipientes, & mandantes. Et insuper, quia Sacrum œcumenicum Generale Trident. Concil. concessit Episcopis, vt absoluere possint in foro animæ, seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispēsare in irregularitatibus, prout sess. 24. ca. 6 habetur, ne Priores Conuentuales, & superiores Prælati dicti totius ordinis, tam in dicta Prouincia,

uincia, quam extra eam vbilibet, in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut sæculares existant, eisdem Priori Conuentuali, & superioribus prælatis, vt ipsi per se ipsos idē omninò possint in Fratres, & Moniales dicti ordinis sibi subditos, quod possunt Episcopi in Clericos, & laicos sibi subiectos, tam quo ad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, quam alias quascumque facultates eadem authoritate, & tenore, etiam perpetuò concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus. Decernentes præsentes litteras perpetuò durare, & valere, & sub quibusuis illarum consimilium, vel dissimilium concessionum, indulgentiarū, & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, derogationibus, vel aliis contrariis dispositionibus, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tēpore existentes, aut Sedem Apostolicam, etiam ex quauis causa, aut alias quomodolibet canonice, vel de facto nunc, & pro tempore factis, & faciendis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimū statum restitutas, & de nouo concessas existere, & fore, ac censeri, & suffragari debere Irritū quoque & inane, si secus super his a quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & quibusuis Apostolicis, ac Vniuersalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus; Necnon quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Priuilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis quibusuis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet, cōcessis, & approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenorem suum, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata inseterentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 21. Iulii, 1571. Pontificatus nostri anno sexto.

X I.

Prohibet cuiusuis Ordinis Regularibus, etiam Mendicantium, Lectoribus, aut in Theologia graduatis, posse sæcularium Confessiones audire, nisi ab Ordinario præuio examine fuerit approbati.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumspecta nonnunquam gesta per eum rationabilibus, & honestis suadentibus causis moderatur, & commutat in melius, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes, & moderationes circa nonnulla Concilii Tridentini Decreta Regulares personas ordinum Mendicantium, eorumque instituta concernentia edidimus & promulgauimus: Et quia vt accepimus, illarum vigore Sacerdotes Regulares prædictorum Ordinum quandoque minus idonei, & inhabiles Confessionibus sæcularium audiendis ab eorum superioribus propositi absque aliqua Episcoporum, sed sola Magistri ordinis Generalis, aut prouincialium Ministrorum approbatione admittuntur. Nos super his pro debito pastoralis officii prout tenemur, salubriter prouidere volentes, tenore præsentium hac nostra Constitutione perpetua sancimus, decernimus, declaramus, Concilii Tridentini de approbatione Regularium audiendis Confessionibus sæcularium præpositorum ab Episcopis facienda obseruari debere, etiam in omnibus Regularibus, quorumuis ordinum etiam Mendicantium, etiam sub Regulari disciplina viuētibus, etiam si sint Lectores, aut in Theologia etiam de superiorum suorum licentia, graduati, vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus vel Prouincialibus Ministris, sæcularium confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos qui semel ab Episcopo in Ciuitate, & Diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari

nari de nouo poterunt. Inhibentes quibuscũque Regularibus quorumuis ordinum, etiam Mendicantium vt præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eisdem Magistris & Ministris Prouincialibus, etiam quod illarum occasione ab ordinariis hucusque tolerati fuerint, absque speciali in posterum licentia, & approbatione ab ordinariis obtinenda, sæcularium Confessiones audire præsumant: Decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac nostris litteris prædictis, & aliis postea quibuscumque Regularibus concessis, & forsan extensis, quas ad ea, quæ præsentibus aduersantur, & contrariantur, penitus, & omninò reuocamus, cassamus, & irritamus, nec non monasteriorum, & aliorum Regularium locorum, ac ordinum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Priuilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla Aurea aut alias nuncupatis, quibusuis Monasteriis, & Regularibus locis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis Clausulis, necnon irritantibus & aliis Decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toties tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressa habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Vt tamen præsentes litteræ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut cõtra eas se excusare valeat, dicta auctoritate statuimus & decernimus, vt ipsæmet litteræ, vel earum transumptum in Basilica Principis Apost. de Vrbe, S. Ioan. Lateranensis, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie campi Floræ, per aliquos cursoribus nostri publicentur, earum exemplo in singulis valuis, & acie prædictis affixo, & dimisso. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earumdem litterarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, decreti, declarationis, inhibitionis, reuocationis, cassationis, irritationis, statuti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, octauo idus Augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

XII.

Contra Moniales exeuntes à Clausura absque licentia extra casus hic expressos. Eadem prohibitio habetur in Concilio Tridentino sess. 25. cap. 5.

PIVS Episcopus seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Decori, & honestati omnium Sanctimonialium, quarum IesusChristus Dominus noster sponsus est, vt in puritate, & castitate superædificantes, in ipso feliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto summouere. Sanè periculo, & scandalo plena res est, ac Regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, Sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, nec non Monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis subiecta, visitandi, aut infirmitatis causa, aliove prætextu à Monasterijs, exire, & per sæcularium personarum domos discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoq; honestatis, & pudicitiæ decus in discrimẽ cõmittunt. Vnde nos malo etiã pro nostro Pastoralis officij

 debito

debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam Decreto Sacri Concilij Trid. de clausura Monialium disponenti, ac alijs nostris litteris super huiusmodi clausura editis adijcientes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialiū, etiam Carthusiensium, Cisterciensium, S. Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum ordinum etiam Militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam à Regia, vel Illustri prosapia ortarum, & de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut Domorum, parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidymiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum Superiores, quib. cura Monasteriorum incumbere, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum, & ordinatorum iurisdictione, exempta esse reperirentur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit, à Monasterijs præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare liceat. Aliter autem, quam vt præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præterquam à Roman. Pontific. nisi in mortis articulo absolui nequeant, Et insuper tam egressas, quàm præsidentes, & alios Superiores prædictos, eis licentiam huiusmodi concedentes dignitatib. officijs, & administrationib. per eas, & eos, tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles necnō licentias, & facultates, ab alio Roman. Pontif. prædecessore nostro, ac Sedis Apostolicæ Nuncijs, & Legatis, etiam de latere, ac Maiore Pœnitentiario, aut ordinum prædictorum Superiorib. alijsque personis sub quibuscumque tenoribus. & formis, ac cum quibusuis restitutiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam & datam concedentib. aliisque efficacib. & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum, ac S. R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessas (quæ prorsus abolemus, irritas desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus & habituris suffragari posse, & ita per quoscumque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, Mandantes vniuersis, & singulis Venerabilib. Fratribus nostris, Patriarchis, primarib. Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, & sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus per se, vel alium, seu alios, præsentes Litteras in Ciuitatibus & Diœcesib. proprijs quolibet anno publicent, omniaque in illis contenta, necnon præfatum Decretum ipsius Concilij, quod incipit Bonifacij VIII. diligenter, & inuiolabiliter sub censuris Eccles. alijsq. præfatis pœnis, & in eodem Decreto contentis, obseruent, & obseruari faciant, & procurent, Contradictores quoslibet, & rebelles ac præmissis non parentes, etiam alijs pœnis auctoritate nostra, appellatione postposita, compescēdo. Necnon legitimis super his habendis seruatis processibus pœnas ipsas etiam iteratis vicib. aggrauando, interdictum Ecclesiasticum apponendo: Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantib. præmissis, ac constitutionib. & ordinationib. Apostolicis contrarijs quibuscumque; Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Alijs Apostolicis constitutionibus, & iuribus de huiusmodi clausura disponentibus nihilominus in suo robore duraturis. Cæterum, volumus, quod præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbique Terrarum, tam in iudicio, quam

quam extra adhibeatur, quæ eisdem præsentib. adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Sanctionis, ordinationis, priuationis, abolitionis, decreti, mandati, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, & Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo, sexagesimonono, Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno 5.

Cæs. Glorierius H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo, quingentesimo, septuagesimo, Indictione, decimatertia, die verò vigesimaseptima mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Pij Diuina prouidentia Papæ V. Anno eius quinto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioan. Guererum, & Christianum de Monte, prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Curs.

XIII.

Sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis prohibetur quibuscumque Regularibus, & alijs omnibus, ne in popularibus Concionibus de Gloriosa Dei Genitricis Mariæ Conceptione disputent.

Confirmaturque per Sixtum IV. Constitut. 18. 19. & per Decretum Concil. Trident. innouata, Sess. V. Decreto de peccato Originali, in fine.

PIVS Episcopus, seruus Seruorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam. Super speculam Domini, viribus licet exiguis constituti, Prophetæ solicitudinem imitantes, die, noctuque ad diuersos Ecclesiæ status nostræ mentis aciem intendimus, studiose prouidentes, vt cõmuni Domino ab omnibus gradibus fideliter seruiatur, ac illis maxime, quibus dignitora ministeria diuini Spiritus fauore credita sunt, inter quos diuini verbi prædicatores adnumerandos esse nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipso Domino consecratum, Apostolis præcipuè iniunctum fuisse animaduertet, qui si adepto gradu digne fungerentur, euangelizantes pacem, annunciantes bona, prædicantes salutem, non solum vox eorum dulcis, verum & speciosi pedes viderentur, & fraternæ salutis vberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini. Verum (quod neque sine animi dolore accepimus, nec referre possumus) quidam diuersorum ordinum Regulares, Clericique sæculares omissis quæ diuinæ maiestatis gloriam, & Sanctissimæ Dei Genitricis, aliorumque Diuorum venerationem, atque fidelium pietatem promouere poterant, quod Apostolus in quibusdam argui, languent circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, & contentiones, cæteraque vitiorum monstra, potissimum verò cum de gloriosæ Virginis Mariæ Conceptione sermo inciderit, tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt, ac si de illis dogmatibus esset, quæ corde credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem necessarium est. Quibus illud Prophetæ conuenire videtur, dicunt, ait Dominus, cum ego non sim locutus, cum Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum magistra, & doctrix, disciplinam de ea re hucusque non definierit nemo absque temeritate præiudicare, vel alterius partis sententiam damnare potest, & quasi desint præclarissima intemeratæ gratiæ merita, quæ nec angelica quidem lingua satis digne referri possunt, & cum ex illo vberrimo fonte, puteoque aquarum viuentium, non possint saluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus, magna cum vtilitate, atque dulcedine reficeretur, ad dissipatas cisternas accurrunt, stultas scilicet, & sine disciplina quæstiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri sapientes, qui capiunt, vtiliter percipere valeant, præsertim quoniam experimento didicimus, ipsorum concionatorum, qui ad quæstiones huiusmodi proponendas facilius erumpere solent, maior numerus materiæ difficultatem prorsus ignorantes, neque intelligentes, quæ loquuntur, aut de quibus affirmant, simplicium animos indiscretæ deuotionis obtentu, vel potius loquacitatis, & ostentationis affectu, ad tumultus, & simultates concitant, quos tumultuantes, atque dissidentes componere, sedareque potius oportebat. Cumque paruulis in Christo lac infundere, prouectis solidum cibum apponere deberent, dum in huiusmodi controuersijs interminatis versantur, omnibus vbera proferunt arentia, quod non absque maledictionis nota legimus in Propheta. Nos igitur, qui prædecessorum nostrorum saluberrima decreta

pro viribus salua esse cupimus, potissimum illa, quæ à Sacrosancta Synodo Tridentina denuo sunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquentes opinandi huius controuersiæ, quamlibet partem, prout magis probabilem esse iudicauerit. Prædictorum igitur Concionatorum, aliorumque contentioni, atque temeritati, populorumque scandalis occurrere studentes. Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statutum fel. recordationis Sixti Quarti prædecessoris nostri, super ea re quid à præfata Synodo innouatum est (illud præsentibus, ac si de verbo ad verbum esset insertum pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto habentes) Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, atque vt deinceps efficacius à cunctis obseruetur, perpetuo statuimus, & ordinamus, ac per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo, cuiuscumque ordinis gradus, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus Concionibus, vel vbicumque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ alterutra parte disputare, rationibus vel Doctorum auctoritate asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione, cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumant. Qui contrafecerit, suspensionis pœnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in Sacris constitutus, & quocumque præterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetua inhabilitatis censuræ ipso etiam facto sit obnoxius, super quibus non nisi a Romano Pontif. pro tempore existente dispensari, siue absolui possit. Et nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit, a proprio Prælato, pro delicti mensura intelligendis subijciatur, prout subijcimus. Cæterum quamdiu per Apostol. Sedem, altera pars diffinitiua non fuerit, oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus siue Generalium, aut Prouincialium Capitulorum, vel vbi alias interfiunt, qui rem capere possunt, nec scandali vlla subest occasio, de illa quæstione disserere, & argumentis vtramlibet partem vel asserere, vel impugnare, dum tamen neutra, veluti erronea prædicetur, seruetur que illa omnia, quę à dicto Sixto prædecessore nostro statuta sunt, quorum singula, vt præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innouanda, & innouamus per præsentes. Vt autem hæc nostra constitutio, & præmissa omnia, ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius peruenire possint, in virtute San. Obed. & sub pœna suspens. ab ingressu Eccles. etiam eo ipso incurrenda, si in his, quæ mandamus exequendis se negligentes exhibuerint, præcipimus, & mandamus omnibus & singulis locorum ordinarijs, ac eorundem Vicarijs, suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & alijs singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus huiusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel districtus prædicatoribus & alijs, quibus expedire iudicauerint, opportune insinuent, & publicent, ac intimari, & publicari faciant. Et ne quis posterum quoquomodo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare. Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes litteræ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, Valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe, de more publicentur, & affigantur, & illis inde amotis, remaneant in eisdem locis earumdem exempla affixa; quæ publicatio, & affixio ita omnes, ad quos spectat afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus ac quibuluis indultis, & litteris Apostol. quibusuis personis, etiam quantumcumque qualificatis, & in quacumque etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali Episcopali, & quauis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant quomodolibet concessis, quæ eis contra præmissa in aliquo suffragari non posse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus insuper, & decernimus, quod præsentes vim perpetuæ, & irrefragabilis constitutionis obtineant, & quod illarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Eccle. constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentib. litteris adhiberetur, si ostensæ, vel exhibitæ forent,

rent, in camera Cancellariæ nostræ Apostolicæ quæcumque in contrarium disposit. one non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis statuti, ordinationis, mandati, subiectionis, innouationis, præcepti, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1570. pridie Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno V.

Cæs. Glorierius. H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, 1570. indictione 13 die vero 7. Mensis Decembris, Pontif. Sanctissimi in Christo Patris, & Domini, Pij diuina prouidentia Papæ V. anno 5. retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilica S. Ioann. Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ Valuis, & acie Campi Floræ, dimissis illarum copijs affixis, per nos Ioannem Andream Panizzã, & Petrum Cloysium Gayram, prælibati. S. D. N. Papæ Cursores.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

GREGORIVS XIII. HVGO Boncompagnus.

Patria, & genere nobilis, Patre Christophoro Bononiensi Patricio natus, ob eximiam eius vtriusque Iuris scientiam, ac in rebus gerendis prudentiam. Pio IV. Summo Pontifici admodum charus, prænestinæ Ecclesiæ præficitur, & paulo post inter purpuratos electus, mortuo deinde Pio V. Summus Pontifex 4. Idus Maij anno 1572. Romæ coronatur. Religionis Catholicæ studiosissimus fuit, Noui orbis insulis per Societatis Iesu Patres conuertendis, & instituendis magnam diligentiam insumpsit; Festum sanctæ Annæ Gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris singulis annis die 26. Iulii in Kalendario Romano, aliarumque Ecclesiarum describi, & per totius orbis Ecclesias duplici Officio celebrari mandauit.

I.

Prohibetur Fratribus Minoribus de Obseruantia appellatio à sententiis, & correctione suorum Prælatorum, & recursus ad tribunalia sæcularia.

Idem statuit Iulius II. Const. 6. & Leo X. Const. 10. ac etiam per Sacram Regularium Congregationem declaratum fuit, vt in fine Const. Sixti V.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Quoniam nostro pastorali potissimum incumbit officio, vt ea, quæ ausu temerario ab Ecclesiasticis, præsertim Regularibus personis plerumque attentatur, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remedijs compescamus, & reprimamus; Idcirco cum referente dilecto filio Fratre Christophoro de Capite fontium Fratrum Minorum de Obseruantia Ordinis sancti Francisci, Generali Ministro, non sine animi nostri molestia, nuper intellexerimus, nonnunquam quosdam Religiosos, & Religiosas Ordinis sui, huiusmodi Dei timore postposito, & suæ professionis immemores, vt in eorum malefactis, & inobedientia se diutius confoueant, ab iis, quæ per prælatos eiusdem Ordinis etiam Guardianos, siue Prouinciales, vel Commissarios ab ipso Generali Ministro pro tempore deputatos acta sunt, & decreta ad Tribunalia sæcularia appellare, & ad ea temere confugere, authoritate Apostolica, tenore præsentium præcipimus, & inhibemus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice, pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolui possint, necnon priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis officia exercenda, ac vocis, tam actiuæ, quam passiuæ eo ipso incurrendis pœnis, ne quis prouincialis, aut alius cuiuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis Ordinis huiusmodi Religiosus, aut Religiosa, ad ipsa Tribunalia sæcularia quouis prætextu, aut quæsito colore, vt præfertur, appellare, vel illa propterea quoquo modo adire audeant, vel præsumant, sed si a Prælatis suis grauari prætendent, ad Generalem Ministrum ipsius Ordinis, seu illius protectorem aut Viceprotectorem in Romana Curia, vel ad nos, siue Romanum Pontificem successorem nostrum, supremum in Ecclesia Dei Iudicem, sicut antiquitus semper consuetum fuit, recursum habeant, vnde illis breui manu iustitia ministrabitur. Declarantes nihilominus, non modo eorundem Religiosos, & Religiosas contra facientes in dictas pœnas incidere, verum etiam eorum quomodolibet directè, vel indirectè fautores, & consultores, illas quoq; incurrere. Præterea, sub pœnis dictis prohibemus, ne quis Prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuscumque alterius gradus Religiosus,

aut Religiosa, eiusdem ord. ab ipso Ministro Generali missa pro visitandis Prouinciis, commissariis resistere, eis se opponere, aut contradicere, seu se rebellem exhibere, ipsos quacumque de causa, vel quæsito colore non recipiendo, audeat neque debeat. Volentes eumdem ministrum Generalem quotiescumque sibi expedire videbitur, quos voluerit Commissarios ad quascumque sui ord. vtriusque familiæ prouincias quibusuis consuetudinibus, ac statutis per quaslibet personas in contrarium factis, non obstan. liberè mittere posse. Insuper quia, vt etiam accepimus, aliquando nonnulli Ministri ex visitatis Prouinciis, per Commissarios ad hoc ipso Generali Ministro deputatos, quæ à dictis Commissariis rectè, & salubriter ordinata, & gesta fuerunt, rescindere, mutare, aut contemnere solent, sub omnibus, & singulis pœnis supradictis expresse prohibemus, ne quisquam ab eisdem Commissariis facta, & ordinata, mutare, alterare, aut peruertere sine expressa licentia, & permissione ipsius Ministri Generalis, qui solus ea mutare valeat, vllo modo præsumat. Decernentes irritum, & inane, quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegiis quoque, & a litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, & confirmatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum &c. die 8. April. 1575. Pontificatus nostri anno tertio.

II.

Reuocatio quarumcumque licentiarum ingrediendi Monasteria & loca Monialium, & virorum cuiuscunque Ordinis, & prohibitio vtendi licentiis concessis pro casibus necessariis, nisi in ipsis necessitatibus vrgentibus.

Aliam reuocationem fecit Pius V. Const. 4.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Vbi gratiæ, & indulta ab hac Sede concessa, successu temporis incommodum afferre noscuntur, expedit illa salubri præsidentis consilio submoueri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere, ac omnia quæ illas a spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaque, & scandala ab eis remouere cupientes, auctoritate præsentium reuocamus, & abolemus omnes, & quascumque licentias, ac facultates ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumuis Ordinum quibusuis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cuiuscumque status, & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quascumque licentias ingrediendi Monasteria, Domos, & loca ipsorum Sanctimonialium, quibuscumque viris, etiam eiusdem status, & dignitatis tam à prædecessoribus nostris, quàm etiam à nobis, & Sedis Apostolicæ Legatis, aut aliis ex quibusuis quantumcumque vrgentib. causis sub quibuscumque tenoribus & etiam derogatoriarũ derogatoriis, reuocatorum restitutoriis, aliisque efficacioribus clausulis irritantibusque & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicę potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiã iteratis vicibus renouatas. Cassamusque & annulamus litteras desuper confectas, & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrendam, super qua à nemine nisi a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri; ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis vero, necnon Abbatibus, Cõuentibus, ac aliis Monasteriorum vtriusq; sexus superioribus, & personis quocumque nomine vocentur, districtè, præcipimus, sub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domos, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiatum, & facultatum ingredi faciat, vel permittat. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus, & quibuscumque personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, ac etiam ordinum quorumcumque, etiam Mendicantium Regulari-

laribus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat, ingredi, neue Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, Monasteriorumque & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, exemptionib⁹. & indultis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus prædictis, ac aliis quibuscumque per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis concessis, & cōfirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis. quibus omnibus, eorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque. Quoniam autem difficile esset præsentes ad omnia loca perferri, volumus earum expensis etiam impressis, manu Notarii publici. & sigillo personæ in dignitate Eccl. constitutæ, munitis, eandem fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, absolutionis, cessationis, annullationis, inhibitionis, præcepti, prohibitionis, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1575. Idib. Iunii, Pontificatus nostri anno 4.

M. Datarius. Cæ. Glorierius.

A. de Aleziis.

Registratam apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini 1575 Indictione tertia, die verò 24. mensis Iunii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii diuina prouidentia Papæ XIII. anno 4. retroscriptæ litteræ Apost. publicatæ affixę fuerunt in Valuis Ecclesiæ S. Ioan. Lateran. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Ioann. Andream Panizzam Apost. Cursores.

Io. Frelles Magister Cursorum.

III.

Indulgentiæ Confraternitatis Nominis Dei, & Iuramentum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei mem. Alias per fel. rec. Pium Papam IV. prædecessorem nostrum accepto, quod in Burgensi, & pluribus aliis Hispaniarum Ciuitatibus, & aliis locis vna saluberrima Confraternitas sub vocabulo Sanctissimi Nominis Dei instituta erat, cuius Confratrum Partes potissimum essent diligenter cauere, ne ipsi, vel alii coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam iurarent, & contrafacientes modestè admonerent, quodque ipsi Confraternitati plurimi Christi fideles se adscribi fecerant, quorum opera, & studio, blasphemiæ, periuria, & alia illicita iuramenta prohibeantur, dictus prædecessor omnibus & singulis Confraternitatis, vbiuis terrarum pro tempore diffusæ, vtriusque sexus Confratribus in illa pro tempore descriptis, qui verè pœnitentes, & confessi de festo Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi, annis singulis Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum susciperent, & solemnitati per ipsam Confraternitatem dicto die festo, vbiuis locorum pro tempore celebrari solitæ in toto, vel in parte interessent, quoties id agerent, toties pro quolibet die festo, huiusmodi plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concessit, illis verò dictæ Confraternitatis, Confratribus qui qualibet prima die Dominica, cuiusque mensis totius anni ad Missam, quam ipsi Confratres audire tenerentur, audiendam conuenirent, quotiescumq; id agerent, decem annos; qui verò temerè iurantem, aut alias Diuinum nomen blasphemantem, modestè, & charitatiuè admonerent, pro qualibet vice centum dies. & cuicumque prædicatori verbi Dei, sæculari, vel cuiusuis ordinis Regulari, qui Christi fideles, vt à iuramentorum abusibus cauerent, & hanc dictæ Confraternitatis regulam amplecterentur, hortatus foret, decem annos de

de eis iniunctis pœnitentiis, misericorditer in Domino relaxauit. Necnon ipsis Confratrib. vt dicto die Circumcisionis quoscumque sibi beneuisos & idoneos presbyteros sæculares, vel cuiusuis ordinis Regulares per ordinarium loci approbandos in suos possent eligere confessores, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet, ab omni, & quacumque excommunicationis, etiam maioris, & aliis sententiis, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine, aut mixtim, quauis occasione, vel causa latis, (saluo tamen iure tertij) necnon omnibus peccatis criminibus, & excessibus & delictis, quantumcumque grauibus, & enormibus, & locorum ordinariis, & Sedi Apostolicæ reseruatis (præterquam in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta, contentis) absoluere, ac vota quæcumque, Hierosolymitano, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri & Pauli prædictorum de Vrbe, ac Iacobi in Compostella, necnon castitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valerent, concessit. Præterea eisdem confessoribus & ipsis Confratribus iuramenta quælibet sine alterius præiudicio relaxare. Necnon eidem Confraternitati, illiusque Confratribus ac Ecclesiis, Capellis, & Altaribus eiusdem, vbilibet constitutis, quod quocumque tempore cuiusuis interdicti, & cessationis à diuinis, videlicet dicto die festo Circumcisionis a primis vesperis vsque ad occasum solis eiusdem diei inclusiue, Vesperæ, Missæ, aliaque diuina Officia, in Ecclesiis, Altaribus & Capellis prædictis, solemniter, & publicè celebrari: qualibet verò prima die Dominica cuiuslibet mensis prædicti Cōfratres priuatam eorum Missam ex eiusdem Confraternitatis instituto celebrari solitam celebrari facere, illisque interesse, ac semel in mense Dominicum corpus sumere, & quoties aliquem, seu aliquos ex ipsis Confratribus quocumque tempore interdicti, seu cessationis a diuinis huiusmodi mori contigerit, dūmodò causam non dedissent interdicto, eorum cadauera, cum moderata pompa sepeliri liberè, & licitè valerent, & interim interdicta, & cessationes a diuinis huiusmodi quæcumque essent ad effectum præmissum omninò suspenderentur, & suspensa esse censerentur, indulsit; Et deinde piæ memoriæ Pius Papa V. etiam prædecessor noster, quod in ciuitatibus, oppidis, & locis totius orbis Christiani, in quibus forent Eccl. ord. Prædic. dumtaxat dicta Societas, seu Confraternitas erigi posset, nec deinceps noua Societas, seu Confraternitas huiusmodi institueretur in ciuitatibus, oppidis, & locis, in quibus non foret dicti ordinis Domus, aut in infinitis Ecclesiis, absque licentia Prioris prouincialis, seu conuentualis dicti ordinis, in cuius districtu sita foret Ecclesia, in qua Confraternitas esset, vel foret erigenda, quod si secus factum fuisset, Confratres taliter a iure illi, dictæ Confraternitatis indulgentiis non consequerentur, nec fauoribus, aut priuilegiis gauderent, quæ Confratribus legitimè adiectis, per Sedem Apostolicam concederentur. Motu proprio statuit, & ordinauit prout in diuersis litteris dictorum prædecessorum desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte dictorum filiorum Confratrum Confraternitatis Sanctissimi nominis Dei in Ecclesia B. Mariæ super Mineruam de Vrbe canonicè institutæ, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus litteris prædictis, robur Apostolicæ confirmationis adiicere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Confratres à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel casu latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Necnon tenores dictarum litterarum præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, litteris prædictis, ac omnibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctoritate tenore præsentium, ex certa nostra scientia robur Apostolicæ confirmationis adiicimus, illasque approbamus, & confirmamus. Vt autem Christi fideles eo libentius dictam Confraternitatem ingrediantur, quo exinde dono cælesti gratiæ conspexerint se vberius esse refectos. De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus qui verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, dictam Cōfraternitatem ingrederentur, in die primi illorum ingressus, ac in mortis articulo plenariā omniū, & singulorū pecca-

peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, Apostolica auctoritate, tenore praesentium elargimur. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quae in dictis literis expressum est non obstare, caeterisque contrarijs quibuscumque. Caeterum quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca, vbi necesse fuerit deferre, volumus, quod transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiae constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae, Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo piscat. die 9. Iulij, 1580. Pontif. nostri anno 9.

Sequitur translatio celebrationis Missae à prima, ad secundam Dominicam Mensis, & concessio indul. pro Confrat. ibus interessentibus Processioni.

Ad perpetuam rei memoriam. Aliàs fel. rec. Pius Papa Quartus praedecessor noster, vt Confraternitas nominis Dei nuncupata in maioris semper reuerentia haberetur, & Christi fideles illa libentius ingrederentur, plurimis spiritualium gratiarum donis insigniuit, & inter caetera, omnibus, & singulis dictae Confraternitatis, vbiuis locorum tunc, & pro tempore diffusae vtriusque sexus Confratribus in illa tunc, & pro tempore descriptis, qui qualibet prima die Dominica cuiuscumque mensis totius anni in perpetuum ad Missam, quam ipsi Confratres audire tenentur, audiendam conuenirent, quotiescunque id agerent; decem annos de iniunctis eis poenitentijs in forma Ecclesiae consueta misericorditer in Domino relaxauit, prout in eisdem Pij Praedecessoris litteris plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, maior pars Ciuitatum, & Oppidorum Dominica prima mensis ob solemnitatem Rosarij impediatur. Nos huic incommodo prouidere volentes dictae Missae celebrationem ex prima in secundam, vel aliam, quoties in dicta secunda legitimum aliquod adfuerit impedimentum, cuiuslibet mensis Dominicam, Apostolica auctoritate tenore praesentium vna cum relaxatione paenitentiarum, vt praefertur, perpetuo transferimus, ac translatã esse decernimus. Praeterea, omnib. & singulis Confratrib. Praelatis, qui processioni solemni per eos semel in mense celebrandae, vere paenitentes & confessi, ac Sanctissima communione refecti, deuote interfuerint, & ibi pro pace inter Christianos Principes conseruanda, & haeresum extirpatione, Sanctaeque Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuo concedimus, & elargimur. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 5 Septembris, 1580. Pontificatus nostri anno nono.

IV.

Prohibetur Praelatis, & alijs Monasteriorum Monialium curam habentibus, extra casus necessarios illorum ingressus.

Similem prohibitionem fecit Gregorius IX. Const. V.

GREGORIVS Episcopus, seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dubijs, quae emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo, quod optima primum ratione Concilium sanxit Tridentinum. Deinde in Constitutione fel. rec. Pij Papae V praedecessoris nostri, Nonis Iulij, Pontificatus sui anno tertio, atque item nostrae, Idibus Iunij Pontificatus nostri anno 4. editis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessarijs septa Monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuisse sciamus circa personas, quae alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officij instituuntur, an liceat eis pro libito suae voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque Regulam à Concilio praescriptam. Nos autem haesitationis materiam tollere, & viam fraudandis praecidere, ac Sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, Praelatos omnes tam Saeculares quam Regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria praedicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessarijs, & à paucis, illisque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate praeditos, necnon quoruncuis ordinum Abbates, & Priores, Ministros, & alios quoscumque Superiores Regulares serio monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent, praeterquã in casib. vt praefertur necessarijs, neutiquã vtantur. Quod si contra fecerint eadem auctoritate

Apostolica statuimus, atque decreuimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, quæ contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos; pro secunda, a munere Pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere; Regulares vero, omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere. Non obstantibus Apostolicis, ac in Generalibus, & prouincialibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, Priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis, quibusuis Ecclesijs, earumue Prælatis, aut ordinibus in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis Clausulis, necnon irritantibus Decretis, quouismodo concessis, approbatis, & innouatis, etiam si illis caueretur expresse, quod nemo interdici, suspendi, vel excommunicari posset per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem, quibus, eorumque totis tenoribus, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Quoniam verò difficile esset præsentes ad singula loca perferri, volumus, earum transumptis, etiam impressis, manuque Notarij publici, ac sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 23. Decembris 1582. Pontificatus nostri anno decimo.

Cæs. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini 1582. Indictione vndecima, die vero Sabbati trigesima Mensis Decembris, Pontificatus S. D. N. Gregorij, diuina prouidentia Papæ XIII. Anno decimo, retroscriptæ litteræ in forma Breuis publicatæ, & affixæ fueruut in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Scipionem de Octauianis Apostolicum Cursorem.

V.

Quod Abbatissæ, & aliæ Monasteriorum Monialium præfectæ, in Italia consistentes, ad triennium tantummodo eligantur.

Similem declarationem fecit Nicolaus V. Const. 3.

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Exposcit debitum pastoralis officij, quod disponente Domino gerimus, vt ad ea sollicitè intendamus, per quæ Monasteria, & alia religiosa loca, præsertim Deo dicatarum Sanctimonialium, secundum regularis disciplinæ normam regantur, & gubernentur. Perpendentes igitur varia, & multiplicia damna, quibus plerumque afficiuntur Monasteria Monialium, quæ per Abbatissas, vel alias præfectas perpetuas reguntur, è cõtra vero Abbatissas, & alias præfectas triennales scientes (elapso triennio) suæ administrationis rationem esse reddituras, ac sperantes de bene gestis laudem promereri, pœnam verò, si male gesserint, metuentes, maiori studio, ac diligentia regimen, & administrationem Monasteriorum sibi commissorum gerere. His, & alijs rationabilibus causis adducti, hac nostra perpetua valitura constitutione statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in omnib. & singulis Monasterijs Monialium S. Bened. Cisterciens. Carthusien. & aliorum quorumcumque ordinum in vniuersa Italia, præsertim in vtriusque Siciliæ Regnis consistentib. quæ nunc per Abbatissas, vel alias præfectas perpet. reguntur & gubernãtur, cum primũ Abbatissæ, aut aliæ præfectæ huiusmodi regimini, & administrationi ipsorum Monasteriorum cessetint, etiam apud Sedem Apostolicam, vel decesserint, eorum Abbatissatus, seu Præfecturas vacare contigerit, Abbatissæ, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ, seu ad vitam quarum nomen, ac titulum, ex tunc prout ex tunc Apostolica auctoritate ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium perpetuò extinguimus, & abolemus) sed triennalis tantum a Conuentu vniuscuiusque Monasterij, & alias iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini, & regularia suorum ordinum instituta eligantur, & præficiantur, quæ postmodum elapso triennio, suis officijs prætunctæ, præesse desinant, omniq; prorsus careãt auctoritate, ac à regimine, & administratione Monasterij per triennium à die finitæ administrationis inchoandum abstineant, quo elapso, seruata eadem forma Concilij Tridentini, iterum & pluries eligi possint. Districtius inhibentes omnibus, & singulis dictorum Monasteriorum Conuentibus, Superioribus, & personis, ne aliquam

aliquam Abbatissam, aut aliam Præfectam perpetuam, seu ad vitam, sed triennale tantum eligere, & præficere vllo modo audeant, vel præsumant. Quod si secus a quoquam quauis auctoritate fuerit attentatum, electionem, & præfectionem huiusmodi, ac omnia, & singula, quæ inde sequentur, irrita, nulla, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fore: Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictorũ Monasteriorum, & ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Monasteriis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores, ac si ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum, quia difficile foret præsentes nostras ad singula quæque loca, vbi necessarium fuerit, deferre, volumus quod illarum transumptis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentib. adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romę apud S. Pet. sub annulo piscat. die 1. Ianuarii 1583. Pont. nostri anno vndecimo.

Cæ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimotertio, Indictione 11. Die verò quarta, mensis Ianuar. Pôtificatus Sanctissimi Domini Nostri Domini Gregorii Diuina prouidentia Papæ XIII. Anno vndecimo, Retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ dimissa earum copia auscultata, & collationata cum dictis litteris in valuis eiusdem aciei affixa, per me Ioannem Freile, Curs. Sanctissimi Domini nostri Papæ.

VI.

Facultas Priori Generali Fratrum & Monialium Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, alienandi ipsius Ordinis bona immobilia, tribuitur.

Eandem facultatem concessit Leo X. Const. 14. & Clemens VII. Const. 3.

GREGORIVS Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Dum ad vberes salutiferosque fructus, quos benedicente Domino facer dilectorum filiorum Fratrum Eremitarum S. August. Ordo in vinea Domini protulit, & in dies proferre non cessat, debitum respectum habemus, ac planè agnoscimus, quod ij tamquam huius Sedis speciales filij tam verbum Dei per Vrbes, & Regiones disseminãdo, quam vbique varia charitatis opera adimplendo, Nos in huius Pastoralis officij onere coadiuuare non cessant, facere nullo modo possumus, quin eos specialiter quadam huius Sedis beneuolentia prosequentes, ea sibi fauorabiliter cõcedamus, per quæ eorum indemnitati, Monasteriorumque suorum vtilitati valeat salubriter prouideri. Exponi sane nobis nuper fecerunt ijdem Fratres Eremitæ, quod sæpe numero accidit, vt pro aliqua vrgenti necessitate, vel vtilitate Monasteriorum, Domorum & Locorum dicti ordinis tam virorum, quam mulierum, illorum bona locare, alienare, permutare, vel in emphyteusim seu liuellum dare expediret, ac quandoque contingit, vt conditio semel oblata, si prætermittatur, maximam afferat iacturam, præterquam quod difficile admodum existit pro sing[illegible] [illegible] commutationib. & aliis contractibus ad Sedem præfatam recurrere, ac id non sine ipsius ordinis in paupertate fundati inquietudine esse potest. Quare ijdem Fratres Eremitæ nobis humiliter supplicari fecerunt, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos fel. rec. Sixti IV. & Leonis X. ac aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærere volentes, ipsosque Fratres Eremitas, & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium

dumtaxat consequendam harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Fratribus Eremitis, vt ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus Fratres, & Moniales dicti totius ordinis Eremitarum Sancti Augustini, omnium, & quorumcumque Monasteriorum, Domorum, & locorum eiusdem ordinis vbilibet nunc, & pro tempore consistentium, liberè & licitè possint, & valeant quæcumque bona stabilia, & immobilia, seu quasi stabilia cuiuscumque quantitatis, & qualitatis, & valoris, & in quocumque loco existentia eorumdem Monasteriorum, Domorum, & locorum vendere alienare, & permutare, & etiam in emphyteusim, seu ad liuellum, etiam ad longum tempus concedere, & pro pretio, affictu, pactis, modis, & formis hinc de conueniendis licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus. Prouiso tamen, quod fiant pro commoditate, vel vtilitate ipsorum Monasteriorum, Domorum, & Locorum, & quod consensus duarum partium ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium illius Monasterii, Domus, vel loci, cuius dicta bona erunt, accedat, & interueniat, & quoad concessionem in emphyteusim, dummodo illa non fiat vltra duas generationes, vel nominationes, absque alia à nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, aut Sede Apostolica, vel illius de latere Legatis, seu Nunciis, aut etiam locorum ordinariis petenda, vel obtinenda licentia, seu confirmatione. Ita tamē, quòd loco consensus Sedis Apostolicæ dilectus filius Prior generalis dicti ordinis nunc, & pro tempore existens, & diligenter examinata, & euidenter vtilitate comprobata, habeat, prout sibi ex nunc perpetuò concedimus, potestatem ratificandi huiusmodi locationem, concessionem, venditionem, & alienationem, ac contractus. Sicque vbi talis ordo non fuerit seruatus, locatio, concessio, venditio, & alienatio, ac contractus aliter facti, nulli & inualidi, nullusque roboris, ac momenti existant, & donec præfatus Prior generalis modo præfato non ratificauerit, possessio remaneat, & remanere intelligatur penes ipsos Fratres seu Moniales dicti Monasterij, seu Domus, aut loci sic locantis, & alienantis, ac ita in præmissis sic perpetuo declaramus, & decernimus. Et nihilominus ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam locationes, concessiones, venditiones, ac contractus, seruatis supra narratis, pro tempore facti, & qui dictum Priorem generalem ratificati fuerint, vt præfertur, seu consensus eiusdem Prioris generalis interuenerint, easdem locationes, concessiones, venditiones, alienationes & contractus, ac inde secuta quæcumque. Necnon instrumenta & scripturas desuper pro tempore confecta approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere statuimus omnesque, & singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsan interuenerint, in eisdem quomodolibet supplentus. Decernentes quoad vtilitatem, seu commoditatem Monasteriorum, domorum, & locorum præfatorum assertioni duarum partium ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium illius loci, cuius bona erunt, postquam ratificatio facta fuerit, illasque & illa, necnon præsentes, & in eis contenta validas, & efficaces, ac valida, & efficacia perpetuo fore, necnon ab omnibus obseruari debere, ipsosque, & cum eis contrahentes præfata, super præmissis, & inde secutis quibuscumque, per quoscumque quauis auctoritate quomodolibet molestari, vel impediri non posse; necnon irritum, & inanem secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ioanni Episcopo Albanensi, Cardinali de Montepolitano nuncupato, ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, protectori, & Alexandro Patriarchæ Alexandrino Curiæ causarum, Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Bartholomæo Episcopo Amerinensi Cancellariæ Apostolicæ Regenti nunc, & pro tempore existentibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Eremitarum, vel Monialium aut alicuius eorum super his fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque & eorum cuilibet in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant easdem præsentes, & in eis contenta quæcumque ab omnibus quos illa concernunt integrè, & inuiolabiliter obseruari. Non permittentes eos, aut eorum aliquem desuper contra earumdem præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras,

tas, & pœnas Ecclesiasticas: a[illegible] remedio (appellatione postposita) compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis, vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus, fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilio generali edita de duabus diætis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus, Apostolicis. Necnon quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, aeri[illegible]ntibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, ac totis eorum tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die V. Septembris, 1572. Pontificatus nostri anno primo.

F. de Torres. A. Stephanellus.

VI.

Confirmatio, & innouatio priuilegiorum Fratrum Minorum, & Monialium Sancti Francisci de Obseruantia.

Eandem Confirmationem fecit Sixtus V. Const. 6.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpe. rei memoriam. Ex benigna Sedis Apost. prouisione prouenire dignum est, vt personæ Deo deuotæ sub regulari castimonia Domino militantes pia deuotione proficiant, vnde Roman. Pontifex quandoque per prædecessores suos pro Religiosis conseruatione, & augmento, ac personarum earumdem quiete, & commodo concessa approbat, & innouat, ac approbata, & innouata Apostolica auctoritate communit. Sanè pro parte dilecti filij Christophori de Capite Fontium, moderni generalis Ministri Ordinis Fratrum Minorum de obseruantia, nobis nuper expositum fuit, quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth Dei gratia Ordo ipse Fratrum Minorum magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum salutis fructus semper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, & exinde pro suis sanctis studijs, honestisque laboribus, proque salute animarum, ab Apostolica Sede, cuius continue pacem, & dignitatem Ordo ipse fortiter tutatus est, tam spiritualia, quam temporalia subsidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus, & sua sancta Officia, ac vitam suam Regularem facilius, atque magis expeditè transigere possint, & cæteræ religiosæ personæ, ordinesque alij exemplo ipsorum promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddantur, cumque etiam ex ipsius Sedis prouisione, ac benigna dignatione prouenire dignoscatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innouet, ac Apostolica auctoritate innouata, & testamentata muniat, & fulciat, & in pristinum reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia, & singula priuilegia, & indulta tam spiritualia, quam temporalia etiam per solam signaturam, aut pro oraculo viuæ vocis, tam pro foro conscientiæ, quam foro fori, tam prædictis Fratrum Minorum, quam Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumque superioribus Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac vtriusque sexus personis, & Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumque dictorum ordinum, nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum inter se, ac etiam cum alijs quibuscumque Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus concesserunt, aut tam

concessa confirmarunt, & approbarunt: prout in singulis concessionibus, & litteris eorundem prædecessorum desuper confectis plenius dicitur contineri: Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, illa, quæ sæpius Apostolica auctoritate præfata munita existunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, dictusque Christophorus Minister Generalis cupiat priuilegia, facultates, concessiones, indulta, dispensationes, & singulas alias gratias huiusmodi etiam per nos approbari, innouari, & confirmari, pro parte eiusdem Christophori nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conseruatorijs, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratijs, concessionibus, indulgentijs, & indultis pro illorum obseruantia nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis, præsertim illis, quibus sub suaui Religionis iugo Diuinis laudibus, & Christianæ Religioni augmento incumbentium personarum tranquillitati, & commoditati consulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa ac omnia singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs ordinib. Mendicantibus, & non Mendicantibus, eidem Fratrum Minorum regularis Obseruantiæ, ac Sanctæ Claræ, & de pœnitentia, tertio Ordinibus etiam in congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorundem superiorum Ordinis Minorum Regularis Obseruātiæ huiusmodi obedientia degentibus, ipsorumque Superiorum Fratribus Monialibus, Sororibus, ac vtriusque sexus etiam singularibus personis, necnon Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & Locis quibuscunque in genere, & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias tam præfatos, ac quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, quam Imperatores, Reges, & alios Principes sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, singula desuper confectas litteras, & in eis contenta, & inde secuta quæcunque illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quatenus sint in vsu, & Sacris Canonibus, & Decretis Sacri Concilij Tridentini non aduersentur, approbamus, confirmamus, & innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari, necnon ordinibus Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, etiam in congregatione sub obedientia Fratrum Minorum de Obseruantia huiusmodi degentibus Superioribus, Fratribus Monialibus, etiam tertiarijs nuncupatis Sororibus personis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisque frui, vti, gaudere, quando, & quoties opus fuerit, & posse, & debere in iudicio & extra, ac in foro conscientiæ in omnibus, & per omnia, perinde ac si specialiter, & expresse eisdem Fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, & tertio de pænitentia nuncupato ordinibus concessa, decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum, etiam de iuris necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum, forsan omissarum, & alios quoscumque defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quocirca, venerabilibus Fratribus Cordubens. & Laodiens. Episcopis, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per easdem præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque de quibus eis v debitur, censuras, & pænas Eccles. ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstanti-

stantibus præmissis, ac constitutionibus super Cathedram Bonifacii, & dudum Viennensis Cōcilij ac Clementinæ, Religiosi, de poenis, & Dudum, de Sepulturis, ac etiam ex Fratribus, de sententijs excommunicationis, & Extrauagante, ad Conditorem, Ioan. XXII. cum alijs constitutionibus eiusdem præfatæ Extrauagantis materiam tangentibus seu concernentibus, ac Regulis Cancellariæ Apost. editis, & in futurum edendis, ac piæ memoriæ Bonif. Papæ Octaui, etiam prædecessoris nostri, de vna, & in Concilio Generali de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas aliqui præsentium vigore ad iudicium extrahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, ac Prouincialibus, Capitularibus, Generalibus, & Specialibus constitutionibus, & ordinationibus, etiam in vltimo generali Lateranensi Concilio celebrato, aliisque Concilijs editis, necnon Statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam in forma Breuis per Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiam III. Paulum Quartum, Pium etiam Quartum, prædictos, ac etiam Pium Quintum, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem eandem, etiam motu proprio, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis, restitutiuis, relaxatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam quod in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis etiam in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque. Verum, quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus fortè opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curiæ Eccl. munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 21. Martij, 1575. Pontificatus nostri anno tertio.

Cæs. Glorierius.

VIII.

Declaratio circa præcedentia Fratrum Mendicantium & Confraternitatum Laicorum in processionibus seruandam.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam Exposcit Pastoralis officij munus, cui disponente Domino præsidemus, vt ad ea sollicite intendamus, per quæ discordiarum, & litium, ac controuersiarum quarumlibet, præsertim inter personas Eccl. materia tollatur. Sanè nobis nuper innotuit, quod in multis Ciuitatib. & Diœcesibus diuersarum mundi partium, nonnullæ lites, causæ, & controuersiæ inter Fratres Mendicantes aliæ etiam similes lites, & controuersiæ inter Confratres Confraternitatum Christi fidelium super præcedendi iure ortæ iam sint, & oriri facile possint. Nos considerantes lites, causas, & controuersias huiusmodi in Ecclesia præsertim inter Religiosas personas, quæ relictis mundi vanitatib. famulatum, & votum suum in humilitatis spiritu Domino, & Deo nostro, qui se pro nobis vsque adeo humiliauit, vt formam serui acciperet, exhibere, & perseuerare profitentur, non modicam illis præclaræ, Deoque præcipue dilectæ virtuti, quæ est humilitas, labem inducere, populoque scandalum generare, ac propterea illas omni ratione submouendas, publicæ, & religionis tranquillitati, ac Ministrorum Ecclesiasticorum reconciliationi, & mutuæ dilectioni quam primū consulendum esse rati, ac supremam huic negotio manum apponere volentes, necnon causas, lites, seu controuersias huiusmodi vbilibet, &

coram quibusuis iudicibus motas, & in quibusuis instantiis indecisas pendentes, ab eisdem iudicibus harum serie ad nos aduocantes, illasque penitus extinguentes, eisdem Fratribus Mendicantibus, ac Confratribus super præmissis perpetuum silentium imponentes, de nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter se, de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit, in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedendi sunt positi (quibuscumque reclamationibus, potestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus, tam publicis, quam priuatis præcedere debeant. Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ii, qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres verò inter se litigantes, ii, qui prius sacris vsi sunt, in processionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, ita vt si contigerit noua Monasteria, aut Domus alicuius Ordinis Mendicantium, fundari in loco, in quo alterius ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut Domus prius erecta, & instituta sit ille Ordo, qui prius Monasterium, seu Domos in loco habuerit, præcedat. Præterea, quia inter prædictos ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Conciliis Generalibus & aliis actibus publicis, siue priuatis ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuas dictorum ord. quo ad præcedentias huiusmodi, quæ propriis ordinibus, præterquam in processionibus prædictis dentur, aut Fratribus Cappucinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub conuentualium San. Francisci, aut Minorum de obser. Fratrum nuncupatorum, Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generari: sicque per quoscumque iudices, & commissarios etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus, constitutionibus, & ordinationibus Apost. necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, ordinum, congregationum, Domorum ac Confraternitatum quorumcumque etiam iuramento, confirmatione Apostol. vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apost. illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus (illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes) illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiæ constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ præsentibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo pisc. die 15 Iunii, 1583 Pontificatus nostri anno duodecimo.

Cæs. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini, 1583. Indictione 11. die vero Dominica, 17. Mensis Iunii, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Gregorii Diuina prouidentia Papæ XIII. anno 12. retroscriptæ litteræ Apostolic. in forma Breuis expeditæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in acie campi Floræ, vt moris est, per nos Petrum Guerram, & Melchiorem Ricium, eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

IX.

Super receptione descendentium ex genere Iudæorum, & Saracenorum, eorundemque ad Ordines Sacros, & ad dignitates, & officia ordinis admissione.

Similem Declarationem fecit Pius V. quam habes in fine sine Const. 9.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Muneris nostri esse putamus, sedulò, ac diligenter omnia curare, quæ Religionum conseruationi, earumq. professorum quieti, ac tranquillitati conferant, illamque in primis curam suscipere, vt iis, quæ materiam scandali præbere possunt, quam primum

murq via præcludatur. Cum itaque, sicut nuper accepimus, statutum in Capitulo generali ordinis Minimorum S. Francisci de Paula editis, caueatur, vt nullus de genere Iudæorum, aut Mahumetanorum in eum ordinem recipiatur, ac vt Nouitius tam ad habitum, quam ad professionem admittendus interrogetur à Præposito, an ex huiusmodi genere descendat, qui si negatiuè respondeant, recipiatur, præmissis etiam prius protestatione, quod quandocumque postea inuentum fuerit, eum ex tali genere originem ducere, professio ab eo facta erit nulla ex parte Religionis, quod non mediocrem dicti Ordinis tranquillitati, & multis, qui ex huiusmodi genere originem ducunt, perturbationem attulit. Nos, qui desiderate in votis gerimus, vt præfatus ordo nostris prosperetur temporibus, & materia scandali penitus succisa, radicitusque euulsa, longius propellatur, postquam præfatorum, qui ex genere Iudæorum & Mahumetanorum originem trahunt, & scientes, vel ignorantes se ex huiusmodi genere oriundos esse, professionem in dicto ordin. emiserunt, statui, & quieti nuper eum de eorum professionis validitate, & statu consulti essemus, viuæ vocis oraculo sufficienter satis superque prouidimus, attendentes leges, & statuta non ideo debere fieri, vt per ea scandala gignantur, & publica præsertim animarum tranquillitas perturbetur, aut commoueatur, sed potius ad ea tollenda, & ipsam communem quietem augendam, ac propterea statuta prædicta, quo ad ea tamen, in quibus præsentibus nostris litteris aduersantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium abrogantes, & aboientes, & ex nunc in posterum nullius roboris, vel momenti fore decernentes; Motu proprio, & ex certa scientia volumus, statuimus, & ordinamus, & de de cætero in Nouitijs recipiendis ad ordinem præfatum S. Francisci de Paula fiat inquisitio de moribus, & vita eorum, & de progenitorum suorum defectu. Volentes, quod ijs, qui ex Iudæorum, vel Mahumetanorum genere descendunt, cum post susceptum ab eis Baptisma Græci, & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quominus in ordinem prædictum recipiantur, & ad consequendas in dicto ord. dignitates, gradus, & officia Religionis nocere possit, & debeat. Quantù verò attinet ad filios, & descendentes hæreticorum, præcipimus, vt filijs, & descendentibus talium Conuersorum, & Ecc. vnitati restitutorũ pariter minime circa præmissa quodqua n obstet. Quod verò ad illos, qui ex Iudæis, ex eo, quod post Baptisma ab eis susceptum iterum à fide Cathol. recesserint, per sententiam in foro Eccles. latam damnatis, Mahumetanis item, & hæreticis similiter damnatis viuis, & defunctis, vel quorum ossa, vel statuæ combustæ sunt, originem ducunt per lineam paternam, vel maternam vsque ad quartam generationem inclusiuè, in ordinem ipsum recipi, & admitti non posse. Eidem in ijs professionibus eiusdem ord. qui ad Sacros etiam presbyteratus ordines admittuntur. Non obstantib. Constit. & ordinationib. Apost. ac priuatis, & quibusuis alijs dicti ordin. in generalibus, & prouincialib. Capitulis editis, tam generaliter de vniuerso ord. quam specialiter de singulis eiusdem ordinis Domib. vel Conuentibus, seu Monasterijs disponentib. iuramento, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumq; Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo piscat. die 1. Augusti, 1655. Pont. nostri anno 12.

X.

Litteræ Auditoris Cameræ Apostolicæ in exequutionem litterarum Apostolicarum, & priuilegiorum à Pio V. Ordinibus Mendicantium concessorum sub Gregorio XIII. emanatæ.

HIERONYMVS Matthæus Protonotarius Apostol. Sanctissimi Domini nostri Papæ, eiusq, Camerarij, & Curiæ causarum Cameræ Apostol. Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, sententiarum quoque, & censurarum in eadem Romana Curia, & extra eam latarum, ac litterarum Apostolicarum quarumcumque vniuersalis, & merus exequutor, ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa specialiter deputatus.

Vniuersis, & singulis Dominis, Abbati. Priorib. Præpositis, Decanis Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Sacristis, ac tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, eorumdem locatenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, Clericis,

Notariis, Tabellionibus publicis, quibuscumque, per quascumque mundi partes, & Dioeceses in exequutione praesentium declarandarũ, & specificandarum vbilibet constitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad quos praesentes nostrae litterae peruenerint, seu praesentabuntur, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis.

Noueritis, & quod nuper fuit nobis pro parte, & ad instantiam Procuratorum Reuerendissimorum Patrum Dominorum Superiorũ Generalium, & Prouincialium, ac Priorum, seu Guardianorum, & aliorum Fratrum Ordinum Fratrum Mendicantium, & singulorum eorum in Domibus seu Monasteriis dictorum Ordinum, & cuiuslibet eorum extra Almam Vrbem commorantium principalium, maxima cum querela reuerenter expositum, quod licet iuxta plura, & diuersa priuilegia, indulta, & concessiones Apostolica auctoritate tam per Sanctissimum Dominum nostrum Gregorium diuina prouidentia Papam XIII. quã fel. rec. Pium V. & Pium IV. & Paulum III. & quamplures alios Romanos Pontifices supra dictorum praedecessores dictis ordinibus, & eorum Fratribus & singularibus personis in genere, vel in specie ex iustis tunc expressis causis, etiam Motu proprio spiritualiter, & expresse concessa, & facta iuxta eorumdem concessionem, & priuilegiorum litteras Apost. desuper confectas, & expeditas, & praesertim in vim diuersarum litterarum Apostol. a fel. rec. Pio Papa V. praedicto, sub Datum Romae apud Sanctum Petrum 17. Kalen. Iulii, anno Domini 1567. Pontificatus sui anno secũdo, & sub dat. Rom. etiam apud S. Pet. sub annul. piscat. die 23. Sept. 1571. Pont. eiusdem Pii Papae V. an. 6. desuper expeditarum, & in vim confirmatoriarum litterarum eorumdem per litteras Apostolicas eiusdem Sanctiss. Domini nostri Gregorii decimi tertii, sub annulo quoque piscat. die 25. Mensis Martii, anno Domini 1575. Pontificatus sui anno tertio, expedito, quilibet dictorum ordinum Mendicantium, & quilibet eorum Frater, & Regularis persona in Ecclesiis suorum ordinum, quando eis placuerit, & suis Superioribus deputati fuerint, absque alicuius loci ordinarii contradictione, vel licentia verbum Dei populo praedicare, Christi fidelium quorumlibet confessiones audire, & per dictos Superiores transmissi, & examinati ad Sacros etiam presbyteratus ordines, etiam absque eorum ordinarii dimissorialibus litteris recipi, & admitti possint, atque coram Iudicibus, Conseruatoribus supradictorum ordinum Mendicantium huiusmodi suas lites, & causas decidi, & terminari, ac quoscumque processus, & alia acta, & actitata confici, & terminari facere possint, & a solutione cuiuscumque decimae, & quartae, etiam funeralis, & alterius cuiuscũque ordinarii, vel extraordinarii ordinis, seu impositionis exempti sint, & esse debeant, atq; etiam valeant Missas ab aurora vsque ad meridiem, & alia diuina Officia vbique locorum celebrare, Christi fidelium animarum curam in Ecclesiis eorum respectiue ordinibus cunctis exercere, & Ecclesiastica Sacramenta ministrare, & cuiuscumque Christi fidelium pro tempore defunctorum cadauera, qui se in Ecclesiis dictorum ordinum sepeliri ordinauerint, vel si ab heredibus defunctorum seu curam funeralium habentibus ad id vocati fuerint, cruce sui ordinis eleuata ad domum dictorum defunctorum accedere, & illa exinde auferre, ac ad ipsorum Ecclesias alicuius Rectoris, seu Capituli praesentia, vel interuentu minimè expectatis ex ipsorum defunctorum domibus leuare, accipere, & associare, atque ad ipsorum Fratrum Ecclesias directe deferri, & in illis sepeliri facere; Quascumque nouas dictorũ ord. & cuiuslibet eorum tam virorum, quam mulierum domos, Conuentus, seu Collegia, loci ordinarii, vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita, erigere, & fundare liberè, & licitè quoque valeant, & in possessione omnium & singulorum praemissorum, & cuiuslibet partis eorum existant, & plura alia priuilegia, indulgentias, gratias, & concessiones super diuersis aliis rebus, & negotiis quietem, & tranquillitatem spiritualem, & temporalem status dictorum ordinum concernentem, Apostolica auctoritate sibi, (vt praefertur,) concessa, habeant, in quorum pacifica possessione, vel quasi existunt, & ab aliquo propterea quouis praetextu, & colore, vel ingenio impediri, perturbari, aut inquietari non deberent, nec debeant. Nihilominus nonnulli, potentes maleuoli, & dictorum Fratrum principalium forsan inuidi, & aemuli, nullo iuris adminiculo, nullaque causa saltem legitima mo..., litteris Apost. praefatis, ac mandatis Apost.

Apost. in eis expressis temerè de facto malitiose contrauenientes, dictos exponentes, & eorum licitò singulos super præmissorum priuilegiorum, concessionum licentiam, & aliorum indultorum Apostolicorum, & cuiuslibet eorum libero vsu, & exercitio, atque ipsorum iudices, conseruatores præfatos diuersè, & indebite molestare, perturbare, inquietare, & impedire velle se iactarunt & iactant, prout forsan molestant, impediunt, inquietant, & perturbant, dicta indulta, priuilegia, & concessiones, ac confirmationes Apost. in reprobum, & alium, quam sonant, & disponunt, sensum retorquentes, ac nouas declarationes, & commenta contra illarum tenorem desuper confingentes, & dictos Fratres exponentes, atque eorum singulos ad subeundum plura onera, & ad soluẽdum decimas, seu primitias, aut quartas funerales inique, & iniustè grauantes, in maximum dictorum, & cuiuslibet eorum, ac personarum singularium præiudicium, iacturam, atque grauamen, & dictarum litterarum, & mandatorum Apostolicorum desuper, vt prænititur, emanatorum spretum, vilipendium, & contemptum, & in ipsorum maleuolorum, & æmulorum animarum salutis, perniciem, & damnationem, quocirca supra scripti Superiores præfati, & alii dictorum ord. Mendicantium Fratres, & singulares personæ, ad nos tamquam ad supradictorum, & quorumcumque litterarum Apostolicarum vniuersalem, & merum exequutorem, Apostolica auctoritate deputatum, recursum debitum habuerunt, nobis humiliter supplicantes, quatenus eorum statui, & quieti spirituali in præmissis opportunè prouidere Apostolica auctoritate nobis concessa dignaremur.

Quocirca nos Hieronymus Matthæus Auditor, iudex, & exequutor præfatus, attendentes supplicationem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam, volentesque ius suum vnicuique illæsum conseruari, & quod suum est tribui, atque præfatas, & quascumque alias litteras Apostolicas nostri officii auctoritate, debitæ exequutioni demandare, vobis omnibus & singulis supradictis committimus per præsentes, & in virtute sanctæ obedientiæ, districtè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus & quotiescumque & quandocumque vigore præsentiũ fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, immo verius Apostolica auctoritate, moneatis supradictos molestatores, turbatores, ac ipsorum ordinum Fratres, & singulares eorum personas impedientes, omnesq; alios, & singulos in exequutione, seu publicationes præsentium nominãdos, & cognominandos, ipsos Fratres, vt præfertur, seu alias quomodolibet perturbantes, & grauãtes, aut quouis modo perturbare, grauare, & impedire satagẽtes super præmissis, aut præmissorum aliquo cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint & quacumque præfulgeant dignitate, vel auctoritate fungantur, eisque præcipiatis, & mãdetis, prout nos præcipimus, & mandamus eisdem & eorum singulis, quatenus statim visis, & auditis præsentibus & in posterum sub decem mille ducatorum auri locis piis arbitrio nostro eligendis applicandorum, ac mandati exequutiui, & iniuris subsidium excommunicationis, aliarumque Ecclesiasticarum sententiarum & censurarum pœnis, per quemlibet contra facientem incurrendis, omnis, & eorum quilibet debeat à quibuscumque molestiis, perturbationibus vexationibus impedimentis, & inquietationibus atque à quibusuis exactionibus & recuperationibus quarumque decimarum, & quartæ funeralis, & cuiusuis alterius impositionis, seu ordinarii, vel extraordinarii nunc, & pro tempore impositi, aut imponendi oneris, a dictis exponentibus faciente, seu a quibus alijs impedimentis, de, & super præmissis facienda, atque aliis grauaminibus eisdem dictis Fratribus dictorum ordinum, & cuiuslibet eorum, ac ipsorum ordinũ singularibus personis, de, & super præmissis. & eorum singulis extraiudicialiter inflictis, illatis, factis, ac datis, & fieri, dari, & inferri comminatis, ac in futurum inferendis, & faciendis realiter, & cum effectu destitisse, & abstinuisse, dictorumque ordinum Fratres, & singulares personas prædictas concessionibus gratiarum, priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum prædictorum, & cuiuslibet eorum, iuxta, & secundum formam, & tenorem prænominatarum litterarum Apostolicarum absque aliqua alia commentitia declaratione liberè, & pacificè vti, frui, & gaudere permisisse, supradictisque mandatis, & litteris Apostolicis, ac præsentibus nostris litteris tam pro præterito, & instanti, quam singulis perpetuis futu-

ris temporibus realiter, & cum effectu absque aliqua... ta contradictione paruisse, & obediuisse, & de obedientia, & petitione huiusmodi nos realiter certiorasse.

Alioquin si in præmissis se fote grauatos senserint, modo, & forma præmissis peremptoriè citare curetis supra di...tos omnes, & singulos, prout nos sic citamus eosdem, quatenus sexagesima si vitra montes, trigesima verò die si citra montes extiterint post præsentationẽ, seu notificationem earumdem præsentium immediate sequenda si ipsa sexagesima, vel trigesima iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica, & tunc proxime, & immediate sequenda compareant Romæ in iudicio legitime coram nobis, vel R.P.D. in ciuilibus locum tenente nostro, per se, vel alium, seu alios procuratores suos idoneos, causam eorum grauaminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, quòd iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis.

Et insuper modo, & forma præmissis inhibeatis, & inhibendo expresse manderis, prout nos tenore præsentium inhibemus eisdem, in exequutione præsentium, vt præfertur, nominando, & cognominando, ne sub eisdem pecuniariis, & aliis sententiis, censuris, & pœnis præfatis, audeant, seu præsumant dictorum ordinum, vel cuiuslibet eorum Fratres, aut singulares personas, aut eorum aliquam, de, & super præmissis quomodolibet molestare perturbare, vexare, inquietare, aut impedire, aut aliàs indebitis oneribus, & exactionibus grauare, aut in iudicium trahere præterquam hic in Romana Curia coram nobis, vel dicto R. P.D. Locum tenente nostro quouis prætextu, quæsito colore, vel ingenio, quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & ad pristinũ statum reducere curabimus. Certificantes quoque eosdem sic citatos, quod si in dicto citationis termino comparuerint, siue non, nos nihilominus vel Locumtenens noster præfatus, ad præmissa omnia, & singula, & alia grauiora iuris, & facti remedia procedemus, sine procedet, iustitia mediante, dictorum citatorum contumacia, seu absentia in aliquo non obstante, quidquid autem in præmissis feceritis, nobis quanto citius fideliter intimare curetis.

In quorum omnium, & singulorum præmissorum fidem has præsentes fieri, & per Notarium nostrum, & dictæ Curiæ nostræ publicum, subscribi, sigillique Apostolicæ Cameræ, quo in talibus vtimur, iussimus, & fecimus appensione communiri. Dat. Romæ in ædib. nostris anno a Natiuitate Domini 58... Indictione 12. die verò 14. Mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri. Domini Gregorii diuina prouidentia Papæ XII. anno eius duodecimo.

Pompeius Valerius Curiæ Clausarum Cam. Apost. Not.

Cl. Pol. Vic.

SIXTVS QVINTVS.

Felix Perettus, parentibus ...sanctis, & rerum copia, sed virtute, & pietate locupletissimis, apud Oppidum Montalti Diœcesis Ripanæ, Marchionatus Anconitanensis, nunc in Ciuitatem per eumdem Sixtum sublimatum, in Italia ortundus, primo ab anno B Francisci Minorum Patris ...hæ ordinem sequutus summus Theologus, Inquisitoris munus ad profligandas hæreses strenuè gessit Deinde Generalis eiusdem sui ordinis Magister euasit, Pio V. summo Pontifici charissimus inter Illustriss. Cardinales euectus est, in quorum Comitiis solemnibus decimoquarto post Gregorii XIII. obitum, de vnanimi consensu, Ecclesiæ Dei Pontifex Maximus 65 annos natus eligitur Sixti IV sui ordinis memoria pulsus Sixtus V appellari, & Kalen. Maij Romæ anno 1585. coronari voluit. E sacro Ecclesiæ Thesauro populo pro pace, & tranquillitate publica supplici indulgentias largitus est Pontificatus initio. Perduellium, latronum, & bannitorum conatus Romanis finibus eiecit. Festum præsentationis B. Mariæ Virginis necnon S. Francisci de Paula ordinis Minimorum institutoris, ac S. Nicolai de Tolentino ordinis Eremitarum S. Augustini, S. Antonii de Padua, ordinis Minorum S. Francisci, & S. Petri Martyris ordinis Prædicatorum professi, aliorumque Sanctorum Placidi, Ianuarii, & Sociorum, singulis annis per vniuersas orbis Ecclesias suis respectiuè diebus, & Officio duplici deinde celebrari, & in Kal. Romano aliarumque Ecclesiarum, singulorum festorum præfatorum dies reponi, & adscribi mãdauit. Sanctumque Bonauenturam sui Ordinis Doctorem Seraphicum, inter eximios egregiosque Catholicæ Eccl. Doctores annumerauit, & retulit: postremo verò, Beatorum Fratrum Didacum de S. Nicolao, prouinciæ Bethicæ, Hispanum, ordinis Minorum S. Franc. professum, ex oppido Complutensi, Toletanæ Diœcesis oriundum, in quo eius corpus in Domino requiescit, in Sanctorum Confess. numerum, & catalogum ab vniuersis Christi fidelibus sanctũ colendũ, ac venerandum solemniter adscripsit. Obiit Ro. septuagenarius, die 27. Augusti 1590. & in Basilica Sancti Petri primò sepultus est, deinde

deinde verò apud Ecclesiam S. Mariæ Maioris, in cappellam, quam idem Pontifex maximus sumptibus construendam curauerat, translatum fuit.

I.

Indulgentia plenaria perpetua pro omnibus Christi fidelibus, aut in festiuitatibus SS. Francisci Antonij de Padua, Ludouici Episc. & Confess. Bonauenturæ, & Bernardini, Ecclesias Fratrum Minorum Conuentualium Capputinorum, & de Obseruantia, & in festo S. Claræ Ecclesias Monasteriorum dicti ordinis Monialium visitantibus.

SIXTVS Papa V. Vniuersis fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a primæua institutione Regulæ B. Franc. iam ob illius, & Sanctorum Antonij de Padua, Ludouici Episcopi, & Confessoris, Bonauenturæ, & Bernardini necnon Diuæ Claræ, aliorumque eiusdem ordinis sequacium sanctitatem, & miraculorum multitudinem, quam etiam ob multorum ipsius Religionis Summorum Pont. prædecessorum nostrorum merita, ingens vbique Christi fidelium multitudo singularem erga quemcumque dictorum Sanctorum gerat deuotionis affectum. Nos vt ipsorum fidelium deuotio huiusmodi non modo conseruetur, sed in dies magis augeatur, animarumque saluti vberius consulatur, precib. etiam dilecti filij Clementis Bontadosij, ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Magistri Generalis, super hoc nobis humiliter porrectis, inclinati, tam omnibus, & singulis dicti ordinis Minorum Conuentualium, Cappucinorum, & de Obseruantia nuncupatorum Fratribus, & Monialibus, quam cæteris vtriusque sexus Christi fidelibus qui vere pœnitentes, confessi, ac sanctissima Communione refecti, diebus festis SS. Francisci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Episcopi, & Confessoris, ac Bernardini, prædictorum eorumdem Fratrum Minorum Conuentualium, Cappucinorum, & de Obseruantia: Nec non die Festiuitatis S. Claræ Monialiũ dicti ordinis Monasteriorum vbilibet constitutorum Ecclesias, tam erectas, quam erigendas, vel earum aliquam à primis vesperis, vsque ad occasum Solis eorumdem dierum, singulis annis deuote visitauerint, & ibi pro Christianorum Princip. inter concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgẽtiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præsentibus perpetuis futuris temporib. valituris. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationib. Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes litteræ ad ipsorum Christi fidelium notitiam facilius, citiusque perueniant, volumus, quod earum exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentib. si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo piscatoris, die vigesimo octauo Septemb. millesimo, quingentesimo, octuagesimoquinto. Pontificatus nostri anno primo.

II.

Erectio Archiconfraternitatis Chordigerorum in Ecclesia S. Franc. Assisiensi, cum Indulgentiarum Concessione, & facultate in vniuersis eiusdem ordinis S. Francisci Ecclesiis Chordigerorum Confraternitates erigendi, easque dictæ Archiconfraternitati aggregandi, & Indulgentias easdem concedendi, & communicandi.

Hanc eandem erectionem confirmauit, ac ei alias indulgentias concessit, vt in sequenti Constit.

SIXTVS Episcopus Seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Ex supernæ dispositionis arbitrio, gregi Dominico præsidentes, inter curas multiplices, quæ ex Pastoralis officij ministerio nobis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam omniũ Christi fidelium, præsertim sub suaui Religionis iugo, & vexillo Altissimo famulantium, animarum salus cum diuini cultus incremento proueniat: ipsosque Christi fideles, vt eorum vota ad id facilius concurrant, spiritualib. muneribus indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus, in apricum eis adducendo, iustos varijs signis, & miraculis coruscantes, inuitamus, & confouemus, ac alias desuper disponimus, prout ad eorumdem Christi fidelium spiritualem deuotionem conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum itaque Beatus Franciscus, à quo ordo dictorum Fratrum Minorum institutus fuit, quique inter cæteros in numerum Sanctorum coop-

exoptatus, signis & miraculis maximè claruit, ita vixerit, vt penè omnes ad sui deuotionem, & imitationem pertraxerit, multique ex ipsis Christi fidelib. chordam similem ei, qua ipse, dum in hoc seculo versaretur, cinctus erat, hodie deferant, quin etiam plures eius laudabile institutum amplexi, & sub suaui iugo Religionis ab eo institutæ, diuersique Sanctæ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ Præla is, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & postea ad summi Apostolatus apicem euectis illustratæ militantis, tantumque virum imitati, in numerum eorumdem Sanctorum relati fuerint.

Nos, qui etiam à teneris annis singularem deuotionis affectum erga ipsum Sanctum Franciscum, cuius corpus sub Altari, maioris Ecclesiæ domus Fratrum Ordinis Minorum Conuentualium nuncupatorum Assisiensis, quæ inibi insignis maximeque celebris, & diuersis priuilegijs decorata existit, requiescit, sub habitu dicti ordinis sui incedentes, gessimus, cupientes Domum, & Ecclesiam huiusmodi amplius decorari, pietatisque, & Christianæ charitatis opera, vbique cum diuini cultus augmẽto, ac ad eiusdem Sancti Francisci honorem, & venerationem animarumque salutem exerceri, fidelesque ipsos ad faciendum ea, per quæ ad æternam beatitudinem valeant facilius peruenire, medijs opportunis excitare, infrascriptum Fratrem Clementem Magistrum Generalem, ac singulares personas Conuentus Domus prædictæ, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum, serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, non ad alicuius nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & certa scientia, in Eccles. Domus, & ad Altare huiusmodi, vnam Archiconfraternitatem vtriusque sexus Christi fidelium, qui chordam per eiusdem ordinis Fratres geri solitam, ex illorum deuotione deferant, ac illa cingantur, sub inuocatione eiusdem S. Francisci, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo erigimus, & instituimus.

Vt autem ipsa Archiconfraternitas Confratrum chordigerorum præfatæ chordæ, numero in dies magis ampliata decorentur, ipsiq; Confratres ad piorum operum exercitium propensiores reddantur, ac ad Ecclesiam, & altare huiusmodi deuotionis causa confluant, quo per huiuscemodi maiora cælestis gratiæ dona cognouerint adipisci; De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi.

Omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui verè pœnitentes, & confessi, ac præfatam chordam quæ prius à superioribus dicti ordinis benedici debeat, ad reuerentiam, & memoriam eiusdem Sancti Francisci gerentes, sacraque Communione refecti, præfatam Archiconfraternitatem ingredientur, die prima illorum ingressus, ac in mortis ipsorum articulo, Nomen Iesu ore, vel corde inuocantib. si etiam vere pœnitentes, & confessi fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem.

Et insuper eidem Archiconfraternitati, illiusque Confratribus, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac relaxationes Archiconfraternitati Confalonis Beatæ Mariæ Virg. in Ecclesia S. Luciæ de Vrbe institutæ, necnon prædicto ordini ac illius Fratrib. & personis, quocumque, & per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos concessas, quoad illas tantum, quæ hactenus reuocatæ non fuerunt, motu, & auctoritate, ac tenore similibus, etiam perpetuò concedimus, & elargimur, ac communicamus.

Postremò, dilecto filio Fratri Clementi Bontadosio, nunc, & pro tempore existenti dicti ordinis Generali Magistro ordinis Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum quascumque Confraternitates vtriusq; sexus Christi fidelium chordigerorum huiusmodi, in quibuscumque Ecclesijs Domorum tam Minorum Conuentualium, quam Cappucinorum, & de Obseruantia nuncupatorum, Fratrum prædictorum, in quibuscumque mundi partib. & locis pro tempore erigendi, & instituendi, illasq; postquam erectæ, & institutæ fuerint, præfatæ Archiconfraternitati per præsentes erectæ, & institutæ, cum omnibus, & singulis Indulgentijs peccatorum remissionibus, & relaxationibus aggregandi, ac ipsas Indulgentias, illis, & earum Confratribus communicandi, pariterq; concedendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem damus, & concedimus, prout nos easdem omnes Confraternitates, ex nunc, prout ex tunc, postquam erectæ, & institutæ fuerint, ipsi Archiconfraternitati

per

per præsentes erectæ, & institutæ huiusmodi, aggregamus, præfatásque indulgentias, illis, & earum Confratribus, communicamus, & concedimus.

Decernentes easdem præsentes litteras, nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis, seu quopiam alio defectu, notari, impugnari, vel retractari, aut reuocari vllatenus posse, neque debere, sed semper, & in perpetuum, validas, & efficaces existere, suosq; plenarios effectus sortiri debere.

Non obstantibus præmissis, ac Regula nostra, de Indulgentijs ad instar non concedendis, ac alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, concessionum, elargitionis, excommunicationũ, dationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1585. 13. Kalend. Decemb. Pontificatus nostri, anno primo.

H. Dat.

III.

Confirmatio erectionis Archiconfraternitatis Chordigerorum, & Indulgentiarum ampliatio, necnon facultatis ad Ministrum Generalem Minorum de Obseruantia, & Commissarium Generalem in sui Ordinis Ecclesijs, vbi Conuentualium Ecclesiæ non fuerint, vel dictæ Confraternitates iam per eos erectæ non extiterint, illas erigendi, & aggregandi, extensio.

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Diuinæ charitatis altitudo eminentissima, & summi amoris Seraphici inexhausta bonitas, qua ab æterno, & ante mundi constitutionem in charitate perpetua dilexit nos, ac vt nos sibi obstringeret in funiculis Adæ, id est, naturæ gratiæ, & gloriæ, ad se trahere voluit, videns protoplasti culpa peccatorũ funibus circumplexos, & ad se clamantes: Propitius esto sorti, & funiculo hæreditatis tuæ, non modo nos vinctos suos non despexit, sed in fortitudine educendos mendicitate, & ferro diiudicans, In funiculis secundi Adæ (inquit) trahameos. Et vt insolubilius nosmet sibi vinciret, tenaciusque obstringeret, filium suum Redemptorem nostrum (cuius diuina disponente gratia, meritis licet imparibus, in sacrosancta Ecclesia vices gerimus) filium Adæ factum, quasi funiculum, diuinitate, anima, & carne contextum, ac de cælis ad terras protensum, iustitiæ cingulo, in omni vita sua ad lumbos præcinctum, fuamet solius interius charitate vinctum, licet funibus impiorum, pro sua voluntate ligatum, vsque ad mortem Crucis tradidit, & traxit, vt sic nobis victis & in peccatorum funibus vinctis, fieret sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio: Licet autem tantæ charitatis ardor inextinguibilis esse debuisset, refrigeratur tamen, vnde frigescente mundo, & in funiculis Euæ (quæ sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorũ, & superbia vitæ) denuo cõstricto, ad denuò inflammanda corda nostra Pater misericordiarum, & luminum, famulum suum Beatum Franciscum misit, & in tam larga benedictione dulcedinis præuenit, vt non modò virtutum prærogatiuis, & meritis celebrem fecerit, sed & in carne ipsius Sacra Christi stigmata renouauerit, & mira Crucis mysteria ligamina, & paupertatem multiformiter in eo ad viuum demonstrauerit, adeo vt vere Christus Francisco inferre possit. Semitam meam, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti. Vnde & factum est, vt meritis dicti Beati Francisci Sacrosancta mater Ecclesia fœtu nouæ prolis amplificata miraculorum Sanctorum eius institutis, meritis, virtutib. exemplis multis aucta, necnon quamplurimis Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Cardinalibus, Regibus, & summis Pontificibus decorata, non possit ad eius deuotionis, & imitationis sectandæ vestigia non esse propensa. Nos pariter, qui à teneris annis singularem erga eumdem Beatum Franciscum (gloria nostra) semper gessimus deuotionis affectum, & in dies semper accreuit, & mirè accrescit, & cuius cinguli, & amictus, instituti, & ordinis pro Dei gratia, & nostra voluntate pro posse imitatores, alumni, & serui fuimus, ac fuisse gloriamur, considerantes populorum deuotionem, & propensionem erga tantum virum, & quo deuotionis affectu æmuletur, & passim anhelet plebs omnis gestare saltem funiculi eius, & quasi non contenta, quod tot tantiq; vtriusq; sexus Christi fideles ad instituta trium ordinum ipsius ob

deuotionem ad tantum patrem, relicto mundo tranſierint, tota velit in Sancti Franciſci imitatione, deuotione, & amore immergere. Idcircò cum pro aliquali rependione amoris noſtri erga tantum Patrem, nuper ad am; honorem decorem inſignis, & celebris Eccleſiæ Domus eiuſdem S. Franc. Aſſiſien. Ordinis Fratrũ Minorum Conuentualium nuncupatorum, in qua quidem Eccleſia ſub illius Altari maiori corpus eiuſdem S. Franciſci requieſcit, ac diuini cultus, & piorum operum augmentum, ipſiuſque S. Franciſci honorem, & venerationẽ, ac animarum Chriſti fidelium ſalutem, vnam Archiconfraternitatem vtriuſque ſexus Chriſti fidelium, qui chordam per Fratres dicti ordinis geſtari ſolitam, ex illorum deuotione Superioribus eiuſdem ordinis cinctam, & ſuſceptam deferant, & illa cingantur ſub eiuſdẽ S. Franciſci inuocatione, in ipſa Eccleſia, & ad dictum Altare, Motu proprio erexerimus, & inſtituerimus, ac vt Confratres Chordigeri dictæ Confraternitatis ad pia opera exercenda propenſiores redderentur, ac ad Eccleſiam, & Altare huiuſmodi deuotionis cauſa confluerent. Eiſdem vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, dictam chordam, quæ prius a ſuperioribus dicti ordinis benedici debeat, ad reuerentiam, & memoriã eiuſdem S. Franc. gerentibus ſacraq; communione refectis, Archiconfraternitatem ipſam ingredientibus prima die illorum ingreſſus, ac in mortis articulo ipſorum, nomen Ieſu ore, vel corde inuocantibus, ac etiam pœnitentib. & confeſſis, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiã, & remiſſionem per alias noſtras litteras conceſſerimus: necnon dilecto filio Clementi Bontadoſio, moderno, & pro tempore exiſtenti dicti ordinis Miniſtro Generali, vt quaſcumq; Confraternitates vtriuſque ſexus Chriſti fidelium Chordigerorum huiuſmodi, in quibuſcumq; Eccleſiis Domorum ord. Fratrum, tam Minorum Conuentualium, quam de Obſeruantia, & Cappucinorũ nuncupatorum, vbicumque & in quibuſcumque mundi partibus erigere, & inſtituere, illaque poſtquam erectæ fuerint præfatæ Archiconfraternitati, cum omnibus & ſingulis indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus ac relaxationibus aggregare, ipſaſque Indulgentias Confratribus illarum communicare, & concedere valeret, plenam, & omnimodam facultatem & auctoritatem conceſſerimus, eaſdemq; Confraternitates erigendas ex tunc prout ex eà die, & è contra dictæ Archiconfraternitati aggregauerimus, & indulgentias huiuſmodi Confratribus illarum communicauerimus, ac litteras prædictas nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ ſeu quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, aut reuocari nullatenus poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces futuras, ſuoſque effectus plenarios ſortiri debere decreuerimus, & alias prout in dictis litteris plenius continetur. Ne autem de præmiſſorum validitate vllo vnquã tempore dubitari contingat, noſtram denuò in præmiſſis auctoritatem interponere, ipſiuſq; Archiconfraternitatis auctoritatẽ extendere, ac piũ dictorum Confratrum Chordigerorum propoſitum amplius promouere, eoſque ſpiritualibus muneribus indulgẽtiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus proſequi cupientes, ſupplicationibus dicti Clementis hac in parte inclinati, inſtitutionem huiuſmodi Apoſt. auctoritate præfata tenore præſentium perpetuò approbauerimus, & confirmauerimus. Supplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quã facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdẽ. Ipſam Archiconfraternitatem in Ca; ut omnium Confraternitatum Chordigerorum huiuſmodi vbilibet inſtitutarum, & inſtituendarum etiam perpetuò auctoritate, & tenore præmiſſis erexerimus, & inſtituerimus, omneſque & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & relaxationes Religioni & ordini Fratrum Min. huiuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos conceſſas, quoad eas dumtaxat, quæ hactenus nõ ſunt reuocatæ, nec ſub vllis reuocationibus comprehenſæ eiuſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò approbauerimus, & confirmauerimus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiecerimus, illaſque Archiconfraternitati, & Confratribus Chordigerorum huiuſmodi ſub eiſdem modo, & forma, quibus illæ Religioni & Fratribus præfatis cõceſſæ fuerant, dummodò, vt præfertur, nõ fuerint reuocatæ, etiam perpetuò conceſſerimus, cõmunicauerimus, & elargiti fuerimus. Nos non de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, vtriuſque ſexus Confratribus

Chor-

Chordigerorum huiusmodi præter Indulgentias Religioni præfatæ concessas in mortis articulo, necnon quoties processionibus Archiconfraternitatis Chordigerorum huiusmodi singulis mensibus fieri solitis interfuerint eisdem quidem Confratrib. plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, perpetuo concessimus: Alijs vero nō Confratrib. qui processionibus huiusmodi interfuerint, Centum annos de iniunctis eis, vel aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauerimus, ac præfatis Confratribus qui alijs dictæ Archiconfraternitatis processionibus, aut dum Beatæ Mariæ, vel quoduis aliud diuinum Officium per ipsos Confratres Chordigeros recitabitur, interfuerint, ac quoties Sanctissimum Christi Corpus dum infirmis defertur, vel defunctum ad sepulturam associauerint, aut alicui miserabili personæ subuenerint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu aliquod horum fecerint, toties centum dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs etiam misericorditer in Domino relaxauerimus: eisdemque Confratribus Chordigeris, vt indulgentias, & peccatorum remissiones præfatas per modum suffragij pro iis, qui in gratia Dei decesserint, consequi, & impertiri valeant, concesserimus. Vt facilius his spiritualibus gratijs omnes Christi fideles in diuersis orbis terræ partibus existentes gaudere possint, & dum copiosis Eleemosynarum largitionibus Fratres Minores de Obseruantia maximo deuotionis affectu quotidie alunt, ab eisdem spiritualia beneficia in signum gratitudinis recipere valeāt, Supplicationis dilecti filij Francisci a Tolosa Ministri Generalis Fratrum Minorum de Obseruantia, hac in parte inclinati, eidem Francisco a Tolosa, atque etiam Thomæ de Massa Commissario Generali pro familia Cismontana, necnon pro tempore existentibus Generali, & Commissario generali eorundem Fratrum Minorum de Obseruantia concedimus facultatem, & auctoritatem, Ministro Generali in toto ordine Fratrum Minorum de Obseruantia, Commissario autem generali in illa familia cuius fuerit, vbi non sunt eiusdem ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Confraternitates iam erectæ, vel eorundem Minorum Conuentualium Monasteria, instituendi Confraternitates Chordigerorum in omnibus & singulis conuentibus Fratrum suorum, & concedendi, & communicandi omnes, & singulas indulgentias, peccatorum remissiones, & relaxationes, ac tandem omnes fauores, & gratias, quæ prædictæ Archiconfraternitati concessæ sunt, & in futurum concedentur Volumusque, vt cordam ordinis S. Francisci, quam Confratres vtriusque sexus gestare debent, Superiores Fratrum Minorum de obseruantia benedicant, intelligendo per Superiores etiam Guardianos, atque Præsidentes. Non obstantibus, præmissis, ac nostra de indulgentijs ad instar non concedendi, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus, Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo pro tempore existentis Ministri, vel Commissarij generalis ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia huiusmodi, vel cuiusuis personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Canonici alicuius Cathedralis Ecclesię muniris, eadem prorsus fides adhibeatur vbique locorum, & gentium, in iudicio, & extra, quæ ipsius originalib. adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ. Dat. Rom apud S. Marcum, sub annulo pisc. die 29. Augusti 1587. Pontif. nostri anno tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

IV.

Concessio, & declaratio pro Fratribus ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, vt liberè, & licitè retinere valeant omnes Ecclesias, & Conuentus, quos vbique terrarum possident, dummodo ordinariorum consensum habeant, quod eos conuentus dumtaxat, quos possident a decem annis citra.

SIXTVS Papa V. Dilectis filijs salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper expositum, tu annis proxime lapsis pro iniuncto tibi Ministeriatus tui Generalis ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia onere, omnes, & singulas præfati ordin. prouincias tam in Italia, quam extra eam existentes visitaueris, multasque Domos, Ecclesias, & loca ordinis præfati ab eorum Ministris, custodibus seu Guardianis, & Fratribus retineri reperieris, absq; eo quod ipsi Ministri, seu Guardiani, & Fratres de aliquo Ecclesiar. & domorum, ac locorum huiusmodi titulo, seu concessione à sede Apostolica, vel alias legitimè habita, & facta docere valeant, cū dictę concessiones, aut

non obtentæ, vel non expeditæ. ſeu dictarum Domorum Miniſtrorum, Guardianorum, ſeu cuſtodum in Curia, ſiue etiam ob bella, aut depopulationes, vel alios caſus ſiniſtros, aut alias deperdita ſint, quamuis Domus, & Eccleſiæ, ac loca prædicta, ab eorũ Miniſtris, ſiue Guardianis, & Fratribus bona fide, ac pacificè, & quietè poſſideantur. Tuque nobis humiliter ſupplicaſti, vt potiori pro dictorum Miniſtrorum, cuſtodum, ſiue Guardianorum, & Fratrũ conſcientiarum ſecuritate, & cautela, tibi dictiſque Miniſtris, Cuſtodibus, ſiue Guardianis, & Fratribus in præmiſſis de aliquo opportuno noſtro, & Sedis Apoſtolicę remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pro noſtri paſtoralis officii munere, tuiſque ſupplicationibus in hac parte inclinati, in præmiſſis opportunè prouidere, dictarumque Domorum, & Eccleſiarum, ac locorum qualitates, & quantitates, aliaque neceſſaria exprimenda hic pro plene & ſufficienter expreſſis habere volentes, teque ac dictos Miniſtros, Guardianos, ſeu cuſtodes, & Fratres à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſentẽtiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quib. quomodolibet innodati exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, tibique ac cæteris Miniſtris, cuſtodibus ſeu Guardianis, & Fratribus dicti ordinis, nunc & pro tempore exiſtentibus vel quæcumque loca, Domos, & Eccleſias, quæ vos in hanc vſque diem, in quibuſcumque mundi partibus, ac etiam Inſulis, & Regnis nouis Indiarum occidentalium, & orientalium, quomodolibet, ea videlicet, quæ a decem anni ſupra quæ verò a decem annis citrà de conſenſu ordinariorum poſſidetis, liberè, & licite, ac abſque aliquo conſcientiarum veſtrarum ſcrupulo, aut cenſurarum, & pœnarum incurſu, etiam ſi de illorum conceſſionibus a Sede Apoſt. vel alias quomodolibet factis, ac fieri neceſſariis, nullibi vt præmittitur, appareat, perpetuò retinere, & poſſidere, ac in eorum quieta, & pacifica poſſeſſione remanere, illamque in omnibus & per omnia, perinde, ac ſi antequam loca, domos, & Eccleſias huiuſmodi, & ea ... ſingula recepta fuiſſent, de illis recipiendi competẽs, & ſufficiens facultas a Sede Apoſt. & locorum ordinariis, in quorum Ciuitatibus & Diœceſibus conſiſtunt, obtenta fuiſſent, continuare valeant, Apoſtolica auctor. præſentium tenore concedimus. Necnon Eccleſiis, Domibus & locis prædictis, illorumque Miniſtris, Guardianis, ſeu cuſtodibus & Fratribus nũc, & pro tempore exiſtentibus vt omnibus & ſingulis priuilegiis libertatibus immunitatibus, exemptionibus prærogatiuis, antelationibus præeminentiis, indultis, fauoribus gratiis, conceſſionibus indulgẽtiis, & peccatorum remiſſionibus & relexationibus quibus aliæ dicti ord. Eccleſiæ, Domus, & loca, quæ a principio de eiuſdem Sedis Apoſt. & ordinariorum locorum, licentia recepta, & ædificata fuerunt, eorumque Miniſtri, Guardiani ſeu Cuſtodes, & Fratres, ac aliæ perſonæ, tam de iure, vſu, conſuetudine, priuilegio, & conceſſione, quam alias quomodolibet in genere, vel ſpecie vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſint, & poterunt quomodolibet in futurum, ipſi ſimiliter, ac pari formiter, & ſine vlla penitus differentia vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant indulgemus. Decernẽtes inſuper, te, ac Miniſtros, cuſtodes, ſeu Guardianos, & Fratres Eccl. Domorum, & locorum prædictorum, de cætero, ad docendum de facultate, ſiue licentia recipiendi Eccleſias, Domos, & loca prædicta ab eadem Sede, & locorum ordinariis obtenta, alias quàm per præſentium oſtenſionem, quam vbique, tam in iudicio quam extrà, prætetquam quod ad docendum de dicto conſenſu ordinariorum, in his, quæ poſſidetis a decem annis citra, ſufficere volumus pro ſufficienti, & plena probatione omnium, & quorumcumque neceſſario probandorum, ad effectum conſequendi præmiſſa, hiſque omnibus plenarie fruendi minimè teneri, nec obligatos exiſtere. Sicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios, ordinarios, & delegatos, etiam Palatii Apoſt. cauſarum Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi, diffiniendi, & interpretandi facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. re. Bonif. Papę VIII. prædeceſſoris noſtri de nouis locis per Mendicantes, abſque dictæ Sedis licentia non recipiendis,

piendis,& quibusuis aliis constitutionibus & ordinationibus Apost. cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, seu copiis in opere nouo, de omnibus Domibus Ecclesiis, & locis prædicti ord. eaque concernentibus propediem, te auctore in Typographia Romana Dilecti filii Dominici Basæ excudendis, aut etiam separatim imprimendis, & à te seu pro tempore existente Ministro, seu commissario generali ordin. præfati, separatim imprimendis, subscriptis, & sigillo officii Generalatus, seu Commissariatus huiusmodi munitis, eadem prorsus, vbique fides tam iudicio, quàm extrà dictis in dicto opere, ac separatim imprimendis, adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ, vel ostensæ forent. Dat. Ro. apud S. Marcum sub annul. pisc. die 3. Sept. 1586. Pont. nostri anno 2.

Tho. Thom. Gualterutius.

V.

Confirmatio priuilegiorum ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, necnon Monialium Sanctæ Claræ, & Tertij Ordinis de pœnitentia, illorumque innouatio, communicatio, & extensio.

Eamdem confirmationem fecit ordini prædicto Clemens VII Constitu. 8. Paulus IV Const. 1. & Gregorius VIII Const. 7.

SIXTVS Papa V. Ad perpet. rei mem. Et si Mendicantium ord. & præsertim Sacrum ordin. Fratrum Min. Obser. qui seculo ad vineã Domini Sabaoth, Dei gratia, ordo ipse magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum salutis fructus semper olim attulerit, & quotidie afferre summa diligentia conatur, in eaq; immẽsum exhibere non cessat famulatum, summo &c. sper studio (etiam cum in minorib esfemus) amplexi fuimus: ad summi tamen Apostolatus apicem, meritis licet imparibus diuina fauẽte clementia assumpti, dum id mẽte recolimus, facere non possumus, quin eundem ordinem de Obser. propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac idem pro suis Sanctis studijs, honestisque laboribus, ac pro animarum salute, ab Apost. Sede (cuius continue pacem, & dignitatem ordo ipse de Obser. fortiter tutatus est) tam spiritualia, quàm temporalia subsidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus & Sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius, atq. expeditius exequi, & transigere possit, & cæteræ Relig. personæ, ordinesq; alii exemplo ipsorum promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddantur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Francisci a Tolosa, Ministri Generalis, & Thomæ de Massa Commissarii generalis Cismontanæ familiæ prædicti ord. de Obseru. nobis nuper expositũ fuit, quòd cum ex ipsius Sedis prouisione, ac benigna dignatione prouenire dignoscatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontif. gesta innouet, ac Apostolica auctor. innouata, & restaurata muniat, & fulciat, & in pristinum statum reponat, ac reducat; necnon propterea nonnulli Ro. Pont. prædecessores nostri, nonnullas gratias, concessiones, indulgentias peccatorum remissiones, absolutiones, etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaque alia priuilegia, & indulta, tam prædictis Fratrum Min. quam S. Claræ, ac tertio de pœnit. nuncupato ordinibus illorumq; Superioribus Fratribus, Monialibus, & Sororibus ac vtriusque sexus personis, & Monasteriis, Domibus Ecclesiis, & locis quibuscumque dictorum ord. nunc, & pro tempore existentibus in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum aliis ordinibus eorumque Domibus Eccl. & vtriusque sexus personis ord. Mendicantium existen. concessorum, concesserunt, aut iam concessa confirmarunt, & approbarunt, prout in singulis concessionibus, declarationibus & litteris eorumdem prædecessorum expeditis plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, illa quę sępius Apostolica auctor. prædicta munita existunt, maiorem obtineant roboris firmitatẽ, pro parte eorumdem Francisci, & Thomę nobis fuit humiliter supplicatũ, vt prædictis priuilegiis immunitatibus exemptionibus, libertatibus fauoribus, conseruatoriis, declarationibus facultatibus dispensationibus gratiis, concessionibus, indulgentiis, & indultis pro illorum obseruantia, nostræ approbationis robur adiicere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apost. dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis præsertim illis, quibus sub suaui Religionis iugo diuinis laudibus & Christianæ Relig. augmento incumbentium personarum tranquillitati, & commoditati consulitur, libenter annuimus, eaque

fauorib. proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationib. inclinari, quæcumq; præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cũ alijs ordinib. Mendicantib. & non Mendicantibus eiuſdem Frat. Min. regularis obſeruantiæ, & S. Claræ, & de pœnit. Tertio ord. etiam in congregatione, ſub trium votorũ ſubſtantialium profeſſione, & eorundẽ Superiorum ord. Min. regularis Obſer. huiuſmodi obedientia degentib. ipſorumq; ſuperiorũ Fratrib. Monialib. Sororib. ac vtriuſq; ſexus, etiam ſingularib. perſonis, necnon Monaſter. domib. & Eccleſ. & locis quibuſcumq; in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiã viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut aliàs per eoſdem Romanos Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam, ſub quacumq; forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus, approbata, necnon omnibus & ſingulis in eis forſan contentis clauſulis, decretis, & declarationib. quibuſcumque ac ſingulas deſuper etiam pluribus vicib. confectas litteras, & in eis contenta & inde ſequuta quæcumque, illorum omnium tenores & formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus & in his eſſent inſerta, pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtol. tenore præſentiũ ex certa ſcientia in his omnib. in quib. decretis Conc. Trid. non aduerſentur, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari necnon ordin. Fratrum Minorum Regularis Obſeru. huiuſmodi degen. Superioribus Fratrib. Monialib. etiam Tertiarijs nuncupatis Sororib. perſonis, Monaſter. Domib. Eccl. & locis prædictis, etiam per modũ communicationis, & extenſionis, huiuſmodi ſuffragari, illiſq; frui, vti, & gaudere, quãdo, & quoties opus fuerit, poſſe, & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnib. & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe, eiſdem Frat. Min. ac S. Claræ, & tertio de pœnitentia ordinibus per nos conceſſa fuiſſent, decreuimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum, etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarum, forſan omiſſarum, & alios quocumque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quocirca venerabilib. Calaguritan. Lodien. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque plenum eorum effectum ſortiri illiſque omnes, quos concernunt pacificè frui, & gaudere: non permittentes quemquã deſuper contra præſentium tenorem, ſub quouis prætextu, & cauſa, etiã defectu intentionis noſtræ, per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, quinimo, quidquid in contrariũ attentari vel fieri contingeret, omnia ſemper in priſtinum reponi, Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcunque, de quibus eis videbitur, cenſuras, & pœnas Eccleſ. & alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione quacunque poſtpoſita, compeſcẽdo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus etiam iteratis vicibus grauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, ac Sanctæ Rom. Eccleſ. Cardinales, necnon Sacri Palatij Apoſt. cauſarum Auditores, ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiã prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio Generali de duabus diætis editis, dummodo vltra tres diætas, aliquis præſentium vigore ad iudicium nõ trahatur, alijſque Apoſtolicis conſtitutionibus ac Prouincialibus & Capitularibus ſtatutis, & Conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis etiam in forma Breuis per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis Clauſulis quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quib. omnib. etiamſi pro illorũ ſufficienti derogatione, de illis eorumq; totis tenorib.

ſpecia-

specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales id importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam, quod in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes: Motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque. Verum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus foret opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu alicuius ex Secretarijs cuiusuis prædictorum Prælatorum Generalium & suorum successorum, aut Notarij publici subscriptis, & sigillo officij alterius eorumdem, aut alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo piscatoris, die tertio Octobris, 1587. Pontificatus nostri anno tertio.

DECRETA SACRAE REGVLARIVM Congregationis.

Die decima Octobris, M. D LXXXVI. Pro Fratrib. Ord. Mendicantium.

LECTO in Sacra Congregatione Regularium Memoriali, oblato nomine totius familiæ Fratrum Mendicantium quarumcumque prouinciarum pro Fratribus ord. Mendic. conquerentium, qualiter contra formam suorum priuilegiorum Sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & ordinationum Apostol. in quam plurib. ab ordinarijs locorum grauantur, prout eiusdem Memorialis series continebat Illustrissimi Domini Cardinales, his mature consideratis, statuerunt, & decreuerunt infra ab eisdem locorum ordinarijs perpetuo, & inuiolabiliter obseruari debere.

Primò, quod circa sæcularium confessiones ab ipsis Fratribus Mendic. audien. seruetur decisio Congregationum Sacri Concil. & Episcoporum, corripianturque ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent, vel in licentijs concessis id excipiunt.

Secundò, Fratres Mendicantes nullatenus à quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit; & in dies contingit, prohibeantur.

Tertiò, ordinarij non impediant Fratres pulsare Campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Missam, antequam pulsetur Campana maioris Ecclesiæ, præterquam in die Sabbati Sancti.

Quintò, quo autem ad quartam funeralium, seruetur Decretum Concilij Trid.

F. Michael Bonel. Card. Alexandr.

Georg. Palarius Secret.

Sessio XXIII. Cap. XV.

CONGREGATIO Concilij censuit, Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Diœcesi sæcularium confessiones semel ab Episcopo prærio examine approbatus iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos: Cæterum à successore posse vsque examinari, iuxta Constitutionem Sanctæ mem. Pij V. datam 8. Idus Aug. Pontificatus, anno 8. quæ à fel. recordatione Greg. XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini.

A. Card. Caraffa.

GREGORIVS XIV.

Nicolaus ex Patre Francisco ex nobilissima familia Sfondrata Cremonensi oriundus, à Pio IV. Episcopus Cremonensis creatus, deinde à Gregorio XIII. in Illustrissimorum Cardinalium numerum relatus, demum Vrbano VII. successit, & in vigilia Sancti Nicolai sui natalitii nominis, ad Summi Pontificatus apicem assumptus est, die 5. Decembris, 1590. die vero 8. in festo conceptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, de more coronatus fuit Obiit die 15 Octobris, 1591. Et in Capella Gregoriana sepultus est.

I.

Moderatio constitutionum Sixti V. contra illegitimos Regularium.

GREGORIVS Episcopus seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pontificis prouidentia, ea quæ rationalibus causis auctoritate Apostolica sancita fuerunt, ipsa rerum experientia suadente, ex alijs interdum non minus iustis causis moderatur, & immutat, prout in Domino conspicit salubriter expedire

Sanè licet aliàs felicis recordationis Sixtus Papa V. prædecessor noster, nonnulla circa qualitates, modum, & formam admittendi Religiosos, ad quoscumque ordines salubriter statuerit, prout in duabus desuper, prima videlicet sub datum sexto Kalendas Decembris, anno tertio; & altera sub datum duodecimo Kalendas Nouembris, anno quarto sui Pontificatus editis Constitutionibus latius continetur. Quia tamen vsu comprobatum est, multa inuenta fuisse impedimenta, propter quæ ea, quæ in præmissis statuta fuerunt, exequutioni mandari minime potuerunt. Vnde quamplures litteris, & pietate insignes viri, à sancto proposito Regularem deducendi vitam abducti, ac impediti, atque etiam alij diu cum maxima eorum laude in Religione versati, ab illius dignitatibus, honoribus, prælaturis, cum non modico Religionis, & Ordinum huiusmodi detrimento repulsi, & inhabiles penitus redditi fuerint. Nos igitur ea, quæ docuit experientia salubriter fuisse constituta confirmare: quæ vero moderatione aliqua indigerent moderari volentes, ac dictarum Constitutionum, & inde sequutorum, quorumcumque tenores etiam veriores præsentibus pro expressis habentes, habita cum Venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus super negotijs, & consultationibus Regularium deputatis, matura deliberatione, de eorumdem consilio prædictas Constitutiones in ea parte, qua cauetur, ne illegitimi ex certo inibi expresso damnato toto, vel complexu ad quamcumque Religionem, neque ad habitum, aut professionem Regulares, sed tantum ad habitum Conuersorum, aut famulorum in Monasterijs, alijsque locis regularibus seruientium admittantur, & si post dictam Constitutionem professionem emitterent, voluit illam nullius esse momenti, & in altera parte, in qua illegitimè genitos, etiam ante ipsas Constitutiones professos vigore priuilegiorum, aut indultorũ Apostolicorum cuiusuis ordinis Religionis, Monasterij, aut Congregationis, eorumve Superioribus in genere, vel in specie concessorum etiam ipsos per ingressum Religionis, vel per eosdem Superiores legitimatos, seu ad gradus, honores, & dignitates habilitatos, seu integratos, ab honoribus, gradibus, & dignitatibus quibuscumque, tam antiquis quam alijs priuilegijs, litteris Apostolicis, indultis, aut declarationibus non obstantibus excludi, ac dispensationes quascumque, aut legitimatione non suffragari, neque in futurum cum his, nisi à Sede Apostolica, priuilegijs quibuscumq; non obstantibus, dispensare posse voluit, auctoritate Apostolica tenore præsentium ad terminos iuris reducimus, & moderamus, ac omnes dispensationes, & habilitationes, vigore priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuiuis ordini, & Religioni, Monasterio, aut Congregationi, eorumve Superioribus in genere, vel in specie, vt præfertur, concessorum, quæ tempore Constitutionum huiusmodi vsu recepta, & non sub vllis alijs reuocationibus comprehensa erunt, per quoscumque eorum Superiores factas in pristinum statum, & validitatem, in quibus ante ipsas Constitutiones existebant, restituimus, & redintegramus. Volentes, iisdem Constitutionibus non obstantibus, eos, qui quouis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum, & professionem Regulares admitti posse, quemadmodum admitti poterant si supradictæ Constitutiones editæ non fuissent. Ita tamen, vt cum de recipiendis quomodocumque illegitimè natis, ad habitum, & professionem ordinum quorumcumque agetur, ij ad quos huiusmodi receptio spectat, præter alia, de quibus ex dictarum Constitutionum præcepto circa quoscumque etiam legitimos disquirere debet, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalium suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ij, ad quos (vt dictum est) pertinet huiusmodi receptio, matura deliberatione habita ita censuerint, & indicauerint, dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admittantur, quod expresse prohibemus. Volumus quoque, ac statuimus, licere Generali, aut Prouinciali singulorum ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo vsu recepta, nec aliàs sub vllis reuocationibus comprehensa fuit, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali Prouinciali, seu inter medio Cap. & non aliàs suffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispen-

spensare, ac dispensationes huiusmodi pro tēpore ite factas, & inde sequuta quæcumque, vt antea valere, & tenere, perinde, ac si [illegible] prædictæ Constitutiones non emanassent. Cæterum, cū acceperimus, nonnullarū Religionū, & ord. præsertim Monachalū Monasteria ita instituta esse, vt in eis perpetua quædam filiatio constituatur. Ideoque receptio Nouitiorū in vnoquoque Monasterio ad Superiorē Prælatum, & Capitulum eiusdem Monasterii tantum pertineant, quę etiam Monasteria, vt plurimorum inter se longè distant, nec Generalia, prouincialia, aut interdia Capitula, nisi raro celebrare solent. Ideò statuimus, vt Superiores illorum Monasteriorum de consensu sui Capituli præhabita simul cum his, de quibus in vnaquaque Religione, aut Monasterio iuxta eius Constitutiones recipiendus interrogari solet, aliqua informatione super his, quæ in dictis Constitutionibus continentur, ad receptionem huiusmodi procedere valeant, dum tamen antequam ad professionem admittatur, plenaria, & eo modo, prout in dictis Constitutionibus habetur, inquisitio fiat, quæ postea ab his, à quibus in prædictis Monasteriis examinari solent, diligenter examinetur, & approbetur, & demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur. Volentes, quod Superiores prædicti cum eorum Capitulo, aut vbi consuetudo non fuerit celebrandi Capitula, cum tribus, aut quatuor ad id in generali Congregatione per vota secreta deputatis, seruatis eorum regularibus institutis, ac supradictis omnibus eamdem in recipiēdis nouitiis habeant auctoritatem, quæ perdictas constitutiones prouincialibus Capitulis est attributa. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii pub[illegible] subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel perso[illegible] in [illegible]nitate Ecclesiastica constitutæ obsi[illegible] [illegible]em, rorsus fides in iudicio, & extra [illegible] adhibeatur, quæ eisdem præsenti[illegible]us adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, moderationis, restitutionis, redinte[illegible]tionis, prohibitionis, reualidationis, statutorum, voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prę sumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ, 1591. Idus Martii Pontificatus nostri anno primo.

L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexiis.

II.

Constitutio moderationis Bullæ fel. rec. Sixti V. contra abortum quouis modo procurantes.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedes Apostolica, pia mater, assiduè sentiens ponderis sibi incumbentis in procurandą salute animarū, pretioso Christi Domini sanguinei redemptarum, grauitatem, & magnitudinem, de re tanti momenti, vt par est, magis in dies sollicita, eumdemque optimum finē semper ante oculos propo[illegible]m habens, nihil vnquam intentatum prætermittit eorum, quę ad fidelium animas in viam salutis dirigendas indicat pertinere. Quare nemini mirum videri debet, si interdum quædam contumacium fidelium audaciam pœnarum seueritate deterret. Rursus eisdem si ad cor redire veliut, & peccati veniam humiliter exposcere, maternū aperit sinum, viamque ad pœnitentiam eis sternit faciliorem, ac [illegible] ad[illegible] congrua rigorem temperat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum si quidem fel. rec. Sixtus Papa V. prædecessor noster, iustitiæ zelo accensus, contra procurantes abortum fœtus, tam animati, quàm inanim[illegible]s, eiusque gratissimi sceleris participes & a[illegible]tores, necnon contra eos, qui m[illegible] in fœcundi[illegible]m impedirent, & sterilitatis potiones, seu venena præberent, constitutionem edidit, sub dat. 4. Kal. Nouemb. Pont. sui anno tertio, per quā

vltra diuersas spirituales, & temporales pęnas, etiam inter alia excommunicationis sententiam contra eos promulgauit, sibique & successoribus suis tantum absoluendi facultatem reseruauit, prout in eadem constitutione plenius continetur. Cum igitur postmodum experientia docuerit, ex remedio huiusmodi nō eam, quæ sperabatur, vtilitatem, & fructum prouenisse, verum potius, multis Satanæ malitia ad peccandum inductis, difficiliori ob soli sedi Apostolicę reseruatam absoluendi facultatem, reddito pœnitentiæ aditu, eos a nefariis huiusmodi flagitiis perpetrandis, nō solum non retraxisse, sed etiam plurimorum sacrilegiorum, grauissimorumque peccatorum, & scelerum occasionem dedisse. Nos propterea animaduertentes gladium Ecclesiasticæ disciplinæ, præsertimque ad censuras, & pęnas spirituales ita extrahendum esse, vt ad medicinam tendat, non ad perniciem animarum, æternumque Pastorem, cuius vices in Terris gerimus, quantum (diuina eius gratia adiutrice) possumus, imitari volentes, qui venit animas hominum saluare, non perdere; neminiq; quantumcumque grauiter, & enormiter deliquerit, viam salutis præclusit, quin potius ad eam assequendam copiosè remedia adhibuit, ac nobis reliquit, & simul vtilius censentes, vbi nec de homicidio, nec de animato fętu agitur, pœnas non imponere duriores iis, quæ per sacros Canones, & leges profanas sunt inflictę. Habita super hoc cum Venerabilibus Fratrib. nostris S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus super negociis, & consultationibus Episcoporum deputatis, matura deliberatione, de eorum cōsilio, constitutionem prædictam sic duximus moderandam, vt a peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata, tam quoad eos, qui hactenus deliquerunt, quam quoad illos, qui post nostram cōstitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet presbyter, tam sæcularis, quam cuiusuis ordinis Regularis ad Christi fidelium confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci ordinarium deputatus plenam, & liberam in foro conscientiæ tantum absoluendi habeat facultatem, eandem prorsus, quam idem Sixtus prædecessor sibi, ac suis successoribus reseruauit. Quo verò ad pœnas procurantium abortum fœtus in animis, aut exhibentiū mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel consilium eis dantium, in prædicta constitutione contentas, constitutionem præfatam in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis, ac Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem, auctoritate Apostol. tenore præsentium, tam quoad præterita, quam quoad futura, perpetuò reducimus, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi parte numquam emanasset. Non obstantibus eadē prædecessoris nostri constitutione, quam quoad reliqua in omnibus præter cōtenta in hac nostra constitutione in suo robore omninò permanere volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, Notarii publici manu subscriptis & sigillo Prælati Ecclesiastici munitis, eadem prorsus fides habeatur in iudicio, & extra illud, quæ eisdem originalibus haberetur exhibitis, vel ostensis. Nulli ergo omninò hominū liceat hanc paginam nostrarum moderationis, reductionis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ in Monte Quirinali, anno Incarnationis Dominicæ, 1591. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.
A. de Alexiis.

CLEMENS PAPA VIII.

Hippolitus ex nobili Florentina Familia Aldobrandinorum, ob singularem eius vtriusque iuris scientiam, ac in rebus gerendis prudentiam, & vitæ integritatem, Auditor Rotæ, deinde Datarius Sixti V. effectus, ab eodem Sixto Cardinalis creatus, Apostolicæ Legationis munere ab eo sibi iniuncto apud Regem Poloniæ functus est, inde reuersus, mortuo Innocentio IX. vnanimi Illustrissimorum Cardinalium consensu ad summi Pontificatus apicem assumptus fuit, die 30 Ianuarii, 1592. Beatum Hyacinthum Polonum, ordinis Prædi. vitæ sanctitate, & miraculis illustrem, necnon & Beatum Raymundum Hispanum eius ordinis Prædicatorum pariter sanctitate, & miraculis clarissimum, Sanctos esse, ac Sanctorum Catalogo adscribendos esse solemniter definiuit, necnon ab omnibus Christi fidelibus colendos mandauit, die 27. Aprilis 1592. obiit 29 Aprilis 1605.

I.

Constitutio super exequutione decreti Concil. Trident. Sess. 25. c. 14. contra Regulares non subditos Episcopo, intra Claustra degentes, & extra ea ita notoriè delinquentes, vt populo scandalo sint, ac contra eorum Superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia suorum ordinum loca transmittentes, vel transmissos ad locum, in quo deliquerint non reuocantes.

CLEMENS Episcopus, seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Suscepti muneris ratio postulat, vt ea, quæ in sacro Tride. Concilio prouidè constituta sunt, ab ijs, ad quos spectat, inuiolatè obseruari curemus. Maturo sanè consilio ipsius Concilij decreto prouisum est, vt quicumque Regularis nõ subditus Episcopo, intra Claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuere puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus, ipse à suo item superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum quia experientia compertum est, interdum in huiusmodi decreti exequutione nimis remisse procedi, quum enim Episcopus instat, aliquem regularem eo, quo supradictum est, modo, delinquentem, a suo superiore puniri, sæpe fit, vt superior regularem delinquentem ad alia suorum ordinum loca, extra Episcopi Diœcesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias prouincias se conferat, nec vlterius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episcopum certiorem reddat: Vnde nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius Diœcesim existat, nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuatur; Nos pro pastorali nostra solicitudine, præfati decreti exequutioni, quantum cum Domino possumus, fauere, & præmissis malis (vt par est) opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. Roman. Eccles. Cardinalium prædicti Concilii interpretum sententia: Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, omnibus & singulis cuiuscumque ordinis, & instituti Regularium, etiam Mendicantium superioribus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pœnis præcipimus, & mandamus, vt iuxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, Regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & aliàs decretum ipsum in omnibus & per omnia exequatur. Cæterum, si superior in Regularem delinquentem non animaduerterit, quinimò si illum impunitum ad alia suorum ordinum loca, extra Episcopi Diœcesim, vt præfertur, transmiserit, volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, vt superior, instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatem, & officiorum obtentorum, necnon & subinhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinendorum, ac vlterius priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existenti, restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis ipsum Regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuit, reuocare, & in quo deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, vt ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso ordinario loci, in quo deliquit similiter requisitus, vel aliàs de illius delicto informatus vt præfertur, tanquam Sedis Apost. delegatus, prædictum Concilij decretum omnino exequi, in Regularem delinquentem seuere animaduertere possit & debeat. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Rom. Eccles. Cardinales causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis eorundem ordinũ, vel institutorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinib. priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium

rium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes litteræ omnib. supradictis innotescant, mandamus illas ad valuas Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie campi Floræ, affigi, & publicari: Volumusque post quindecim dies, eos, qui in Vrbe sunt, qui vero extra eam, & citra montes, intra quatuor, qui demum vltra montes erunt, intra octo menses, à die publicationis huiusmodi computandos, perinde afficere, & arctare, ac si eorum vnicuique personaliter intimatæ fuissent, ac ea earundem præsentium litterarum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Eccles. dignitate constitutæ, obsignatis, eandem fidem in iudicio, & extra illud haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, mandati, voluntatis, decreti, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, nonagesimo sexto, septimo Kal. Martij. Pontificatus nostri anno quinto.

L. Card. Prodat,

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexiis.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo, quingentesimo, nonagesimo sexto, Indictione nona, die verò decima octaua Martij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris D. N. D. Clementis, diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius quinto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ S. Ioan. Lateranensis, & Principis Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ, per nos Iosephum Spadum, & Lodouicum Massarutium Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Gabriel Sauarelius Magister Cursorum.

II.

Moderatio Bullæ fel. rec. Sixti Papæ V. contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

Sed quoniam prædicta Bulla Sixti V. reducta est ad terminos sacrorum Canonum, ac constitutionis Pij Papæ II. subditur sequens.

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanum Pontificem decet, ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderare, & immutare, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Alias sanè emanarunt litteræ fel. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri, contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes, tenoris infrascripti, videlicet: Sixtus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sanctum, & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Saluatore nostro Iesu Christo institutum, beatisque Apostolicis, & eorum legitimis successoribus singulari diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, ad salutemque animarum sanctè, ac religiosè administrari decet, vt quæ vel ex typo & figura veteris legis, vel alias ex multa Sanctorum Patrum prouidentia, circa ordinandorum naturales, ætatem, vitæ ac morum probitatem, Canones, vel Apostolicas, Constitutiones, aut generalium Conciliorum decreta, salubriter statuta fuerunt, ea inuiolatè obseruentur. Nam si in veteri Testamento tā multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & ministrorum Altaris de eorum præstantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam, Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est: certè multo maior ratio, & diligentia adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam presbyteris, qui ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi constituuntur, prout de his ipsis, & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum præceptis, ac simul Sanctorum Patrum statutis sæpissimè traditum est. Quare nos pro ea, quæ nobis à Domino iniuncta est cunctarum Ecclesiarum cura, & solicitudine, ipsos Pastores, & Præsules Ecclesiarum, quorum proprium munus est personas idoneas Clericali militiæ adscribere, & ad minores, maioresque ordines ritè promouere, auctoritate nostra

ftra duximus admonendos, vt in exequendo hac in parte suo Pastorali officio attentius post hac inuigilent, canonicas sanctiones, vt par est, obseruent, ac vt nemini dētur offensionis occasio, neue eorum ministerium vituperetur, studeant vitare, ea omnia scandala, & absurda, quæ ex vitiosa, & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri.

Cum enim multi, etiam interdum inhabiles, & indigni, non vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanæ dolis decepti, prætextu deuotionis, & pietatis, rem quidē faciam, & diuinum munus, intempestiuè tamen & inordinatè affectantes, seu temporale aliquod commodū, aut lucrum sibi proponentes, vel nimia simplicitate & imperitia, malitiave aut fraude ad suscipiendum Clericalem characterem, aliosq; ordines, ante ætatem legitimam, vel à non suo Episcopo, aut non præuio debito examine & approbatione, siue alias minus ritè, vel etiam temere se ingerant. Debent sanè Episcopi paterna charitate & prudentia eorum saluti, qui sæpè nesciunt, quid patrant, melius etiam, quàm ipsimet postulant, & salubrius consulere, nec tam quid flagitent, quam quid expediat considerare; summa verò diligentia prouidere, tum in alienæ Diœcesis subditis ordinandis, ne quemquam promoueri sine eorum ordinarij litteris dimissorijs, tum in recognoscendis ipsis litteris, ne falso, aut ab alio, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ sint, tum denique in examinandis natalib. ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ, vel alienæ Diœcesis personis ad Clericalem horotem, & Ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum, quæ ex præscripto sacrorum Canonum requiruntur.

Vt igitur præsules Ecclesiarum intelligant, si in re tam graui, & tanti momenti culpa, aut negligentia, peccauerint, se non modò in tremendo Dei iudicio, verum in hoc quoque sæculo Roman. Pontifici suæ villicationis rationem fore reddituros, præsenti Constitutione perpetuo statuimus, & ordinamus, vt si in posterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, primitiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonsuram maiores q; ordines suis subditis conferendos à Sede Apostol. auctoritatem habens, quemuis secularem, vel cuiusuis ord. aut militiæ Regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu alias inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora à iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiuè, aut quo ad seculares sine titulo sufficientis beneficij vel patrimonij, aut ante ætatem per sacri generalis Tridentini Concilij decreta primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, sub cōtinuatis diebus, ad plures ordines sacros vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili ante quam tempus ab eodem Conc. Trident. præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, sine dispensatione, aut indulto Apostolico, Clericali charactere non legitimè insigniuerit, aut ad ordines minores, vel sacros, vt præfertur, vel alias malè promouerit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus error & probabilis facti ignorantia eum excuset, vt, in quo deliquit, in eo puniatur, à collatione quorumcumque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab exequutione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existat, alijsque grauiorib. pœnis nostro, & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrio puniatur.

Quod si spreta huiusmodi suspensione, & interdicto in præmissis se temere ingesserit, etiā à regimine & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & à perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcumque beneficiorum per eum titulum, vel in commendam, seu alias obtentorum suspensionem, eo ipso incurrat, eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut pœnarum remissionem ab alio, quàm a Romano Pont. pro tempore existenti, nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. recordationis Pij Secundi Romani Pontificis & nostrorum prædecessorum qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas Regulas contra huiusmodi Clericos male promotos, diuersas pœnas inflixerunt, vestigijs inhærentes, eosdem Clericos posthac male promotos ab exequutione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios Superiores perpetuo suspensos declaramus, & si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos, omnibus, & quibuscumque per eos in titulum, commen-

 dam.

etiam, aut aliis obtentis dignitatibus, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, quomodocumque qualificatis, secularibus, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ Regularibus ac etiam si ipsi Clerici regulares fuerint, actiua, & passiua voce ipso facto priuamus, & iis priuatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda, in perpetuum inhabiles, & incapaces esse decernimus, & declaramus, dignitatum, officiorum, & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore vacantium, dispositionem nobis, & Apostolicæ Sedi perpetuò reseruantes.

Vt homines, qui nimia indulgentia, & spe impunitatis, ac veniæ facilitate, hactenus fuerunt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea sublata, & præclusa ab his abstineant, & caueant in futurum tam absoluendi quam dispensandi facultatem in casib. superius expressis, etiam in foro conscientiæ nobis, & successorib. nostris dumtaxat, auctoritate, & tenore præmissis, perpetuo reseruamus, Inhibentes, ne à quoquam seculari, vel cuiuuis ordinis Regulari presbytero, vel prælato quauis auctoritate fungentes, nec per quæcumque Iubilæa, & indulgentias, etiam plenissimas, & extraordinarias per nostros prædecessores, aut nosmetipsos, vel successores nostros, anno Iubilæi, aut alio quouis tempore, & cruciatæ Sanctæ, vel quocumque alio titulo, modo, & forma, Motu proprio, & Consistorialiter, seu ad quorumcumq; Principum, Regum, aut Imperatoris instantiam, contemplatione, & intuitu, cum quibusuis amplissimis in genere, vel in specie derogatoriis Clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore, aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum, Mare magnũ, aut alias quomodolibet nuncupatorum, quibusuis ordinib. Congregationib us, aut personis Regularib. aut Episcopis per Decreta Concilij Tridentini, aut officio Sacræ pœnitentiariæ Apost. vel minoribus aut etiam maiorib. pœnitentiariis nostris, & Rom. Pont. pro tempore existentis, vel alias quomodolibet pro tempore concessorum, personæ, sic, vt præfertur, delinquentes, tam scilicet Antistes, seu Abbates promouentes, quam Clerici male insi gniti, seu ordinati à reatibus, & excessibus præfatis absolui præterquam in mortis articulo possint, aut debeant, nec cum iis super irregularitate propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enimuerò, quia grauioribus morbis, fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum, locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ, pœnæque aggrauandæ, & emolliendæ, cum huiusmodi peccatum Satana suggerente, hominumque fragilitate assentiente, videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, & in præceptis esse: Ideo, vt homines saltem pœnæ timore, & proprij honoris confusione, a peccato deterreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare: Ac propterea volumus, vt qui absolutionem, & dispensationem huiusmodi petent, semper, quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium sacræ pœnitentiariæ, sed à nobis, & pro tempore existente Rom. Pontifice, in vtroque foro absolutionem petere teneatur, aliquin ipsæ concessiones, & absolutiones, etiam cum Clausula, quod præsentis constitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expressis prorsus nullæ irritæ, & inuandæ existant, ac nemini penitus suffragentur.

Cæterum, si quis Antistes, vel Abbas, seruatis quidem cunctis præmissis, & cæteris omnib. quæ in ipsius tonsuræ, & ordinum collatione obseruari debeant personas habiles, & idoneas, sed tamen receptas ab iis, quibus tonsuram, aut ordines conferret, pecunia, precio vel præmio, simoniace in futurum insignierit, vel promouerit, volumus, vt, præter alias censuras, & pœnas contra simoniacè ordinantes, & ordinatos à sacris Canonibus & constitutionibus, Apostolicis alias inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia, & singula supradicta in sic promouentibus, & promotis locum habeant: Decernentes, præsentes litteras sub quibusuis concessionibus facultatib. & gratiis, etiam in casib. quibuscumq; Sedi Apost quomodolibet, etiã in Bulla Cænæ Domini reseruatis, etiam in casibus sub nomine Iubilæi plenarij, vel Cruciatæ Sanctæ, absoluendi facultatem quibusuis personis generaliter, vel specialiter tribuentib. minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse censeri, sicque in præmissis vniuersis, & singulis per quoscumque iudices, & commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quauis causa, & instantia, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quauis aucto-ritate,

stare, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Concil. is etiam generalibus editis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes litteræ omnibus innotescant, mandamus illas ad Valuas S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostol. de Vrbe Basilicarum, & in acie Camp Florae, affigi, & publicari, & post quindecim dies, qui in Vrbe sunt, qui vero extra eam, & citra montes intra quatuor menses, qui denium vltra montes erunt, intra octo menses a die publicationis huiusmodi computan. perinde afficere & arctare, ac si eorum cuique personaliter intimatæ fuissent, ac earundem præsentium litterarum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eamdem fidem in iudicio, & extra illud adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, declarationum, priuationis, reseruationum, inhibitionis, voluntatum, decretorum, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ, 1566. Nonis Ianuarij, Pont. nostri anno quarto. Nos animaduertentes in dictis litteris nihil ferè, quo ad ea, quæ in ordinum collationes seruanda sunt disponi, vltra id, quod in Sacris Canonibus, & in Concilij Tridentini Decretis, ac aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas pœnas, & censuras Eccl. contra Episcopos, & alios prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos tam sæculares, quam cuiusuis ordinis, instituti, & militiæ Regulares malè promotos constitui, absolutionemque & dispensationem sedi Apostolicæ reseruari, & alias sicut in præfatis litteris continetur: Considerantesque tam promouentes, quam eos, qui ad dictos ordines promouentur, sæpe centuris, & pœnis huiusmodi ob illarum multiplicitatem in eorum perniciem animarum, varijs modis illaqueari, nonnullos ex Prælatis, & Episcopis in conferendis huiusmodi ordinibus nimis scrupulosè procedere, multosq; metu pœnarum, & censurarum prætactarũ ab ordinum collatione prorsus deterreri, adeò vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis securitati, ac animarum saluti, paterna charitate prospicere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, supradictas litteras ad terminos Sacrorum Canonum, ac constitutionis fel. rec. Pij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, quę incipit, Cum ex sacrorum ordinum, sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum 15. Kalen. Decembris, anno Incarnationis Dominicæ, 1461. Pontif. sui anno quarto. Cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad d. dispositionem Decretorum Sacri Tridentini Concilij restringimus, & reducimus, necnon censuras, & pœnas in eisdem Sixti litteris contra quoscumque, præterquam contra Simoniacè ordinantes, & ordinatos, inflictas, quas volumus in suo robore permanere (alijs etiam pœnis, & censuris per eosdem, Canones, ac constitutionem Pij II. Conciliumque Tridentinum iniunctis, saluis, & firmis remanentibus) moderamur, & abolemus Decernentes, sic, & non aliter per quoscumque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curię Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionib. & ordinationib. Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quę eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ restrictionis, moderationis, reuocationis, abdicationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1595. pridie Kalen. Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

L. Card. Prodat,

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

III.

Constitutio Pij II. contra facientes, se promoueri ad Sacros Ordines sine dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, seu ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissorijs, edita, & per Sanctissimum D. N. Clementem VIII. vt supra innouata.

PIVS Episcopus, seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ex Sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimatur, Sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione, excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque sicut fidei dignorum relatione, non nisi moleste accepimus, quod nonnulli Clerici ante tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui vero sine dimissorijs litteris, contra sanctiones Canonicas se faciant ad Sacros ordines promoueri.

Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolica præsenti Constitutione perpetuo valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs litteris, etiam Citramontani à Citramontanis, (præterquam si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam iuxta ipsius stylum ordinati fuerint) ad aliquem ex Sacris ordinibus se fecerint promoueri, a suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint. Et si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, propter quam, vltra alias pœnas, in tales generaliter à iure inflictas, beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinent, possint iure priuare.

Volumus autem, quod præsens nostra Constitutio in Romana Curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos alios autem etiam Vltramontanos post sex menses ab ipsius inaudientia contradicti, & Cancellaria Apostolica publicatione, ac affixione ligare incipiat. Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1461. 15. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno 4.

IV.

SOLEMNITAS, ET RITVS Recitandi officium S. Didaci Confessoris declaratur: & in eius festiuitate die Indulgentia plenaria conceditur.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

QVAE ad Sanctorum venerationem augendam pertinens, ea libenter concedimus, prout fidelium deuotio postulat, ac aliàs in Domino conspicimus expedire. Aliàs siquidem fel. rec. Sixtus Papa V. prædecessor noster Motu proprio concessit, & indulsit, quod omnes, & singuli professores ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, ac Moniales, & Sorores tam S. Claræ, & Conceptionis, quam Tertiariæ in Congregatione sub obedientia eorumdem Fratrum Minorum de Obseruantia viuentes, in suis quibusque videlicet Ecclesijs, in quibuscumque Mundi partibus existentibus, Festum S. Didaci Confessoris die 12. Nouembris, sub duplici Officio, in Regnis vero Hispaniarum, etiam illius Octauam, quemadmodum festa aliorum dicti ordinis Sanctorum celebrare possent, prout in eiusdem Sixti prædecessoris in forma Breuis sub die 16. Nouembris 1588. expeditis litteris plenius continetur. Cum autem sicut pro parte dilecti filij Commissarij generalis Curiæ eiusdem ordinis, nobis expositum fuit, Religiosi eiusdem ordinis etiam extra Hispaniam, vbique locorum existentes, eundem S. Didacum singulari deuotionis affectu prosequantur, eorumque deuotioni, ac spirituali cōsolationi plurimum satisfieri possit, si eis quoque celebrandi festum prædictum cum octaua facultas concedatur. Quare nobis nomine dicti Commissarij Generalis humiliter supplicatum fuit, vt præmissis, ac alijs infrascriptis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eorundem Religiosorum, ac aliorum Christi fidelium erga ipsum Beatum Didacum deuotioni, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, ac litterarum Sixti prædecessoris prædictarum tenorem præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis eiusdem ordinis professoribus, necnon Monialibus,

libus, & Sororibus, tam S. Claræ, & Conceptionis, quàm Tertiarus in Congregatione sub obedientia eorumdem Fratrum Minorum de Obseruantia viuentibus, extra Regna Hispaniarum in quibuscumque Mundi partibus existentibus, vt eorum singuli festum præfatum Sancti Didaci ac etiam illius Octauam quemadmodum festa aliorum eiusdem ordinis Sanctorum celebrare valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Præterea cum ab eodem Sixto prædecessore ordinatum fuerit vt in vniuersis orbis Ecclesiis festum eiusdem S. Didaci celebraretur, sed qua solemnitate celebrandum sit, non fuerit declaratum. Nos earumdem tenore præsentium decernimus, & declaramus, in vniuersis orbis Terrarum Ecclesiis, ac ab omnibus tam sæcularibus, quàm quorumuis ordinum, & Institutorum Regularibus, & aliis Ecclesiasticis personis vtriusque sexus, festum prædictum S. Didaci sub ritu semiduplici, in Ciuitate verò ac Diœc. Hispalen vnde prædictus S. Didac. ortus est, necnon in Ciuitate, & Diœcesi Toletana, in qua illius corpus requiescit, sub duplici ritu celebrandum esse. Præterea ad eorumdem fidelium deuotionem non modo conseruandam, sed in dies magis augendam, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, qui vere pœnitentes, & confessi, ac Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento refecti, aliquam prædicti ordinis vtriusque sexus Ecclesiam die festo prædicti S. Didaci a primis Vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem diei deuote visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariã omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino cõcedimus, & elargimur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Kalendarii, Breuiarii, & Missalis Romani dispositionibus, & regulis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscatoris die 26. Martij, 1598. Pont. nostri anno 7.

M. Vestrius Barbianus.

V.

S. D N D.

CLEMENTIS PAPAE VIII.

Confirmatio, & innouatio.

Omnium Priuilegiorum Fratrum Min. de Obseruantia, Monialiumque Sanctæ Claræ necnon de pœnitentia nuncupatorum Ordinibus.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

RATIO Pastoralis officii nostri exigit, atque efflagitat, vt quorum Religionẽ, ac virtutem Sedi Apost. totique Ecclesiæ non modo illustrem & præclaram, sed vtilem etiam, ac necessariam esse animaduertimus, eosdem nostris, & eiusdem Sedis Apost. honoribus, ac beneficiis libenter prosequamur. Cum vero ex bonis, & commodis spiritualibus ord. Mendicantium, ea longe, lateq; pateant, semperque patuerint, quæ a sacro ordin. Fratrum Minorum de Obseruantia ab ipsis fundatæ Religionis initiis in omnes Christianæ Reipub. prouincias profluxerunt, quotidieque profluunt, & promanant, faciendum nobis esse statuimus, vt in eodẽ ordine nostris, & Sedis Apost. gratiis, atque muneribus honestando, nihil Romanorum Põt. prædecessorum nostrorum benignitati, ac studio concedamus. Cum igitur pro parte dilecti filii Ioannis Bapt. Moles Cõmissarii generalis in Rom. Curia Vltramontanæ familiæ prædicti ord. de obsern. nobis expositum fuerit, ex ipsius Sedis benigna dignatione prouenire, vt Romanus Pontif quandoque prædecessorum suorum Rom. Ponr. gesta innouet, ac Apostolica auctor. innouata, & restaurata muniat, & fulciat, & in pristinum statum reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Rom. Pont. prædecessores nostri quasdam gratias, concessiones, indulgentias, & peccatorum remissione, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multasque alia priuilegia, & indulta, tam prædictis Fratrum Min. quam S. Claræ, ac tertio de pœn. nuncupato ordinibus illorumque Superioribus Fratribus Monialibus & Sororibus ac vtriusque sexus personis, & Monasteriis, Domibus Eccl.

& Lo-

& Locis quibuscumque dictorum ord. nunc, & pro tempore existentibus in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum, alijs ordinibus eorumq; Domibus, & Ecclesijs, & vtriusque sexus personis ordinum Mendicantium & non Mendicantium existen. concessorum, concesserunt, aut iam concessa confirmaruut, & approbarunt, prout in singulis concessionibus, declarationibus, & litteris eorundem prædecess. expedttis plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, illa, quæ sæpius Apost. auctor. prædicta munita existunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Io. Bapt. Moles, nobis fuit humiliter supplicatum, vt prædictis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, gratijs, concessionibus, indulgentijs, & indultis, pro illorum obseruantia, nostræ approbationis robur adijcere, aliasq; in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apost. dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis, præsertim q; illorum, qui sub suaui Religionis iugo, Diuinis laudibus & Christianæ Relig. augmento incumbentium personarum tranquillitati, & commoditati consulunt, libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, quæcumq; præmissa, ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatoria, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alias ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eiusdem Fratrum Minorum Regularis obseruantiæ, & S. Claræ, & de pœnit. Tertio ordinibus etiam in Congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorundem Superiorum ordinis Min. Regularis obseruantiæ huiusmodi obedientia degentibus, ipsorumque Superiorum Fratribus Montalibus, Sororibus, ac vtriusque sexus etiam singularibus personis, necnon Monasterijs, domibus, Ecclesijs, & Locis quibuscumque in genere, & in specie, etiam per totam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias per eosdem Romano. Pontifices prædecessores nostros ac nos, & Sedem prædictam sub quacumque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon omnibus, & singulis in eis forsan contentis Clausulis, Decretis, & Declarationibus quibuscumque, ac singulas desuper etiam pluribus vicibus confectas Litteras, & in eis contenta, & inde sequuta quæcumque, illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & Decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, & in his essent inserta, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dicta auctor. Apost. tenore præsentium ex certa scientia in his omnibus in quibus Decretis Concilij Triden. non aduersentur, saluis etiam Decretis a nobis in fauorem Fratrum Reformatorum concessis, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuæque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari, non ordinibus Fratrum Min. Regularis obseru. & S. Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, etiam in Congreg. sub obedientia Fratrum Minorum de obseru. huiusmodi degen. superioribus Fratribus Montalibus, etiam Tertiarijs nuncupatis Sororibus, personis, Monasterijs, Domibus, Eccl. & Locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisque frui, vti, & gaudere, quando & quoties opus fuerit, posse, & debere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro conscientiæ, in omnibus, & per omnia, ac si spiritualiter, & expresse eisdem Fratrum Minorum, & S. Claræ, & tertio de pœnitentia ordinibus per nos concessa fuissent, decernimus, supplentes omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum etiam de iuris necessitate, aut alias quomodolibet requisitarum, forsan omissarum, & alios quoscumque defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quocirca venerabilibus Fratribus Mantua, & Toy, Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apost. generali Auditori, per easdem præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, plenum eorum effectum sortiri, illisq; omnes quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quouis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ per quoscumq; quomodolibet indebite molestari, quinimo quidquid in contrarium attentari, vel fieri contigerit, omnia semper in pristinum reponi, Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur censuras, & pœnas Eccles. & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacumque post-

postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis, seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis; sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios, ac S.R.E. Cardinales, nec non Sacri Palatii Apost. Causarum Auditores, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Non obstant. præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali de duabus diætis, dummodo vltra tres diætas aliquis præsentium vigore ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus ac prouincialibus, & Capitularibus Statutis, & Consuetudinibus, etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; indultis, & Litteris Apost. etiam in forma Breuis per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, restrictiuis, reseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenorib. specialis, specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiā quod in eis caueatur, expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in illis tradita, obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, Motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrariis quibuscumque. Verum quia difficile foret præsentes Litteras ad singula quæque loca, in quibus forte opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, manu alicuius et Secretarii cuiusuis prædictorum Prælatorum Generalium, ac Romanæ Curiæ Commissarii, & suorum successorum, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo officii alterius eorūdem, aut alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Pet. sub annulo Pisc. die 10. Decembr. 1597. Pontif. nostri anno VI.

M. Vestrius Barbianus.

Additur etiam hoc Breue Sanctiss. Papæ Pij V. Regulares concernens, quod ad manus nostras peruenit post allatum impressionem, ideò non est repositum suo loco.

Breue Sanctißimi Domini Nostri Pij V. Super declaratione Ordinum Mendicantium.

PIVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, tam vniuersalis Christianæ, quam singularum eius Religionum præcipuus defensor, omnibus illarum incommodis pro sui pastoralis officij debito libenter occurrit, & eorum immunitati salubribus, iuxta temporum, morumque exigentiam, declarationibus, & aliis remediis cōsulere solet opportunis. Sane licet dilecti filii omnium Mendicantium ordinum Fratres à contributione Seminarii Clericorum in qualibet Ciuitate iuxta eiusdem Concilii formam erigendi per Tridentini Concilii decreta exímerimus: Nosque inter alia eisdem Mendicantium ordinum Fratribus concessa priuilegia, eos & eorum quemlibet tam à Seminarii huiusmodi contributione, quam subsidio quomodolibet, necnon decimis quibuscumque, & certis aliis oneribus Apostolica auctoritate similiter exemerimus, & liberauerimus, eosque ad illorum omnium contributionem nullo vnquam tempore cogi, & compelli posse decreuerimus: Cum tamen, sicut non sine animi nostri molestia nuper accepimus, nonnulli locorum ordinarii, & forsan in Prouincialibus Conciliis, eo forsan sub prætextu, quod ordinum Mendicantium Fratres huiusmodi bona stabilia ex indulto seu dispensatione Apostolica retinere possint,

& propterea Mendicantes re vera non sint, eos ad Seminarii subsidii, Decimarum, & aliorum onerum huiusmodi contributionem cogere forsan præsumpserunt, & in dies præsumunt, in graue ipsorum ordinum grauamen & præiudicium non modicum. Nos animo reuoluentes eos ex fructibus bonorum huiusmodi varias Reipublicæ Christianæ vtilitates afferre, cum ex ipsis varios Magistros & Doctores manutenecant, ex quorum Doctrina ipsorum Fratres Nouitii eruditi postmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus consiliis, confessionibus, orationibus, aliisque innumeris pietatis operibus iuuent, & pascant: eorumque domos non minus, imo magis, quam ea quæ per Ordinarios erecta sunt, Seminaria vocari posse, & propterea Mendicantium nomē amittere nullo modo debere. Volentes idcirco omnem dubitandi materiam amputare omnes, & singulos Mendicantium ordinem Fratres huiusmodi, ac eorum singulos, a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quarumcumque litium, & causarum coram quibusuis iudicibus, & vbicumq; quomodolibet pendentium status, & merita, nominaq; & cognomina iudicum, & collitigantium, necnon quorumcumque priuilegiorum indultorum, exemptionum, & immunitatum eorumdem ordinum Mendicantium Fratribus hactenus quomodolibet concessorum, tenores præsentibus pro expressis habentes, lites quoque & causas præfatas, vt præfertur, pendentes, ad Nos harum serie auocantes, illasq; penitus extinguentes, & collitigantibus huiusmodi perpetuum super præmissis silentium imponentes. Motu proprio, non ad ipsorum Fratrum, vel alicuius eorum Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos. Quatuor Mendicantium Ordinum videlicet Sancti Dominici, & S. Francisci, ac Heremitarum S. Augustini, necnon Carmelitarum, & quos etiam recenseri volumus Seruorum Beatæ Mariæ nominibus comprehensos Fratres, eorumq; domus, Monasteria, & loca, etiam si in communi pro eis bona tam mobilia, quam immobilia, & stabilia, ac alia quæcumque possederint, Mendicantium vocabulo, & omnibus, & singulis Mendicantium priuilegiis, eis quomodolibet concessis, vti posse, & debere. nec super præmissis vllo vmquam tempore molestari posse auctoritate Apost. per præsentes statuimus, & declaramus, ac tam Concilii Trid. quam omnia, & singula alia decreta, statuta, ordinationes, priuilegia, & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes, & singulos ordines præfatos, eorumque domos, & loca etiam propria bona in communi tamen retinentes extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam auctoritate præfata per easdem præsentes declaremus. Ac insuper eisdem Ordinariis, & quibusuis aliis tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, quauis auctoritate fungentibus, in virtute Sanctæ obedientiæ, & aliis arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus, vt si quid per eos tam nostro, quam prædecessoris nostri temporibus, tam ratione Seminarii, subsidii, & decimarum, quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem Fratribus, omni mora, & dilatione postpositis, restituant, districtius inhibentes eisdem locorum ordinariis, cæterisque personis tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, quauis auctoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, & cōditionis existentibus, ne eosdem Mendicantium ordinum Fratres præfatos, bona huiusmodi retinentes quouis prætextu super Seminarii, subsidii, & decimarum contributione molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque præsentes litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quoquam alio defectu notari, vel impugnari vllatenus posse, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, restrictionibus & aliis contrariis dispositionibus tam per nos, quam etiam successores nostros quomodolibet, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcumque tenorum existant includi, sed illis non obstantibus in suis robore, & efficacia permanere, & quoties

illæ

illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie redintegratas, etiam sub Data, etiam per ipsos exigenda de nouo concessas esse, & incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ esse: & ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant, vim validi, & efficacis contractus inter sedem Apostolicam, & præfatorum ordinum Mendicantium huiusmodi Fratres habere debere. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere: irritum quoque, & inane, quidquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, necnon quarumcumque tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum Decanis Præpositis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Thesaurarijs, & quibusuis alijs in eisdem Ecclesijs dignitates obtinentibus vbilibet, & in quibuscumque Regionibus, terris, & locis existentibus per præsentes Motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Fratrum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem Fratres, & eorum singulos præmissis omnibus pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum quempiam super his quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo. Ec nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur, & aliis Apostolicis, necnon in Prouincialib. & synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiā consistorialiter concessis, approbatis, confirmatis, & sæpius innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, & specifica, & expressa mentio, seu alia quæuis exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentib. pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentiū transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, aut alicuius prælati, vel in dignitate Ecclesiastica constituti, sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentib. adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quodque eadem præsentes in Valuis Cancellariæ Apostolicæ, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ per aliquem ex Cursorib. nostris publicentur, & inter Extrauagantes constitutiones perpetuò valituras conscribantur: ac postquam publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant: necnon omnes, & singulos illa concernentes perinde ligent, ac si eis personaliter intimatæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die prima Octobris M.D.LXVII. pontif. nostri anno 2.

Io. Ant. Naldi.

A. Calorius.

ANNO à Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, sexagesimo septimo, indictione decima, Die verò decimasexta Mensis Octobris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti. Anno eius 2. tertio

 scriptæ

scriptæ litteræ in forma Breuis affixę publicatæ fuerunt in retroscriptis locis, vt moris est, per me Alexandrum Astancolium præfati Sanctissimi D.N Papæ Cursorem.

Idem Cursor.

Philibertus Cappius Magister Curs.

Nos Alexander Farnesius, Episcopus Cardinalis S.Rom Eccl.Vice Cancellarius, tituli Sancti Laurentij in Damaso, totiusque Religionis Seruorum protector, omnibus & singulis præsens litterarum Apostolicarum concessionis, declarationis & voluntatis Sanctis. D. Pij diuina prouidentia Papa Quinti, in fauorem Mendicantium, impressum transumptum visuris, lecturis, pariter & auditutis, notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter eum supradictis originalib. Apostolicis litteris, quas non cassas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas vidimus & cum præmisso transumpto auscultauimus, concordat. In quorum omnium fidem, & testimonium ad instantiam R. P.F. Gaudiosi de Perusio prædicti ordinis Seruorum Procuratoris Generalis, Sacræ Theologiæ Magistri, has præsentes nostras attestationis litteras etiam imprimi, & nostri soliti sigilli (quo in similib. vtimur) impressione communiri, & per Notarium infrascriptum subscribi fecimus.

Actum & Datum Romæ in ædib. nostris Anno à natiuitate Domini 1567. Indictione decima, Die 4. Nouembris Pontificatus eiusdem Sanctissimi D.N. Pij Papæ Quinti anno 2.

Locus Sigilli.

Sulpitius Gallus Rom. Notarius publicus de mandato &c.

BVLLA.

Confirmationis, & nouæ concessionis priuilegiorum ordinum Mendicantium.

Cum certis declarationibus Decretis, & inhibitionibus S.D. N. D. Pij Papæ V Motu proprio.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpet. rei mem. Etsi Mendicantiū ordin. qui sedulum in vinea Domini quotidiè exhibere non cessant famulatum, summo semper studio (etiam dum in minoribus essemus) amplexi sumus: ad summi tamen Apostolatus apicem (me ritis licet imparibus) diuina fauente clementia assumpti, dum id meritè recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exinde pro suis sanctis studijs, bonestisq; laborib. proque salute animarum, ab Apost. Sede (quius continuè pacem, & dignitatem ord. ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia, quã temporalia subsidia, ornamentaq; acceperint, & accipiant, quibus & sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint: & ceteræ religiosæ personæ, ordinisque alij exemplo ipsorum promptiores, alacrioresq; ad sua officia persoluenda reddantur. Hinc est, quod nos attendentes, plerosque ex venerabilib. Fratribus nostris Archiepiscopis, qui eosdem ordines præcipit tamquam fructiferos in agro Domini palmites: & colere, & adiuuare deberent, non solum id exequi negligere, verum etiam Concilij Tridentini decretis in prauum sensum retortis, eos, & eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus, eorumque priuilegijs non modicū afferre grauamen, conantur. Quidam enim Episcopi (vt accepimus) nolunt admittere quosdam Regulares ad prædicationem, etiam in suis Ecclesijs faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendum habeant bonum testimonium a suis superioribus. Alij verò volunt, vt nedum semel sed etiam pluries in anno, coram ipsis, vel coram Vicarijs prædicatores præsententur, ac pro licentia prædicandi (quàm non nisi in scriptis dare volunt) aliquid quandoque exigunt. Alij etiam Episcopi, maximam regularibus iniuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & veterem consuetudinem absque vlla ratione quosdam reijciunt, & quosdam (pro eorum libitu) admittunt ad prædicationem huiusmodi haben lam in locis suę diœcesis. Quorumdam etiam locorum Ordinarij, quosdam Religiosos probos viros, & idoneos (etiam à suis superioribus approbatos) ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno, in aliquibus partibus eosdem confessores sibi præsentari. In aliquib. vero oppidis tam Episc. seu eorū Vicarij, quam presbyteri Curati nolūt, vt Frat. Mendicantes vocari ad audiendas confessiones infirmorum (maxime si infirmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorum domibus, vel alibi, præterquam in suis Ecclesijs aut Monasterijs possint accedere. Nonnulli etiam audent Confessores Monialium (qui pleno Iure subsunt regularibus) examinare, cum tamen

men id minime per Concilium decernatur, ſicut & de Fratribus, qui ſunt audituri confeſſiones aliorum Fratrum. Quidam etiam in aliquibus partibus nituntur aſſerere, ſeu facere, ne quiſquam infra annum poſſit ſacram Eucharistiam in Eccleſiis Mendicantium recipere, neque etiam Moniales tertiarias nuncupatas ſuorum ordinum (vt aliqui aſſerunt.) in aliquibus partibus fieri, cum tamen ſolum in Paſchate (quoad ſæculares dumtaxat) iuxta priuilegia ſummorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum eiſdem ordinibus conceſſa id obſeruari debeat. Alii vero Epiſcopi, ſeu eorū Vicarii, audent, ad eorum libitum dare licentiam quibuſcumque, quæcumque Monaſteria Monialium, etiam S. Claræ ingrediendi, etiam ſi regulariũ curæ ſubdita ſint. Quidam vero ſub prætextu exquirendi voluntates puellarũ, ante profeſſionem earum volunt eas extrahere a monaſteriis, & per longum tempus alibi detinere, ipſaſque puellas, ſeu Nouitias de pleriſque rebus interrogant, neque neceſſariis, neque in decreto Concilii Tridentini deſuper contentis, ex quibus non modica poteſt oriri occaſio ſcandali. Alii vero plerique noluerũt, quoſdam regulares aliarum diœceſium ſacris ordinibus initiare: ac etiam a ſui ordinis prælatis approbatos, admittere nolunt. Aliqui vero ſingulis dominicis diebus in ſuos parochianos, ad ſonum campanæ excommunicationem promulgant, vt non poſſint intereſſe Miſſis. Concionibus, & diuinis Officiis, niſi in propria parochia. Aliis vero ipſis prohibent, vt omnino in aliis Eccleſiis (etiam requiſiti) non celebrent. Alii vero in aliquibus partibus in eorum Eccleſiis conciones ſacræ ſcripturæ, & ſermones pro mortuis haberi nolunt; & ſi aliquid ipſis relictum fuerit, vt ab ipſis Miſſæ dicantur, vel alia Officia pro mortuis celebrẽtur, ipſis ſibi ea vſurpant, dicentes, quod ipſi ea exequi non poſſunt, quia ipſi ſunt paſtores. Alii vero ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & exilii per decennium a diœceſi pœna, inhibuerunt, ne Miſſæ in eorum Eccleſiis celebrentur, in diebus feſtiuis, antequam Rector parochialis Eccleſiæ celebrauerit. Alii etiã nolunt, vt dum prædicatio in Eccleſia Cathedrali habetur, alibi prędicetur. Ac inſuper in quibuſdã locis omnẽ ordinem, quietem perturbãt, dũ controuerſias, iadiu ſopitas, & extinctas ſuper præcedentia acitarunt, & vbi nullæ erant, pepererunt, dum pro arbitrio, & voluntate eorum, hos illis præferre voluerunt. Quidam etiam Epiſcopi volunt Regulares à cura animarum excludi, & illam ſolis presbyteris ſecularib. committi. Quidam vero quartam funeraliũ extendere volunt etiam ad Miſſas, legata, & alia quæcumq; quæ domib. Regular. relinquuntur. Alij autẽ volunt quartam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Eccl. palliorũ, planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam, quæ pro victu Frat. relinquuntur. Aliqui etiam in quibuſdam partib. volunt, vt non ſolũ ius ſepulturæ ſolui conſuetum, quod ſemper ſolui ut, neque denegatur; ſed etiam omne illud, quod Eccleſiis ordinum ad eorum libitum partes dant, quando ſepeliuntur ibidem defunctorum corpora, vt id totum Curatis etiam de nouo ſoluatur inſtanter conãtur, impediuntes, ne aliter corpora defunctorũ, ad Monaſteria Frat. deferantur, vnde in hoc maxime iã partes, quam ipſos Frat. grauari contingit. Aliqui vero etiam ex locis Mendicantiũ, qui curã habent animarum, volunt pro ſeminario decimas exigere, ac in caſu renitentiæ etiã pignus exigunt. Alij autem præfatos Fratres, ac Moniales ſub eorum cura degentes ſubſidium regium perſoluere cogunt, cũ multæ earundem Monialium vix habeant pro earũ victu, & veſtitu neceſſaria vitæ. Alij etiam in quibuſdam partib. pauperes Mendicantes Eleemoſynas petere prohibent pro eorum dumtaxat ſuſtentatione, & ſi inuenerint eos panem vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum portãtes, quandoque ab eis auferre minantur afficientes eos graui iniuria, & contumelia. Nonnulli vero Epiſcopi, vel Capitula Canonicorum pauperes Mendicantes tam Frat. quam Moniales ſuorum ordin. tam de redditibus bonorũ, ſi quę habent, quam de poſſeſſionib. vineis, agris, & aliis ſuis bonis quibuſcumque non ſolum largitione fidelium ſibi conceſſis, ſed etiam aliis iuſtis de cauſis ab eis acquiſitis ac pecuniis emptis ſibi decimas, ac primitias alijs reſpectiue ſoluere cogunt. Alij autẽ auſi inquirere, & proceſſus facere contra aliquos regulares, intra clauſtra delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat ſuſpitio, non expectata ſuorum ſuperiorũ cenſura. Alij vero Epiſc. Monialium monaſteria ingredi, & illa ingrediendi licentias alijs cõcedere, & aduerſus illas proceſſus formare, ipſorum ordin. ſuperiorib. irrequiſitis, præſumunt. Aliqui etiam dominiũ temporale ſuper Moniales habere

habere prætendunt. Nonnulli vero frequentissime R[illegible]es [illegible]tant, & iurisdictioni suæ subijcere re[illegible], ac eorum Conuentum occupant, ipsi[illegible] expellendo, ac in [illegible] sos iurisdictionem vel potestatem exercent. Aliqui vero ipsos carceribus (absque causæ cognitione) mancipant, ac manibus pedibusque laborant, vt Regulares Mendicantes suæ ditioni subijciant, & vsque adeo se intromittunt in gubernatione Conuentuum, & in correctionibus Fratrum, vt Prouincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iurisdictio. Aliqui autem, Conuentuum Priores, & Guardianos rationes, & computum facere cum syndicis Conuentuum huiusmodi prohibent. Fratres quoque qui ad Episcopos huiusmodi recursum habent, à Prioribus & Guardianis præfatis castigari, & puniri interdicuntur. Inhibent quoque superioribus ordinum, ne faciant processus contra Fratres, ac in ipsos imperium, & brachium sæculare exercent. Alij vero, ipsos extra claustra degentes sub eorum protectione recipiunt, eosque sic permanere permittunt, eosque etiam invitis suis superioribus detinent. Aliqui vero, bonorum ipsorum Fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium, possessionem occupare præsumunt, & ad habitum religionis reuersis, sua bona consignare nolunt. Ac etiam vniones à sede prædicta, aut aliàs ritè factas, de beneficijs Ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari debere volunt, & contradictores excommunicationis gladio feriunt. Alij vero Regulares campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem tempore, quo ipsi celebrant, Missas celebrari nolunt. Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quandam domum regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere, non erubuerunt. Alij vero eos mortuorum corpora associare, illa autem illos cum Parocho similia munera subire non permittunt, nisi maior Canonicorum pars interuenerint. Alij vero mortuorum o[illegible] Regularium Ecclesijs peragi nolunt, nisi eorum ipsorum præsentia, & ipsorum Moniales, vel alias personas, etiam si in earum funere Parochus interuenire non deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parocho prius certum quid solutum fuerit, & si aliquem ipsi ciue[illegible] Regularium Ecclesiam [illegible] elegisse, eum (vt [illegible]citur) non ante ad illas deferre sinunt, quàm ad Parochialem Ecclesiam delatum, inibique Officium peractum fuerit. Postremo vero, Testamenta sine presbyterorum præsentia fieri, prohibent, & si quid ipsis Regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini Canones esse, reuocare omnino procurant. Ac propterea volentes, præmissis, ac alijs similibus excessibus, & grauaminibus ex nostri pastoralis officij debito prouidere, attendentes etiam, illos, qui onus diei, & æstus tam in prædicationibus, quam in cæteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantisper subleuentur, facile fore, vt oppressi, à suis officijs omnino desistant: ne in posterum eis aliquod inferatur grauamen. Concilij Tridentini huiusmodi decreta, quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorumcumque declaratio non nisi ad nos spectat, modo, & forma infrascriptis, declarandum censuimus. Nos igitur Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, Canonem Sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus Regularibus, etiam in suorum ordinum Ecclesijs, contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur, Mendicantium ordinum Fratres huiusmodi, quando a suis Generalibus, vel eorum Ministris prouincialibus, ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere posse. Imo volumus, quod in suis Ecclesijs, quando eis placuerit, licitè, & absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, (nisi ipse prædicauerit) prædicare possint. Quod vero in sessione 23. cap. 15. circa confessiones Regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorum ordinum Fratres, à præfatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus Christi fidelium approbatos (vt præmittitur) minime comprehendat: ita vt a confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, quam extra, minimè prohibeantur, super hoc literis felicis recordationis Pauli Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, condecenter eisdem Fratribus Mendicantibus regularis Obseruantiæ, posse confessiones sæcularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monasteria sua, & vbilibet audire, approba[illegible] & de nouo concedendo. Statuimus etiam, quod ille, qui semel in vna diœcesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel præsentari, in dicta diœcesi debeat, tam quoad prædicationes faciendas, quam quoad confessiones

ſiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat, Confeſſores vero Monialium, quæ degunt ſub cura Regularium ab ordinario examinari nolumus, quemadmodũ neque etiam Fratres ſi debeant audire confeſſiones aliorum Fratrum examinari debent. Lectores inſuper ex eiſdem Fratribus & in Theologia graduati, qui cum licentia ſuorum ſuperiorum ad gradum admiſſi fuerint, cum de ipſorum doctrina ambigendum nõ ſit tam confeſſiones audituri quam prædicationis munus ſubituri ab Epiſcopis minime examinentur. Cumque inhoneſtum ſit quemlibet in alienam meſſem falcem inducere, cumque Monialium monaſteria non niſi de Epiſcopi vel ſuperioris licentia, & in caſibus neceſſariis, aliquis ingredi præſumat, in ſeſſ. 25. can. 5. prohiberetur, hoc tãtum in illis monaſteriis locum habere volumus, quæ ordinariis ipſis pleno iure ſubſunt, in quibus in caſibus neceſſariis ipſi dare licentiam poſſint, & non aliis monaſteriis; Ita vt in præfatis monaſteriis, quæ ordinariis ipſis pleno iure non ſubſunt, ipſi ordinariis illa ingredi non poſſint, prout in regulis earũ ſeu de iure ſtatuitur, & eis aliquos proceſſus aduerſus Moniales ipſas, ſeu Fratres huiuſmodi, propterea ſeu alias ipſorum ordinum ſuperioribus irrequiſitis, quoquo modo formare, aut facere, poſſe, omnino prohibemus, ita vt aliquam iuriſdictionem, ſeu aliud quodcumq; dominium, in Moniales, & Fratres homini, reſpectiue habere exercere, aut exequi nullatenus poſſint, aut debeant, imo illas, & illos, omnes, ab eorum ſuperioritate, dominio, & iuriſdictione, & poteſtate, eximimus, & liberamus, prout eis conceſſum eſt per ſua priuilegia, à Sede præfata obtenta, & ita præfatæ Moniales, ac Fratres ſint excluſi à ſuperioritate, & iuriſdictione ordinariorum reſpectiue huiuſmodi, vt etiam in illarum, vel illorum ſyndicis, aut procuratoribus deputandis, vel in diſponendis illorũ facultatibus vel ad alia ſibi nõ competentia facienda, vllatenus non ſe intromittãt, nec etiam ordinarii ipſi, regulares præfatos citare & iuriſdictioni ſuæ ſubiicere ac eorum conuentus occupare ipſos ab eis expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem aliquã & poteſtatem exercere (vt præmittitur) aut ipſos carceribus mancipare, & contra eos aliquid aliud facere poſſint, vt ſuæ ditioni ſubiiciantur, neq; etiam ſe intromittãt vllo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione conuentuum tã Fratrum, quam Monialium huiuſmodi, & illorũ correctionibus, ſed omnia iſta, & alia neceſſaria ad correctionem & gubernationem fratrũ aut Monialium huiuſmodi, & eorum Generalibus, ac Miniſtris ſeu Prouincialibus, vel aliis eorum, aut earum reſpectiue ſuperioribus, etiã ratione computa faciendi cum ſyndicis Conuentuum huiuſmodi, omnino relinquantur, nec vllo modo in præmiſſis, & aliis, fratres, & Moniales huiuſmodi agentibus ordinarii prędicti per ſe, vel alios ſe intromittant. Fratres quoq; ſi contigerit, eos ad huiuſmodi ordinarios recurſum habere, à præfatis generalib. Miniſtris, ſeu Prouincialib. Priorib. Guardianis, & aliis ſuis ſuperiorib. caſtigari, & puniri poſſe, & debere, neq; ipſos ordinarios præfatis ſuperioribus ordinum huiuſmodi vllatenus inhibere, quinimo prędatos ſuperiores proceſſus contra Fratres ſuos & Moniales huiuſmodi, quando opus fuerit circa delictorum inquiſitionẽ, vel caſtigationem facere poſſe, decernimus, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Inhibemus etiam ipſis ordinariis, ne Fratres extra clauſtra degentes, ſub eorum protectione recipiant, eoſq; inuitis ſuis ſuperiorib. detineant. Prohibemus quoq; eiſdẽ ordinariis, ne aliquo modo ſe intromittant in bonis dictorum Fratrum extra clauſtra ſuorum monaſteriorum pro tempore degentium ſiue decedentium, & quamuis in habitu ſiue abſque habitu moriantur, volumus, quod eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinẽ quem profeſſi ſunt pertineant diſponenda, iuxta conſtitutiones, ſeu ordinationes præfatorum ordinum, neq; illa ordinarii præfati occupare prẹſumant, imo huiuſmodi & ad habitum religionis reuertẽtium bona omnia monaſteriis ipſis, cum ea, quę acquirit Monachus de iure monaſterio acquirãtur, pertinere etiam decernimus. Ac ipſis ordinariis, ne quaſcũque vniones etiam perpetuas à ſede prædicta vel alias vt præfertur hactenus factas, & pro tẽpore faciendas de beneficiis Eccleſiaſticis, ſeu illorum fructibus, quin ſuum ſortiantur effectum impediant, omninò etiam prohibemus, & cẽſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius eſſe roboris vel momenti, ſimiliter decernimus & declaramus. Inſuper volumus, quod præfati Regulares, quibus cura animarum ineſt,

possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios seu Capellanos sęculares ipsorum Regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos & ab ordinariis pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatā curam exercere: neq; in eorum deputatione, vel amotione, neq; alicuius partis fructuum consignatione, pro pręfatis Capellanis seu Vicariis sæcularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vllo pacto se intromittāt. Prohibemus insuper eisdē ordinariis, ac aliis quibuscumq. personis, ne impediant ipsos Fratres quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festiuis, aut aliis totius anni temporib. campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebrauerint, Missas celebrare, necnon mortuorum corpora associare, & illa per Fratres ipsos quando in Ecclesiis suis præfatis delata fuerint, etiam absq; præsentia rectorum ecclesiarū huiusmodi sepel[i]ri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariáq; præsentiam rectorum, aut aliorū clericorum, quin infirmi libere sua possint concedere Testamenta, minime esse, ac ipsos Regulares legata, aut quæuis alia sibi in Testamentis relicta, exigere & obtinere posse neq; aliquod ius in contrarium esse, decernimus, & declaram⁹. Volumus etiam, quòd puellarum Deo dicandarum, an sc. coactæ vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra 15. dies postquā iuxta Concilium Trid. Episcopi, vel eorum Vicarii requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat, cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent ante cratam ferream, & interrogationes alias, quam eas, quæ præfatum Concilium Trid. iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus, quod puellæ, seu Nouitiæ ipsæ, ad alias interrogationes respondere minime teneantur. Session. vero 23. ca. 8. neminem nisi à proprio Episcopo ordinati posse statuens, in Regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod Fratres huiusmodi pręfatos etiā sacros ordines, a quolibet Antistite gratiam & communionem Apostolicæ sedis habente, (Ordinarii loci minime requisita licētia, in locis, seu domibus Fratrum huiusmodi, aut alibi, recipere possint. Et insuper Sessionis 22. decretum per quod populum sæpe ad suas Ecclesias, saltem Dominicis & maioribus festiuis diebus, conuenire debere mouet insequendo: volumus quod Fratrib. Mendicantibus huiusmodi, non solum prohiberi non possit, ne Missas, & alia diuina Officia faciant in eorum Ecclesiis, verum etiam in quibuscumq; aliis, vbi celebrari Missas solitū est etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis celebrare valeant. Ac etiam quod conciones, & lectiones, sacræ scripturæ, & sermones promottuis, etiam in Ecclesiis suis facere, ac eleemosynas pro celebrandis huiusmodi Missis, & aliis diuinis Officiis peragendis, si eis illas donari seu relinqui contingat, recipere, necnō Missas, & diuina officia huiusmodi etiam in diebus Dominicis, vel festiuis, etiam antequā rector Parochialis Ecclesiæ celebrauerit, celebrare & cantare; & quando eis videbitur, etiā si tunc in Ecclesia Catedrali prædicatur, prædicare, ac etiam quicunq; vtriusq; sexus Christi fideles totius anni tempore illas, & illa in Ecclesiis Fratrum huiusmodi, audire possint, ipsique Christi fideles vllatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu rectores Parochialium Ecclesiarum, aut alios quæcumque vllo pacto, causa, vel occasione non valeant, seu debeant, sed præfati Christi fideles audiendo Missas, & alia diuina Officia in Ecclesiis Fratrum huiusmodi dieb. Dominicis, aut festiuis præcepto Ecclesiæ de illis audiendis, satisfecisse censeantur. Ipsiq; Christi fideles, Sacramentum Eucharistiæ, (Resurrectionis Dominicæ festiuitate dumtaxat excepta) sumere, eisque illud per Fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad aliud faciendum per locorum ordinarios, aut Ecclesiarum rectores præfatos, seu alios quoscumq; (illorū licentia minime requisita) etiam sub censuris Ecclesiasticis, & aliis pœnis, cogi vel compelli possint, seu debeāt, etiam decernimus, & declaramus. Et licet in sessione 25. ca. 7. caueatur, quod censuræ & interdicta ecclesiastica etiam à locorum ordinariis promulgata mandando. Episcopo, vt à regularibus in eorum Ecclesiis publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis Sanctorum ordinū eorundem, ac alias in aliis festiuitatib. iuxta eorundem ordinum priuilegia Apostol. interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus, & earum octauis suspendimus. Controuersias autem omnes de præcedentia, quæ eadem sess. 25. ca. vero 13. per Episcopum

ter-

terminari mandantur, non nisi durantes illas dirimi, finita autẽ, nullo pacto innouari posse statuimus. Cumque licet ca. 11. sess. 25. statuat, quod in domibus virorum, seu mulierum, quibus animarum personarum sæcularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles ibi deputentur, nisi de ordinarii consensu, ac præuio examine huiusmodi præcedẽte, ad curã huiusmodi admitti posse omnino volumus præfatos Regulares. Quartam autem funeralium, de qua sess. 25. ca. 13. nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ a quadraginta annis citra fundata existunt, postquam Conciliũ ipsum loquitur tantum de monasteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit, id tantum ceræ, & aliorum, quę in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel aliis Fratribus ipsis seu Monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis solui debet. Sicque intelligi Concilii decretum, quo ad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi vero non est consuetudo soluẽdi quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus. Nec ad quartam seu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinarũ, pannorum, & aliorum, quæ dictis Ecclesiis relinqui vel dari contigerit, etiãsi pro victu Fratrum, aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere teneantur. Ac etiam ius sepulturę solui tantum consuetum curatis, & nõ aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum libitum Ecclesiis ordinum huiusmodi, seu eorum Fratribus, alia quæcumque tribuant, seu eleemosynas elargiantur quãdo sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi; nec propterea impediri debeant, quin possint defunctorũ corpora præfata ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere: Inhonestũ quoque esse censentes, Mendic. ordines ad aliquorum onerum cõtributionem teneri, illos, illorumq; loca, etiam si curam animarum habeant, ac quæcumque beneficia illis vnita, ad contributionem pro seminario, aut decimarũ aliquarum solutionem, immo illos, & eorum domos, monasteria, beneficia, & loca quęcũq; & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcumque, tàm ad ipsos, quam ad Moniales præfatas ex ã largitione fideliũ, seu aliàs iustis de causis ab eis acquisita, ac pecuniis empta, vel alias quomodolibet pertinentia, minimè teneri: illosq; & illas, à quibuscumq; decimis, primitijs, quartis, medijs, & aliis fructuum partib. necnon subsidij charitatiuis, etiam per nos concessis, ad quorumcumq; etiam Regum, Principum, & dominor. temporal. instantiam, quacumq; etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, ac etiam alijs quibuscumq; onerib. tàm ordinarijs, quam extra ordin. etiam ratione fructuum, oletum, virgultorũ, lignorũ, beneficiorum, & aliarũm quarumcumq; rerum tam pro victu, quam vestitu, aut aliàs sibi necessariarum quomodolibet, etiam auctoritate Apostolica nunc, & pro tempore impositis, ita vt penitus, & omninò ad alicuius rei contributionem minimè teneantur, omninò eximimus, & liberamus, illosq;, & illas, ad illos, & illa etiam si sęculares, & aliæ personæ quæcumq; eas exigendi in possessione fuerint minimè teneri debere volumus, nec sub. ca. 12. sess. 25. comprehẽdi posse, vel debere decernimus. Quòd verò de vsu quæstorũ Eleemosynar. auferendo loquitur sess. 21. c. 8. id ad Mendicantiũ ord. nullo modo referri posse, vel debere) etiã decernimus: quin potius cum ex Eleemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere, liberũ omninò esse declaramus. Quoniam verò ex nimia Episcop sibi arrogata auctoritate ipsi personas Regular. suæ iurisdictioni subijcere omnino student, ac decreto Concilij præfati sess. 25. cap. 14 edito, quo cauetur, quod si Regularis intra claustra existẽs, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalosus sit, termino ab Episcopo præfigendo, à suo superiore omninò puniatur, sin minus, ab ordinario delinquens puniri possit, confisi varijs indebitisq; grauaminib. Regulares afficiant, ordin. præfatos aliquid contra Regulares in claustris degentes huiusmodi quouis prętextu, occasione, vel causa innouare non posse, vel debere, nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare, aut facere posse volumus, nisi propter manifestum scandalum, & suorum ordinum superiorib. prius consultis, & negligentibus, alioquin omnia, & singulis contra præmissa facta, & gesta, ac facienda in futurum, pro nullis, & infectis habeantur, licẽtias verò pro constituęndis domibus regularibus, quæ 4 cap. 25. sessionis nisi de ordinarij licentia construi prohibẽtur, gratis omnino da-

ti, & non nisi legitima subsistente causa (super. explicanda) illas recitari posse; necnon Frat. præfatos (etiam solos) mortuorum corpora associare. Ac mandatum in die Cænæ Domini fieri solitum, in Eccles. seu domib. Frat. cuiusl. liber ordinis prædictorum, sollemniter facere, & prædicta die prædicare hora, qua eis videbitur: nec per locorum ordinarios, aut Rectores Ecclesiar. seu alios quoscumque prohiberi posse, etiam decernimus, & declaramus. Mandantes etiam vniuersis locorum ordinariis ne mortuorum Officia agere Rectores parochialium in Eccl. ipsorum Frat. (contra illorum voluntatē) permittant. Ac Moniales dictis Fratrib. subditas, vel personas sepulturam in eorum Eccles. eligentes (nulla soluta Parocho portione) sepelire; vel si Fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa absque Fratr. huiusmodi præsentia sepeliri facere, audeant, vel præsumant. Cumque maximè deceat, liberam esse cuiusuis testantis voluntatem; prauum illum vsum, paruo adhuc tempore (vt præfertur) introductum, per quem Testamenta absque presbyterorum præsentia fieri interdicuntur, omninò abrogamus. Postremo quod ca. 13. sess. 25. cautum fuit, quod omnes scilicet tàm clerici, quam regulares quicumque ab publicas processiones vocari, accedere compellantur, id quo ad Frat. præfatos de illis tantum processionib. intelligi volumus, ad quas secundum consuetudinem antiquam locorum, soliti sunt accedere, vel quæ pro bono pacis Eccles. vel pro victoria contra infideles indicuntur, quod etiam de illis Conuentib. (qui colleg. nuncupantur) minimè intelligi volumus; in quibus Frat. sub arctiori clausura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantum studijs, & lectionibus vacent. Præterea si fortè inter Episcopos, vel Collegia, aut Capitula, vel alias quasuis personas & præfatos fratres, seu Moniales, aut eorum aliquos, super præmissis, vel aliquo eorum, coram quocumque, seu quibuscumque iudicibus, etiam causarum Palatij Apostolici Auditoribus, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tam in Romana Curia, quam extra eam, vbilibet sis, seu lites respectiuè pendeant: nos litem seu lites, & causam, vel causas huiusmodi ad nos auocamus, ac illam, & illas, quarum statum, ac nomina, & cognomina iudicum, & colligantium præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum silentium desuper imponimus. Ac insuper vt facilius præmissa omnia libera persistant, omnia & singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores, & gratias, quæ decretis Concilij Trident. aliàs quam vt superius est dictum, concessum, & declaratum, non contrariatur expressè, eisdem Fratribus, necnon Monialibus quibuscumque, & Sororibus tertij ordinis prædictorum ordinum respectiuè ordinibus, ac illorum Ecclesijs, domibus, & personis, etiam viuæ vocis oraculo in genere vel in specie, tam per reco. mem. Eugenium IV Sixtum IV. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IV. & Pium etiam iiij. quam alios quoscumque Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros, ac nos, & Sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, necnon nostras, & prædecessorum nostrorum ac alias quascumque desuper confectas literas, quarum omnium tenores, ac eorundem prædecessorum nostrorum nomina, & alia de necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum (nihil penitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, etiam præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate Apostol. tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus: eaque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac Fratribus superioribus & personis ordinum huiusmod., necnon alijs quibuscumque quos illa concernunt, suffragari debere seu posse volumus necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias tàm spirituales, quam temporales, modo, & forma, quibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, & extensionis, actiuè, & passiue inter se, & alios quoscumque ordines respectiuè de nouo concedimus: illaqu. omnia & singula ad domos, & loca quæcumque dictorū Mendicantium ordinum, & Monialiū quarumcumque ac Sororum de tertio ordine nuncupatorum in Congregatione viuentium dictorum ordinum, (vt præfertur) hactenus recepta, & in posterum recipienda; Necnon eorum personas & bona, etiam si priuilegiorum & aliarum gratiarum præfatorum authentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias Vrbis ruinas, deperdita existant (dummodo de eis alias legitime constet) extendimus, & ampliamus.

ampliamus. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque iudices & personas quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores præfatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: necnon quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca dilectis filio nostro Prædicatorum Cardinali Protectori, & Sancti Hieronymi Generali ordinum, ac Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ etiam Generali Auditori, nunc & pro tempore existentibus per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios, præsentes litteras & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Fratrum, aut Monialium, vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant (auctoritate nostra) præsentes, & in eis contenta, huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos litteræ ipsæ concernunt, pacifice frui & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper, contra præsentium tenorem per quoscumque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, & per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia (appellatione postposita) compescendo, legitimisque super his habendis, seruatis processib. censuras & pœnas ipsas (etiā iteratis vicib.) aggrauando, & interdictū ecclesi. apponendo, inuocato etiā ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantib. præmissis, & alijs Apost, necnon in prouinci lib. & synodalib. Concil. editis, generalib. vel special. constitutionib. & ordin. Apostolicis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostol. vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Episcopis, vel quibusuis alijs personis sub quibuscumque tenorib. & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie, etiam motu simili, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorū sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importātes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, inserti forent: præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habētes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus. Necnon omnibus illis quæ in litteris confirmationis, & innouationis, priuilegiorum eorumdem, aliās per eosdem Paulum IV. & Pium etiam quartū prędecessores nostros prędictos, ordini in Frat. Minorum huiusmodi cōcessorum, concessum est, non obstantibus contrariis quibuscumque. Aut si locorum ordinariis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenā, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret, earundem præsentium litterarum notitiā ad quascumque personas peruenire, & vbique illas præsentare, etiam motu, & scientia similibus volumus, & decernimus, quod transumptis earumdem præsentium litterarum (etiam per impressionem factis) manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur præsentib. litteris originalibus (si præsentarentur vbique) adhibeatur, tam in iudicio quam extra illud, plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis inhibitionis, suspensionis, statuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, cassationis, extinctionis, ampliationis, approbationis, confirmationis, adiectionis, concessionis, extensionis, ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotētis Dei, ac B. Petri & Pauli Apost. eius se nouerit incursurū. Dat. Ro. apud S Pet. anno Incarnat. Dominicę 1567. 17. Kal. Iulii, Pontificatus nostri anno 2.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

NOS Fratres Michael Bonellus, miseratione diuina tituli S. Mariæ super Mineruam presbyter Cardinalis Alexandrinus nuncupatus. Omnibus & singulis præsens literarum Apostolicarum concessionis, declarationis, confirmationis, & voluntatis sanctissimi D. Pij diuina prouidentia Papæ V. in fauorem Mendicantium impressum transumptum visuris, lecturis, pariter & auditu is, notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter cum supradictis originalib. Apost. literis, quas non cassas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas vidimus, & cum præmisso transumpto auscultauimus, concordat. In quorum omnium fidem, & testimonium ad instantiam R. P. F. Eustachij Locatelli ordinis Prædic. S. Theologiæ Magistri, eiusdem ord. Procuratoris, & Vicarij generalis, has præsentes nostras attestationis literas etiā imprimi, & nostri soliti sigilli (quo in similib. vtimur) impressione communiri, & per Notarium infrascriptum subscribi fecimus. Actum & Datum Romæ in Palatio Apostolico, & in Camera nostræ solitæ residentiæ, Anno à natiuitate Domini 1567. Indictione Nona, Die vero 24. Iulij, Pontificatus eiusdem sanctissimi D N. Pij Papæ V. anno 2.

Locus Sigilli.

Franc. Brumantes clericus Recanaten. Not. In Archiuio Rom. cur. descript. de man &c.

LITTERAE TESTIMONIALES Illustriss. D. Nuncij Apost. Florentiæ.

OFFREDVS Offredius Protonotarius Ap. V. S. Referendarius, ac S. D. N. D. Papæ & S. Sedis Apost. apud Sereniss. Magnum Hetruriæ Ducem, cum potestate Legati de Latere Nuncius, Vniuersis & singulis præsentes nostras literas inspecturis, lecturis, & audituris Salutem in Domino sempiternā. Notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter coram nobis comparauit personaliter Admodum R. D. Io. Bapt. Confectius Floren. S. Theol. & Iuris Canonici Doctor, Protonotarius Apost. necnon Prior S. Stephani ad portam ferream de Floren. ad finem, & effectum consequendi literas testimoniales, de, & super Priuilegiis & Indultis in præsenti Collectione, & volumine typis demandatis, & produxit literas Apo. omni suspicione carentes, diuersarum Gratiarum, Immunitatum, Exemptionum, Priuilegiorum, ac Indultorum à Sede Apost. per diuersos Rom. Pont. singulis Mendicantium Ord. concessorum, eisdemque per felic. rec. Sixtum IV. Leonem X. Clementem VII. Paulum IV. Greg. XIII. & Sixt. V. per extensionem communicatorum sumptas partim ex Originalib. partim vero ex transumptis Ro per Camerales impressores impressis. & partim ex l[illegible] similiter impressis priuilegia p[illegible] dicatorum, Minorum, Eremit. S. August. Carmel. & Minimorum, aliorumque Mendic. ord. & congregationum, in probanti forma, etiam per Cameræ Apost. Auditorem authenticatis, eiusque sigillo communitis, & instituit prædicta omnia per Notarium publicum, & legalem collatione facta, & cum eisdem concordare inuenit, ad effectum, vt omnibus & singulis Priuileg. & Indultis prædictis vbiq; fides adhibeatur, literas testimoniales sibi per nos concedi. Nos attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, ac iuri, & rationi consonam, prædicta omnia priuilegia & indulta, per Cancellarium nostrum Notarium publicum, & Legalem infrascriptum collationari mandauimus. Qui facta prius per eum diligenti collatione, præmissa omnia concordare inuenit, prout nobis hodierna die attestatum est. Ideo vt omnibus & singulis Priuilegiis, Indultis, & Decretis, in præsenti Collectione impressis, plena, & indubia fides vbiq; in iudicio, & extra etiam foro conscientiæ adhiberi possit, & adhibeatur, petitas literas testimoniales ob effectum prædictum ad perpetuam rei memoriam super veritate præmissorum concedendas fuisse, & esse decreuimus, prout tenore præsentium cōcedimus. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium, præsentes nostras manu nostra signatas, fieri, & per Cancellarium nostrum infrascriptum subscribi, & publicari, sigillique nostri, quo in talib. vtimur, iussimus, & fecimus impressione cōmuniri. Quas quidem nostras præsentis Collectionis voluminib. seu libris, vt vbique locorum, ad quæ illa deferri contigerit, haberi, videri, ac legi possit, in calce dictorum priuilegiorum typis imprimi voluimus, & mandauimus. Datum Florentiæ, in domo nostræ solitæ Residentiæ. Anno à natiuitate Domini 1598. Indictione 11., die vero 28. mensis Martij, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, D. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. anno septimo, ac Sereniss. D. Ferdinando Medice, Hetruriæ Magno Duce, tertio feliciter dominante; Præsentib. ibidem adm. R. D. Horatio Berindellio, protonotario Apo. Auditore, & Magnifico D. Thoma Palmigiano Sec. nostris testib. ad præmissa vocatis specialiter, atq; rogatis.

Offretus Offredius V. S. Referendarius, Nuncius Apostolicus.

Ego Baptistaque Ioannis de Bottis, ab Impruneta, vtraque authoritate Notarius publicus, & Ciuis Florent. Curiæq; præfati Illustrissimi, & Reuerendissimi Nuntij Apostolici Cancellarius, præmissis interfui rogatus, ideo in fidem ac de mandato subscripsi, meoque solito signo signaui, requisitus.

Locus Sigill.

SVM-

SVMMARIVM MATERIARVM NOTABILIVM,

EX SVPRADICTIS PRIVILEGIIS, ET LITTERIS APOstolicis, necnon Iure communi, ac Decretis Sacri Concilii Tridentini desumptum, & sub suis titulis, & ordine in vnum congestum, atq; redactum.

PER R. D. IO. BAPT. CONFECTIVM FLORENTInum Protonotarium Apostolicum, S. Theologiæ, & Iuris Canonici Doctorem.

DE MENDICANTIVM ORDINIBVS.

Tit. 1. Cap. 1.



VATVOR esse sacros Mendicantium ordines, videlicet Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarum S. Augustini, necnon Carmelitarum, cum singulis eorum Congregationibus hactenus ab Apostolica Sede receptos, & approbatos, atque sub illis etiam ordin. Seruorum Beatæ Mariæ, & Minimorum Sancti Francisci de Paula, necnon Congregationis sancti Hieronymi Iesuatorum Fratres, ac etiam Societatis IESV Religiosos Patres comprehensos, insertos, & adscriptos fuisse, & esse per diuersorum Summorum Pontificum Constitutiones declaratum, illosque velut flumine quodam à perenni Cœlestium amænitatum Paradisi fonte per diuersas mundi partes profluxisse vniuersis Christi fidelibus iam notissime constat, qui omnes in Ecclesia Dei maximam afferunt vtilitatem cōcionando, monendo, exhortando, confessiones audiendo, ægrotos visitando, hæreses profligando, pœnitentiam, & spiritualem vitam docendo, & alia multa huius generis pia opera exercendo, ac Dei gloriam, & proximorum salutem continuis orationib. ieiunijs, & disciplinis indefesso studio, ac labore quærendo, propterea Sancta Mater Ecclesia ne operarij, qui in eis vinea strenue laborant, necessarijs destituerentur auxilijs, & etiam vt eo fructuosius in eorum vocatione versarentur, quo se beneficia maiora exercendi talentum adeptos viderent, prædictorum omnium ordinum Regularium institutis diligentissime consideratis, eis iuxta cuiusque necessitatem, & commodum diuersa concessit priuilegia.

De diuisione Regularium quatuor Priorum Ordinum Mendicant inter se. Cap. II.

Diuiduntur autem professores cuiuslibet ordinis, prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. August in Conuentuales, & Obseruantes: Carmelitarum verò in fratres ordinis, & in Congregatos, (vt infra de singulorum origine latius dicetur) quæ sanè distinctio eo tempore sumpta fuit, quo præfati ordines post illorum maturam institutionem à regulari disciplina iam declinare inceperant, vnde multi inter dictos Fratres, ad restituendum pristinū spiritum, & primæuę institutionis viuendi modum excitati, congregationes erexerunt, conscriptis sibi proprijs statutis, & proprio magistratu constituto, sed nihilominus omnes ad verum, eumdemque perfectionis statum Regularem tendunt, eademque tria substantialia Religionis vota æquè emittunt, spondent, ac pariter profitentur, & ideo qui in huiusmodi perfectionis remissione permanserunt Conuentuales Fratres appellati sunt, qui verò asperiorem viuendi formam amplexi fuere, Obseruantium nomen acceperunt.

De Mendicant. nomine, & denominatione. Cap. III.

Verum, quia ipsis ordinib. iam in paupertate fundatis professio, vel Regula quælibet

liber ad congruam sustentationem redditus, aut possessiones habere fuerat interdictum, atque ea tantum lege prouisum, vt illorum professoribus quotidianus victus per publicum quæstum ab incerta mendicitate esset tribuendus, ideo Mendicantium nomen sortiri, & Mendicantes appellari sunt, sed postquam ex temporum iniuria fidelium charitas erga Religiosos adeo refrigescere incepit, vt quotidianis, atque minoribus eleemosynis amplius sustentari minime possent, merito Ecclesia ipsorum Religiosorum necessitatibus occurrendo, ex priuilegio Apostolico prius, postremo vero Concilij Tridentini decreto domibus tam virorum, quam mulierum dictorum Mendicantium (exceptis domibus Fratrum S. Francisci Cappucinorum, & eorum, qui Minorum de Obseruantia vocantur) prouidè concessit, vt deinceps bona immobilia in communi retinenda licitè possiderent, qua tamen bonorum retentione Mendicantiũ priuilegijs ipsi Regulares, eorumque Domus, Loca, & Ecclesiæ vti, & frui possint: & tam Cõcilij Tridentini, quam omnia, & singula alia decreta, & statuta, & ordinationes, priuilegia, & iura de Mendicantibus loquentia, ad omnes, & singulos ordines præfatos, illorumque loca, & personas extensa esse voluit, & declarauit Pius V. vt in eius constitutione latius continetur.

De Mendicantium Ordinum origine, eorumque confirmatione, & reformatione, sum natim collecta, iuxta seriem Apostolica approbationis, & prout in Sacris Canonibus, & Litteris Apostolicis Ordines ipsi describuntur, quibus Priuilegia à Summis Pontificibus condonata sunt.

De Fratrum Prædicatorum Ordine Cap. IV.

SACER Prædicatorum Ordo ab ipso sanctissimo Patriarcha Dominico, ex Hispaniæ partibus, Oppido Calarogæ, Diœcesis Oxonen. Illustri Gusmanorum familia, patre Fœlici, & Ioanna matre nato, exordium sumpsit, cuius quidem Ordini Innocentius Tertius nomen indidit Prædicatorum, & B. Dominico confirmationem promisit, si vna cum suis Fratribus aliquam ex antiquis patribus Regulam per eos profitendam elegisset, electa ergo apud Tolosam magni patris Doctoris pariter, & prædicatoris Augustini Regula, eique nonnullis arctioris vitæ formulis, quas Constitutiones dixerunt, additis, cum Romam reuersus fuisset, Innocentium vita functum, & Honorium Tertium successorem reperit, à quo, non solum Ordinis confirmationem, quam prædecessor promiserat impetrauit, verum etiam multis indultis, & priuilegijs donatus est, præsertim munere Sacras litteras in Aula Apostolica docendi, quod ipse pro dignitate prosecutus est, nam gratiosè simul, ac doctè Sancti Pauli Epistolas, ac B. Ioannis Apocalypsim exposuit, atque annotationibus illustrauit, quo factum fuit, vt deinceps Sacri Palatij Magister aliquis Pater ex hoc Ordine doctrina insignis semper assumeretur; fuit ergo præclarus iste Dominicanorum Prædicatorum Ordo, qui susceptus tunc de liberalitate eiusdẽ Summi Pontificis Romæ Domo, & Ecclesia S. Sabinæ, anno Domini 1216. 2. Kalen. Ianuarij & confirmatus, & viros illos, qui armis pro fidei & fidelium defensione pugnarent, Beatus pater Dominicus zelo verè succensus elegit (vnde ei censuræ, seu inquisitionis hæreseos munus à præfato Innocentio Tertio iniunctum fuit) ex sanctæ militiæ ratione Fratres de pœnitentia tertij ordinis eiusdem Beati Dominici appellati fuitt, & breui tempore, post huius sacri Instituti confirmationem, & habitus receptionem adeo creuit erga eundem Sanctum Patrem, illiusque Fratres sanctitatis opinio cooperante gratia verbi eius, & sermonem confirmante sequẽtibus signis curationum à languoribus, etiam nonnullorum mortuorum suscitatione, alijsq; mirabilibus, vt intra paucos annos, per totum fere orbem creuerit illius Fratrum numerus, qui postea tot animas in partibus, & præsertim orientalibus, Christo lucrifecerunt, maximoque vitæ periculo, Indos ad Euangelij lucem adhortati sunt. Hodie demum Ordo iste ob diuersitas illius reformationis in Conuentuales, & Obseruantes diuisus est; Obseruantes vero in Italia, in Lombardos, & Tuscos partiti existunt, vberes fructus Ecclesiæ Dei continuo efferentes.

De Fratrum Minorum Ordine. Cap. V.

SACRVM Minorum Ordinem Seraphicus ille Pater Patriarcha Franciscus è valle Spoletana Ciuitatis Assisij oriundus, vt Lateranen. Basilicam collabentem, proprio dorso submisso, repararet, sub arctissima paupertate diuino Spiritu flatus fundauit, Minorumque Fratrum ordinem, ob profundam eius humilitatem vocari voluit, eundemque ab Innocentio Tertio, sub cuius Pontificatu inceperant anno Domini 1212. viuæ vocis oraculo approbatum Honorius Tertius sui Pontificatus anno 3. nostræ salutis, 1224 simul cum alijs mulierum, & Tertiariorum de pœnitentia ab eodem Beato Fran-

Francisco pariter institutis per suis litteras Apostolica auctoritate firmauit, diuersisque priuilegijs insigniuit. Qui quidem Ordo per vniuersas Mundi partes breuissimo temporis cursu ampliatus, Dei Ecclesiam maximè illustrauit, quatuor enim ex eo ad tegendam Petri nauem assumpti sunt. Nicolaus, scilicet Quartus, qui & Hieronymus Aesculanus, Alexander V. qui & Petrus Creten. Sixtus IV. qui Franciscus de Runcre Sauonensis, & Sixtus V. qui & Felix Perettus ex Oppido Montalti, iam per eundem Sixtum in Ciuitate sublimato, omnes Theologi extitere, Cardinalium multitudo ingens, inter quos D. Bonauentura Doctor Ecclesiæ præpollet necnõ Reges, & quamplurimi alij Patres percelebres exorti sunt, qui & sanctitate, vitæ integritate cum doctrinæ excellentia, veluti sidera quædam in firmamento militantis Ecclesiæ existentia, coruscarunt. Sed cum temporum iniuria (vt in humanis euenire solet) idem Ordo laxior fieret, & ab asperitate, & rigore primi instituti licentior, & liberior euasisset, B. Bernardinus Senēsis eiusdem ordinis professus maximæ Sanctitatis, & doctrinæ eidem ordini vsque de anno Domini, 1415. iuxta Concilij Constantien. Decretum, iam reformato, sub Eugenio IV. anno Domini, 1430. viuendi formam descripsit cuius reformationis asseclæ Fratres Minores de obseruantia dicti sunt. Anno deinde, 1460. altera ex hoc eodem ordine S. Francisci, à quodam Amadeo Lusitano erecta, seu reformata, emanauit Congregatio, quæ tempore. Pauli II. Pontificis Max. Romæ in monte Aureo Ecclesia Sancti Petri obtinuit, quam Sixtus Quartus eidem ordini S. Francisci multis priuilegijs decoratam ascripsit, ea tamen ratione, vt à priori Congregatione S. Bernardini esset distincta, & proprio regimine vteretur. Eodem modo fuit instituta alia Congregatio Clarenorũ, ita ab auctore nuncupata, ac etiã alia eiusdẽ ordinis sodalitas, quam Tertij ordinis S. Fran. vocãt, huius Religiosi ferunt tunicã cum Cappucio in pectore acuto, & calceati incedunt, desuper verò gestant Mantellum, & Calepodijs interdum vtuntur, habent sub proprio regimine diuersa Monasteria in Italia, & Hispanijs, præsertim Romæ ad Sanctorum Cosmæ, & Damiani ædem. Postremò verò è Fratribus prædictis de Obseruantia Cappucinorum reformatio, & origo illius Congregationis emanauit, huius reparatæ disciplinæ primus auctor fuit quidam frater Matthæus Boscus ordinis Minorum de obseruantia professus in Piceno, seu Marchia Anconitana impetrata à Clemente VII. facultate, initium auspicatus est, cuius exemplo, vitæ sanctitate, & verbi Dei concionum admirabili profectu Sanctum Seraphici ordinis Institutum ad natiuum splendore, & perfectionem pristinam reductũ est. Non nulli alij eiusdem ordinis Fratres reduxerunt, & illustratur, inter quos fuit quidam Frater Ludouicus ex foro Sempronij cum fratre suo germano, qui ab eodem Clemente VII. obtinuit, vt non solum ipse cum prædicto suo fratre sed etiam quicumque alius Religiosus sui ordinis (etiam si Laicus esset) liberè, & licitè posset habitũ Cappucinorum, quem eis concesserat, induere, & in eo trium votorum professionem, iuxta Sanc. Francisci institutum, emittere, quemadmodum Litteræ Apostolicæ anno 1526. die vero 28. Maij Pontificatus eiusdem anno 3. desuper editis, adhuc restantur, sed cum fel. re. Pio V. Max. nimis graue, ac indecens videretur, quid eadem familia, quæ vna ab vno (sancto videlicet Francisco) constituta fuerat, in quasdam quasi partes, paulatim ita diuisa esset, iam non vna, nec ipso quidem quo à patre suo vocata erat nomine consisteret sed varijs agnominibus, cum de illa, vel illa parte ageretur, esset distinguenda propterea motu proprio, maturaque deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Amadeorum, & Clarenorum etiam, (DallaBecha) nuncupatorum S. Petri in Aureo, & Sancti Hieronymi, siue Sancti Bartholomæi in insula de Vrbe, aliorumque quarumliber prouinciarum, respectiuè Fratr. ordinis Sancti Francisci, eorundem institutiones, Congregationes, Conuentus, denominationes, nomina, & vocabula quæcumque, necnon quatenus regularibus institutis Fratrum dicti Sancti Francisci ordinis Minorum de Obseruantia vocatorum discreparent, ac etiam eorum Regulæ instituta, constitutiones, statuta, consuetudines, & ritus, modumque & normam viuendi interdixit, atque prohibuit, necnon illorum promissiones, confirmationes, approbationes, priuilegia, indulta eodem motu proprio de anno 1567. 1. Kalen. Febr. edito, extinxit, suppressit, reuocauit, cassauit, & in perpetuum penitus omnia sustulit, dictarumque congregationum singulos Fratres cum eorũ Domibus, Ecclesijs, & locis vbicumque consistentib. Fratrib. ordin. Minorum de Obseruãtia, illorumq; Congregationi aggregauit, perpetuoque vniuit. Vnde hodie

die huiusmodi Sancti Francisci Ordo diuersimode reparatus in Fratres Conuentuales, & Fratres de Obseruantia (vulgariter dicti Zoccholanti) & in Cappucinos, in Fratres de Tertio ordine, in Discalceatos in partibus Hispaniæ, in Reformatos de Obseruantia, & in Reformatos Conuentuales, diuisus est, qui omnes sub proprio regimine, & suorum respectiuè Generalium Conuentualium, de obseruantia, & Cappucinorum obedientiæ viuunt.

De ordine F[...] Eremitarum S. August. Cap. VI.

SAcer Ordo Eremitarum S. August. ab eodem Beatiss. ac Doctissimo Patre post suã conuersionem anno Domini 394. ere[...]us, & deinde sub Honorio Tertio, a q[...]odam Guglielmo Parisiensi Duce Guasconiæ, viro magnæ sanctitatis, huius ordinis Eremita existẽte, reparatus fuit in Gallia anno Dom. 1157. vnde illius ordinis Fratres diu nuncupati fuere, demum Alexand. III. cum in Ecclesia variæ iã essent Eremitarum Congregationes, diuersi habitus erectæ, ipse Ordo per quemdam Ioannem Bonum Mantuanũ in Italia, & præsertim Lombardia reformatus fuit, omnesque illius Congregationes in simul coadunati, vnum, idemque nomen, eumdemq; habitum gestandum, ac S. Augustini Regulam seruandam iussu eiusdem Pont. suscepere, cuius quidem ordinis Generalem reformationem idem Alexander Quartus anno Domini circiter 1256. approbauit, & confirmauit, & hinc inter alios Mendicantium ordines tertium locum sibi meruit assignari. Qui postea in Fratres Conuentuales, & Obseruantes diuisus, diuersas Obseruantium Congregationes ex eodem ordine, veluti ex vtero quodam genitæ, emanarunt, inter quas celebris est Congregatio Ilecitana, alias Congregatio Sancti Saluatoris de Ilec'to, ad Siluam Lacus Senen. Diœces. ea eo sic dicta, quod in nemore magna Ilicum arborum copia refer[...] [...]nstructa sit, dicta Ecclesi[...], & eius domu[...] [...]busque Congregationis caput. Hæc autem à quodam Magistro Bartholomæo Veneto anno Domini 1387. sub Po[...]tificatu Vrbani Sexti originem, seu potius incrementum, & reformationem sumpsit, sua M[...]n. sterna in Tu[...]ia tamen habet, partim in Senensi, partim verò in Dominio, & Ciuitate Florentina, in quibus quidem locis, & Monasteri[...]s suo proprio Regimine Vicarii Generalis, Visitatorum, & localium Priorum, ac sub dicta Beati Augustini Regula, ac quibusdam aliis peculiaribus institutis cum diuini cultus ampliatione, & fidelium ædificatione satis religiosè, & laudabiliter viuunt. Extat etiam altera Congregatio Carbonaria, siue S. Ioan. Ciuitatis Neapolitanæ in Campania, seu Terræ Laboris, erecta anno salutis 1399. cuius quidã Frater Simon Cremonensis Philoso[...]h. atque Theologus excellẽtissimus, author fuit. Tertia verò huius ordinis congregatio Lõbardiæ sic ab illius Reuerendiss. Patribus nuncupata, quæ a Magistro Ioan. Rocco de Pauia, & patre Gregor. Cremonensi in Oppido Cremæ anno Dom. 1444. ortum habuit, & inter alias Eremitanas congregationes insignior quidem existit, tum ob multa præclara Monaster. quæ per Italiam habet, tum etiam ob tot illius patres scientia, & virtute conspicuos, in ea florentes, quorum vitæ exem[...]lo, necnon [...] Dei prædicatione satis clarã, & insignis ostenditur. Multæ aliæ d[...]mum congre[...]ationes ab hoc eodem ordine prodierunt, & per Italiam, & extra dilatæ permanent, de quibus breuitatis gratia pertractare omittitur.

De ord[...] [...] Carmeli[...] Cap. VII.

SAcrum Carmelitarum ordinem sub inuocatione B. Mariæ semper Vir[...]inis de mõte Carmelo (vt ex constitutio[...]e Gregorii Tertii, quæ vt laudes incipit, habetur) eadem virgo venustissima, & omnium virtutum floribus insignita edidit, proprioque nominis titulo decorauit, quo quidem Monte Sancti illi Patres, qui inibi vitam Eremiticam, & in pœnitentia ducentes, Deo, & eius Genitrici famulabantur, Ecclesiam in honorem G[...]oriosæ semperque Virginis Mariæ, quam in Patronam, & protectricem sibi elegerant, ædificarunt, vbi propria quædam instituta vsque ad annum nostræ salutis 412. continue obseruarunt, quo tempore Ioannes quidam Græcus Hierosolymitanorum Patriarcha Quadragesimus quartus, vir maximæ doctrinæ, & sanctitatis in d. Sacro monte huius ordinis Prior existens, certam viuendi formam sanctis illis viris seruandam tradidit, anno deinde 1110. Albertus Patriarcha similiter Hierosolymitanus aliam eis Regulam præscripsit, quæ quidẽ ab istius ordinis Fratribus adhuc inuiolabiliter seruatur (prohibitione de comedenda carne dumtaxat excepta, quæ per Eu[...]enii IV. Pij II. & Sixti IV. Apostolicam dispensationem

fuit illis remissa. Huiusmodi autem ordinem, illiusque Regulam Honorius IV. vltra alios Sum. Pont. prædecessores anno salutis, 1287. Apost. auctoritate confirmauit, decreuitque, vt deinceps illius professores, perpetuò Fratres B. Mariæ semper Virg. de monte Carmelo vbiq; vocarentur, & habitum, quo nunc vtuntur, eis concessit, illosque in cæteros Mendicantium ord. Regulares, qui in Ecclesia Catholica militant, esse voluit, multisque priuilegiis, & facultatibus insigniuit, qui cum ex Hierosolymitanis partibus in Italiam peruenissent, deposito hispido, & inculto illo priori habitu, albisque desuper nigrum habitum cappis ex concessu eiusdem Honorii IV. innouati, SS. Prophetarum Heliæ, & Helisæi, & Henoch. necnon aliorum SS. Patrum, qui montem illum S. Carmeli, iuxta Heliæ fontem inhabitarunt, hereditariam successionem tenentes, tãquam religionis exemplar speciali charitate, sanctitate, & doctrina præbentes, per Italiam, & vltra montes dilatati, & deinde in Fratres ordinis, ac Mantuanæ congregationis, necnon in Discalceatos in partibus Hispaniæ diuisi, mirificè floruerunt.

Prædictis quatuor prioribus Mendicantium ordinibus adiecti deinde, & adscripti fuere Ordo Seruorum Beatæ Mariæ, Minorum Sancti Francisci de Paula, Sancti Hieronymi Iesuatorum, ac Patrum Societatis Iesu. Quibus omnibus suprà dicta Mendicantium priuilegia æquè concessa sunt, & inter eos pariter communicata, & extensa extiterunt.

De ordine Seruorum Beatæ Mariæ.

Cap. VIII.

SAcer Seruorum ordo B. Mariæ (vt eorum documenta testantur) a septem nobilissimis viris Florentinis in monte Senario propè Florentiam Fusulanæ diœc. ex B. Mariæ Virg. monitu fundationem mirabiliter cœpit, & eremitico more diu deductus mirabilius postmodum à B. Philippo Florentino sanctitate, & nobilitate celeberrimo sub D. August. regul., anno Domini 1233. sub Gregorio nono propagatus, & ampliatus fuit, & ab Alexandro Quarto confirmatus, & inter quatuor Mendicantes relatus, illorumque, ac quàm plurimis aliis priuilegiis insignitus est, cuius professores per complures annos eisdem legibus, & institutis omnes piè admodum, ac laudabiliter viuentes, vna tantum familia contenti ab vnoquoque Priori generali regi, & gubernari consueuerunt, sed postea (temporum iniuria, vt sæpe contingere solet) paulatim ab instituto regularis Obseruantiæ defluentibus, quidam ex illis cupientes primi instituti disciplinam, arctioremque vitam colere, se à reliquis eiusdẽ ordinis segregarunt, & sedis Apost. indulto suffulti, creato sibi Vicario generali, cui subessent, nouam familiam constituerunt, eaq. congregationem Obseruantium Seruorum B. Mariæ nominarunt. Sed cum successu temporis hæc ipsa congregatio à Regulari obseruantia adeò prolapsa esset, vt ab illis ipsis, qui ordinis Seruorum primi instituti nomen retinuerant parum, vel nihil differre viderentur. Ideo Pius V. vt omnes, & singuli iam ordinis, quàm congregationis prædictę ad eandem regularem obseruantiam reuocaret, & qui vnum Religionis induebant habitum, vniusq; professionis voto viuebant, in obseruantia quoque Canonicæ Religionis vniformes reperirentur, omnes tam ordinis, quam congregationis prædictæ ab inuicem disiunctos in vnum idemq; corpus coniungendo, in vnam eamdemque familiam sub eadem disciplina, regularique obseruantia, & vno dumtaxat capite viuentem redegit, nomẽ dictæ congregationis, illiusque Vicariatus officium suppressit, & extinxit, & penitus aboleuit, omnesque, & singulas dictæ congregationis Domos, Conuentus, & Fratres vni Priori generali ordin. velut supremo ipsius Religionis, & ordinis capiti supremamque in eodem ordine potestatem, & auctoritatem haberi, prout regularia ipsius ordinis instituta sibi concedunt, subesse ei, & in omnibus parere mandauit, vt latius in litteris eiusdem Pij V. anno 1573. desuper editis continetur.

De Ordine Sancti Francisci de Paula.

Cap. IX.

SAcer Minimorum ordo in Regno Neapolitano a S. Francisco, de Oppido Paulæ prouinciæ Calabriæ oriundo, exordiũ sumpsit, anno Dominicæ Incarn. 1483. qui quidem Sanctus Pater cum Diuum Franc. de Assisio maxima veneratione prosequeretur, Ecclesiã propè oppidum dictæ terræ Paulæ quod itinere vnius diei à Consentia illius prouinciæ Metropoli distat, sub inuocatione eiusdẽ B. Francisci de Assisio ædificare cœpit, sed monitu, immò potius increpatione eiusdem S. Francisci de Assisio, qui ei sub forma Frat. sui ordinis apparuerat, illam tamquam angustam demoliri fecit, aliamque maiorem ab ipso Sancto Francisco

de Assisio designatum in notabili magnitudine, maximoq; sumptu pecuniæ diuinitus submissa iræ construxit, in qua quidem Ecclesia, & in eius domo cum per multos annos austeram, & Eremiticam vitam sanctè, ac religiosè duxisset, & quamplurima miracula inibi operatus esset, adeò creuit erga eundem Sanctissimum Patrem Franciscum populi deuotio, vt multi sub sui ordinis habitu, & vita Eremita secum viuere statuerint, vnde postea anno salutis, 1471. cum iam huiusmodi ordo esset professorum copia auctus, a Pirrho Archiepiscopo Cosentino loci ordinario, multis priuilegiis, facultatibus, & immunitatibus decoratus, & insignitu est, ac demum tres regulas Fratrum, Sororum, atque vtriusque sexus fidelium Tertiariorum nuncupatorum ipse pater Franciscus instituit, qui sicut humilitatis amator fuerat, illamque a suis alumnis coli desiderans, Fratres sui ordinis Minimos, & Sorores Minimas vocari debere mandauit, iniunxitq; illis, vt decem mandata diuina, & Ecclesiæ præcepta salutaria vigilanter obseruarent Romano Pontifici pro tempore existenti fideliter obedirent, ac sub obedientiæ, castitatis, & paupertatis, quadragesimalibusque vitę Sacris votis perseueranter viuere profiterentur. Quæ quidem instituta per Sixtum IV. anno Domini. 1474. benedicta, approbata, & confirmata fuerunt, atque ipsi ordini, ac eius personis, & domibus quam plures summi Romani Pontifices multa priuilegia concesserunt, & demum per Pium V. inter alios Mendicantes ordo ipse connumeratus est, qui iam ferè per omnes Christiani orbis partes maxima Ecclesiæ vtilitate dilatatus, & ampliatus existit.

De ordine S. Hieronymi Iesuatorum.

Cap. X.

Congregationis S. Hieronymi Iesuatorũ fuit B. Ioannes Columbinus nobilis Senensis, & ab eo anno Dominicæ incarnationis 1355. iuxta illius annales, exordium sumpsit, & per Vrbanum V. anno Domini 1367. extitit approbata, qui quidem S. Hieronymi ordo, siue congregatio appellatur, eo quia illius professores non multum post eiusdem ordinis institutionem vnanimi consensu, & voluntate sanctum Doctorem sibi patronum, & protectorem delegerunt, ita vt eorum domus, & Ecclesias magna ex parte S. Hieronymo dedicarent, quod quidem nomen ab eodem S. Doctore ductum, vt perpetuum haberent, Alexander VI. anno Domini 1492. ad Pontif. apic. assumptus decreuit, vt in posterum non simpliciter Iesuati, sed cum adiuncto Fratres Iesuati S. Hieronymi dicerentur. Hi tunicam albam, & cappam cœrulei coloris, absque capputio gestant, cuius loco, cum domo egrediũtur, in capite deferunt genus quoddam albi tegumenti manicæ similis, quod mundi contẽptum demonstrat trium votorum professionẽ completo probationis anno aliorum religiosorum ex instituto S. Augustini viuentium more emittũt, regulam peculiarem cuiusdam Episcopi Ferrariensis, qui inter illos professus fuerat, vitæ sanctitate celeberrimi præscriptã habent. Literarum studiis nõ incumbunt, nec sacris absque speciali dispensatione Apostolica initiantur, habentque confessarios, & capellanos modo presbyteros sæculares, seu aliorum ordinum regulares: & si quis doctrina præditus ipsorum consortio aggregetur: superiorum permissu, aliquid temporis literarum exercitio tribui potest, alias minime. Qui verò huiusmodi Sodalitatem ingressus, & ex cõcessu Sedis Apost. sacerdotali charactere insignitus fuerit, ad ordinis Officia egre promouetur: surgunt circa mediam noctem ad Chorũ, in quo tamen nunquam canunt, aut legunt, sed pro Matutinis, & aliis horis Canonicis alias precationes, ac spirituales meditationes, quisque per se habet, exercetur circa infirmorum visitationem, & diuersa alia officia atque opera manualia, ad vitandum ocium, qualia sunt hortorum, quos habent amplos, & bene dispositos, cultura, aquarum ex herbis, floribus aliisque rebus varia distillatio, & expressio, fenestrarum vitrearum reparatio, necnon alia similia artis, & corporis exercitia quamplurima, quibus etiam sibi subueniunt. Reguntur omnes a suo Generali, & singula Monasteria à Prioribus gubernantur.

De Societate Iesu. Cap. XI.

INTER alia præsidia, quæ Deus Ecclesiæ suæ sponsæ dilectissimæ eiusdem vnigeniti filii, & Domini nostri Iesu Christi, variis hæreticorum fluctibus, ac procellis diuersis temporibus admodum agitatæ præstare dignatus est, fuit quidem clarissimus ille Ignatius Loyola Cantaber, natalium splendore conspicuus, is cum valido exercitu pro Regis, & patriæ salute arcem Pompetopolitanam à Gallica

Gallica obsidione defenderet, bombardæ ictu altero crure comminuto, altero grauissimo vulnere recepto ab hostibus capitur, qui eius innata humanitate, & beneuolentia commoti, illum tam male affectum paulò post domũ remiserunt. & ex milite factus est Dux insignis illius amplissimæ Societatis, quæ sub nomine Iesu, per vniuersum orbem propagata est, nam curatis vulneribus loricam in humile pallium commutauit, & dum vix vigesimum sextum suæ ætatis annum attingeret, ad celeberrimũ Montis Ferrati templum se contulit, vbi vestibus lautioribus, & sericis exutus, quas pauperi cuidam dedit, laceras rursus induit, summam pœnitentiam instruit. Hierosolymam se confert, & è Hierosolyma primò Complutum, post Salmantica visitauit ibique litteris operam dedit, & Lutetiæ Parisiorum multis laboribus Theologiæ Laurea illustratus est, inde postmodum Hispaniam rursus profectus anno salutis 1536. illius pietate, pænitentia, optimis moribus, & vitæ sanctitate allecti Viri clarissimi, huiusmodi viuendi institutum secuti sunt, ex his fuere Petrus Faber, Iacobus Laynez, Simeon Rodericus, Nicolaus Bouadilla, Alfonsus Salmeronius, necnon Claudius Iayus, & Paschasius Broet, ac Franciscus Kaber, & Ioannes Coduti, presbyteri Pamdilonen. Gabeennen. Eguntinen. Toletanen. Visenen. Ebedrunen. & Palentinen. Ciuitatum, & Diœcesium respectiuè in artibus Magistri in Vniuersitate Parisiensi graduati, & Theologicis studiis per plures annos exercitati, Spiritu Sancto (vt piè creditur) afflati iamdudum è diuersis Mundi regionibus descendentes in vnum conuenerunt, & socii effecti abdicatis huius Sæculi illecebris eorum vitam perpetuò Domini IESV Christi, & Summi Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ seruitio dedicarunt, adeo, vt illius iussu quaduis periculorum, ac laborum in religione propaganda subire, & quocumque demum terrarum ad infidelium errantium ac peccatorum instructionem, & conuersionem a Summo Pontifice eos mitti contingeret, mox absque omni contradictione, etiam non petito viatico, tamquã à Christo missi, proficisci tenerentur, statueruntque vt dicta eorum cógregatio non Ignatij, sed Societas Iesu Christi appellaretur vndè Iesuiti postea dicti sũt, qui per vrbes primũ Venetæ ditionis iacta recerui ordinis rudimenta, & incredibili diuini honoris, & fidei Catholicæ studio ipsum Iesu Christi nomen ad extremos vsque Indos, Aethiopes atque Antipodes diffuderunt, ex qua quidem veneranda Sodalitate, quę, & quanta suborta sit Ecclesiæ Catholicæ vtilitas, præclara monumenta pietatis, & eruditionis per totum ferè Orbem relicta, necnon tot insignia Archigymnasia, in quibus, & moribus, & doctrina hominum adeo consulitur, vt nulla regio hodie eorum laboris inscia sit, ac etiam barbaræ illæ nationes, quæ in India Occidentali, & Basilica regione, ac noui orbis insulis ad veritatis lucem eorum opera edictæ, totque infideles per eos baptizati, hæresesque Germaniæ maiori ex parte concussæ, & longè à nostro orbe remotæ, Principes ad sanctorum pedum oscula Summi Pontificis perducti apertissimè testantur. Vnde Ecclesia ob assiduos labores, innumeraque pericula, quæ in publicum commodum intrepide subierunt, istius sodalitij professores inter Mendicantium ordines referre, eosque quamplurimis, dignissimisque priuilegijs decorare, & illustrés reddere merito arbitrata est. Qui quidem Patres Generali Præposito, & singulæ eiusdem Congregationis domus proprijs Rectoribus optime, ac mirificè gubernantur.

De Monachorum Congregationibus, illarumque origine, quæ Mendicantium Ordinum priuilegia participant, & sua eisdem Mendicantibus communicata existunt.

Origo Canonicorum Regularium Lateranen. Cap. XII.

CANONICI Regulares ordinis S. Augustini dicti Lateranenses ab Apostolicis primum originem traxerunt (vt historiæ testantur) sed postmodum à B. Augustino huiusmodi Congregatio (Spiritu Sancto dictante) diuinis regulis decorata, & illustrata fuit, sed cum post aliqua temporum spacia varias habuisset reformationes, iuxta illas diuersa nomina sortita est, & inter alia prima fuit hæc Lateranensis Congregatio, quæ tandem in Italia in agro Lucensi anno Domini 1407. apud Canonicam S. Mariæ Frigionariæ prope Ciuitatem Lucæ reparata fuit quodam nobilissimo Clerico Romano nomine Bartholomæo Illustriss. Familiæ Columnæ vna cum quodam eius socio, nomine Iacobo de Auogradis I. V. Doctore excellentissimo, sed prius per 800. annos vltra ad

ad Bonifacium in Ecclesia Lateranen. de vrbe à Gelasio summo Pontifice instituti fuere sub regula eiusdem D. Augustini semper viuentes, ex qua quidem Ecclesia, licet pluries deinde essent electi, & iterum regressi, sub Sixto IV. ius Ecclesiæ possessionem omnino amiserunt, non tamē titulum, & priuilegia, quę idem Pontifex eis reseruauit, atque concessit, vnà cum Monasterio S. Mariæ Pacis, in quo adhuc Romæ perseuerant.

Origo Congregationis Canonicorum Regularium Sanc. Saluatoris. Cap. XIII.

CANONICI Regulares Congregationis S. Saluatoris, alias Scopetini nuncupati, in Canonica S. Mariæ Rheni. apud flumē Rheni prope ciuitatem Bononiæ initium habuerunt, in qua quidem sub instituto B. P. Augusti, viuentes cohabitabant, istorum ordo ab Innocentio II. Anno Domini 1136 fuit confirmatus, atque in dicta Canonica vsq; ad annum 1350. permanserunt, quæ cum eodem tempore à militibus Io. Visconti in obsidione Bononię deuastata fuisset, intra ciuitatem in canonicam S. Saluatoris se transtulerunt, qui postmodum cum quodam Patre Stephano Senensi, & eius socijs Ilicetanæ Congregationis Eremitarum S. August. professis vniti, anno Domini 1408. confirmati fuerunt, & deinde anno 1418. habitu Canonicorum induti, nomen Canonicorū S. Saluatoris sumpserunt. Hi etiam Fratres Scopetini vocati sunt à Monasterio S. Donati de Scopeto propè Florentiam sito, & nunc iam diruto, non quod ab illo initium sumpsissent, sed quod dictum Monast. inhabitarunt, & propterea à titulo illius Ecclesiæ S. Donati de Scopeto Scopetinorum nomen sortiti sunt, qui vt Canonicis Congreg. S. Saluatoris Lateranen. essent conformes, publico, communiq; decreto statuerunt, anno salutis 142. vt de cætero Dom. vocarentur ad instar Canonicorū Regul. dictæ Congregationis Lateranen. qui primaria eorū institutione dicuntur Domini, & propterea eis concessum fuit, vt duplici habitu Eremitico scilicet, & Canonicor. supra Rocchetum. Patientia cum Scapulari induerētur. Quorum Ordo à Sede Apost. quam plurimis priuilegijs, & immunitatib. sub titulo S. Saluatoris insignitus est.

Origo Congregationis S. Benedicti. Cap. XIV.

ORDINEM Seu Congregationem Monachorum S. Benedicti Montis Casini, ac S. Iustinæ nuncupatum, ab ipso Beatissimo Monachorum Patriarcha in Sublaco primum, ac in Monte Casino postmodū exordium sumpsisse anno Domini circiter 530 ex eius annalibus satis constat qui deinde ab Odone in Abbatia Clun. anno 913. & à Ludouico Barbo in Abbatia S. Iustinæ Ciuitatis Paduæ, an. 1410. reparatus fuit, cuius quidem Sacræ Congregationis gloria, splendor, & commēdatio, qualis, ac quanta, quamq; excellens fuerit, innumera penè illius amplissima Monaster. ac Domus insignes per totum Orbem erectæ, atq; ditatæ satis demonstrant, necnon priscorū Patrum Monachorum ingens multitudo testatur, ex quib. tanquā ex Diui Benedicti Alumnis 24. ad Summi Pontificatus apicem assumpti sunt, qui per multum temporis Eccl. Catholicæ Gubernacula texerunt, Cardinales ferè ducenti, Archiep. in diuersis Eccl. mille sexcenti, Episc. 400. Abbates verò eruditione, & Sanctitate celebres 1570. extiterunt, qui omnes totam Dei Ecclesiā mirificè illustrarunt. Ad huiusmodi demum B. Benedicti Sacra Sodalitate quamplures (vt infra) celebres Monachor. Congregationis sub eius instituto fundatæ, per vniuersi Mundi climata floruerunt, quorum professores contemplationi, seu vitæ contemplatiuæ, assiduè inseruiunt, sicut alij vitæ actiuæ desudant, in propriam alienamque animæ salutem intendentes. Sodalitates autem hæ sunt, videlicet.

Origo Congregationis Montis Oliueti. Cap. XV.

MONTIS Oliueti Congregationē quidā nobilis Vir nomine Bernardus de Tholomeis cum duob. alijs socijs, Senensib. abdicatis seculi pompis, sub humili Eremitico habitu plurib. ad se in exēplo tractis fundare cœpit in Monte Oliueto propè dictāCiuitatem Senarū ad 15 m. Liariam circiter Anno Dñi 13 19. sub Ioanne XXII. Summo Pontif. cuius iussu Guido Pietramala Episcopus Ciuitatis Aretij, visione B. Genitricis Dei Mariæ prælhabita, habitū album, quem nunc ferunt, & regulam B. Benedicti obseruandam præscripsit.

Origo Congregationis Vallis Vmbrosæ. Cap. XVI.

SODALITATEM Vallis Vmbrosæ, Ioannes Gualbertus nobilis Florent. instituit, in quadam parte montis Apennini Vallis Vmbrosæ, nuncupata, propè Florentiam ad 20. m. Liaria, circa annum Dominicę Incarnationis 1067. sub Alexandro huius nominis II. Qui miraculis clarus viamq; vniuersæ carnis egressus, a Calisto II. in Sanctorum numerum collocatus fuit.

Origo

Origo Congregationis Cisterciensis. Cap XVII.

Cisterciensis Ordo cœpit an. 1098. à S. Roberto Abbate Molisimensi, qui suffecto in locum suum Alberico, ad monasterium suũ reuersus est. Alberico post 9. an. & dimidium defuncto, successit Stephan. Vide li. 1. de Illust. viris Cisterc. ord. cap. 13. & 14.

CIsterciensis Congregatio, siue Religio sub Diui Benedicti regula anno Domini 1098 sub Vrbano Papa II. in sancto Christi feruore cœpit, huius autem sancti propositi primus institutor fuit Ardingus vir ab ipsa iuuentute diuinis, & humanis litteris admodum eruditus, Natione Anglicus, qui alio nomine Stephanus dictus est. Hic apud Burgundiam in Monasterio Molshemensi ab alias Roberto Abbate receptus est, sed non multo post comperto, quod eo in loco multa essent superflua, nec puritati Monasticæ apta, nec Regulæ B. Benedicti conuenientia, desiderio arctioris vitæ, dictum Monasterium, vna cum viginti alijs socijs Monachis egressus, Cistercium venit, locum vastæ solitudinis, ibique præclarum Monasterium ædificandum curauit, à quo quidem loco deinceps ordo iste Cisterciensis denominationis, & primæ institutionis sumpsit exordium. Anno deinde 1107. facta est charta quædam charitatis à præfato, Stephano Abbate, alijsque Abbatibus numero viginti, atque auctoritate Apostolica confirmata, qua quidem illa omnia, quæ vel pinguiorem abundantiam, vel copiosiorem luxum affectebant, & quæ puritati regulæ, & institutio eiusdem B. Patris Benedicti aduersari videbantur, penitus abdicarunt. Hunc ordinem postea S. Bernardus anno Domini 1112. annos natus circiter 22. cum socijs amplius quam 30. ingressus est. Deinde Abbas loci, Fratres ad ædificandam domum Claræuallis misit, & eundem Bernardum in Abbatem præfecit. Qui quidem Sanctus vir dictum ordinem amplificauit, diuersisque temporibus in vita sua centum & sexaginta Monasteria sui ordinis fundauit, & erexit, ita vt eiusdem ordinis institutor aliquando dictus sit, ac Dei Ecclesiam sanctitate vitæ, suauitate doctrinæ, & miraculorum gloria illustrauerit, obijt anno 1153. anno ætatis suæ 63. hac sancta Christi plantatione relicta, quæ plures viros illustres, & omni virtute, & sanctitate præclaros [illegible] in modum dilatata per orbem floruit.

Origo Congregationis Charthusiensis. Cap XVIII.

ORdo seu Religio Carthusiensis à Brunone viro sanctio, & clarissimo Theologo eiusdem [illegible] propositi principe sub Victore Papa huius nominis III. anno Domini 1085. maximo feruore regularis Obseruantiæ ortum habuit. Hic quidem vir natione Coloniensis, nobilis Ciuitatis Agrippinæ, in Gallijs, tum legendo, tum disputando, vel scribendo magno in pretio dum haberetur, relictis scholis vna cum septem doctissimis viris in Eremum Carthusiæ secessit, ibique Monasterio constructo, ipsi ordini initium dedit, postea vero ædificata amplissima illa Abbatia, in Prouincia Calabriæ in Squiliacensi territorio sita, migrauit ad Dominum anno 1101. & à Leone X. Pontifice Max. anno 1520. inter Sanctorum numerum relatus est.

Origo Congregationis S. Hieronymi Hispaniarum. Cap. XIX.

REligio, seu Congregatio Eremitarum S. Hieronymi Hispaniarum fundator, seu potius Reformator fuit, ac Generalis præpositus, Doctissimus quidam Lupus de Olmeto Hispalensis, qui in Vrbe Ecclesia S. Alexij in Monte Auentino sita, à summo Pontifice obtenta, dictam Congregationem reformandi facultatem à sede Apostolica impetrauit, atque regulam quandam ab operibus Sancti Hieronymi collectam obseruandam tradidit anno Domini 1411. & Gryseum habitum auctoritate Apostolica electum, illius professores deferunt.

Origo Congregationis Camaldulensis. Cap XX.

ORdo, seu Religio Camaldulensis anno salutis 904. sub Benedicto IX. sui sumpsit exordium. Hui⁹ sancti instituti fundator extitit Beatus Romualdus è Ciuitate Rauennæ oriundus, non minus genere, quam morum sanctitate, & miraculorum gratia, ex illustri Ducum stirpe progenitus sub B. Benedicti regula hanc suam Congregationem erexit, quæ quidem ab amplissimo illo Conuentu Camalduli, in territorio Aretinæ Diœcesis prouinciæ Tusciæ ab eodem B. Romualdo ædificato, nomen Camaldulensis accepit.

Origo Congregationis Fratrum Militiæ Christi. Cap. XXI.

REligio Fratrum Militiæ Christi in Portugallia a Ioanne huius nominis XXII. auctore institutus est, anno vero 1326. vt Saracenis resisterent, huius ordinis princ. palis Domus in Monasterio Siluensis Diæc. cui omnia Templariorum bona in Portugalliæ partibus constituta voluit.

Et hæc de ipsis Regularium ordinibus & Congregationibus in Const. Pij V. nominatis dicta *Const. 6.*

 sint.

sint, saluo tamen semper vnicuique suæ originis, & fundationis, prioritatis iure, necnon præeminentiæ priuilegio, quibus per prædicta derogatum minimè esse intelligatur.

DE SACRIS CANONIBVS, ET DEcretis Concilij Tridentini Regularibus præscriptis seruandis Tit. 2.

cap. 1.

S. ss 25. ca 12. ca. 13. et o-mnia.

CVM per Sacrum Concilium Tridentinum statutum fuerit, vt omnia, & singula decreta, & in eo contenta ad Regulares pertinentia per quorumcunque ordinum Abbates, Generales, & alios Superiores, atq; inferiores Regulares exequutioni demandentur, alias ipsorum superiorum negligentium Capitula Prouincialia, & Generalia suppleant, & coerceant: & in delectu Capitulorum generalium Concilia Prouincialia per deputationem aliquorum eiusdem ordinis prouidere teneantur, non obstantibus quibuscumque priuilegiis dictis ordinibus quomodocunque concessis. Ideo per Pium IV. post publicationem dicti Concilij Tridentini omnia quorumcumq; Ordinum Regularium priuilegia in illis omnibus, & singulis tantum in quibus illa statutis, & decretis eiusdem Concilij contrariantur, ipso iure reuocata, & cassata, & annullata, & ad ipsius Concilij terminos reducta esse voluit, statuit, & declarauit; quam declarationem sequuti postea sunt, omnes alij Summi Pontifices, qui in dicta ordinum priuilegiorum confirmatione, hanc clausulam semper apponi mandarunt. Quatenus scilicet decretis Concilij Tridentini minime contraria existerent. Vnde cum iam ab omnibus Regularibus sanctissima eiusdem Concilij decreta, & præsertim, quæ de ipsis Regularibus loquuntur, omni pietate (vt decebat) suscepta fuerint, ideo vt ipsi in posterum ea attentè legere, & sollicitè obseruare, necnon facilius dijudicare, & scire queant, in quibus illis liberè congesta, ac licitè vti possint, breuiter inferius in hunc ordinem fuere.

Conf. 1

SVMMARIVM CANONVM SACRI Concilij Tridentini, qui de Regularibus præscribuntur.

De librorum impressione Canon 1.

Quod non liceat Regularibus imprimere, seu imprimi facere libros de rebus sacris, sine nomine auctoris, nisi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario sub pæna anathematis, & vltra examinationem, & probationem huiusmodi licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum, & vtramque concessionem, quæ appareant, eamque ad principium operis imprimi facere debeant.

Decret. de vsu & edit. sacrorũ lib. Sess. 4.

De lectione Sacræ Scripturæ Canon 2.

Quod in Monasterijs quoque Monachorum, vbi commode fieri queat, etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur, qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, vt Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs compellant. In Conuentibus verò aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, Sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio à Capitulis generalib. vel prouincialib. assignetur dignioribus Magistris, de quorum vita, moribus, & scientia ab Episcopo loci minimè examinari debent.

Quod etiam in regula seu § 2. Indicis librorum prohibitorum editi à S. D. N. Cle. VIII edicti disponitur.

De licentia prædicatorum Canon 3.

Quod Regulares cuiuscumque ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus, scientia, examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum ordinum prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs verò, quæ suorum ordinum non sunt, vltra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur: sine qua in Ecclesijs ipsis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint, quod etiam in Ecclesijs suorum ordinum contradicente Episcopo eis prohibetur.

Sess. 5. c. 2 de refor. Sess. & c. eodem in fine, Sess. 24. ca. 4.

De prædicatoribus malè prædicantib. Canon 4.

Quod si prædicator (quod absit) errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem, procedat, etiamsi prædicator ipse à generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tamquam Sedis Apostol. delegatus procedet.

Sess. 5 de refor. c. 11

De Regularibus delinquentibus Canon 5.

Quod Regulares extra Monasterium degentes, etiam sui ordinis priuilegij prætextu, ab ordinario loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, si deliquerint, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi possint. Et qui intra Claustra monasterij degunt, & extra ea ita notorie delinquerint, vt populo scan-

Sess. 6. de refor. c. 3. Sess. vlt. de refor. c. 14.

scandalo sint, termino ab Episcopo præfigendo, à suo superiore omninò puniantur, sin minus, superior à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

De visitatione Ecclesiarum. Canon 6.

Sess. 7. de refor. c. 8. Quod locorum ordinari; Ecclesias quascumque, quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica singulis annis visitare possint, non autem ipsa Monasteria quo ad correctionem Fratrum.

De Regularibus translatis. Canon 7.

Sess. vlt. de refor. ca. 20. Quod Regulares translati de vno ordine ad alium sub sui Superioris obedientia perpetuò maneant. Et quod nemo Regularis cuiuscumque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem religionem. Nec detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi habitum suæ religionis.

De Missarum eleemosynis Canon 8.

Sess. 14. de refor. ca. 11. Quod cuiusuis generis mercedum conditiones, pacta, & quidquid pro Missis nouis celebrãdis datur, atque illiberales Eleemosinarum exactiones potius quàm postulationes, aliaq; huiusmodi, quæ à simoniaca labe, vel certè turpi quæstu non longè absint, omnino prohibeantur.

De vagis, & ignotis Sacerdotibus Canon 9.

Sess. vlt. de Regul. ca. 19. Quod Episcopi in suis diœcesib. interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Missam celebrare liceat: ideo sint cauti Fratres, litteras dimissorias ab Episcopo ordinante; seu à proprio Prælato (cum alicubi transferri ex mertio obedientiæ contigerit) habere.

De loco celebrandi Missam Canon 10.

Ead. Sess. & Decr. Quod non patiatur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs ordinanda, & visitanda sanctum Sacrificium à sæcularibus, aut Regularib. quibuscumque peragi.

De ceremoniis Missarum Canon 11.

Ead. Sess. & Decr. Quod caueatur, ne Sacerdotes, alijs quàm debitis horis celebrent, ne veritus alios, vel alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccl. approbatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ sunt.

De certo numero Missarum, & candelarum remouendo Canon 12.

Ead. sess. & Decr. Quod quarundam Missarum, ac candelarũ certus numerus, qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera Religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueatur.

De voce Capitulari Canon 13.

Sess. 22. c. 4 de refirm. Quod quicumque in Ca[...] vel C[...]giata sæculari, vel Regulari Ecc[...] [...]uius mancipatus officijs, in Subdiaconatu[...] ordine saltem constitutus non sit, vocem in huiusmodi Ecclesijs in Capitulo non habeat.

Decl. sacræ Cõgreg. Con. Vbi est notandum, quod si statutis alicuius Religionis caueatur, etiam Sacris initiatos habere vocem in Capitulo, non prohiberi à Concilio Tridentino, quin eam habeant, etiã quod in Sacris non sint, quoniam Decretum Concilij non comprehendit monasteria Regularium, sicut R. P. F. Gaspari totius ordinis Minimorum Correctori Generali Consulenti Illustriss. Cardinales Sacræ Congregationis interpretes Concilij, responderunt, die decima Ianuarij 1573.

De litteris dimissoriis pro Sacrorum Ordinum susceptione Canon 14.

In suo Compẽd. priui. Quod nullus absque sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs, ad aliquos Sacros, aut Minores Ordines, vel primam tonsuram promoueatur, alias ab exequutione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure est suspensus.

Vbi etiam est notandum, quod super prædicto Decreto à Sacra Congregatione Illustr. Car. Conc. interpretum nouiter emanauit declaratio tenoris infrascripti videlicet.

Declaratio sacræ congregat. Concil. Congregatio Concilij censuit, Superiores Regulares posse suis subditis, etiam non Regularibus, qui præditi qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerint, litteras dimissoriales concedere, ad Episcopum tamen Diœcesianũ, & si is abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dũ tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinentur, quo ad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum id tempus, quo Episcopus Diœcesianus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesiano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ ad alium Episcopum dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse.

Hier. Card. Matthæius.

De minoribus ordinibus ab alijs quàm Episcopis non suscipiendis Canon 15.

Sess. 23. can. 10. de refor. Quod Abbatibus, ac alijs quibuscumq; quantumuis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicuius Diœcesis consistentibus etiamsi nullius Diœcesis, vel exempti esse dicatur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, aut minores Ordines conferre.

De promotione ad minores Ordines Canon 16.

Sess. 23. can. 11. Quod minores Ordines iis, qui saltem Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferatur. Hi verò non nisi post annū à susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad Sacros ordines promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas aliud exposcat.

De promotione ad maiores Ordines Canon 17.

Sess. 23. can. 13. & 14. Quod post susceptionem minorum Ordin. nemo ad maiores promoueatur, nisi inter vnumquemque eorum sit interiectum ad minus spacium vnius anni integri, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.

Decl. sac. cong. Concil. Ideò si in aliquo Conuentu sit necessitas ministrorum, quæ Patrum consilio iudicetur sufficiens causa, vt aliter fiat, ordinaturo Episcopo ea referatur, cuius erit iudicare de illa. Sic Generali Correctori Minimorum consulenti die 7 Februar. 1578. responderunt Illustriss. Card. Sanctiss. Congregationis interpretes Concil. Triden.

De ætate ordinorum Canon 18.

Sess. 23. ca. 12. Quod nullus, etiam Regularis, ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur.

De examine ordinandorum Canon 19.

Sess. 23. ca. 12. Quod nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur Regulares, priuilegijs quibuscumque ad hoc penitus exclusis.

De duobus Sacris Ordinibus eodem die non conferendis Canon 20.

Sess. 27. ca. 13. Quod duo Sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, non conferantur, priuilegijs, atque indultis quibusuis concessus, non obstātibus quibuscumque.

De Communione à Ministris Altaris frequentanda Canon 21.

Sess. 23. ca. 13. Quod Subdiaconi, & Diaconi sciant maximè decere, si saltem omnibus Dominicis, & sollēnibus, in Altari ministrauerint, Sacram Communionem perceperint.

De ministerio Sacrorum Ordinum non nisi ab ordinatis exercendo Canon 22.

Sess. 23. ca. 17. Quod sacra Altaris ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur.

Statutum Fratrum Prædica. Ideo Fra. Prædic. in exequutionem huius Canonis in Capitulo Bononiæ celebrato, de anno 1564. ordinarunt, quod in eorum Conuentibus, in quibus Fratrum etiam sufficiens copia, sacri Altaris ministeria, etiam minima, ab ordinatis ministris quoad fieri possit exerceantur, nullusque deinceps Sacris vestibus indutus sollemniter Epistolam canere permittatur, qui ad eum ordinem non fuerit rite promotus, quod quidem ab omnib. seruari debeat.

De Confessione, quando a Sæcularib. audienda Can. 23.

Quod nullus Sacerdos, etiam Regularis, possit Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotū audire, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbetur, priuilegijs, & consuetudine quæcumque, etiam immemorabili, non obstantib.

De illis, qui Synodo Diœcesanæ interesse tenentur Canon 24.

Sess. 24. de refor. cap. 2. Quod Synodi Diœcesanæ quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias cessante exemptione, interesse deberent, nec Capitulis generalib. subducuntur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarū, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.

De examinatoribus pro beneficiis conferendis Canon 25.

Sess. 24. de refor. cap 2. Quod examinatores possint esse etiam Regulares ex ordine Mendicantium, iurentque ad Sancta Dei Euangelia fideliter munus exequuturi. Caueantque ne quidquam occasione huius examinis necante, nec post accipiant, alioquin simoniæ vitium incurrant, & de his omnibus in Synodo prouinciali (si opus fuerit) rationem reddere teneantur.

De obseruat. Regul. & communitate seruanda Ca 26.

Sess. 25. cap. 1. Quod omnes Regulares tam viri, quam mulieres ad Regulæ quā professi sunt, præscripta, vitam instituant, & componant, & quæ ad suæ professionis perfectionem, vt obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia alicuius regulæ, & ordinis peculiaris vota, & præcepta ad eorum respectiue essentiam, nec non ad communionem vitam victum, & vestium conseruanda pertinentia fideliter obseruent, omnisque

que cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis prouincialibus, & generalibus, quàm in eorum visitationibus, quas suis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur.

De proprietate extirpanda. Canon 27.

Seß. vlt. de Regul. cap. 3. Quod nemini Regularium, tam virorum, quam mulierum liceat bona mobilia, vel immobilia cuiuscumque qualitatis fuerint. etiam quouis modo ab eis acquisita tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere, vel tenere, sed statim superiori tradantur, Conuentuique incorporentur.

De bonis, quæ potest Superior concedere, & quæ non. Canon 28

Seß. vlt. de Regul cap. 3. Quod non liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsum fructum, vel vsum, administrationem, vel commendam. Mobilium verò vsum ita permittant, vt eorū supellex statui paupertatis conueniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quod sit eis necessarium eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & passiua voce priuatus sit atque etiam iuxta suæ Regulæ, & ordinis Constitutiones puniatur.

De numero Regularium in Monasterio constituendo. Canon 29.

Seß. vlt. de Regul. cap. 3. Quod in monasteriis, & domibus tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possit sustentari.

De Conuentibus [illegible], quo modo accipiendi. Can. 30.

Seß. vlt. de Regul cap. 4. Quod nec de cætero similia loca eligantur sine Episcopi, in cuius Diœcesi construenda sunt, licentia prius obtenta.

De Fratribus sine Superiorum licentia alterius obsequio non subiiciendis. Canon 31.

Seß. vlt. de Regul. cap. 4. Quod nullus Regularis sine sui Superioris licentia prædicationis, lectionis, aut cuiuslibet pij operis prætextu subiiciat se obsequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniuersitatis, vel Communitatis, quod si contra fecerit, tamquam inobediens arbitrio Superioris puniatur.

De Fratribus sine licentia à Conuentibus non discedendis. Canon 32.

Quod non liceat Regularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, alias quod ab ordinariis locorum puniantur. *Seß. vlt. de Regul. cap 4.*

De Fratribus ad Vniuersitates studiorum Missis. Canon 33.

Quod illi, qui studiorum causa ad Vniuersitates mittuntur, in Conuentibus tantum habitent, alioquin ab ordinariis contra eos procedatur. *Seß. vlt. de Regul. cap. 4.*

De Monialium clausura. Canon 34.

Quod vniuersi Episcopi in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apost. auct. clausuram Sanctimonialiū, vbi violata fuerit, diligenter restituti, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent. *Seß. vlt. de Regul. cap. 5.*

De Monialibus è Monasterio exeundis Canon 35.

Quod nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. *Seß. vlt. de Regul. cap. 5.*

De prohibitione ingressus ad Monasteria Canon 36.

Quod ingredi intra septa Monasterii nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia scripta obtēta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. *Seß. vlt. de Regul. cap. 5.*

De Monasteriis Monialium intra Vrbes reducendis. Canon 37.

Quod Monasteria Sanctimonialium extra mœnia Vrbis, vel oppidi current Episcopi, & alii Superiores (si ita videbitur expedire) vt ad noua, vel antiqua Monasteria intra Vrbes reducantur. *Seß. vlt. de Regul. cap. 5.*

De Confessionibus & communione Sanctimonialium. Canon 38.

Quod attendant diligenter Episcopi, & alij Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, vt saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant. *Seß. vlt de Regul. cap. 5.*

De Confessore extraordinario Monialibus offerendo. Canon 39.

Quod præter ordinarium Confessorē, alius ordi-

Seſſ. vlt. de Regul. cap.20.

ordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confeſſiones audire debeat.

De loco ſeruandæ Euchariſtiæ in Monaſterijs Monialium. Canon 40

Seſſ. vlt. de Regul. cap.10.

Quod Sanctiſſimum Chriſti Corpus intrà chorum, aut ſepta Monaſterii Monialium, & non in publica Eccleſia conſeruetur, prohibet ſancta Synodus, non obſtante quocumque indulto, aut priuilegio.

1. Statut. pro Fratrib. Prædicator.

Debent tamen Superiores dictorum Monaſteriorum, vt quantum fieri poteſt, is locus conſeruandæ Euchariſtiæ in Eccleſia publica intelligatur, qui exiſtentibus intra chorum Monialibus conſpicuus ſit. Ita Fratres Prædicatores in Capitulo Bononię de anno 1564. celebrato, ordinatur.

De modo Secreto in electione ſeruando. Canon 41.

Seſſ. vlt. de Regul. cap.6. Declarat. ſacræ Côgreg. Côc.

Quod electio Superiorum quorumcunque, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum fiat per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Vbi eſt aduertendum, electionem Commiſſariorum ſub prædicto decreto comprehendi, & propterea formam in eo præſcriptam ſeruari debere ſicut ſacra Congregatio Concilii cenſuit, vt Generali Minimorum Correctori conſulenti reſpondit die 25. Ianuar. 1571.

De vocibus non ſupplendis. Canon 42.

Seſſ. vlt. de Regul. cap 6. Declarat. ſacræ Côgregat. Concil. Paſſarell. in ſuo compend. p. vlt. 1570 fol. 230.

Quod in poſterum non liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumq; titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Vbi eſt notandum, quòd ſi ex inſtitutis, aut decretis alicuius religionis liceat Superioribus abſentibus, & legitimè impeditis mittere ad Capitulum generale alium Fratrem, qui tanquam eorum procurator ſuo loco, & nomine det vocem in electione, Concil. Triden. id non prohibuiſſe, ſicut Minimorum Correctori generali conſulenti reſponderunt Illuſtr. Cardinales interpretes ſacræ Congregationis Concilii de anno 1571.

De ætate eligendæ in Abbatiſſam Monialium. Canon 43.

Seſſ. vlt. de Regul. cap. 7.

Quod Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quocunque alio nomine præfecta vel præpoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in Monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit, & ſi hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex iis, quæ in eodem Monaſterio annum 30. excesserint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem recte vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente, eligatur.

De loco accipiendi vota Monialium tempore electionis faciendæ. Canon 44.

Seſſ. vlt. de Regul. cap.7.

Quod is, qui electioni præeſt Epiſcopus, ſiue alius Superior, clauſtra monaſterij non ingrediatur, ſed antè cancellorum feneſtellam vota ſingulorum audiat, ſeu accipit.

De gubernatione Monialium. Canon. 45.

Seſſ. vlt. de Regul. cap. 9.

Quod monaſteria Sanctimonialium ſanctę Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiecta ab Epiſcopo gubernentur. Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur.

De monaſteriis, quibus animarum cura annexa eſt. Canon 46.

Seſſ. vlt. de Regul. cap.11.

Quod in monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet cura animarum perſonarum ſæcularium præter eas, quæ ſunt de illorum monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ tam regulares, quam ſæculares huiuſmodi curam, & Sacramentorum adminiſtrationem habentes, ſubijciantur iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita. Exceptis monaſteriis, ſeu locis, in quibus Abbates, Generales, aut capita ordinum ſedem ordinariam principalem habent, atque aliis monaſteriis, ſeu domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent.

De interdictis, & cenſuris à Regularibus obſeruandis. Canon 47.

Seſſ. vlt. de Regul. cap 12.

Quod cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab ordinariis promulgata, mandàte Epiſcopo, à Regularib. in eorum Eccleſiis publicentur, atq; ſeruentur.

De feſtis à Regularibus ſeruandis. Canon 48.

Seſſ. vlt. de Regul. cap.22.

Quod dies feſti, quos in Diœceſi ſeruandos Epiſ-

Episcopus praeceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus, seruentur.

De controuersiis in praesedentiis ab Episcopo se dandis. Canon 49.

Sess. vlt. de Regul. cap. 13. Quod controuersias omnes de praecedentia, quam persaepè cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam saeculares, quàm regulares, Episcopus, amota omni appellatione, componat.

De exitu ad publicas processiones. Can. 50.

Sess. vlt. de Regul. cap. 13. Quod exempti omnes, tam clerici saeculares, quam regulares, etiam Monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur.

De tempore professionis. Can. 51.

Sess. vlt. de Regul. cap. 25. Quod in quacumque religione tam virorum, quam mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minori tempore, quàm per annum, post susceptum habitum in religione steterit, ad professionem admittatur.

De non differendo tempore professionis. Can. 52.

Decl. Sacrae Cong. Conc. Quod finito tempore nouitiatus Superiores Nouitios, quos habiles inuenerint ad profitēdum, admittant, aut è monasterio eiiciant.

Vbi est notandum, quod relatione per sanctissimam Congregationem Concilii Sanctiss. Domino Pio V. facta, Sanctitas dixit: Concilium d. capituli 26 procedere tantum in illis Nouitiis, quos Superiores lapso tempore nouitiatus, habiles inuenerint. non in his, quos inhabiles repererint, vt sunt illi, qui non benè adhuc didicerunt, & ideò quo ad istos Sanctitas sua concessit, quod Superiores possint illorum professionis tempus prorogare, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles infra sex menses. Sicut Correctori Generali Minimorum consulenti responderunt Illustriss. Cardinales interpretes Sanctissimae Congregationis Concil. *Passerell in comp. priuil. fol. 131.*

De renunciatione bonorum quando, & quomodo Nouitiis fa. e la. Canon 53.

Sess. vlt. de Regul. cap 16. Quòd nulla renunciatio, aut obligatio ante professionem facta, valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarii fiat infra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi scientiae professione.

De bonis Nouitiorum infra tempus nouitiatus recipiendis, vel non Canon 54.

Quod ante professionem nihil recipiatur de bonis Nouitiis, etiam sponte oblatum à parentibus vel curatoribus eorum, nisi pro victu, & vestitu illius temporis, quo in probatione steterit, & hoc sub anathematis poena, tam dantibus quàm recipientibus praecipitur, & quod abeuntib. ante professionem omnia restituantur, quae sua erant. *Sess. vlt. de Regul. cap 16.*

De tempore suscipiendi habitum à puellis Deo dicandis Canon 55.

Quod puella, quae habitum regularem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, & non antè eum suscipiat. *Sess. vlt. de Regul. cap. 17.*

De puellis nouitiabus ab ordinariis ante professionem examinandis Canon 56.

Quod nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius, an coacta, vel seducta fuerit. *Sess. vlt. de Regul. cap. 17.*

De poenis Abbatissae non denunciandis tempus professionis Episcopo Canon 57.

Quod professionis tempus ne Episcopus ignorer, teneatur praefecta Monasterii eum ante mensem certiorem facere, aliàs quamdiu Episc. videbitur ab officio suspenda sit. *Sess. vlt. de Regul. cap. 17.*

De non cogendis, vel impediendis mulierib. ad religionem Canon 58.

Quod eos, qui cogunt mulieres ad ingrediēdum Monaster. vel ad suscipiendum habitum, vel ad emittendam professionē. Et qui sanctarum Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi sine iusta causa impedierint, sancta Synodus anathemati subiicit. *Sess. vlt. de Regul. cap. 18.*

De remedio illius, qui praetendit suam professionem non tenere Canon 59.

Quod quicumq; Regularis praetendit se per vim, & metum ingressum relig. aut ante aetatē professum fuisse, aut quid simile, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas praetendit, deduxerit corā superiore suo, & ordin. Quod si antè sponte habitu dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, & tamquam apostata puniatur. *Sess. vlt. de Regul. cap. 29.*

De excommunicationis sententia ferenda Canon 60.

Quod quamuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticae disciplinae, sobriè tamē magnaque circumspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temerè, aut leuibus *Sess. 25. de refor. cap. 3. Sess. 25.*

de refor. 4. ex rebus incurratur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius para..., quam salutem.

De remedio Missarum. Canon 61.

Quod in Ecclesijs, vbi magnus Missarum numerus reperitur, possint Generales ordinum in suis capitulis generalib. statuere circa hoc quidquid magis expedire videbitur.

Declarat. e Sacra Congreg. Concil. Vbi sciendum, quod huiusmodi facultas concessa per Concilium Tridentinum præposito, sicut Correctori generali Minimorum per illustrissimos Cardinales Sanctissimæ Congregationis interpretes Concilij die 7. Februarij 1573. responsum fuit.

De locatione bonorum Ecclesiæ anticipatis solutionibus non facienda. Canon 62.

Sess. 25. de refor. cap. 11. Quod locationes rerum Ecclesiasticarum si anticipatis solutionib. fiant, nullatenus in præiudicium successorum valide intelligantur, quocumque indulto, aut priuilegio non obstante.

De quarta funeralium. Can 63.

Sess. 29. de refor. c. 13. Quod quibuscumq; in locis iam ante annos quadraginta Quartam, quæ funeralium d...citur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocumque priuilegio monasterijs concessa, posthac integro iure, & eadem persoluatur.

De arctioribus statutis vltra Concilium etiam seruandis. Can 64.

Sess. vlt. de Regul. c. 21. Quod si qui in Regulari ... viri, quã mulieres sint, qui sub arctiori regula, vel statutis viuunt, excepta facultate habendi bona inmobilia in com..., eos ab eorum instituto, & obs...antia S. Synodus non mouere ... Ideo supra Canone 48. per quod ... etiam Regulares quicumque ad publicas processiones vocati accedere compelluntur, Concilium exceptuare eos, qui sub strictiori clausura viuunt.

De Decretis Concilij Tridentini, vt supra, de Regularibus præscriptis ab eis seruandis.

Canon 65.

Omnia, & singula Decreta sacri Concilij Tridentini supra descripta, & contenta in eis, sancta Synodus, obseruari præcipit in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs, Collegijs, ac Domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium, ac Monialium Virginum, & Viduarum, sub custodia, & gubernatione dependent a cuiuscumque ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, vel aliorum Regularium Monachorum, aut Canonicorum quorumcunque, non obstantibus eorum omnium, & singulorum priuilegijs, sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis. Sess. vlt. de Regul. c. 22.

De priuilegiorum, & facultatum, Decretis prædictis ipsis non aduersantium confirmatione.

Canon 66.

Quod in cæteris omnibus prædictorum Ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, firma sint, & illæsa. Sess. vlt. de Reg. c. 20. in fin.

DE MARI MAGNO PRIVILEGIORVM, ALIISQVE CONSTITVTIONIBVS, ET LITTERIS APOSTOLICIS, EARVMQVE VALIDITATE. tit. 3. cap. 1.

c. Si Romanorũ, di. 19. Glos. in ... extrauag. com. c. Sic omnes ead. dist. ca. Institutionis nostræ 25. q. 1. *QVAMVIS Romanorum Pontificum Constitutiones, ac etiam Sedis Apostolicæ Decretales Litteræ, seu Epistolæ non sint Canonum C...lu compaginatæ: tamen ... eandem vim, & robur in ind..., & extra habere dignoscuntur, ac si in corpore Iuris essent clausæ, & propterea ab omnibus sunt indistincte recipiendæ, & inuiolabiliter seruandæ tanquam si fuis. B. Petri diuina voce firmatæ, sicut eiusmodi ... omnes litteræ Apostolicæ (alias Bullæ vocatæ) Regularium ... priuilegia, & indulta concernentes, in huiusmodi ... ac...e ... sa, inter quas etiam est B. ... amplissimis priuilegijs Apostolicis ... nuncupatũ Mare Magnum, etiã vulgariter nuncupata est. Hanc autem priuilegiorum compilationem nonnullis summi Ro. Pont. suarum prædec...rum p...ulegia colligendo, & propria quisque ... addendo confici ...daui mandarunt, quam postea ... IV. a se ampliatam, & approbatam ferè omnibus Mendicantium ord. mi...tis in eo nominibus, ... condonauit. Sed quoniam priuilegia, & indulta, quæ in Mare Magno omnium ord. Mendicantium continentur, illa eadem in alijs habentur, ideo breuitatis gratia in præsenti collectione Bulla Maris Magni Prædicatorum, & Minorũ duntaxat impressa fuit. Quæ quidem Bullæ, necnon aliæ omnes supra impressæ partim ab originalibus, partim vero ex legitimis transumptis per Prælatos, seu Notarios publicos iuxta facultatem eis traditam authenticata, fuerunt fideliter extractæ.*

SVM-

SVMMARIVM PRIVILEgiorum.

Quæ in Bulla Maris Magni, & Bulla Aurea Sixti IV. continentur, cum moderatione ad singula Concilij Trid. in margine annotata.

§. 1.

Electiones Præd. per vota secreta fieri debent, absque publicatione nominum eligentium. Con. Tri. cap. 2.

QVOD Generalis totius ordinis caput, eò ipso quod secundum illius constitutiones fuerit electus, statim eiusdem ordin. verus Prior, seu Minister (vel alio quocumque nomine vocetur) Generalis effectu curam animarum Fratr. ipsius ord. habet & liberè gerit, ipsosque Fratres auctoritate propria ligare, & soluere, necnon à suis Priorib. seu Ministris prouincialibus iuxta ordinis constitutiones amoueri, & absolui ab officio valet.

§. 2.

Reformatum per Con. Tri. cap. eodẽ, tenentur professionem fidei emittere, iuxta formã Bullæ Pij IV. Consti. 4. in 2. par. coll.

Quod in electionibus Generalis, seu Prouincialis Prioris, seu Ministri Fratribus ipsis, qui electioni interesse debent, non currat tempus super hoc a iure statutum, neque in prædictis iuris regulis coarctentur.

§. 3.

Quod Priores, Guardiani, seu Custodes secundum ordinis instituta per electionem, seu alia prouisionem instituti, post ipsam electionem, aut prouisionem de eis factam, statim curam animarum Fratrum sibi subditorum ipsius ordinis habent, illosque ligare, ac soluere iuxta eiusdem ordinis statuta valent.

§. 4.

Concord. Con. Tri. ca. 8.

Quod Fratres secundum constitutiones ordinis Conuentibus in Lectores deputati, sine alterius licentia, & præuio examine, in domibus dicti ordinis in Theologica facultate liberè legere, & docere possint.

§. 5.

Concord. Con. Tri. Can. 3. & quędã alia adduntur, vt ibi.

Quod Ministri, & Diffinitores prouinciales possunt Fratres eruditos examinare, & in Prædicatores deputare in eorum Capitulis prouincialibus.

§. 6.

Moderatum per Con. Tri. Can. 16.

Quod Fratres ordinandos possint quibuscumque Episcopis communionem, & gratiam Sedis Apostolicæ habentibus præsentare, & absque eorundem examine illos ad Sacros Ordines promoueri facere.

§. 7.

Restrictũ est hoc priui. ad

Quod Fratres, vbi degunt, possint habere Oratoria, & cum Altari portatili celebrare, atque Sacramenta recipere.

§. 8.

Oratoria tantum ab Ordinariis approbata per Conc. Tri. Can. 20.

Quod Fratres tempore Generalis interdicti in suis Eccles. & alijs possint celebrare submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis interdictis exclusis; Et Sacramenta recipere, nisi causam dederint interdicto, vel specialiter sit eis prohibitum.

§. 9.

Moderatum per Con. Tri. Can. 47.

Quod Fratres in obsequijs suis morantibus Sacramenta ministrare eosq; sepelire licitè valeant.

§. 10.

Alij sent. de iure communi permittitur, & nonnullę aliæ concedũtur, per c. Tempore &c. sent. excom. in sexto, vt infra num...

In terris, vel personis interdictis, vel excommunicatis generaliter Fratrum seruitijs deputati sententiæ interdicti non ligantur, ibique possunt audire Diuina, nisi causam & ipsi interdicto dederint.

§. 11.

Quod Fratres possint in terris excommunicatorum morari, & tunc quando per eos transeunt, necessaria recipere valeant.

§. 12.

Prælati ordinis Fratrib. sibi commissis, & aliis eiusdem Ordinis ad ipsos declinantibus à sententia excommunicationis, & interdicti generaliter à Iudice promulgatis, siue ante ingressum, siue post incurrerint, beneficia absolutionis impendere, & cum huiusmodi ordinatis, etiam, qui in loco interdicto celebrauerint, dispensare possunt.

§. 13.

Prælati ordinis possunt à suis Confessorib. quos elegerint, absolui, & dispensari, eo modo, quo ipsi suos Fratres absoluere, & dispensare valent.

§. 14.

Quod intrantes ordinem à censuris (obseruata forma Canonica) à Prælatis ordin. possunt absolui, & dispensari, si celebrauerint in illis, vel loco interdicto, aut ordines receperint, ære alieno satisfacto, qui sic tamen absoluuntur, quod si mox ordinem non intrauerint, in easdem sententias relabantur.

§. 15.

Quod Fratres non possint citari, neque conueniri per literas Sedis Apostolicæ, vel Legatorum, nec ad pecuniam colligendam compelli, nec ad correctionem, visitationem Monasteriorum, vel Ecclesiarum, causarum cognitiones, aut causarum denunciationem, neque ad recipiendam curam Monialium, vel personarum Religiosarum extra ordinem, nisi

in litteris specialis mentio de i[illegible] di indubito fiat.

§. 16.

Quod ad confirmationum publicationem moderatur per Conc. Tri. c. 3. 31

Quod Fratres non compellatur ad visitanda Monasteria cuiusuis ordinis, & eorum confessiones audire, vel causarum commissiones, vel sententiarum exequutiones recipere.

§. 17.

Quod Fratres non compellantur ab Ecclesiarum Prælatis ad deferendas litteras, vel exequendum, aut denunciandum sententias contra Principes Communitates, populos, & benefactores, nec sint in causis vllis Assessores, sine licentia Papæ.

Concordat Conc. Tri. ca. 31

§. 18.

Quod Prælati ordinis possint Fratres Archiepiscoporum, & Episcoporum obsequiis per Sedem Apostolicam deputatos, corrigere, & reuocare.

§. 19.

Fratres prædicantes Crucem: vel contra hæreticos: auctoritate Apostolica per suos prælatos possunt amoueri, & alij in eorum locum subrogari, non obstantibus litteris Papæ.

§. 20.

Concordat Conc. Tri. ca. 7.

Inhibetur professis recessus ab ordine absque licentia Generalis, vel Prouincialis eorum: & recedentes absque licentia, etiam prætextu priuilegij Apostolici, nullus eos retinere valet, & secus facientes, possunt à Ministris excommunicari.

§. 21.

Licentiati à Papa, vel Ministro, seu superiori, si intra tres menses religionem minimè ingressi fuerint, eorum Prælati contra eos tamquam Apostatas procedere valent, sicut contra illos, qui post habitus susceptionem alterius religionis, infra tempus probationis in illa facta professione, inde præsumpserint resilire.

§. 22.

Possunt Prælati ordinis apostatas Fratres sui ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, in quocumque habitu, cum inuocatione brachij sæcularis.

§. 23.

Eiecti ab ordine à suis Prælatis, vel proprio motu egressi, prædicare, confessiones audire, vel docere non possunt, nisi ad aliam Religionem, vbi hæc munia exercentur de Prælatorum licentia speciali petransierint, & alias Prælati ipsos intra fines suarum prouincarum, vel custodiarum monitione præmissa excommunicare possunt.

§. 24.

Professi, vel eiecti ab ordine à suis Prælatis cũ eorum litteris ad alios licentiare religiosos minime liceat, præterquam ad Beati Augustini professores, Templarios, Hospitalarios, aliosque religiosos arma gestantes, & inhibetur ne prædicti in aliis ordinibus absque speciali licentia Sedis Apostolicæ recipiantur, & retineantur.

Moderatur per Concil. Tri. cã. 7.

§. 25.

Nullus in Religionis ordine, vel extra, habitum Fratrum, vel similem deferre sine Papæ mandato, & ad deponendum per Episcopum sub pœna excommunicationis compellatur.

Prohibetur dari licentiam Regulari occulte ferendi habitum suæ religionis per Con. Tri. cap. eod.

§. 26.

De hortis, & virgultis inhibetur exigi posse Decimas.

§. 27.

Prælati ordinis possunt in vsus pios conuertere omne id, quod intrantes eorum Religionem restituere tenentur, dummodo ij, quibus restituendum fuerit, nesciantur, vel non inueniantur.

§. 28.

Apud Fratres sepultura potest ab omnibus liberè eligi, præterquam ab excommunicatis, interdictis, ac publicis vsurarijs, saluo iure Ecclesiarum, à quibus corpora assumuntur, & leuantur.

Concordat Conc. Tri. Sess. cap. 58.

§. 29.

Inhibetur defunctorum corpora in cæmeterium Fratrum eis inuitis sepeliri, vel in suis Ecclesijs Missas, vel mortuorum exequias celebrari.

Moderatur per Con. Tri. cap. 24. & 50.

§. 30.

Prohibetur quoque Fratribus, nisi in necessitatibus, confiteri alijs, quam Sacerdotibus ordinis.

§. 31.

Inhibetur Ecclesiarum prælatis, ne inuitis Fratribus suas confessiones audiant, ad Synodum vocent, vel cum eis extra Ciuitates processionaliter exeant, nec suis Constitutionibus subijciant, vel Inquisitiones, & Capitula de ipsis Fratribus faciant, fidelitatis iuramentum, ac manualem obedientiam ab ordinis Prælatis minimè exigant, aut de statutis ordinis sese intromittant, neque euocati in Ciuitatibus, & Villis à populis ne accedant, prohibeant, neque Ecclesias ædificent, & contra construentes excommunicare præsumant.

§. 32.

De oblationibus, & legatis quibuscumque factis

factis domibus, seu Ecclesiis Fratrum nulla portio Canonica soluatur, neque aliquid a defunctorum exequutoribus exigatur.

Absque ordinarij licentia prius eb tenta loca per Regulares ædificari non possunt Cōc. Tri. Can. 30.

§. 33.

Conceditur Fratribus, quod quotiescumque de prioribus locis ad alia loca se transferre cōtingit, exceptis Ecclesiis, possint ædificiorum materiam, similiter claues, libros, & paramenta secum transferre, & ædificia cum solo (exceptis Ecclesiis,) per procuratores vendere, & precium in necessarios vsus conuertere, & bona prædicta, ne ab vllo occupari possint, prohibetur.

Restringitur in quibusdā casibus per Conc. Trid. Sess. 7. cap. 14. Sess. 6. c. 3. & Sess. 25. c. prohibet, §. Nec liceat & Dec. Cle. VIII. Const. 3

§. 34.

Conceditur etiam Fratribus ne ad Legatorum vel Episcoporum præstationem exactionis, vel subsidiorum, nec ad ea soluenda per litteras Apostolicas non facientes de indulto huiusmodi mentionem, compelli possint.

§. 35.

Conceditur quòd Fratres nec ratione delicti, vel rei, aut contractus coram ordinariis conueniri valeant.

§. 36.

Irritantur, & annulantur omnes pœnæ, & suspensionis, excommunicationis, & interdicti sententiæ contra concessiones, constitutiones, & inhibitiones Apostolicas in Fratres, loca, dictorumque Fratrum benefactores, vel exequutores, aut heredes prædictorum promulgatæ.

Quod interdicta seruanda moderatur per Cōc. Tri. can 47. Reuocatū per Conc. Trid. can 20.

§. 37.

Extenditur supradictum priuilegium de interdicto, quòd illius tempore possint Fratres, & Sorores tertii ordinis ac d. Fratrum procuratores ad diuina Officia audienda admitti, & cum Altari portatili, etiam extra Oratoria eorumdem in loco tamen honesto, & congruenti, ipsi Fratres Missam, & alia diuina Officia celebrare valeant.

Exceptis casibus in Bulla Cænæ Domini collectis, qua huiusmodi prius eg. rogat.

§. 38.

Quod Prælati ordinis possint absoluere Fratres ab omnibus casibus & censuris, etiam simoniacos, præterquam hæreticos, schismaticos, litterarum Apostolicarum falsarios, & prohibita ad infideles deferentes, nam in istis quatuor casibus tenentur delinquentes ad Sedem Apostolicam pro absolutione obtinenda destinare.

§. 39.

Declaratur, quod priuilegium sepulturæ prædictum nullius requisita licētia, parochias cum Cruce processionaliter, vbi fuerint corpora, ingredi possint, illaque leuare, & ad eorum Ecclesias deferre, vbi fieri consueuit, vel presbyteri id facere requisiti recusarent, nec cogi possint prius ad parochias corpora ipsa deferre, vel morâ aliqua Officia, vel Missas ante, vel post sepulturam celebrare.

Innouatū ac moderatum per Conc. Trid. can. 63.

§. 40.

Declaratur etiam iustitiam Ecclesiarum à quibus corpora ipsa defunctorum leuantur, saluam esse debere, in eo casu tantum, in quo corpora apud ipsos Fratres sepeliuntur, de illis verò rebus, quæ Fratribus donata, vel relicta fuerint, contemplatione defunctorum, qui apud alias Ecclesias tumulantur, seu de illis, quæ eis quoquomodo directe, vel per obliquum occasione prædicta obtinuerint, nulla canonica, aut parochialis portio detur, seu tribuatur.

§. 41.

Quod de piè legatis, relictis, & dispositis dictis Fratribus, & eorum domibus, locis, & Ecclesiis in genere vel in specie nulla portio soluatur, & si aliqua soluenda alicui personæ, vel loco, ex mandato Apostolico, præcipiatur legata Fratrum in ipso mandato inclusa minimè censeantur.

§ 42.

Declaratur etiam, quod priuilegium de decimis non soluendis per dictos Fratres ad Papales extendantur.

Moderatum, vt sup. notatur in priuil. §. 35.

§ 43.

Decernitur, quod prætextu cuiuscumque Constitutionis Apost. & præsertim Innocentii IV. nullo modo Fratres excommunicari, vel interdici per prælatos valeant, nec vllam superioritatem super eos, & eorum loca, bonaque velut notorie exempta, omninò sibi vendicare præsumant, etiam ratione contractus, delicti, seu rei, de quibus ageretur.

§. 44

Decernitur quoque, quod omnes sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, specialiter, seu generaliter, contra personas, domos, & loca Fratrum quomodolibet promulgatæ, & processus quicumque contra eorum exemptiones facti, nullius roboris sint, vel momenti, & pro infectis omnino habeantur.

in litteris specialis mentio de [illegible] di indulto fiat.

§. 16.

Quod ad confessionum publicationem moderatur per Conc. Tri. cā. 31

Quod Fratres non compellatur ad visitanda Monasteria cuiusuis ordinis, & earum confessiones audire, vel causarum commissiones, vel sententiarum exequutiones recipere.

§. 17.

Concordat Conc. Tri. ca. 31

Quod Fratres non compellantur ab Ecclesiarum Prælatis ad deferendas litteras, vel exequendum, aut denunciandum sentētias contra Principes Communitates, populos, & benefactores, nec sint in causis vllis Assessores, sine licentia Papæ.

§. 18.

Quod Prælati ordinis possint Fratres Archiepiscoporum, & Episcoporum obsequijs per Sedem Apostolicam deputatos, corrigere, & reuocare.

§. 19.

Fratres prædicantes Crucem: vel contra hæreticos: auctoritate Apostolica per suos prælatos possunt amoueri, & alij in eorum locum subrogari, non obstantibus litteris Papæ.

§. 20.

Concordat Conc. Tri. ca. 7.

Inhibetur professis recessus ab ordine absque licentia Generalis, vel Prouincialis eorum: & recedentes absque licentia, etiam prætextu priuilegij Apostolici, nullus eos retinere valet, & secus facientes, possunt à Ministris excommunicari.

§. 21.

Licentiati a Papa, vel Ministro, seu superiori, si intra tres menses religionem minimè ingressi fuerint, eorum Prælati contra eos tamquam Apostatas procedere valent, sicut contra illos, qui post habitus susceptionem alterius religionis, infra tempus probationis in illa facta professione, inde præsumpserint resilire.

§. 22.

Possunt Prælati ordinis apostatas Fratres sui ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, in quocumque habitu, cum inuocatione brachij sæcularis.

§. 23.

Eiecti ab ordine à suis Prælatis, vel proprio motu egressi, prædicare, confessiones audire, vel docere non possunt, nisi ad aliam Religionem, vbi hæc munia exercentur de Prælatorum licentia speciali pertransierint, & alias Prælati ipsos intra fines suarum prouincarum, vel custodiarum monitione præmissa excommunicare possunt.

§. 24.

Moderatur per Concil. Tri. cā. 7.

Egressi, vel eiecti ab ordine à suis Prælatis cū eorum litteris ad alios licentiare religiosos minimè liceat, præterquam ad Beati Augustini professores, Templarios, Hospitalarios, aliosque religiosos arma gestantes, & inhibetur ne prædicti in alijs ordinibus absque speciali licentia Sedis Apostolicę recipiantur, & retineantur.

§. 25.

Prohibetur dari licentiam Regulari occultè ferendi habitum suæ religionis per Con. Tri. cap. eod.

Nullus in Religionis ordine, vel extra, habitum Fratrum, vel similem deferre sine Papæ mandato, & ad deponendum per Episcopum sub pœna excommunicationis compellatur.

§. 26.

De hortis, & virgultis inhibetur exigi posse Decimas.

§. 27.

Prælati ordinis possunt in vsus pios conuertere omne id, quod intrantes eorum Religionem restituere tenentur, dummodo ij, quibus restituendum fuerit, nesciantur, vel non inueniantur.

§. 28.

Concordat Conc. Tri. Sess. cap. 58.

Apud Fratres sepultura potest ab omnibus liberè eligi, præterquam ab excommunicatis, interdictis, ac publicis vsurarijs, saluo iure Ecclesiarum, à quibus corpora assumuntur, & leuantur.

§. 29.

Moderatum per Con. Tri. cap. 24. & 50.

Inhibetur defunctorum corpora in cæmeterium Fratrum eis inuitis sepeliri, vel in suis Ecclesijs Missas, vol mortuorum exequias celebrari.

§. 30.

Prohibetur quoque Fratribus, nisi in necessitatibus, confiteri alijs, quam Sacerdotibus ordinis.

§. 31.

Inhibetur Ecclesiarum prælatis, ne inuitis Fratribus suas confessiones audiant, ad Synodum vocent, vel cum eis extra Ciuitates processionalites exeant, nec suis Constitutionibus subijciant, vel Inquisitiones, & Capitula de ipsis Fratribus faciant, fidelitatis iuramentum, ac manualem obedientiam ab ordinis Prælatis minimè exigant, aut de statutis ordinis sese intromittant, neque euocati in Ciuitatibus, & Villis à populis ne accedant, prohibeant, neque Ecclesias ædificent, & contra construentes excommunicare præsumant.

§. 32.

De oblationibus, & legatis quibuscumque factis

factis domibus, seu Ecclesiis Fratrum nulla portio Canonica soluatur, neque aliquid a defunctorum exequutoribus exigatur.

Absque ordinarij licentia prius ob tenta loca per Regulares ædificari non possunt Côc. Tri. Can. 30.

§. 33.

Conceditur Fratribus, quod quoties umq; de prioribus locis ad alia loca se transferre cōtingit, exce[p]tis Ecclesiis, possint ædificiorum materiam, imo[?] clanes, libros, & paramenta secum transferre, & ædificia cum solo (exceptis Ecclesiis,) per procuratores vendere, & precium in necessarios vsus conuertere, & bona prædicta, ne ab vllo occupari possint, prohibetur.

Restringitur in quibusdā casibus per Conc. Trid. Ses. 7. cap. 14. Ses. 6. c. 3. & Sess. 25. c. prohibet, §. Nec liceat & Dec. Cle. VIII. Cons. 3

§. 34.

Conceditur etiam Fratribus ne ad Legatorum vel Episcoporum præstationem exactionis, vel subsidiorum, nec ad ea soluenda per litteras Apostolicas non facientes de indulto huiusmodi mentionem, compelli possint.

§. 35.

Conceditur quòd Fratres nec ratione delicti, vel rei, aut contractus coram ordinariis conueniri valeant.

§. 36.

Irritantur, & annulantur omnes pœnæ, & suspensionis, excommunicationis, & interdicti sententiæ contra concessiones, constitutiones, & inhibitiones Apostolicas in Fratres, loca, dictorumque Fratrum benefactores, vel exequutores, aut hæredes prædictorum promulgatæ.

Quod interdicta seruanda moderatur per Côc. Tri. can 47.

§. 37.

Extenditur supradictum priuilegium de interdicto, quòd illius tempore possint Fratres, & Sorores tertii ordinis acd. Fratrum procuratores ad diuina Officia audienda admitti; & cum Altari portatili, etiam extra Oratoria eorumdem in loco tamen honesto. & congruenti, ipsi Fratres Missam, & alia diuina Officia celebrare valeant.

Reuocat: per Conc. Trid. can 20.

§. 38.

Exceptis casibus in Bulla Cænæ Domini collectis, qua huiusmodi priuileg. rogat.

Quod Prælati ordinis possint absoluere Fratres ab omnibus casibus & censuris, etiam simonia os, præterquam hæreticos, schismaticos, litterarum Apostolicarum falsarios, & prohibita ad infideles deferentes, nam in istis quatuor casibus tenentur delinquentes ad Sedem Apostolicam pro absolutione obtinendā destinare.

§. 39.

Declaratur, quod priuilegium sepulturæ prædictum nullius requisita licētia, parochias cum Cruce processionaliter, vbi fuerint corpora, ingredi possint, illaque leuare, & ad eorum Ecclesias deferre, vbi fieri consueuit, vel presbyteri id facere requisiti recusarent, nec cogi possint prius ad parochias corpora ipsa deferre, vel inibi aliqua Officia, vel Missas ante, vel post sepulturam celebrare.

§. 40.

Declaratur etiam iustitiam Ecclesiarum à quibus corpora ipsa defunctorum leuantur, saluam esse debere, in eo casu tantum, in quo corpora apud ipsos Fratres sepeliuntur, de illis verò rebus, quæ Fratribus donata, vel relicta fuerint, contemplatione defunctorum, qui apud alias Ecclesias tumulantur, seu de illis, quæ eis quoquomodo directe, vel per obliquum occasione prædicta obtinuerint, nulla canonica, aut parochialis portio detur, seu tribuatur.

Innouatā ac moderatum per Conc. Trid. can. 63.

§. 41.

Quod de piè legatis, relictis, & dispositis dictis Fratribus, & eorum domibus, locis, & Ecclesiis in genere vel in specie nulla portio soluatur, & si aliqua soluenda alicui personæ, vel loco, ex mandato Apostolico, præcipiatur legata Fratrum in ipso mandato inclusa minime censeantur.

§. 42.

Declaratur etiam quod priuilegium de decimis non soluendis per dictos Fratres ad Papales extendantur.

§. 43.

Decernitur, quod prætextu cuiuscumque Constitutionis Apost. & præsertim Innocentii IV. nullo modo Frates excommunicari, vel interdici per prælatos valeant, nec vllam superioritatem super eos, & eorum loca, bonaque velut notorie exempta, omninò sibi vendicare præsumant, etiam ratione contractus, delicti, seu rei, de quibus ageretur.

Moderatum, vt sup. notatur in priuil. §. 35.

§. 44

Decernitur quoque, quod omnes sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, specialiter, seu generaliter, contra personas, domos, & loca Fratrum quomodolibet promulgatæ, & processus quæcumque contra eorum exemptiones facti, nullius roboris sint, vel momenti, & pro infectis omnino habeantur.

Ff §. 45.

§. 45.

Conceditur ipsis Fratribus, quod Sacramentum Eucharistiæ, & Vnctionis extremæ sibi confitentibus subministrare impune valeant, recusantibus parochialium Ecclesiarum Rectoribus, super qua derogatione assertioni eorumdem confessorum stari debeat.

§. 46.

Conceditur autem, quod bona Monasteriorum a Monialibus S. Claræ destitura, Conuentibus Fratrum Minorum propinquioribus applicari possint.

§. 47.

Decernitur etiam, quod nullus cum habitu Fratrum possit extra Ecclesias eorum sine licentia ipsorum Fratrum sepeliri, etiam si personæ Tertii ordinis sint, & alibi elegerint sepulturam, neque in loco electo valeant sepeliri, nisi de Fratrum ordinis, & habitus expressa licentia.

§. 48.

Moderatum per Concil. Tridenti ian 6. Conceditur pariter, quod supra Ecclesias parochiales apud domus Fratrum constructas & construendas ordinarii nullam superioritatem sibi vendicare præsumant, & quod Fratres in dictis Ecclesiis per Capellanum per eos admouendum ponendum, & amouendum, curam animarum exercere valeant, & quamdiu dictus Capellanus officium exercuerit eadem libertate, & exemptione Fratrum lætetur, & fruatur.

§. 49.

Indulgetur quoque Prælatis ordinis, quod possint cum professoribus suis super irregularitate ex defectu natalium, adulterio, incestu, & sacrilegio; & quouis alio nefario, & illicito coitu, & irregularitate, præterquam ex homicidio voluntario, bigamia, & membrorum mutilatione, post professionem in ordine cōtracta, ita (sic vt præfertur) dispensari ad Sacros ordines promoueri, & omnes administrationes, officia, & dignitates in ordine consequi, & retinere valeant.

§. 50.

Dummodo ab Ordinariis fiet approbati. Item declaratur, quod quicumque ex vtriusque sexus Christi fidelibus tempore a iure statuto Fratribus Mendicantibus eorum peccata confessi fuerint, eadem parochialis Ecclesiæ Rectoribus iterum confiteri minime teneantur, & aliter sentiens, tamquam de heræsi suspectus damnetur, & inquisitoribus hæreticæ prauitatis contra pertinaciter id asserentes procedendi tribuitur facultas. Concil. Triden. Sess. 23. c. 15 Quamuis.

§. 51.

Conceditur pariter, quod Fratres Prædicatores gaudeant eisdem priuilegiis, quibus Minores, & è contra. & quod Sorores Sanctæ Claræ priuilegiis Sororum Prædicatorum, & è contra mutuis lætentur, & fruantur priuilegiis, tam concessis, quàm in futurum concedendis.

§. 52.

Censuræ, & pænæ Ecclesiasticæ ipso facto incurrendæ statuuntur contra prælatos, & alias personas, quæ turbare, seu molestare fratres in eorum priuilegiis audent, ac ad id auxilium, consilium, vel fauorem dantes sub eisdem pœnis comprehenduntur.

§. 53.

Conceduntur exequutores, & iudices conseruatores, qui ipsos fratres in eorum priuilegiis tueantur, & defendant, & in quibuscumque earum causis quacumque ratione, & causa, quæ excogitari possit, per ipsos Fratres mouenda, iustitiæ complementum in eis administrent, cum omnimoda potestate exequendi quidquid per eos ordinatum fuerit, necnon cum facultate excommunicandi, suspendendi, & interdicendi, & brachium sæculare inuocandi, ac in prædictis causis summariè, simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta contra quoscumque quacumque dignitate, vel exemptione munitos procedendi.

§. 54.

Derogatur etiam omnibus, & singulis dispositionibus, seu Constitutionibus, etiam intratis, etiam Apostolicis ipsorum fratrum priuilegiis, tam concessis, quam in posterum concedendis aduersantibus.

§. 55.

Decernitur demum, quod transumptis dictorum priuilegiorum, & litterarum Apostolicarum manu propria Notarii Curiæ causarum Cam. Apost. aut alicuius Episcopalis, vel Archiepiscopalis sigillo munitis ea prorsus in iudicio, & extra, vbicumque fuerint ostensa, fides eadem adhibeatur, ac si originales essent exhibitæ, vel ostensæ.

IN-

INDEX.

Priuilegiorum quæ in Constit. eius. tem Sixti IV. Bulla Aurea nun. pata continetur.

§. 1.

Approbantur per Sixtum IV. & de nouo conceduntur omnes gratiæ, indulgentiæ, & priuilegia Prædicatoribus, & minoribus fratribus.

§. 2.

Approbantur etiam indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias, Capellas, & Oratoria Fratrum Prædicatorum, & Minorum, nec non Sororum S. Claræ tertii ordinis.

§. 3.

Conceditur quoque visitantibus dicta loca in festiuitatibus Sanctorum ordinis anni quinquaginta, & totidem quadragenæ, & in festiuitate S. Dominici, & S. Francisci centum anni, & totidem quadragenæ.

§. 4

Reuocata fuit huiusmodi potestatis restrictio per eundem Sixtum Const. 3.

Indulgetur Fratribus professis dictorum ordinum plenaria absolutio ab omnibus reseruatis, & plenaria peccatorum remissio semel in vita, ac in mortis articulo.

§. 5.

Datur potestas absoluendi à casibus Papalibus per Magnum Prouincialibus, & eorum Vicariis, & Custodibus concessa, Vicariisque Generalibus, aut ijs, quibus à generali fuerit delegatio reseruata.

§. 6.

Conceditur, quod Sorores S. Claræ, S. Dominici, ac procuratores, syndici, & oblati, ac vtriusque sexus tertii ordinis de pœnitentia gaudeant omnibus priuilegiis Fratrum Prædicatorum, & Minorum ordinibus concessis, & concedendis.

§. 7.

Ordinarii, & Officiales, & Vicarii, aut curati suadentes, vel præcipientes subditis ne Fratribus eleemosynas audeant erogare, suspenduntur ab ingressu, & regimine, & administratione suarum Ecclesiarum; alij verò inferiores excommunicantur, subditi verò non tenentur præceptis huiusmodi obedire, & sententia excommunicationis ob causam prædictam contra eos lata minimè ligantur.

§. 8.

Conceditur, quod corpora eligentium sepeliri cum habitu Fratrum possint deferri discooperta sine pallio, vel tegumento.

§. 9.

Decernitur, quod Fratres beneficiari nō possint habere vocem actiuam, vel passiuam; nec priuilegijs gaudere valeant, nisi de licentia Prælatorum ordinis.

§. 10

Magistro Prædicatorum, & Ministro Minorum tribuitur facultas examinandi, & corrigendi inquisitores hæreticæ prauitatis, & quod inuicem non se impediant.

§. 11.

Conceditur quoque Fratribus prædicatoribus, & Minoribus, Sororibusque S. Claræ, ac vtriusque sexus tertij ordinis, vt omnium aliorum ordinum Mendicantium gratijs, indulgentijs, & priuilegijs coniunctim, vel diuisim concessis, gaudeant, & fruantur.

§. 12.

Statuuntur pœnæ, & censuræ Ecclesiasticæ, ipso facto incurrendæ contra inobedientes, seu aliquid in contrarium mandantes.

§. 13.

Apponuntur contrarijs quibuscumque clausulæ derogatoriæ.

§. 14.

Decernitur fides transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo auditoris Cameræ Apostolicæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra adhibenda.

De Priuilegiorum decoratione. Cap. VI.

CVM priuilegia per Summum Pontificē concessa, ab eius successoribus in totum, vel in partem ad eius libitum moderari, & reuocari possint, eo quoniam illius manus à prædecessore neque ligari, neque illius, & Sedis Apostolicæ potestatis plenitudo diminui valeat. Ideo Regularium priuilegia immutabilia non sunt, nisi in quantum à successoribus Papæ concedentis minime reuocantur, etiamsi in dictis priuilegijs, sicut alijs Apostolicis constitutionibus apposita sit clausula, quod non intelligantur reuocata per quamcumque posteriorem constitutionem, nisi de eis specialis de verbo ad verbum mentio fiat. Nam si Papa postquam ex speciali priuilegio concesserit aliquibus Fratribus seu Monialibus, quod nulli teneantur soluere decimas, & deinde mittat in partibus legatum suum a latere cū potestate, & facultate imponendi decimas, etiā priuilegiatis, & exemptis, non obstantib. quibuscumque priuilegijs, gratiis in contrarium facientibus, *ex Cum ord. de Const. ca. 1 de Con. in 6.*

Alexand. consil. 122. vol. 4. i.c.1. de Consil. in 6. Henric. Heriquez de Sacr. iure Ius a in sum. Theol. mor. l. 7. de indul gen. c. 22.

etiam si de illis specialis mentio fieri deberet, nulli dubium est, quod per prædictas clausulas generales derogatorias priuilegiorum di-ctis Monialibus cens[...]tur a[...]latum, quoniam cum priuilegia diuersis locis, & personis concessa ferè innumera sint, & in facto consistant, & ob id Pontifex de singulis memoriam habere minimè valeat, impossibile foret, quòd de omnibus mentionem de verbo ad verbum facere posset, & ideò satis est, quod priorib. priuilegiis derogare voluisse cõstet, nam ex quo omnia iura in scrinio, pectoris habet, potest priores constitutiones, ad eius libitum reuocare, & nouas conce[...]re, quamuis in nouis de veteribus n[...]llam mentionem faciat, quòd intelligendum est de derogationę, & suspensione priuilegiorum, quę quotidie fit per concessionem B[...]æ Cruciatæ, vel Fabricæ Ecclesiæ Apost. Petri, & Pauli, siue Iubilæi plenissimi Anni Sancti, aut aliarum similium, sub quarũ suspensione comprehenduntur ea omnia dũtaxat in Priuilegiis Regularium contenta, quę impedire, vel retrahere possent effectum illorum, quæ per dictam Bullam Cruciatę, & Iubilæi facienda disponuntur, & exortantur, videlicet, Romam proficisci ad cons[...]quendum Iubilæum, necnon se ad Bel[...]um contra infideles conferre, vel Bullam accipere, & con[...]ere certam pecuniæ quantitatem pro eadem causa, pro qua non omnia Regularium priuilegia suspenduntur, sed spiritualia tantum, in illis patribus quæ contentis in dictis Bullis Cruciatæ, & Iubilæi aduersantur, & hęc regulariter sunt quinque, videlicet Indulgentia Plenaria, Authoritas commutandi vota, Authoritas in illis dispensandi, potestas componen[...] in manē a[...]lacis incerti, facultas eligendi sibi confessores, & a casibus Sedi Apostolicæ reseruatis absoluendi, quæ omnia quo ad sæculares tantum ipsis Fratribus vtenda & exercenda interdicuntur, quo verò ad Fratres, Moniales, & Tertiarias vtriusque sexus personas, in omni[...]us remanent firma eorum priuilegia, ita vt omnibus illis, & eorum Prælatis per eadem priuilegia concessis libere, & licite, vti possint.

Noster de Indul. n. 28. nu. 2. C. E. S. priui. M. in ve. b. Pri uil 93 & 4 Pius V Const 14.

Neque facultates à iure communi concessæ, ac priuilegia in corpore Iuris clausa, & per vsum tolerata, per prædictas Bullas Cruciatæ seu Iubilæi, suspenduntur ad trad. per Bart. in extrauag. Ad reprimen. in verb. Non obstantibus, in fine, nam pro suspensione illorum, quæ in iure communi continentur, etiam si sit priuil[...]gium, oportet nihilo[...]nus, vt per Summum Pontificem in sua Bulla exprimatur, quemadmodum quando s[...]spendere, seu reuocare vult ea, quæ vsu tolerant[...]r, hanc clausulam mandat apponi Non obstantibus consuetudinibus, vt in Bulla cænæ Domini fieri consueuit, sed cum variæ sint Apostolicarum litterarũ dispositiones, ideò attentè inspicienda sunt illarum verba, tenores, & clausulæ derogatoriæ, & iuxta earum continentiam tunc est iudicandum.

An Regularium priuilegia per non vsum, seu contrarium vsum, aut per præscriptionem tollantur Cap. III

LICET priuatorum priuilegia regulariter per non vsum decennii, secundum iura, & communiter scribentes tolli videãtur, tamen in priuilegiis Regularium id locũ minimè habere dignoscitur, cũ illa non priuatim singulis Fratribus, sed vniuerso eorum ordini, & Congregationi, Domibus, locis, & Ecclesiis perpetuo cõcessa sint, & propterea Fratres neq; eis renunciare, neque per contrarios actus possint illis præiudicium inferre, iu[...]ta ea, quę notantur per Panorm. in ca. Accessisset, de Const. in fi. vbi inquit, quod quando vnus vtitur, & non alter priuilegio amborũ vniuersitati concesso, tunc non vtens vtenti non præiudicat, quod quidem ex indulto Apost. confirmatur, quo expresse cauetur, quod si contingat per vnum, aut per plures actus à quouis eorumdem Regularium negligenter, seu ignoranter, aut scienter contra ipsa priuilegia aliquid attentari, quod nul[...]um propter hoc eis præiudicium generetur, sed illa in suo robore permanere censeantur; & quamuis preallegata Sũmi Pontificis declaratio vsui priuilegiorum, illorumque c[...]ntrauentioni non obstatet, nihilominus per non vsum ex iuris dispositione haud tollerentur, nisi vniuersis illius ordinis, cui prin[...]ipaliter priuilegium esset concessum per 40. annos [...]ienter, & voluntariè, necnon oblata [...]tendi facultate, & occasione, illis vsi non fuissent, quæ omnia ad perdendum priuilegiũ requiruntur, quod secus esset, si priuilegium ignorarent, aut impediti, eo vti non possent, vel occasio [...] ndi minimę se offerret, tunc. n. non admitteretur priuilegium, quoniam qui nequit vti, nõ est in mora, neq; in culpa, quẽad modum

Gloss. & Can. in c. Accedentib. de priuileg. Bart. & D. in l. fin. ff. de Conc. c. si diligenti, de foro compe. Eug. IV. Const. 3.

Gloss in c. Abbat. de verb. sig. & ibi Bart. & Pan.

modum habens ius eligendi Rectorem ad aliquam Ecclesiam, dum vacare contingit, si per centum annos non vacet, non propter hoc suo iure priuatur, quod etiam procedit in priuilegio, quo aliquid operandi, & agendi facultas tribuitur (cuiusmodi sunt ferè omnia Regularium priuilegia) si prædictas facultas formaliter in expressa, & libera voluntate priuilegiati constituta sit, quoniam exscribendum attestatione Canonici non vtendo facultate optandi meliores præbendas cum vacant iuxta facultatem ex consuetudine, aut statuto eis traditam, illam non perdunt, quauis ea quocumque temporis spacio non vtantur, quia huiusmodi facultas ad libitum, & simplicem voluntatem Canonicorum vtendi concessa existit.

Gloss. in c. vt priuil. in Glos. penult. in fine de priu. Io. A. d. Ge. & alij in c. fin. de consuet. in.

Nec etiam per quadragenariam præscriptionem tolluntur præfatorum Regularium priuilegia, cum ex indulto Apostol. eis concesso, & communicatio non currat, nisi elapso sexagenario anno, vt infra dicetur, & licet per quadriennium præscribentur, sicut aliarum Ecclesiarum præscribuntur, nihilominus aduersum Regularia priuilegia haud completi posset præscriptio, quoniam iam Inchoata ex Summorum Pontificum frequenti illorum confirmatione, & innouatione, ex certa scientia motu proprio, & ex potestatis plenitudine facta, interrumpatur, eisque prorogatur, qua quidem innouatione priuilegia ipsa in pristinum statum aduersus quæcumque obstantia reducuntur, & conseruantur.

Tit de præsc. c. 1. c. De quatra. & c. illud, de præsc. & ibi D. D. c. Ex parte de priuil.

De Priuilegiorum Regularium confirmatione, & validitate Cap. IV.

VALIDA profecto sunt Mendicantium priuilegia, cum illa tam firma, & illæsa ipsis Regularibus esse debere ex Decreto Concilij Trident. fuerit declaratum, tum etiam cum per diuersos Sanctos Romanos Pontifices confirmata, innouata, ac de nouo fuerint concessa, Decretis tamen & sacris Canonibus Concilij Tridentini non contraria, quæ quidē clausulis non de iis in corpore iuris, nempe in decretis, & decretalis clausis, vt at qui male opinati sunt, sed quidem de sacris canonib. & decreti Concilij Tridentini dumtaxat est intelligenda, cum tantum Concilium Tridentinum ex onibus quoad fidei dogmata, rerumque doctrinam ac etiam decretis, quoad fidelium reformationem, & Ecclesiæ gubernationem constare tam apertissimè constet, & propterea per illam copulam, & canones cum decretis eiusdem Concilij Tridentini coniunguntur.

Infr. cap. 66 per Cle. viij. Const. 8. Paul. iij Const. 1. Paul. 4. Const. 1. Gre. xiij Const. 8. 9. 10 Sixt. V Const. 6.

Præterea, per huiusmodi priuilegiorum confirmatione, & innouatione, vt supra pluries iteratis, ex amplissimis clausulis derogatorijs in illis appositis contraria, & aduersa quæcumque omninò tolluntur, quarum verba cum in litteris Apostolicis semper aliquid (prout sonant) operari debeant, meritò ergo prædictas clausulas, & præsertim per illam: Non obstantibus iuxta illarum, & illius vim, & efficaciam moderationi ipsorum priuilegiorum in Concilio generali Lateranen. sub Leone X. editæ aliisque Constitutionibus, & litteris Apostolicis in contrarium facientibus fuit, & est specialiter, & expresse derogatum.

Sozi. cons. fil. 3. vol. 2. rñ in vi bus per eam ili. autorit.

Nec obstat prædictis Constitutio illa Gregorij XIII. qua priuilegia à Pio V. omnibus Regularibus concessa, reuocantur, quoniam per illam suam posteriorem constitutionem confirmatoriam priuilegiorum ordinis Sanct. Francisci ipsemet Gregorius non solum litteris Apostolicis contrarijs suorum prædecessorum, sed etiam suis derogauit, inter quas dicta constitutio reuocatoria edita reperiebatur, si cui sub eiusdem Gregorij Pontificatu per nunc temporis Cameræ Apostolicæ Auditorem exequutorem ordinarium litterarum Apostolicarum in vim dictarum litterarum confirmatoriarum ipsa, & priuilegia Pij V. ad instantiam Procuratorum ordinum Mendicantium exequutioni demandata fuere, in illis tantum partibus & declarationibus in quibus nonnulla decretis Concilij Tridentini contraria ipsis Regularibus concessa videbantur, nam in cæteris alijs priuilegia eiusdem Pij V. per dictam ipsius Gregorij Fratribus S. Hieronymi Iesuatorum, & Sixti V. posteriorem confirmationem, & renouationem, sunt in pristinum statum reducta, cum derogatione plenissima, quibuscumque contrarijs, & præsertim constitutionibus in corpore iuris clausis, nempè, super Cathedram Bonifacij VIII. de sepulturis, & Clementinæ, Religiosi de priuilegijs, & Dudum de sepulturis, & ex frequentibus de sententia excommunicationis, ac extrauag. n. Ad conditorem. Ioan. xxij. de verbor. significat. in illis dumtaxat, quæ priuilegijs ipsis confirmatis aduersa existunt, cæteris vero in suo robore permanentibus, prout in dictis litteris confirmatorijs expressè declaratur. Ex quibus concluditur quod regulares, omnibus, & singulis priuilegijs prædictis tam per Breue, quam viuæ

Const. 12. l. sed & postea ff. de le. 30. & l. Generali. Auth In gressi. C. de sacro. S. Eccl. sup in Bullis Greg 13. num 12. Const. viij & Con. 6.

Alex. Con. 122.

vol. 4. et in alijs per eum ibi alleg. viuę vocis oraculo, ac per supplicationem cum clausula quod sola signatura sufficiat in iudicio, & extra, etiam in foro conscientiæ, veluti supra confirmatis, & innouatis, frui, & vti libere, & licite possint.

De Communione priuilegiorum inter omnes Mendicantium ordines, illorumque ad singulas cuiusque ordinis personas, Domos, loca, & Ecclesias extensione. Caput. V.

VERVM cum omnes sacri Mendicantium ordines in agro militantis Ecclesiæ superna dispositione plantati esse dignoscantur, illorumque professores ob fidei Catholicæ declarationem continuo indefesse laborent, fructusque afferant in Dei Ecclesia salutares, dignum, & æquum arbitrata est sancta Mater Ecclesia, vt quos par labor, paria que merita coniungerent, pari quoque coniungerent eiusdem sanctæ Sedis priuilegia, fauores, & gratiæ. Et propterea vnusquisque Mendicantium ordo communicationem priuilegiorum, tam concessorum, quàm concedendorum aliorum ordinum Mendicantium à Sixto Quarto, Innocentio octauo, Alexandro Sexto, Iulio Secundo, & Clemente Octauo Summis Romanis Pontificibus per eorum litteras in forma Breuis, specialiter obtinuit. At Leo X. ad singulos dictorum Mendicantium ordines affectum æqua lance gerens, omnia & singula priuilegia, facultates, immunitates, & gratias, tam spiritualcs, quam temporales Prædicatorum Minorum, Eremitarum Sanct. August. Carmelitarum, Seruorum B. Mariæ, ac Minorum Fratrum ordinibus, eorumque Congregationibus, Ecclesijs, & domibus a Sede Apostolica, aut alias ab authoritate habentibus coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in specie concessa, & quæ in posterum concederentur inter singulas dictorum ordinum personas, loca, Domus, & Ecclesias, pariformiter communia fuisse, & esse voluit, & declarauit, ac si vnicuique ex dictis ordinibus in specie, nominatim, & principaliter concessa fuissent; ad quas etiam facultates, gratiæ, & priuilegia omnia alijs ordinibus & congregationibus quibuscumque non Mendicantium quomodolibet concessa, & concedenda regulari Obseruantiæ non contraria per Clementem VII. aliosque Summos Romanos Pontifices, latissime sunt extensa, ita vt Mendicantes possint non Mendicantium priuilegijs vti, & frui possint in omnibus & per omnia, perinde, ac si eis specialiter collata extitissent, quemadmodum etiam dictorum ordinum Mendicantium priuilegia decem illis Monachorum ordinibus, seu Congregationibus superius numeratis coniunctim à Sede Apostolica vtenda, condonata fuere. Addendum est autem, quod sub prædicta communicatione comprehenditur etiam priuilegiorum confirmatio, & innouatio, quoniam cum sit concessio quædam à Sede Apostolica etiam ad fauorem vnius ordinis emanata, cęteris quoque ordinibus concessa, & ad illos, & eorum quemlibet extensa pariter intelligitur, ita vt confirmatis priuilegijs vnius ordinis, etiam pro omnibus alijs, quibus communicantur, confirmata, & innouata statim esse censeantur. Et propterea ea omnia priuilegia, quæ in præsenti collectione comprehensa sunt, licet diuersis ordinibus fuerint in specie concessa, tamen velut singulis communicata eis pariter deseruiunt, & ad fauorem vniuscuiusque in iudicio, & extra, etiam in foro conscientiæ ostendi, & exhiberi possunt, ex dispositione ipsius Bullæ generalis communicationis, quæ quidem eo modo practicanda est, quo per Iulium II. declaratur, inter Fratres Prædicatores, & Minores, nempe quod priuilegia, quæ à Sede Apostolica vni ex ordinibus concessa, & quæ in futurum concederentur, de illius Generali, Prouincialibus, Fratribus, eorumque Domibus, Locis, Ecclesijs, ac Sanctorum festiuitatibus ad Generalem, Prouinciales, Fratres, Domus, Loca, Ecclesias, & festiuitates Sanctorum, aliorum ordinum extensa, ac æque principaliter singulis concessa censeantur. Vnde Indulgentiæ concessæ visitantib. Eccles. Fratrum Prædicator. in festiuitatibus S. Dominici, Petri Martyris, ac Sanctæ Catherinæ de Senis, aliorumque Sanctorum dicti ordinis, illæmet visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in festiuitatibus Sancti Francisci, Bernardi & S. Claræ concessæ pariter intelliguntur, vt in dicta Iulij Secundi constitutione decernitur, quæ etiam in cęteris ordinibus locum habet, & quemadmodum priuilegia vnius ordinis ad alios ordines extenduntur, ita pariter concessa alicui Domui, & Ecclesiæ alicuius ordinis omnibus alijs eiusdem ordinis Domibus, Locis, & Ecclesijs similiter condonata dicuntur. Præterea notandum est etiam, quod prædicta communicatio habet tantum locum in fauorabilibus indultis meram gratiam concernentibus

Con. 12. Const. 7. Pius V. Const. 1. inter priuil. non Mendic. Leon. X. Con. 18. Const. 4.

bus, & non in odiosis, quoniam illa, quæ tendunt ad correctionem, & reformationem vnius ordinis, vel in illius priuilegiorum ademptionem, ad alios ordines minime extenduntur, nisi in eis domorum ordinis specialis mentio habeatur. Item quoque per aliam Iulij II. Constitutionem conceditur, quod Fratres vnius ordinis virtute dictæ communicationis possint aliorum ordinum priuilegia, mutatis in eis mutandis, ad eorum fauorem transumpta originalia authentica propter temporis antiquitatem, vel varias vrbis ruinas deperdita extarent, dummodo de eis alias legitime constet, ideo priuilegia omnia, quæ in hoc opere impressa sunt, ex transumptis per Prælatos, & Notarios Auditoris Cameræ Apostolicæ de more authenticata exemplata fuere.

Const. 1.

Demum, quoad huiusmodi communicationis priuilegiorum materiam est animaduertendum, quod quamuis omnes Mendicantes virtute eiusdem communicationis sint ex æquo, ac principaliter priuilegiati, nihilominus si contendant ad inuicem Fratres vnius ordinis, cum aliis alterius ord. priuilegijs eis concessis, & communicatis vti non possunt, iuxta Regulam iuris communiter receptam, & approbatam, quod priuilegiatus contra æquè, ac sub eadem consideratione priuilegiatum non vtitur priuilegio, vt exempli gratia, si Fratres Conuentus alterius ordinis Fratres Conuentus alterius ord. in iudicio prouocare contingat, tunc actores non coram suo, sed reorum conseruatore, velut iudice competente conuenire debent, atque tenentur per alteram iuris Regulam vulgatam, quod Actor, siue in reali, siue in personali actione sequi debet forum rei, ad tradita per Bald. in Aut. Habita num. 33. 1. quæstion. & per Dec. in c. In præsentia, num. 173. de probat. & ratio est, quod in pari priuileg. melior est conditio rei, & ille, qui tunc possidet præfertur, c. In pari, de reg. iuris, in 6. Betous in d. c. In præsentia, eod. tit. Abbas. & Fel. & ibi communiter Canonistæ, quos etiam sequitur Barthol. in Auth. Quas actiones, numer. 2. versic. Tu breuiter assume, Alex. in l. 1. §. Ad municip. ff. ad l. Falcid. Paul. de Castro, consil. 317. quod quidem procedit in ceteris omnibus priuil. vt præscriptionis, in integ. restitutionis, & similibus, quibus Fratres contra alios Fratres vti minime possunt, sed tunc differentiæ inter eos suborta iuris communis dispositione terminandæ sunt per iura superius allegata.

Pius V. Const. 6. in fine.

l. 2. C. de iur. om. Iud. c. 4. Cum sit generale, de foro compet.

Neque etiam personæ illæ, quibus dependenter communicata sunt Fratrum priuilegia, vt sunt eorum familiares, & donati, & alij huiusmodi, possunt contra Fratres illos, à quibus dependent, vti priuilegijs eisdem personis communicatis, cum non deceat, quod illud idem, quod in fauorem ipsorum Fratrum principaliter concessum est, contra eos postea, & in illorum dispendium retorqueatur, per dictas familiarium personas, quæ priuilegijs Fratrum gaudere solummodo dignoscuntur, in quantum ab eis dependent, quod quidem ex eo præsertim patet, quod si Fratres perderent priuilegia, seu illis non vterentur, ipsis etiam familiaribus amitterentur, cum illa minus principaliter habeant, & propterea cessante principali Fratrum fauore, quorum intuitu priuilegium principaliter valebat, cessat etiam accessorium tanquam minus principale, Bartol. in l. prima, de legatis primo, per omnia ex æquata, Baldus in l. Omnia, C. de Episcop. & Cler. Panormitanus in capitulo, Ex parte, de foro competenti, relat. per Cordubam, in annot. priuileg. in verbo Communicatio.

DE PRIVILEGIORVM CONSERVATORIBUS, tit. IV. Cap. I.

CVM Regulares ab omni iurisdictione, dominio, & potestate quorumcumq; ordinariorum per Sedem Apostolicam omnino liberi, & exempti affecti, coram dicta Sede (sicut tenentur) de iustitia respondere non possent, ideo Summi Romani Pontifices, ne in hoc nimium dispendium paterentur, opportune prouidendo, eisdem Regularibus particulares Iudices in partib. deputandos decreuerunt, coram quibus tamquam præfatæ Sedis Apostolicæ Delegatis illorum causæ agitaræ sine debito ab eisdem auctoritate Apost. absoluerentur. Qui quidem Iudices ab eorum officio Conseruatores nuncupati sunt.

Quot sint Conseruatorum species. Cap. II.

CONseruatorum alij secundum iura, alij verò secundum priuilegia dantur, Conseruatores secundum iura quandoq; magnis quandoque priuatis ac miserabilibus personis, necnon etiam Ecclesiarum Capitulis, ne super bonis, rebus, ac iuribus suis molestiæ inferantur, cum limitata potestate conceduntur, de quibus Sacri Canones loquuntur: vnde Conseruatores secundum iura appellati sunt.

c. 1. de off. & pot. Iud. del. in 6. Con. Trid. c. 5. Sess. 14. No Decl. in c. r. & in c. 1.

& in c. fin. de off. deleg. in sexto.

Conseruatores autem secundum priuilegia sunt ij qui Sacris Mendicantium, & non Mendicantium ordinibus, eorumque professoribus Regularibus, iuxta facultates in ipsorum priuilegijs contentas deputantur, qui omnes, licet in aliquibus conueniant, in multis tamen inter se maximè distant, conueniunt quidem, quoniam vtrique non nisi a Summo Pontifice ob supremam illius iurisdictionis, & potestatis plenitudinem, quam in cunctis habet, conceduntur, cuius intentio præcipua est, omnium litigijs, & violentijs pro posse occurrere, & quemlibet eorum in sua iusta possessione conseruare, & manutenere. Legati vero Sedis Apostolicæ, quamuis in Prouincijs sibi commissis ordinarij sint Conseruatores, tamen deputare minimè valent, nisi hoc eis à Sede Apostolica specialiter fuerit demandatum. Conueniunt etiam, quoniam eligendi in Conseruatores, tam secundum iura, quam secundum priuilegia in eisdem dignitatibus Eccles. constituti esse debent. Quo demum ad iurisdictionem & potestatem, & causarum qualitatem, necnon modum in illis procedendi, valde differentes existunt, vt infra patebit.

De officio, & potestate Conseruatorum priuatarum personarum. Cap. III.

c. 1. eod. tit. in sexto.

Conseruatorum secundum iura præcipuũ munus est, susceptos in protectionem à manifestis iniurijs & violentijs, tam illatis, quam inferendis, de quibus aut per confessionem legitimam, vel legitimam probationem, seu rei euidentiam, quæ vlla tergiuersatione celari non possint, absque iudiciali indagine, hoc est sine plena causæ cognitione, defendere, nempe per censuram Eccles. ac brachij sæcularis inuocationem iniuriantes ad satisfaciendum læsis compellendo, aut ne offendat prohibendo. Et si de alijs, quam de notorijs huiusmodi, ad quæ eorum duntaxat extenditur potestas, & iurisdictio, sese intromittant, præter auctorũ nullitatẽ, eo ipso per annum suspendũtur; sed nihilominus est aduertendum, quod quamuis Conseruatores prædicti Iudiciali indagine plenè vti possint, aliquam tamen in notorijs habere dignoscuntur, quoniam ea omnia, sine quibus illorum iurisdictio exerceri non potest, eis commissa esse censentur, & in notorijs ipsis citare valent, contumaces punire, cogere testes, ac etiam in dubijs cognoscere, an ipsorum sit iurisdictio, & ad id probationes, ac testium depositiones recipere, & si factum noto-

c. Manifesta cum ca. seq. & ibi Gloss. c. Olim. de verb. sign. c. vlt. eodẽ. ti. in 6. c. Præterea extra eod titulo. c. Super litteris,

rium inuenerint, ad vlteriora procedent; sin minus, nullam sibi competere iurisdictionem pronunciando, debebunt. Maleficium vero, siue iniuria, si fuerit alijs, & non ipsis manifesta, aut si nesciatur persona, a qua fuerit illata, siue ab inferente negetur, possunt ad inquisitionem procedere, ac etiam testes cogere, cum in notorijs quoque aliqualis Ordo iudiciarius sit seruandus, sed quomodo in prædictis procedere debeant, in Constitutione Bonif. VIII. latius disponitur, & declaratur. Appellantur etiam Conseruatores ipsi Papæ, & Sedis Apost. Delegati, cum specialiter de eis sub tit. & materia de offic. deleg. pertractetur, licet in nonnullis à Iudice deleg. differant, vt notat Io. Andr. Ind. c. fin. ex ipso textu, & ibi Glos. Demum circa Cõseruatores prædictos, necnon personas priuatas etiam Ecclesiasticas (non tamen Regulares) nonnulla limitando Sacrosancta Trid. Synodus seruanda decreuit, videlicet, quod nemini cuiuscumque dignitatis, & conditionis sit, etiam si Capitulum sit conseruatoriæ literæ cum quibuscumque clausulis aut decretis, quorumcumque Iudicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ suffragentur, ad hoc, vt coram suo Episcopo, siue alio Superiore ordinario, in criminalibus & mixtis causis accusari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit, aut quò minus, si qua iura ei exceptione competierint, super illis libere valeat apud Iudicem ordinarium conueniri.

de rescript. per.

c. Ad nostram li. 3 de iureiuran. & ibi Glos. in d. c. fin de off. & potest. Iud. de leg. 15. Sess. 14. c. 5. Insuper.

In ciuilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conseruatores Iudices in iudicium trahere minimè liceat. Quod si in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo Conseruator ab Actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos Iudices, Conseruatorem, & ordinarium controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per ambos in forma iuris electos super suspicione, aut iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.

Familiaribus vero eius, qui huiusmodi litteris conseruatorijs tueri se solent, nihil illæ prosint, præterquam duobus duntaxat, si tamen illi proprijs eius sumptibus vixerint.

Nemo etiam similium litterarum beneficio vltra quinquennium gaudere possit. Neque liceat Conseruatoribus Iudic. tribunal erectum habere. Quæ omnia priuatis personis, eorumq;

ca. 5. eadẽ Sess.

Con-

Conseruatoribus, ac litteris conseruatoriis præscripta sunt, non autem Regularium Locis, & personis, quæ tamquam omninò exemptæ in dicto Canone Concil. Trid. minimè comprehensæ ibi expresse declarantur.

De Conseruatoribus locorum, & Personarum Regularium Cap IV.

In Sum. Maris Magni §. Sixti 4. Cōst. 1. Clem 7. Const. 1.

CONseruatores Mendicantium ordinibus concessis, Conseruatores secundum priuilegia appellantur, non solum, quia virtute eorumdem priuilegiorum Apost. eliguntur, verumetiam, quia ipsorum Regularium exemptiones, & immunitates atque indulta eisdem Regularibus obseruari facere, ex proprio ipsorum munere obstringuntur, & propterea cum ampliori iurisdictione, ac maiori potestate, quam priuatorum Conseruatores à Sede Apost. deputati sunt.

De qualitate personæ eligendæ in Conseruatores Regularium Cap V.

Gloss. in d. c. Statutum, in verbo Sedis Apost. de rescript. in sexto.

ELigendi in Conseruatores Regularium debent esse in dignitate Eccl. constituti, quod quidem in honorem, & maiestatem Apost. Sedis statutum esse videtur ne in committendis causis simplicibus Clericis, aut alias rudibus ac priuatis personis, auctoritas, & dignitas Summi Pont. & Sedis Apost. cuius vices gerunt, ob prædictarum person. ministerium vilipenderetur, sub cuius quidem dignitatis nomine, & appellatione nedum comprehenduntur illi, qui dignitates maiores obtinent, quæ Pontificales nuncupantur, vt Episcopi, Abbates, & eorum Superiores, vt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, sed etiam Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerii, Præpositi, & denique omnes, qui aliquo nomine, seu titulo in eorum Ecclesiis, quod dignitatem sonet, decorati existunt, aut qui ex consuetudine pro personis in dignitate constitutis reputentur, nam vbi talis consuetudo viget pro dignitate haberi debet, licet illa dignitas rerum Ecclesiasticarum administratione, & iurisdictione careat, cū in his plus consuetudo, quam ius commune attendatur.

D. D. Can. in c. De mul ta, de præben. & dign. Arc. in c. 1. de consue. in sexto. Rot. dec. 173. de thesaur.

in nouis. Clem 7. Const. 1. Pius V.

Canonici quoque Cathedralium, necnon Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarij, & Officiales in spiritualibus generales, ex vi priuilegiorum dictorum omnium in Conseruatores eorumdem eligi, & deputari possunt, & quando in eligendo Conseruatore nomen dignitatis, & non personæ exprimitur, electio, & deputatio transit etiam in successorem in illa, vt in aliis delegationibus contingit, quæ quidem electio fieri potest de personis prædictis, quamuis non sint per Concilia Prouincialia, seu Synodum Diœces. designatæ, & in rotulo iudicum descriptæ, iuxta Decr. Conc. Triden. cum huiusmodi qualitas in dictorum Conseruatorū electione minimè requiratur. Const. 5. e Quon. de off. & pot. Iud. de leg. Const. 1.

Ad huiusmodi demum Conseruatoris officium assumptus, si in altero iurium graduatus non fuerit, Assessorem patribus non suspectū, & ab ipsis, vel earum altera requisitus assumere, & secundum eius relationem iudicare tenentur, vt in Bulla Leonis Decimi cauetur.

A quo Conseruatores Regularium eligantur. Cap. VI.

COnseruatorum electio ad Fratres dumtaxat, vigore litterarum Apostolicarum spectare dignoscitur, quæ quidem electio non solum capitulariter, verum etiam priuatè ab eisdem fieri potest, vniuersaliter quidem, vt in eorum generalibus, prouincialibus, seu priuatis Domorum Capitulis, & Cōgregationibus priuarè verò per totius ordinis, aut prouinciarum, seu Domorum superiores, vel eorum delegatos Vicarios, & Commissarios, seu eorum Procuratores, & Syndicos, aut per cuiuslibet dict. Fratrum requisitionem, à quibus quidem respectiuè, vel per publicum instrumentum, vel per eorumdem superiorum patentes litteras conseruatores eligi debent, & tunc sic (vt præfertur) electi à Sede Apostolica, & a Summo Pontifice cum omnimoda facultate specialiter deputati existunt, vt in priuilegiis late disponitur, sed an semel electi possint per eosdem Regulares mutari, infra, in c. 6. dicetur. Iulij Cōst. 3. Clem 7. Const 2.

Quibus accedit, quod in Conseruatore (vt præfertur) electi illius munus sub excommunicationis, ac suspensionis a diuinis pœna ipso facto incurrenda recusare minimè valent, illudque receptum sub eisdem censuris debite, & plenariè exercere tenentur, sicuti à nullo quocumque prætextu, quo minus dictū officium adimpleant, sub prędictis censuris haud impediri possunt, iuxta declarationem Pij V. super Conseruatoribus edita, à quibus quidem Const. 5.

 censu-

censuris non nisi à Summo Pont. aut in mortis art. absolutionis beneficium impendi potest.

De offi.io & potestate iudicum Conseruatorum Regularium. Cap VII.

Pius V. d. Const. 5. Regularium Conseruator, licet sit iudex delegatus, (vt dictũ est) tamen ordinario æquiparatur, cum ad vniuersitatē causarũ deputatus existat, corā quo in prima instantia Regularis ipsi de iustitia respondere tenentur, ita vt siue Actores, siue rei sint corā aliquo alio iudice ordinario, vel delegato, quam prędicto suo Conseruatore conueniri, & euocari non possunt, a quo vnquam definitiuam sententiam antequam ad alium iudicem, siue iudicium trahantur, obtinere debent, & propterea causas, & controuersias quascumque dd. Regularium, quorum fuerint Conseruatores deputati, super quibusuis reb. & negotijs moras, atque mouendas, tam actiuè, quam passiuè cum omnibus in singulis earum incidentibus dependentibus emergentibus, annexis, & cõnexis suo arbitrio audire, cognoscere, decidere, & fine debito terminare, ac sententias ab eis latas postquam transierint in iudicatum, vel alias, si de iure exequendæ fuerint debitæ exequutioni demandare, auctor. Apost. possint, & valeant necnon per censur. & pœnas Eccl. inobedientes, & contumaces quoscumque appellatione remota compescere, & punire, illos excommunicando a diuinis suspendendo, & loca Eccl. interdicto supponendo, quæ omnia sub censuræ Eccles. appellatione venire intelligentur, ac dictas censuras (quoties opus fuerit,) etiam iteratis vicibus aggrauando possunt etiam in causis ab eis terminandis quibuscumque iudicibus aliisque personis quacumque dignitate præfulgentibus, tam in principio, quam medio, & fine causæ, sub eisdem censuris, & pœnis, etiam pecuniarijs, eorum arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis inhibere, citare, ac requirere, etiam per edicta locis publicis affigenda, & citationes in casu non tuti accessus locis vicinis, eis qui fuerint citandi, affligendas decernere, & brachium sæculare inuocare, necnon testes, pro veritate deponenda, renitentes sub eisdem censuris cogere liberè possunt. *C. 2. de test. cogen.*

Aduertendum est tamen circa potestatem, vt supra traditam, per edictum publicum citandi, quod conseruatores prædicti antequam citationem per edictum decernant, debēt statim summariè testes examinare super metu, potentia, & non tuto accessu, seu impedimentis, quæ ex aduerso prætenduntur, vt tenent DD. de Rota decis. 204. Dic. quod citatio in antiquis. Qui testes satis est quod dicant se credere impossibile fore, vel non esse tutum illos in personis, vel illorum domicilio citare, Rot. decis. 163. Nota quod aliquoties in antique. Fel. in d. c quoniam frequenter coll. 11. vt lit. non contest. & Scribent in Clem. Dudum, de iudic. neque ad probanda impedimenta prædicta partis iuramentum sufficit, Rot. decis. 253 & 254. Dic. quod citatio, & propterea si Conseruatores saltem summariè de præmissis non cognito processu per edictum decernerent, processus huiusmodi minimè valeret, vti consuluit Dec. consil. 460. Viso puncto, colum. fin. nume. 26. lib. 4. cum ibi per eum adductis. *Et Clem. Causam, de elec. & elec. pot.*

Articulum vero ab alio conseruatore inchoatum ab altero prosequi valet, etiam si inchoans Canonico impedimento non fuerit præditus, & tam in cœptis, quam non cœptis causis procedere [illegible] ilitatem priuilegio cõtenta, valet, ac si omnia, & singula coram eo cœpta fuissent.

Possunt insuper Conseruatores Regularium tamquam delegati ipsius Papæ, vices suas, in principio, medio & fine causæ, alijs personis in dignitate tamen Ecclesiastica (vt supra,) constitutis, ac etiam totam causam subdelegare, etiamsi extra ciuitatem, & diœcesim, seu loca illa, in quibus fuerint deputati Conseruatores; & recusantes eorum delegationem, ad illam recipiendam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, aliosque iustitiæ exequutores coercere valent, & demum ea omnia, quæ iudicibus delegatis de iure permittuntur, eadē Conseruatoribus prædictis pro eorum munere obeundo concessa plenè censentur. *Clem. 7. de conf. 1. c Super quest. de off. & potestate. iudel. C. præterea, eodem tit.*

In exercendo verò excommunicationis gladio, quem sobriè, & magna circumspectione vibrandum esse, sancta Tridentina Synodus declarauit, propterea Conseruatores formam ab ea traditam attendere, & diligenter seruare debent, qua quidem omnibus Iudicibus cuiuscumque dignitatis existant mandatur, vt in causis ciuilibus, quandocumque exequutio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij pro- *c. 3. Quādiu Sess. 25.*

propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo, quam definiendo a censuris Ecclesiasticis, seu interdicto, sed liceat eis (si expedire videbitur) in causis ciuilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque, etiam laicus per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus eo ipso quod exactæ fuerint assignentur, seu per captionem pignorum, personarum districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & causas definire. Et si exequutio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo, præter alias pœnas, ferire poterit. In causis quoq; criminalibus vbi exequutio realis, vel personalis, vt supra fieri poterit, erit a censuris abstinendum, sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit eisdem Conseruatoribus iudicibus spirituali gladio in delinquentes vti, si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet.

de c. Quoniam, Sess. 25. in fine. Ab excommunicationibus verò, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, (vt aiunt) aut pro deperditis, seu subtractis rebus, fieri solent, Conseruatores sese abstineant cũ illæ a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decerni debeant, iuxta formam ab eodem Conc. Trid. statutam. In excommunicatione autem contra Episcopos, vel eorum superiores comminanda, seu decernenda, Conseruatores diligenter formam ab Alexandro III. editam omninò sequantur, cuius tenor est.

c. Sed, de off. & pot. Iud. deleg. Quia Pontificali dignitate prædictis, ob reuerentiam Sacri Officii, ac quod exercent, plurimum deferri conuenit, & eo plus aliis honorari decet: vt cum à Iudicibus, vel Conseruatoribus a Sede Apostolica deputatis cõtra eos ad coactiones aliquas, siue pœnas fuerit procedendum, gradus, & modestia in huiusmodi processu seruentur ita quod eis quadam condigna reuerentia supportatis, ingressus primò ab ipsis Ecclesiis, vel Sacerdotale interdicatur ministerium, ac deinde ab Officio suspendantur, & subsequenter aggrauentur censuræ Eccl. contra eos, nisi forte aliter fieri suaserit nimia contumaciæ proteruitas, siue culpa.

Præterea, Conseruator cum sit ad vniuersitatem causarum eorundem Regularium electus, & ab Apostolica Sede tunc deputatus, ordinario æquiparatur, & propterea ad ostendendas litteras suæ auctoritatis, & commissionis in causis coram eo venientibus, minime tenetur: neque ad dicendum contra dicta priuilegia, iurisdictionem, & electionem ipsius Conseruatoris continentia tanquam notoria, pars aduersa citari debet, nec minus etiam electio de Cõseruatore à Regularibus facta est de necessitate ostendenda, seu in actis registranda, cum ex citationibus ad ipsorum Regularium instantiam decretatis, requisitio, qua quis etiam in Conseruatorem eligitur, iuxta dictorum priuilegiorum dispositionem satisfacta comprobetur. Et tanto minus sollemnitas prædicta requiritur, quantò Regulares ex Decreto Sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinaliũ Concilij Tridentini interpretum nomine suorum Conseruatorum electorum intra Mensem à die electionis Episcopis locorum ordinariis indicare debent, vt infra latius dicetur. In Iudice vero delegato secus esse videtur, quoniam ei vnius tantum causæ cognitio demandatur, & propterea pars appellata, contra quam literæ Apostolicæ obtentæ, & præsentatæ sunt ad dicendum contra illas, ac etiam contra personam Iudicis, ante omnia citanda est, iuxta stylum Curiæ, ex communi vsu approbatum. Debent quidem ad omnem dubitationẽ remouẽdam instrumentũ, seu litteræ patentes de Conseruatoris elect. per ipsos Regul. seu eorũ Prælatos factæ, per Notarium in libro causarum, & actorum, qui coram Conseruatore fiunt, integrè registrari, vt ab omnibus, quorum interest, videri possint. Sed quoniam Conseruator prædictus ampliorem potestatem, quam alij Conseruatores priuatarum personarum habent, ideo non solum contra commorantes in Ciuitate, & Diœc. in qua deputatus existit, suam iurisdictione exercere valet, verum etiam contra quoscumque, vigore dictorũ priuil. per tres dietas tantum absentes a finibus ciuit. & Diœc. Conseruatoris calcuiandas procedere, & ad suum iudicium trahere potest, quæ quidem dietæ in partibus Italiæ 60 milliarium spacium constituunt. Additur demum, quod Conseruatori adiunctũ sibi Collegam, ad partis instantiam per æqualis iurisdictionis, & potestatis Delegatum admittere, seu recipere minime tenetur, cũ ei dari non possit, neq; ab eiusdem Conseru.

c. Quia Pontificali, eod. ti.

ca. In in re. eod. tit.

c. Freq. de Iud. in Extrau. Com. Clem. 7. Const. 5.

Hostien. in Sum. de app. c. A quo & ad quem appel. debeat.

seru.ca-

sententia ad eiusdem Sedis Apostolicæ Nuncium, seu alium delegatum paris auctoritatis appellari potest, cum per vulgatam iuris regulam, Par in parem nullum imperium habeat. Alioquin appellatio, non obstante sententia Conseruatoris, transitum facit in iudicatum, ratio est, quoniam Conseruator in suis causis coram eo vertentibus, quibuscumque ordinariis, aliisque delegatis, cum vices Papæ gerat, maior existit, propterea ad solum Papam delegantem est appellandum. Quando verò vti suspectus recusatur in causa procedere non debet, donec per arbitros in forma iuris electos, super suspicione non fuerit iudicatum, iuxta Decretum Conc. Trid. Sess. 14. ca. 5. necnon declarationē sacræ Congregationis eiusdem Concilii interpretis emanatam. Nec obstat prædictis moderatio, seu limitatio ipsius Concilii Trid. quo ad Iudices Conseruatores facta d. Sess. 14. c. 5. quoniam illa non comprehendit Regularium personas, & loca, quæ omninò exempta sunt, vt in fine eiusdem Canonis Concilii declaratur, sed tantummodo auctoritas, & facultas Conseruatorum priuatarum personarum, quo ad illarum commodum, & modum procedendi in causis restringitur, ideò diligenter verba d. Canonis sunt attendenda, ne sensus illorum in prædictis Conseruatoribus confundatur.

c. Super quaestionem, de off. deleg. c. Si à Sub delegato, eodem tit. in 6.

De modo procedendi in causis per Conseruatorem Regularium. Cap. VIII.

IN causis verò à Conseruatore cognoscendis, & decidendis procedere potest, & debet (vt tenetur) summariè, simpliciter, & de plano, sine figura, & strepitu Iudicii, ac sola facti veritate inspecta, prout in d. priuilegiis continetur, per quæ quidem verba, cum sint simul copulata, substantialia Iudicii atq; eius solemnitates, & non substantialia causæ, omnino remissa, & sublata esse censentur, iuxta declarationem circa præmissa quæ in iure edita habetur, cuius tenor est.

Marrem in specie aduoc. distin. 9. de Ind. sum. per totá.

CLEMENS V.

SAEPE contingit, quod causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii procedi mandamus, de quorum significatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur.

clem. vlt. de verb. sig.

Nos autem huiusmodi dubitationem, quantum nobis est possibile, decidere cupientes, hac in perpetuum valitura Constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet. In tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarū à iure procedere valeat. Amputet dilationum materiam. Litem, quanto poterit, faciat breuiorem. Exceptiones, appellationes dilatorias, & frustratorias repellendo.

Partium Aduocatorum, & Procuratorum contentiones, & iurgia, testiumque superfluā multitudinem refrænando. non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur,

Citationem verò, ac prestationem iuramenti de calumnia, vel malitia sine de veritate dicenda ne veritas occultetur, per commissionē huiusmodi intelligimus non excludi; Verum quia iuxta petitionis formam pronunciatio sequi debet pro parte agentis, & etiam rei, si quid petere voluerit, in ipsó litis exordio petitio est facienda, siue scriptis, siue verbo, de actis tamē continuo (vt super quibus positiones & articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & vt fiat definitio clarior) inserenda: Et quia positiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confessiones, & articulos ad clariorem probationem vsus longæuus in causas admisit, Nos vsum huiusmodi obseruari volentes, statuimus, vt iudex sic deputus à nobis, nisi aliud de partium voluntate procedat, ad dandum simul vtriusque terminum, dare possit, & ad exhibēdum omnia acta, & munimenta quibus partes vti voluerint in causa post dationem articulorum, diem certam quandocumque sibi videbitur valeat assignare, eo saluo, quod vbi remissionem fieri contigerit pro testibus producendis possint etiam instrumenta produci, assignatione huiusmodi non obstante.

Interrogabit etiam partes, siue ad earum instantiam, siue ex officio vbicumque hoc æquitas suadebit, sententiam verò diffinitiuam, citatis ad id, licet non peremptoriè, partibus, in scriptis, & prout ei videbitur conclusione non facta prout expetitione, & probatione, & aliis actitatis in causa fuerit faciendum. Quæ omnia etiam in illis casibus in quibus per aliam constitutionem nostram, vel alias procedi potest simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura

guta iudicij volumus obseruari. Si tamen in præmissis casibus sollemnis ordo iudicarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obseruetur, nón erit processus propter hoc Irritus, nec etiam irritandus, Datum Auinione 12. Kal. Decembris Pontificatus nostri anno secundo.

De tempore durationis Conseruatoris Regularium, & an electus possit per eos reuocari.
Cap. IX.

HViusmodi autem Conseruatoris officiū nunquam exspirat etiam per mortem concedentis, cum iuxta d. Regularium priuilegia, quæ perpetua sunt, eligatur, persona vero, sicut præfertur, in Conseruatorem electa, cum statim à Summo Pontifice, & Sede Apostolica deputata sit & esse censeatur, vt in dictis priuilegijs Iulij II. & Clement. VII. ac Pij V. declaratur, ab eodem Summo Pontifice dumtaxat, vel cui committendum duxerit, & non ab ipsis Regularibus potest ab officio remoueri, seu illo priuari, stante dicta Sedis Apostolicæ deputatione, qua mediante intrat vulgata iuris regula, quod Vbi superior manus apposuit, inferior ibi sese ingerere minimè valet, quemadmodū etiam per sacras Congregationes super interpretatione sacri Conc. Trident. & Regularium iussu Gregor. XIII. declaratum fuit, nempè, quod Regulares omnes in ciuitatibus Italiæ existentes sibi conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, ac semel electos non nisi in Capitulis prouincialibus mutarent eorumdemque nomina intra mensem à die electionis Episcopus [illegible] ordinarijs indicerent, alioquin coram [illegible] ordinarijs conueniri possent. Postremo vero Cōseruatores Regularium capitulariter ab eis electi, loco materialis retributionis omnibus priuilegijs, & gratijs spiritualibus Fratribus ordinis concessis perfruuntur, eisque bonorum merita, quæ in ordine fiunt etiam communicantur, ac semel in vita, & in morte plenaria omnium suorum peccatorum indulgentia eis condonatur cum facultate consequendi omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, dictb. stationum Ecclesias vrbis, & extra muros deputatas visitantibus concessas quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam recitando priuilegio Iulij II. cauetur.

DE REGVLARIVM EXEMPTIONE Tit 5. Cap 1.

QVemadmodum Romanus Pontifex solus in terris iure diuino exemptus, tamquam Christi Vicarius ab omni prorsus mundana potestate existit, etiam ob illius potestatis plenitudinem, quam à Christo in vtroque foro ligandi, atque soluendi cunctos mortales habet Clericos omnes Ecclesiæ Dei ministros ab omni seculari, & laica superioritate, & iurisdictione suo Pontificio iure penitus eximit Regulares etiam quoscumque sub religionis iugo Deo humiliter seruientes arctius alijs sibi subiectos ab Episcoporum ordinariorum lege tam Diœcesiana, qua iurisdictionis, in quibus totum illorum ius, & potestas consistit, excepit, illosque in ius, & proprietatem B. Petri, & Sedis Apostolicæ, ac sua speciali, & immediata protectione suscipiens ab omni dominio, subiectione & potestate ipsorum ordinariorum, ac aliorum quorumuis superiorum totaliter liberauit, sicut ex eorum priuilegijs latissimè constat, ex quibus quidem verbis tum realis, tum personalis præfatorum Regularium exemptio latissimè inducta comprobatur, per quam ipse Summus Pontifex se illorum immediatum superiorum, iudicemque ordinariū constituit, ac si eorum Episcopus Diœcesianus existeret, cui quidem libertati priuilegio vniuersis Regularium ordinibus concesso per illorum professores absque speciali licentia Papæ renunciari minimè potest, sicut Clericus sine proprij Episcopi consensu non valet se alteri Episcopo subijcere, & eius iurisdictionem prorogare, & ideò in nulla causa exemptioni huiusmodi non solum per eorundem Regularium expressam renunciationem præiudicium inferri potest, sed nec etiam per tacitam, vt puta permittendo ordinarijs, vt contra illam processum faciant, sententiam ferant eamque executioni mandent, quamuis per ipsos Regulares declinatoria fori non fuerit opposita, neque priuilegium exemptionis allegatum, exhibitum, & ostensum, & eo maximè cum facta, & attentata contra priuilegia per quoscumque etiam per ipsos exemptos scienter, vel ignoranter irrita, & inania decernantur, vt in priuilegijs cauetur.

Cle. Past. de Sen. & re im. dic in. fa. c. Solite de maio. & obed.

Maris Magni §. 43. c. Si PP. de pri. in 6.

C cum ipe. de ar bitris c. Signific. de foro comp. Sil. in ver. Priuil. ver. Si autem n. ij Sixti iuj. in MariMagno vt in Sum. §. 43 Eugenij iuj. Const. 2.

De exemptione à lege iurisdictionis Episcoporum.
Cap. II.

INTER [illegible] a beneficia, quæ Regulares per huiusmodi Summi Pontificis, & Sedis Apost.

exemptionem consequuntur, hoc prim um est, quod illorum personæ ab Episcop[...]um ordinariorum obedientia canonica (quæ ad legem iurisdictionis spectat) liberantur, ita vt nec etiam ab eis præcipi possint, nec compelli possunt ad visitanda Monasteria Monialium alterius ordinis, nec ad recipiendas causarum commissiones, aut assessoriatus officium sententiarum executiones, nec ad deferendas literas, vel illas exequendas, aut denunciandas sententias contra Principes sæculares, communitates populos seu quoscumque eorum benefactores, absque Sedis Apostolicæ mandato, vel licentia speciali, non obstantibus quibuscumque præceptis, seu mandatis dictorum ordinariorum, aut aliorum superiorum in præmissis eis factis, quibus tanquam nullis parere minime obstringuntur.

Secundò liberi sunt Regulares ab altera parte eiusdem legis iurisdictionis, quæ forum iudiciale, & causarum ciuilium cognitionem, & decisionem respicit, quoniam eisdem ordinariis, ita inhibetur contra prædictos Regulares exempto procedere, vt si de facto aliquid tentent, vel in iudicio, seu extra, in quacumque causa sese intromiserint, processus, sententiæ, ac inde sequuta quæcunque, sunt ipso iure nulla ex defectu iurisdictionis, quippe quæ irritatio afficit iudicem etiam ignorantem, cum gesta sint ab eo quasi a persona priuata, & contra decreta irritantia, & propterea nullum parant præiudicium, nullumque effectum operantur, quare si priuilegio religionis notorio in iudicium producto iudex nihilominus proferat sententiam, [...] transit in rem iudicatam, neque executioni demandari debet, & si aliquid per eum executum fuerit, tanquam attentatum in pristinum statum reponere cogendus est, & propterea Regulares duobus modis se defendere possunt, primo, per declinatoriam fori exhibendo [...] suæ exemptionis priuilegium, secundo vero, quando iudex agit de iure, & iuribus priuilegiis productis, quo reprobato, sententiam profert, tunc enim sententia non valet, cum omnibus Ecclesiarum prælatis prohibitum sit, priuilegia interpretari, & ideo ordinarius tamquam iudex incompetens non potest cognoscere de iurisdictione, an ad ipsum pertineat, cum etiam in causa propria esse iudex minime valeat, sed durante lite Regulares in sua possessione manutenenti debent, eo maxime, cum eorum exemptio sit notoria, quando vero priuilegium non est notorium in titulo, & possessione, tenetur exemptus illud exhibere, non quidem sponte, sed monitus; quod si ostendat cum possessione talem eo[...] ab eo [...] non est [...]andus dicto [...], exemptionis priuilegio. Præterea, si Regulares, vt supra, exempti extra casus infra scriptos, ab ordinario citantur, iubenturque in eorum iudicio comparere, citatio absque ope exceptionis est ipso iure nulla, cum sit à iudice non competente, & contra notoria priuilegia decreta, & propterea non tenentur comparere, nec priuilegium allegare, neque ostendere, etiam si permittant iudicem se pronunciari competentem, decet tamen ad ambiguitatem tollendam, ipsos Regulares (quotiescumque fiet, vt præfertur, citati contingit) comparere, absque tamen metu censuræ, si non compareant, & allegare priuilegium, ac declinatoriam fori proponere, & deinde recedere, & si in citatione causa exprimatur, quæ iurisdictionem ordinarij citantis fundatam contineat, tenentur exceptionem dare.

Tertio, liberantur Regulares ab ordinariorum censuris, nempè ab excommunicatione, suspensione, & interdicto, quæ omnes ab eadem lege iurisdictionis emanare dignoscuntur, ita vt si ordinarius per prædictas censuras Ecclesiasticas contra Regulares ipsos procedat, aut eorum Ecclesias, vel loca Ecclesiastico supponat interdicto, quamuis ignoret exemptionis priuilegium, censura est ipso iure nulla, & omni caret effectu, & in nullo foro est seruanda ob notorium priuilegium exemptionis, & decretum [...] in illo contentum, quod secus est in priuato exempto, quem si ab ordinario excommunicari contingat, etiam iniustè, & sine causa, abstinere debet in foro exteriori, donec de sententiæ nullitate constet, aut ab ea absolutionem ad cautelam petat, & ratio diuersitatis est, quia priuilegio priuati, quod non est in corpore iuris clausum, Episcopus ob solam consuetudinem, aut multorum attestationem non tenetur cedere, nisi probetur, cum priuilegium sit quid facti, & quia exemptio religionis est iam nedum in iure expressa, sed populo, & ordinarijs etiam notoria, ideo effectum nullitatis in attentatis contra illam operatur, & propterea quoad censuras prædictas iurisdictionem suam in d. exemptos nullo modo exercere possunt, quod quidem per

C. Cū, & ven. c. Ite off. Iud. ord.

Mare Magnū in sum. §. 16.17.

c Ad audientiam de cōsuet. Gloss. in c. Duiß de pac. & ingn. & in c. de conces. pr[...] ver. verb. [...]perri. c. Porro & c. Quā to de pri[...] ac. Castr. cons. 342. n. [...] c. 4 Cic. 2. Cons. [...] c. Cū persona [...] c. 6. [...] D. [...] Fayor. in [...] de rescript. Glos. in d. c. Cū ordinem de rescript. in verb. Nonjo-

Ex mentione. Mare Magnum. §. 34. Sixti 4 Const. 5. Conar. in c. Alma mater. §. 17. nu. 7. Namar in man. c. 27. c. 27. c Porro de priu. c. valentes. §. in eos de priuil. Assis. lib. 64. 48. ar 7. dub. 8. Henri. Henriq. in Sum. de indul. l. 1. c. 25. nu. 7. Conar. in d. c. Alma mat. §. 10. n. 4 Nat. in c. Contingit. de rescript.

per simile priuilegium fuit declaratum Societati Iesu a Paulo IV. vt in compend. priuil. d. Societatis num. 1 apparet, quibus additur, quod neque contra eorundem Regularium subditas personas potest ordinarius per censuras procedere, ex ipsorum exemptorum causa, verum tamen si constet Regularem incidisse in sententiam excõmunicationis latam à iure, vel à Papa, tunc bene potest ordinarius illum excommunicatum declarare, & denunciare, vt à suis Diœcesianis euitetur.

Quartò, liberantur Regulares, ob prædictæ exemptionis priuilegiũ, vt per ordinarios neque per se, neque per alium, ad suarũ personarum capturam deueniatur, nisi ob delictum in seculo factum, ex quo præsumatur illos in fraudem correctionis religionem intrasse, quod si extra casum, & causam prædictam eos carcerari mandent, non solum in ex. ommunicationẽ per priuilegia communicatã, sed etiam Canonis: Si quis suadente, incidunt, eo quia iniuriã exemplo tunc intulisse censentur, sicut etiam excõmunicati sunt Superiores Regulares mandantes carcerari subditos suos iniuriose, & extra casus à iure, vel eorum constitutionibus permissos.

De exemptione à lege diœcesiana Cap. III.

Cle. Frequent. de except. prælat. & ibi Imola num. 4. Nau. cõs. 25 n. 7. c. Cũ volumtates §. si qui vero de sent. excommun. Nauar. in man. cap. 27. nu. 33 Mar. magni in su. § 32. 34. 40. 41. & 42.

SVNT etiam immunes Regulares ab altera Episcopali lege, quæ in sacris Canonibus Diæcesiana nuncupatur, ob quam Diæcesiani Sacerdotes Parochialium Ecclesiarum Rectores, & aliæ personæ ad Synodum vocare, ire tenentur, Synodaticum, seu Cathedraticum, necnon decimationum mortuariorum quartã, tertiam, seu mediam singulis annis ei soluere, annuatimque Episcopum visitantem reuerenter, obedienterque recipere, ac pro dicta visitatione procurationem debitam, hoc est, victualia ei subministrare, & demum pro seminariorum institutorum sustentatione ratam fructuũ, ac redditium beneficiorum, aliorumque priorum locorum contribuere, a quibus quidem, & omnibus alijs oneribus non solum Mendicantes, sed etiam Monachi, & præsertim illarum Congregationum, quæ cum R. Cam. Apostol. compositæ fuit, necnon Moniales, illorumque Monasteria, Cœnobia, Domus, Loca, & Ecclesię lib. re existunt, saluis tamen, quo ad prædicta, sacri Concilij Trid. moderationibus, & limitationibus, quæ in sequent. cap de visitatione, & tit. de loco competenti, apponuntur.

De Regularium personarum, & locorum actiua, & passiua visitatione iuxta eorundem priuilegia, & sacri Concilij Tridentini decreta facienda Cap. IV.

Si. 1. Mij. Consl. 1. Glo. in c. Dilecti in ver. de leg. Iurisdict. de off. Iud. ordin.

OMNES cuiuscumque ordinis Regulares, sub suis respectiuè Generalibus, alijsque inferioribus prælatis, & sub eorum obedientia in Monasterijs, Conuentibus & Locis viuentes, eorundem Regularium Superiorum visitationi, reformationi, & correctioni priscorum priuilegiorum confirmatorum auctoritate pleno iure subiecti existunt, sicuti pariter ijdem prælati subditos suos iuxta sanctæ Sedis Apostolicæ, necnon proprij Regularis instituti constitutiones, & Sacri Concilij Tridentini decreta suo quisque loco, & ordine visitare, & quoties opus fuerit, reformare, atque corrigere tenentur, in qua quidem Regularium visitatione Episcopi locorum ordinarij sese ingerere non possunt, nisi quatenus per eiusdem Concilij Tridentini decreta eis conceditur, vt per Sacram Congregationem Regularium alias sub die 10. Octobris 1580. declaratum fuit. Quibus quidem cauetur, quod Ecclesiæ quæcumque quomodolibet exemptæ, necnõ commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositura, In quibus non viget Regularis obseruantia, ac etiam Beneficia tam curata, quam nõ curata secularia, & Regularia qualitercumque commendata, & exempta annis singulis ab Episcopis, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, visitentur, & opportunis iuris remedijs prouideant, vt quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, si qua illis immineat, alijsque debitis obsequijs, minimè defraudantur, priuilegijs quibuscumque non obstantibus.

Con. Tri. in c. 20. alle. Sess. 25 de re. 1 regu. larium.

Con. Tri. in c. 8. In cor. ord. Sess. 7.

Loca verò, seu Monasteria, in quibus viget obseruantia Regularis, si illorum personæ Regulares ab eorum superioribus non visitantur, ijdem Episcopi paternis admonitionibus prius prouidere debet, vt per illorum superiores iuxta ipsorum regularia instituta debitam viuendi rationem obseruent, & obseruari faciant, dictos sibi subditos in officio continendo, & moderando: Quod si admoniti, vt supra, intra sex menses eos non visitauerint, vel non correxerint, tunc ijdem Episcopi etiam, vt delegati Sedis Apostolicæ illos visitare possunt, & corrigere, prout ipsi superiores possent iuxtà eorum instituta.

Con. Tri. in c. 8. Quæcumque Sess. 21.

Idem Conc. Trid. c. 21. A monasteriis.

Personæ etiam quæcumque tam Regulares, quam sæculares curam animarum sæcularium in Monasterijs, seu Domibus virorum, aut mulierum Regularium, quibus annexa est, exercentes, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius Diœcesi existunt in iis, quæ ad dictam animarum curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, tantummodo subijciuntur, non autem Monasteria ipsa, quemadmodum per sacram Congregationem super Concilij Tridentini interpretatione præfectam in vna Portugallien. declaratum fuit.

eodem c. §. excepto.

Regulares demum personæ, seu etiam sæculares, qui curæ animarum sæcularium Monasterijs annexæ, etiam ad nutum amouibiles præficiendæ sunt, per superiores Regulares, cum consensu tamen ordinarij, & præuio eius examine, & approbatione ibi deputari debêt, quot ad dictam curam, & ad Sacramenta ministranda ad diuinum cultum colendum sufficiant, sicut etiam per eandem sacram Congregationem Conc. Trid. interpretatam super. c. v. Sess. 21. & definitum fuit. A quibus quidem excipitur Monasterium Cluniacensem se cum suis limitibus, excipiuntur etiam alia Monasteria, seu loca, in quibus Abbates Generales, aut capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque alia Monasteria, & Domus, in quibus Abbates, aut alij Regularium superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent, nisi Episcopi maiorem in prædicta loca, vel personis iurisdictionem exerceant, quæ per Concilium Tridentinum non amouetur. Item prædictis adduntur, quod cum Sacerdotes omnes etiam

c. 2. Prouincialis.

Regulares in parochialibus Regularium Monasterijs commendatis curam animarum exercentes, locorum ordinariorum iurisdictioni subijciantur, tanquam eius coadiutores ad Synodum Diœcesanam quotannis celebrandam ratione ipsius curæ accedere, & interesse debent, sub pœnis a sacris Canonibus statutis.

De exemptione personali reali, & mixta Regularium à dominio, & potestate, ac onerum imposi- tionibus Dominorum tempo- ralium.

Caput V.

Toto tit. de immu. Ecc. in 6. Bulla Ca-

NON solum iure communi, verum etiam Apostolicæ Sedis priuilegijs, omnes Mendicantium, & non Mendicantium Fratres, & Monachi, necnon Moniales, & Sorores, ac aliæ virtiusque sexus personæ Regulares, illorumque Monasteria, Cænobia, Domus, Conuentus, Ecclesiæ, Capellæ, Oratoria, & alia loca etiam vnita, ac membra, necnon possessiones, prædia, & bona immobilia, & se mouentia, quæcumque, necnon eorum in dictis bonis laboratores. Coloni, Arendatarij, Locatarij, & Affictuarij, & alij omnes quomodolibet nuncupati, ab omnibus, & singulis oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, à laicis sæculari auctoritate quacunque de causa impositis, & imponendis, tam super bonis immobilibus, quam mobilibus, omnino exempti, liberi, & immunes esse, & esse declarantur, & pro talibus teneri, & reputari mandatur, insuper per eadem priuilegia prohibetur, ne Monasteria, Cænobia, aliaque omnia Regularia loca prædicta, pro militum tam equitum, quam peditum hospitijs nullo modo assignentur, in quibus quidem locis & Ecclesijs Regularium, sicut in alijs locis sacris, laicorum quorumcumque concilia, conciones, & publica parlamenta, negociationes, & præcipue nundinarum, ac fori cuiuisque tumultus, ac sæcularium iudiciorum strepitus, fieri, necnon causæ criminales per ipsos laicos agitari, aut ad incarcerationem alicuius Ecclesiasticæ, seu sæcularis personæ deputari, astringi, aut compelli posse sub anathematis interminatione prohibentur, sicut etiam Dominis Temporalibus sub excommunicationis pæna ipso facto incurrenda inhibetur, ne laicis sibi subditis interdicant, vt Prælatis, aut Clericis, alijsq; personis Ecclesiasticis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque illis frumentum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibeant.

na Dom. Pius V. Const. 4. c. Decet § cessent, de immu. Eccl. in 6. c. tam Eccl. extra eodem tit. Leo X. inter priuil. Camald. Const. 1. c. Eos, de immun. Eccl. in 6

De extrahendis criminum reis in locis Sacris Regularium, ad ea confugientibus.

Cap. VI.

c. Inter alia extra eod. tit.

QVamuis olim Laici pænæ alicuius commisi criminis obnoxij ad Ecclesias, & loca Religiosa confugientes, adeo illorum immunitate protegerentur, vt inde non nisi quadam moderatione adhibita, violenter extrahi minimè possent, hodie tamen attendenda, ac seruanda est dispositio constitutionis Greg. IV. qua prisca omnia Sedis Apostolicæ, seu eius Legatorum priuilegia super hac eadem re emanata, ad vnam tantum formam reducendo, illaque moderando decreuit, ne Laicis publicis latronibus existentibus, viarumq; grassatoribus, itinera frequentata, vel publicas stratas obsi-

dentibus, agrorum depopulatoribus viatores ex insidijs aggredientibus, membrorum mutilationes, & homicidia in ipsis Ecclesijs, seu eorum cœmeterijs committentibus aut proditoriè proximum suum occidentibus, aut assassinis, vel hæreticis, aut læsæ maiestatis in personâ proprij Principis reis, præfatorum locorum immunitas Ecclesiastica suffragetur, ita vt se in illis recipiêdo tuti minimè sint, immo per Curiæ secularis non propria auctoritate, sed Episcopi loci ordinarij duntaxat, & alterius personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis licentia, & interuentu, quibusdam alijs sollemnitatibus adhibitis, prout in d. Constitutione plenius continetur, impunè à dictis locis extrahi, & abduci valeant, & propterea Ecclesiarum, & locorum Regularium Prælati laicas personas in prædictis casibus delinquentes, si ad ea confugiant, & ibi se recipiant, & commorentur, & delicta, aut eorum aliquid iudicio suo commisisse videbuntur, quoties à Curia seculari fuerint requisiti, debent illius ministris, & Officialibus absque irregularitatis nota, aut alicuius censuræ Eccle. incursu tradere, & consignare, quemadmodum eisdem Prælatis per prædictam Constitutionem præcipitur, & mâdatur. Violantes demum Regularium Ecclesias siue loca quæcumque eorum ordinum, aut in eis violentiam damnabilem exercentes, eo ipso excommunicati existunt, à qua non possunt absolui, nisi à Summo Romano Pont. vel ordinis Conseruatore.

Const. 2. eiusdem Greg. 14. inter Bullas comm. p.

Cle. IV. Const. 6. Boni. IX. Const. 1.

DE FORO COMPETENTI REGVLarium, Tit 6. Cap I.

Ca. Cieros, dist. 21.

Nullus Regularis tanquam personas Sacris ordin. insignita, & in sortem Domini electa, siue auctor, siue reus existat, in foro seculari, qui litium exercendarum locus est, potest laicum, nec quemuis alium conuenire, neque inibi conueniri, eo quoniam sacrorum Canon. antiqua dispositione prohibetur, ne Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ non solum sponte secularia iudicia subeant, sed neque etiam inuitæ ad tribunalia laicorum pertrahantur, cui quidem beneficio, & priuilegio cum non sit personale, sed toto Collegio Eccl. publicè indultum, nulla persona Eccles. potest renunciare, nec vllo modo etiam ex pactu iurare, to ei derogare, vel contraire, & secus faciens venit excômunicanda cum causæ amissione, & tota eo, quod eius euictum vltra excommunicationis sententiam Bullæ Cœnæ Domini, in quam incidunt iudices, & partes, quæ personas Eccl. ad tribunalia sua secularia trahunt, vel trahi faciunt, aut eorundem laicorum auctoritate causarum auocationem à iudicibus Eccles. procurant. Ideo persuasum sibi habeant Regulares, se neque iuris communis dispositione, neque virtute priuilegiorum à Sede Aposto. eis concessorum ante ciuilem iudicem, & in laicorum curijs suas causas absque dict. Sedis Apostol. vel eius delegatorum iudicum dicere, sed proponere licitè, & validè posse, sed tantum coram iudice Eccles. nempè coram suo Conseruatore, veluti eorum competenti iudice ordinario, coram quo in ciuilibus causis duntaxat, primò vnam definitiuam sententiam, antequam ad illud iudicium euocentur, seu causa committatur, vel transferatur obtinere debent; quod idem seruandum est, etiam si rei extiterint, si autem tamquam actores in iudicio ciuili cum personis æque priuilegiatis, alijs, scilic. Regularibus agendum erit, tunc coram reorum Conseruatore illos conuenire tenentur rationibus & iuribus supra, in dic. cap. de priuilegiorum communicatione allatis, & coram Episcopis loci ordinarijs, eum Regulares ab eorum iurisdictione exempti sint, non possunt inuiti ciuiliter conueniri, nisi quando Conseruatores non haberent, sicut sibi eligere debent, quod si facere recusent, tunc in pœnam coram d. ordinarijs conueniri valent, vt super in tit. de priuil. Conseruatorum, in ca. 9. dictum est: Regulares demum extra Monasteria, & suorum superiorum obedientiam degentes, in ciuilib. causis, & præsertim mercedum, & miserabilium personarum coram locorum ordinarijs, tanquam in hoc Apostolicæ Sedis delegatis, possunt legitimè conueniri, & ad soluenda debita iure medio cogi, atque compelli.

Ca. Nullus 19. qu. 1.

C. Si diligenti de foro com. Ant. de Be. Abb. & Inn. in c. Ecc.

S Marie, de consl.

Prius V. Const. 5.

Con. Tri. s. 14 In exempt. causis.

Id agendo verò criminaliter nullus Regularis Frater, siue Monialis sub excommunicationis sententiæ pœna potest alium Fratrem, seu Monialem eiusdem ordinis coram aliquo iudice, qui de dicto ordine non sit, ex quacumque causa conuenire, seu conueniri facere, & propterea omnibus iudicibus Eccles. & secularib. etiam priuilegiorum Conseruationibus sub eiusdem excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibitum est, ne querelas alicuius Fratris contra alios Confratres eiusdem ord. suspiciant, vel de eis cognoscant, sed quid causas huiusmodi coram eis pendentes ad ordinarios iudices, & superiores cognoscendas, & terminandas

Leo. X. Con. 10. Greg. XIII. Const. 1.

nandas remittant, vt per priuilegia disponitur, sed causa criminalis eisdem iudicibus Eccles. extra ordinem à superioribus Regularibus delegetur, tunc absque vllo præiudicio causam acceptare, cognoscere & sine dubio terminare valent, tanquam eorundem Regularium prælatorum delegati, & non propria auctoritate eo munere fungentes.

Postremò est aduertendum, quod in omnibus Regularium causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, & ad Monasteria, & Domos proprias pertinentibus, Regulares ipsi examinari, eorumque depositiones recipi, & admitti valent, quibus in iudicio, & extra, tanquam iuridicis fides est adhibenda.

Quando Regulares ab Episcopis locorum Ordinariis criminaliter teneantur, & contra illos procedi valeat. Cap. II.

Regulares extra Monaster. degentes cum delinquunt, ab ordinarijs, tanquam super hoc à Sede Apostol. delegatis puniri, & corrigi possunt, suorum ord. priuilegijs non obstantibus. Existentes verò intra claustra, & extra ea ita notoriè delinquentes, vt populo scandalo sint, Episcopo instante intra tempus ab eodem Episc. præfigendum, seuerè per eorum superiores puniri debēt, & de punitione ipsum Episcopum certiorem facere tenentur, aliàs Regulares correctioni Episcopi omninò subijciuntur, iuxta concilij Tridentini decretum, cui additur, quod superiores in Regulares delinquentes non animaduerterint, quinimmò si illos impunitos ad alia suorum ordin. loca extra Episcopi diæcesim transmiserint, superiores ipsi instante Episcopo intra terminum ab eodem Episc. præfigendum sub priuationis dignitatum, & offic. obtentorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ pœna ipso facto incurrenda, ad quam a nemine præterquam a Roman. Pont. restitui possunt, ipsos Regulares delinquentes a loco, ad quem translati fuerint, reuocare, & in quo deliquerant, constituere, seu sistere obstringuntur. Quod si id facere contempserint, tunc ordinarius loci, ad quem Regulares delinquētes transmissi fuerint, super præmissis ab ipso ordinario loci, in quo deliquerunt, requisitus, vel alias de illorum delictis informatus, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, in ipsos Regulares criminosos animaduertere potest, & debet, iuxta declarationem, & decretum Sanctiss. D. N. Clementis VIII. editum. Demum subijciuntur Regulares Episcoporum correctioni cum ex itineris causa per dictorum Episcoporum ciuitates, & diœceses transeundo, in hospitijs, seu diuersorijs, quibus sese acceperunt absque litteris obedientiæ, seu commentarijs, diligenter requisiti, vel in eo non fuerint deprehensi, tunc enim ab eisdem Episcopis, tanquam criminosi, & grauiorum criminum suspecti, carcerari, aut sub custodia tamdiu detineri possunt, donec certa de eisdem notitia per eos habeatur, cum ipsis Regularibus prohibeatur a suis conuentibus recedere, etiam ad superiores suos, etiam ad vrbem accedendi gratia, nisi ab eisdem missi, vel vocati fuerint, quod si absque mandato in scriptis obtento reperiantur, ordinatio (vt præfertur) tanquam sui instituti desertores puniri valeant, sicut contra eosdem Regulares ad studiorum Vniuersitates missos, (qui in Conuentibus habitant,) ordinarius ipse procedere potest iuxta decretum Concil. Trident. & Sixti V. Constitutionem, necnon Decretum Sacræ Congregationis, cuius tenor est.

In c.14. Regul. Sess.25.

Const. 1.

Concil. Trid. in c.4. prohibet. Sess.25. Const. 5.

Contra Regulares ad vrbem temerè leuiuè ex causa accedentes, absque eorum Superiorum licentia.

QVONIAM nonnulli Regulares vagādi studio, siue dum imminentem admissorum criminum pœnam, ex suis constitutionibus aut alias debitam, sibi metuunt, falsa, & commentitia grauamina causari, non ad immediate sui ordinis superiores, sc. à grauamine Prioris ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, prout cuiusque religionis constitutionibus disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia sæpius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores euadunt, placuit Sacræ Regularium Congregationi ex ord. Sanctitatis suæ statuere, vt si quis Regularium in posterum temerè, leuiue ex causa hanc Almam Vrbem, seu Curiam, absque sui Superioris licentia, & supradicta forma prætermissa ad se præsumpserit, ad suos eosdem Superiores seueriori pœna plectendus remittatur.

F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Georgius Palearius V. I. Secretarius.

DE

DE APPELLATIONE A SENTENTIIS de correctione Praelatorum Regularium per eorum subditos non interponenda.
Tit 7. Cap I

Leo X. Const. 10. & Greg. XIII. Const. 1. Sicut, vt super dictum est, Regulares in nulla causa, & praesertim criminali, contra illos Fratres eiusdem ord. querelam coram Iudicibus extra ord. proponere non tamen ita & sub eisdem poenis eis prohibetur à sententia, seu correctione suorum Praelatorum ad eosdē Iudices extra ord. appellare, cum id gradatim ad suos ordinis Superiores facere permittatur vt in superiori decreto praefatae Congreg. Regularium latius continetur. Quibus additur, quod non solum subditis appellatio huiusmodi ad Iudices saeculares prohibetur: Sed etiam Prioribus Guardianis, aliisque Superioribus localibus necnon Prouincialibus, caeterisque Iul II. Const. 6. Officialibus pariter interdicitur, vt a sententia priuationis, seu absolutionis, proprii officii lata, per quemcumque ordinis Superiorem, potestatem huiusmodi absolutionem, seu priuationem faciendi habentem, appellare non possunt. Quod si fecerint, & appellationem emissam prosequendam duxerint, sunt ipso facto, auctoritate Apostolica ab officio, pro quo per eos fuerit appellatum, priuati, & absoluti.

DE PROPRIETATE, DOMINO ET possessione bonorum per Regulares in communi retinenda Ti Cap I.

Sess. 25. c. 3. Concedit Sixtus IV. Const. 14. Paul III Const. 1. Cvm omnibus quorumcumque ordin. Mendic. vtriusque sexus Regularibus personis (exceptis Fratribus S. Franc. de Obser. & Cappucinis) bona stabilia, eorumque Monasteriis, & Domibus acquisita, & applicata in communi retinenda, & possidenda ex Conc. Trid. decreto, sicut olim per priuilegia diuersorum Sum. Pont. illis indultum fuerat, hodie pariter concedatur, inde sequitur, quod Regulares easdem haereditates quascumque tam ex testamento, quam ab intestato eis delatas, & deferendas acceptare, & adire, omnesque donationes relicta, oblationes, & legata eorumque Ecclesiis, Capellis, Sacristiis, pictu- Cle. IV. Const. 1. ris, fabricae, Monasteriis, Domibus, Conuentibus, & Locis a fidelibus pie facta, & facienda, recipere, exigere, & consequi possunt, necnon in omnibus institutionibus, & substit. aliisq; piis, & non piis dispositionibus, vocari, & nominari, & in bonis eorum consanguineorum, & affinium, seu cognatorum, aliarumque extraneorum personarum decedentium succedere, ac si in saeculo forent, succedere possunt atque bonorum possessionem apprehendere, & retinere, seu bona acquisita vendere, & illorum precium in ipsorum vtilitatem conuertere, prout eis magis expedire videbitur.

De Fratribus Minoribus S. Francisc. de Obser. Cap. II.

Cvm Fratribus Minoribus de Obseru. per Conc. Trid. d. c. 3. ead. Sess. 25. Regulam B. Franc. in altissima paupertate ab eo fundatam, quam ipsi profitentur, bona immobilia, etiam in communi retinere, & possidere prohibetur, propterea S. R. E. post eiusdem instituti reformationem ab ea approbatam attendens eorumdem Fratrum copiam, atque fidelium charitatem ob temporum penurias, & calamitates, adeò defecisse, vt ex incerta mendicitate, & minutis eleemosynis se sustentare non possent, omnium rerū mobilium & immobilium, quibus Fratres ipsi vti possunt, omne ius, proprietas, & dominiū Sixtus IV. Const. 14. immediate ad se pertinere, & spectare decreuit dictisq; Fratrib. de benigno remedio prouidēdo declarauit, quod relicta, donationes, oblationes, legata quaecumque dictis Fratribus facta, & facienda praefata S. R. E. & de illa ordini, & Fratribus, ac locis eorumdem facta sint, & esse intelligantur, eundemque plenarium sortiantur effectum, quem sortirentur, si nominatim, & expresse praefatae R. E. & eius Fisco fierent, seu facta essent, nec possint praetextu incapacitatis eorundem Fratrum quouis modo de inualiditate notari, haereditates quoque eisdem Fratrib. si in saeculo forent ab intestato deferri contingeret, eidem Ro. Eccl. quae ipsorum Fratrum locum, quo ad hoc tenet, deferantur, & delatae esse censeantur, vt in dictorū Fratrum vsum, & vtilitatem per personas extra ord. a Praelatis ord. deputandis, iuxta formam, vt inf. perite, & exacte administrentur, & conuertantur, ex quibus etiam constat ipsorum Regul. bona, quoad acquisitionem, & praescriptionem eisdem priuilegiis, & praerogatiuis gaudere, sicut Fiscus, & Camera Apost. potiri, & frui dignoscitur.

De oeconomis, seu syndicis per Praelatos Fratrum Min. de Obser. eligendis, eorumque officio, & facultate.

Cle. exiui de Paradiso de verb. signif. Verum, cum dicti ord. Fratres, non solum a receptione, proprietate, & dominio bonorū immobilium, ac etiam pecuniae verū etiā ab illius qualibet cōtrectatione peni-

tus ex Regula essent alieni, & pro nulla re temporali in iudicio aliquod ius experiri possent, neminemque inibi conuenire. Ideo ne pia fidelium intentio propter Deum eisdem fratribus aliquid relinquentium ob prætextum incapacitatis defraudaretur, ideo ab Apost. Sede fuit opportune prouisum, vt Generalis per totum ord. & Prouinciales Ministri, ac custodes vniuersi dicti ordinis pro tempore existentes in prouinciis sibi decretis possent pro locorū indigentia personas extra ordinem nominare, & eligere, quæ quidem taliter per ipsos nominatæ, & electæ legitimi administratores, actores, Oeconomi, & Syndici Sanctæ Ro. Ecclesiæ statim auctoritate Apostolica constitutæ esse censerentur, & ab ipsius ordinis Prælatis requisitæ relicta quæcumq; vice, & nomine non Fratrum, sed eiusdem Romanæ Ecclesiæ recipere, tenere, possidere, ac bonorum fructus, redditu, prouentus petere, exigere, atque percipere, illosque incommodum, & vtilitatem dictorum Fratrum, & locorum eorumdem, quibus relicta fuerint, & Fratrum assensu, & requisitione conuertere, & exponere tenentur, quibus quidem personis, vt supra, in Syndicos Romanæ Eccl. electis, & nominatis, in præmissis a Sede Apost. conceditur plena Generalis, & libera potestas petendi, exigendi, re[illegible]piendi, alienandi, transigendi, paciscendi, refutandi, quietationem faciēdi comparendi, agendi, defendendi, ac in animam eorum de calumnia vitanda, & de veritate dicenda, iurandi, ac cuiuslibet alterius generis iuramentum præstandi cum illis, & contra illos, qui res quascumque, aut eorum precium, vel eleemosynas relictas Fratribus in testamentis o[illegible]ut, violenter auferrent, siue contra voluntatem fratrum quomodolibet detinerent, & generaliter in omnibus causis pro rebus locis huiusmodi ad ipsam Roman. Eccl. spectantibus ipsorum Fratrum vsui concessis, necnon pro illorum immunitatibus, iuribus, & priuilegiis sine cuiuslibet [illegible] aut cautionis onere præfata auctoritate Apostolica in iudicio, & extra plena, & libera potestas [illegible] existit, liberum est etiam ipsis Generalibus, Prouincialibus, & Custodibus personas ipsas extra ord. in Oeconomos nominatas reuocare, & earum loco alias subrogare, quoties eis videbitur, & opportunum fuerit, quæ eandem in præmissis similem habeant administrandi facultatem, vt in litteris Paul. IV. & Pij IV. continetur, cum expressa derogatione Constitutionis Ioannis XXII. Ad Conditorem, de verbis sig. cui etiam expressè derogauit Gregorius XIII. *Const. 5.* *Const. 8.*

De proprietate in parte ubi a Fratribus reijcienda.

Cap. I I.

CVM abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò annexa sit Regulæ Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit dispēsare, ideo omnibus quorumuis ordinum Regularibus districte, & in virtute Sanctæ obedientiæ pœnis, & pia iudicijs prohibetur, ne aliquid in proprio quouis modo possideant, sed quidquid habuerint, totum in continenti Superioribus resignent, sicut etiam per Concil. Trid. declaratur, vt nulli Regularium, tam virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere, vel tenere, sed statim ea Superiori tradere teneantur, & conuentui incorporentur, ex quibus sequitur, quod quando Regularis aliquando mobile, vel immobile recipit, siue magnum, siue paruum illud sit, sine scitu, & consensu sui Superioris, aut illius, quòd de licentia, prælati recipit, & non est paratus in manus illius, & ad eius libitum, & requisitionem consignare, aut aliquid abscondit, aut celat, ne a prælato videatur, aut intercipiatur, proprietarius est, & mortaliter peccat, cum non solum votum paupertatis, verum etiam canonicas sanctiones transgrediatur, & potest viuens puniri, & in huiusmodi proprietate moriens, bona retenta cum eo in signum perditionis extra Monasterium in sterquilinio tumulari debent, secūdum quod B. Greg. narrat in suis Dialogis se fecisse. Superioribus quoque Regularibus interdictum est, bona stabilia alicui Regulari subdito concedere, etiam ad vsum Fratrum, vel administrationem, aut commendam, nam bonorum Conuentus administratio ad solos Officiales ad nutum Superiorum amouibiles pertinere debere, sacrum Concil. Trid. decreuit. Mobilium verò vsus ita per Superiores permittendus est, vt eorum supellex statui paupertatis quam professi sunt, conueniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam necessarium eis denegetur, ex quibus etiam colligitur,

c. Cum ad Monasterium de statu Monachorū Sess. 25. cap. 1. Nemini.

d. c. Cum ad Monasterium eodem tit.

d in c. 11. I. Nec deinceps Sess. 15.

d. c. Cum ad Monasterium.

tur, quòd Superior non potest dispensare cum suo Religioso sibi subdito, quod habeat proprium simpliciter, quasi in suo dominio, vt illud ad placitum distrahat, & vt sibi videtur eroget, & dispenset. quòd si in hoc Superior preuaricator extiterit, iuxta sacrorum canonum dispositionem, ab officio debet deponi, & secundum Regularia instituta puniri, vltra peccatum mortale, quod incurrit peccato sui subditi communicando, & subditus si illud tenere fuerit deprehensus seu conuictus, biennio actiua, & passiua voce priuatus, iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones multari debet. Potest quidem prælatus cum subdito dispensare, & rem mobilem vtendam, pecuniam erogandam, non tamen incertè, & simpliciter hoc est ad libitum proprii subditi, sed suam disponendam concedere. Quod quidem non nisi ex rationali causa fieri debet, cum dispensatio absque causa, dissipatio potius dici mereatur. Ideò est aduertendum, quod rationabilis causa ex præmissis duplex esse dignoscitur, scilicet vtilitas, atque necessitas communis, & publica, aut priuata. Vtilitas priuata est cum religioso conceditur liber ad discendum, & ad informandum animum suum in pertinentibus ad propriam salutem, communis autem cum ei conceditur vsus librorum ad discendum, vt inde aliis legendo, consulendo, prædicando proficere valeat, & etiam propriæ religioni deseruire. Necessitas verò priuata ea est, quotiescumque in Monasterio paupere, in quo non possunt Religiosi habere victum, & vestitum de communi tunc permittitur, vt aliquid habeant ad vsum propriæ necessitatis cum proposito tamen semper illud ad nutum Superioris resignandi, & totum sciente, & permittente prælato retinetur. Communis deinde necessitas est, quando alicui Officiali, nempe procuratori, Cellario, seu vestiario conceditur aliquid erogandum in communem Fratrum vsum. Sed quamuis huiusmodi necessitates, & vtilitates suadeantur causæ sufficientes dispensandi, cauendum est tamen ne in illis faciliter dispensetur, vnde oues faucibus mortis exponantur. Sed quoniam libera, & licita donatio est actus à vera proprietate dependens; Ideò vtriusque sexus Regularibus qui ipsam proprietatem per votum paupertatis solemniter emissam abdicarunt, munerum largitio est penitus interdicta per constitutionem Sanct. D. N. D. Clementis VIII. quippe quæ est ab omnibus qui sub illa comprehenduntur inuiolabiliter, prout eius verba sonant, seruanda, donec ab ipsomet legislatore fuerit aliter declaratum.

Concil. Trid. Sess. 24. c. 1. Eadem Sess. c. 2. in fin.

Archidiacon. Fio. 3. q. sum. 1. 1. 26. c. 1. S. ti.

DE BONIS LOCORVM REGVLArium alienandis. Tit. 9. Cap. I.

Mendicantium Ordinum Monasteriorum, & Domorum bona stabilia & immobilia, seu quasi stabilia, vt perpetui annui redditus, & preciosa mobilia, quæ sub bonorum immobilium nomine comprehenduntur, cum Ecclesiastica sint, neque alienari, neque speciali hypoth. ex titulo obligari propria Regularium auctoritate valeant, quod tamen illis virtute priuilegiorum quibusdam de causis in illis expressis, nonnullisque sollemnitatibus adhibitis, illa alienare permittitur, vltimis etiam testatorum voluntatibus non obstantibus, sub cuius quidem alienationis verbo conditionata, & libera venditio, afflictus, permutatio, emphyteuticus contractus ad duas tantum generationes, vel nominationes continetur, & per dictos Regulares fieri nouissimo priuilegio Gregorij XIII. conceditur.

Cle. Exiui de verb. signif. c. Ambitiosæ, in extrauag. Const. de reb. Eccl. non alie. nā. Leo. x. Const. 14. Clem. VII. Cōstit. 2 ca. Nulli de re. Eccl. non alie. Con. vit.

Quæ seruanda sint in prædictis alienationibus faciendis. Cap. II.

IN qualibet Regularium bonorum alienatione, requiritur primò legitima causa ad alienandum impellens, videlicet emergens necessitas debita Monasterij soluendi, ac Fratres in necessitate existentes sustentandi, vel euidens Monasterij, & loci commoditas, seu vtilitas, hoc est, aliorum bonorum immobilium augmentum.

Secundo, licentia alienandi, quam quidem per eadem priuilegia Leonis X. & Clementis VIII. Generales, & Prouinciales, vel eorum Locum tenentes suis Fratribus concedere possunt. Const. 4. Const. 2.

Tertio, adhibendus est saltem vnicus sollemnis, & diligens tractatus inter fratres, seu Sorores, Moniales, Domus, vnde bona sunt alienanda in eodem tractatu discussio fiet, an magis expediat alienare vnam rem quam aliā, vel possit subueniri eorum domui sine bonorum alienatione, quibus omnibus, alijsque huiusmodi considerandis hinc inde inter eos benè discussis, & examinatis, ad alienationis contractus celebrationem cum Superiorum licentia deueniri debet, in quo quidem contractu in-

c. Tua nuper de ijs, quæ fiunt à maior. part. Cap. ca. Dudum de rebu. Eccl. non alien. in 6.

retinenire, & accedere debet consensus duarum partium ex tribus partib. tractum seu Monialium Monasterij alienantis.

Leonis in Const.4. Clem 9. Const.3. Greg.13. Const.17. Quartò requiritur superioris Regularis ratificatio, & confirmatio contractus celebrati, quæ quidem loco consensus Sedis Apostolicæ, tum à Prouinciali, tum etiam à totius ordinis Generali in vim prædictorum priuilegiorum præstari potest, dummodo prior alienatio diligenter ab eis vel eorum altero examinata, & euidens vtilitas comprobata, per diligentem informationem non à Fratribus, sed à duobus, vel tribus bonis viris locorum, in quibus bona alienata consistunt; habeatur, quæ omnia in processu super huiusmodi informatione, & approbatione fabricando per Notarium publicum in publicam formam redigi debet, et tunc statim quod vel per Prouincialem vel per Generalem seruatis supra narratis, alienatio fuerit sic, vt præfertur ratificata, non solum dicta alienatio, ac inde sequuta, necnon instrumenta, & scripturæ desuper pro tempore confectæ ab Apostolica Sede approbatæ, & confirmatæ censentur, illasque ac in eis contenta, valida, & efficacia perpetuò fore, ab omnibus obseruari debent, ita vt contrahentes, super præmissis, & inde sequutis nullo modo possint molestari. Sed si ordo, vt supra, non fuerit seruatus, alienatio facta quæcumque illa sit, ac contractus aliter celebrati, nulli, & inualidi, nulliusque roboris vel momenti existant, & donec per Generalem, vt dictum est, alienatio non fuerit ratificata, bonorum possessio penes Fratres, seu Moniales Monasterij & domus alienantis remanere intelligitur, si vero superiores prædicti bonorum alienationes in præiudicium domorum factas eis constiterit, virtute eorundem priuilegiorum retractare valent, (Eiusdem Leonis X Const. 4.) illas vero, quæ per ignorantiam Constitutionis Pauli III. in euidentem tamen vtilitatem & necessitatem factæ (dum id coram Vicario Episcopi loci constet) confirmare, & approbare possunt.

Qui demum superiores, & Regularium prælati, cum in confirmand. seu ratificandis bonorum suorum Conuentuum alienationibus vices Sedis Apostolicæ gerere dignoscuntur. Ideo in interponendis eorum decretis, & licentijs concedendis super illis commodum, & euidentem vtilitaté duntaxat intendere debét, alioquin vltra sententiam excommunicationis, quam ipso facto incurrunt, ab officio etiá per annum suspenduntur, vt in priuilegio Iulij II. Congregationi Monachorum B. Mariæ de monte Oliueto concesso, & Mendicantibus communicato, continetur. (Sess. 25. de refor. cap. 11. Magnam.) Locationes verò, etiam triennales, bonorum anticipatis solutionibus factæ, per prælatos ipsos Fratrib. omnino interdicantur quocumque priuilegio non obstante, cum illæ per Concilium Trid. fieri prohibeantur.

DE PACTIS REGVLARIVM CVM personis extra ordinem initis. Tit. 10.

Cap. I.

QVamuis olim de iure, etiam communi, pacta, conuentiones, & transactiones per Fratres prædicatores, & Minores, aliosque Mendicantes, eorumque prouinciales Priores, & Guardianos, aliosque Officiales cũ prælatis, Capitulis, rectoribus, & personis Ecclesiarum, Ciuitatum, Castrorum, Villarum, & locorum, super iuribus parochialibus, vel alijs quibuscumque articulis ab eis, vel eorum antecessoribus initæ, siue factæ, dum tamen alias essent, & licitæ, & honestæ tenerent, & ad illas seruandas ipsi Fratres compellerentur, etiam si contra ordinis priuilegium concordatæ essent, cum per facta prædicta indultis derogatum esse censeretur. (c. Quæ de pactis.) Hodie tamen per priuilegium Alexand. 4. & Iulij 2. & Honorij 4. nouissimé confirmata, & innouata, declaratur, vt compositiones, & facta huiusmodi obligationib. interpositis, atque conditionibus adiectis super locis ad ordinem pertinentibus per prædictos Regulares absq; licentia, & assensu totius eiusdem ordinis generalis inita, seu per ipsum Generalem ratificata, aut in capitulo generali recepta, & approbata, & confirmata non fuerint, minimé valeant, illaque nullius firmitatis existere, ex prædictis priuilegijs declarantur, sicut etiam super illorum nullitate declarãdi ipsi Generali per priuilegium ipsum Iulij II. facultas condonatur. (Leo X. Const. 1. c Pactã eodem ti. Const. 1.) Quibus quidem non obstat Decretum Bonifacij VIII. vt supra allegatum, & constitutio Leonis X. in Concilio Lateran. edita, cum & per Iulium II. Paulũ III. & Gregorium VIII. & Sixtum V. non solum prædictis sed etiam consuetudinibus quibuscumque, ac omnibus alijs in contrarium etiam per ipsos Regulares seruatis, fuit, & est expresse derogatum. (Euge. 4. Const. 4.)

De

DE REGVLARIVM MENDICANtium Prælatis eorumque electione, & potestate. Tit. 11. Cap. I.

Seß. 25. c. 2. In electio. GEnerales, ordinum capita, necnon eorum Vicarii, Prouinciales Priores, Ministri, Magistri, Guardiani, seu Correctores, Præpositi, Rectores, illorumque Vicarij, vicegerentes, commissarij, vel delegati visitatores, & alij Prælati quocumque nomine vocentur, postquam iuxta illorum ordinum constitutiones, & per formam à Concilio Tridentino traditam, nempè per vota secreta absque nominum eligentium publicatione, & per proprios *Mare Magnum §. 1. Glos. in ca. fin. de off. ordin.* electores prouinciales, & non per constitutos ab eisdem prouincialibus ad supplendas voces, & absentium suffragia electi, eo ipso quod sunt veri Prælati generales, & alij, vt supra effecti curam animarum fratrum eorundem ordinum plene habent, & liberè gerunt, illosque tunc propria auctoritate officij ligare, & soluere valent. Quæ quidem auctoritas cum sit perpetua, & non temporalis, & a priuilegijs in perpetuum ipsis omnibus concessis dependeat, est ordinaria, & non delegata, & tanquam ordinaria in vtroque foro ab eis potest valide delegari, non obstante, ea. fin. extra de offi. de. *In verb. Concessa pal. in 4. sen. dist. 17 q. 3. ar. 2.* leg. vbi dicitur, quod alma legatorum Sedis Apostolicæ auctoritate nulli, cui commissum fuerit excommunicare, vel absoluere alios, dispensare cum irregularitatibus, vel pœnitentias iniungere, liceat hæc alijs demandare, quoniam illud cap. secundum communiter Doctores, habet locum in personis, quibus committitur tantum certum, & nudum ministerium, & quando eligitur industria certæ personæ; quod secus est in dictorum Regularium Prælatis, quibus non nudum ministerium, sed quidem plena causæ subditorum cognitio, & cura cum iurisdictione demandatur, *C. Sin. de off. ord. & ibi Glos. & Pan.* quæ illis competit ratione perpetui priuilegij, officij, & dignitatis eisdem ordinibus concessæ, & non ratione industriæ personæ, cum sit incognita; quod quidem confirmatur, quoniam d. c. fi. dispositio procedit ad delegatam, & non ordinariam auctoritatem, & facultatem habentes, quæ quidem absoluendi facultas iuxta mentem Panormitani est delegabilis per auctoritate ordinaria fungentem, sicuti est ipsorum Regularium prælatorum auctoritas, quorum delegari illum subdelegare non possunt. Et propterea Generalis in toto ordine, Prouincialis in tota sua prouincia, Prior & Guardianus, Rector, & Corrector in proprijs *Pius V. Const. 14* domibus, seu Conuentibus & locis, & illorum Fratribus & alijs personis sibi subditis omnimodam iurisdictionem, & potestatem habent respectiuè regendi, visitandi, & corrigendi, ac ex priuilegio Apostolico illud idem per se ipsos possunt in suos Fratres, & Moniales, & alias *Const. 1.* subditas personas, quod possunt Episcopi in laicos, & clericos sibi subiectos, quo ad dispensationem ab omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, quam etiam in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reser- *Concil. Triden. Seß. 14. ca. 6. Quoniam.* uatis, delinquentes sibi subditos per seipsos, aut eorum Vicarios ad id specialiter deputandos in foro conscientiæ gratis absoluendum, imposita pœnitentia salutari, vt ex Concilio Tridentino Episcopis conceditur. Ex prædictis etiam sequitur, dictos prælatos, & superiores posse inter suos Fratres casus, quos maluerint ex contentis in decreto à Clemente Papa VIII. nouissimè edito, sibi in foro pœnitentiæ reseruare, à quibus nullus inferior Regularis absoluere valet, alioquin absolutio nulla esset, & absoluens in pœnam à casibus reseruatis incideret.

Generalibus vero ipsis duntaxat ex priuilegio competit constitutiones conditas, & a Sede Apostolica etiam confirmatas simul, ac ambiguitates circa priuilegia, indulta, exemptiones, & gratias ab eadem Sancta Sede concessas, & concedendas emergentes, quoad conscientiarum Fratrum sibi subiectorum serenitatem *Iulij II. Const. 1.* tantum, auctoritate Apostolica declarare, quæ quidem facultas interpretandi Regularium priuilegia, siue clara, siue dubia sint, omnibus Episcopis, alijsque Prælatis sæcularibus omnino interdicitur, & aufertur.

Valent etiam omnes Religiosorum superio- *Clem. IV Const. 1. c. 1 de dolo. & contu.* res, vt supra descripsi in corrigendis sibi subditis Fratribus simulis, & apicibus iuris postpositis contra eos liberè, & sola facti veritate inspecta procedere, dummodo tamen iustitia non periclitetur, nempè, quod in correctionem iudicijs ab eis substantialia illorum omittantur, vt sunt legitimorum testium receptiones, probationes, exceptiones, & necessariæ defensiones, quoniam sine illis iniquum esset iudicium, & per consequens nullum. Quæ autem resecanda, & quæ in huiusmodi iudicijs seruanda sint, in Clementia, Sæpe de verbor.

Clem n so- per ever. signif. Iulius Const.6. significatione continentur, quæ in titulo de Conseruationibus habetur, & ibi videri potest.

Item possunt Generales non solum Conuentus suorum Fratrum, sed etiam Monasteria Sororum Monialium, & earum collegia, ac personas quascumque tertij habitus sub eiusdem ordinis cura existentes eximere, non obstante, quod per eorum constitutiones, & fundationem aliter disponatur.

Pius V. Const.12. Possunt etiam Generales, & eorum Vicarij, necnon Prouinciales, ex indulto Apostolico in vnaquaque prouincia vnum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures sibi bene visos eiusdem ordinis Religiosos, seu Fratres, probos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipsis approbatos, in Notarios creare, constituere, & deputare, qui sic creati, constituti, & deputati sine aliquo respectu, & omni cessante recusatione libere quoties requisiti fuerint omnia, & singula mandata, priuilegia concessiones, gratias, indulta, & rescripta Apostolica in dictorum Regularium vtriusque sexus personarum, earumque Ecclesiarum, domorum, Monasteriorum, locorum, Conuentuum, & vtilitatem, & commodum concessa, & emanata quibuscumque personis, tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis cuiuscumque dignitatis sint, quoties opus fuerit, notificare, & insinuare, & intimare, ac super præmissis, & eorum singulis, iuxta eorundem priuilegiorum continentiam, & formam monere, & requirere, & singula circa ea requisita, & opportuna facere, gerere, & exercere, & exequi, de eisdem omnibus, & singulis publicos, & publica, actus, & instrumenta coram testibus ad hoc requisitis conficere, stipulari, & in notam redigere, & inde vnum, vel plura instrumenta conficere, quibus in iudicio, & extra eadem fides adhibeatur, ac si per alios quoscumque publicos, & authenticos Notarios stipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuissent, à quibus quidem actis, notis, instrumentis, & scripturis, ab illis stipulatis, confectis, & authenticatis, intimatos, munitos, & requisitos affici, ac arctari debere auctoritate Apostolica statuitur, & declaratur, cum districta inhibitione, & præcepto, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna locorum ordinarijs, alijsque cuiuscumque status personis, ne Notarios ipsos (vt supra deputatis) in supradictorum exequutione quouis modo impediant, seu impedire, aut prohibere audeant.

Idē Pius V. Const. eadem.

Quamplurimæ aliæ sæculares ipsorum Regularium prælatis concessæ per priuilegia existunt, quæ suis locis annotantur.

De professione fidei iuxta formam Bullæ Pij IV. editam, per professos Regularium Monasteriorum prouisos facienda.

Cap. II.

Sess.24. c.12. et 4 for. cum. STatuit sancta Tridentina Synodus, quod qui Cathedralibus, & superioribus Ecclesijs præficiuntur, vel quibus de illarum dignitatibus canonicatibus, & alijs quibuscunque beneficijs curam animarum habentibus prouideri contingit, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, se in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare ad minus intra duos menses à die adeptæ professionis in manibus Episcopi, vel eius Officialis teneantur.

Pius IV. in 2 par. Bull. co. Cuius quidem fidei professionis formam edidit postea Pius IV. & per suas litteras mandauit, vt etiam dicta professio fieret per quoscunque Regulares, quibus de Monasterijs Conuentibus, domibus, & alijs quibuscunque locis Regularium quorumcunque ordinum etiam quocumque titulo, & nomine eis prouideatur, sub pœnis per dict. Concil. Trident. in contrauenientes statutis Hanc Bullam Pij IV. inter Bullas communes inseruimus, vt regulares prouisi, vt supra, possint ea commode vti.

DE PRAECEPTIONE ACTIVA, ET *passiua Regularium.* Tit. 12.

Cap. I.

Mare Ma. §. 43. Six. IV. Con. 4 c. Ad audientiam & c. Cū nobis de præscript. c. tit. eod. tit. in 6. Leo X. inter Camaldul. priuile. Const.2. INter alia beneficia, quæ Regulares Mendicantes ex indultis à Sede Apostolica, eis concessa, adepti sunt, illud sane passiuæ præscriptionis non modicum esse videtur, cum eorum loca, bona, & personæ centennariæ præscriptionis præsidio munita tutaque existant, quod quidem priuilegium competit eis, tum ratione immediatæ subiectionis S. Rom. Eccl. & Sedis Apostolicę, sub cuius protectione suscepti sunt, tam etiam quia omnium bonorum, tam mobilium quam immobilium, quæ Regularibus & præsertim Minoribus S. Francisci de Obseruantia quocumque modo acquiruntur, ius, proprietas, & dominium ad ipsam Romanam Ecclesiam nullo medio spectare, & pertinere dignoscitur, vt per eorum priuilegia declaratur. Cum igitur in prædictis agendis non ipsorum Fratrum, sed præfatæ Romanæ Ecclesiæ, ob commune ius, quod inter se quodammodo haberi dicuntur, negotium tangi videatur, eodem priui-

priuilegio prædictæ centenariæ præscriptionis, quo illa fruitur, & ipsi pariter fruuntur, & gaudent. Huiusmodi autem beneficium quibuscumque Regularibus Mendicantibus, & non Mendicantibus commune quoque existit per priuilegium Leonis X. Camaldulensium, & vallis vmbrosæ Congregationi concessum, & ad omnes Regulares ab Apostolica Sede plures extentum, & communicatum quo expresse statuitur, contra illorum Monasteria loca, bona, & personas, tam in præteritum, quam in futurum nulla curreat præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum, quod quidem tempus ab actu, seu contractu, vel quasi cursu exordium sumere debere intelligitur. Et eo clapso, tunc quadraginta annorum præscriptionem incipiendam esse idem Leo declarauit, quibus omnibus iunctis continuatis, & computatis centum annorum numerus constituitur, ita vt non nisi illis elapsis (vt præfertur) eorundem Monachorum, & Regularium, & Mendicantium bona, loca, & personas a nemine in iudicio molestari possunt. Quo vero ad actiuam præscriptionem, Regulares contra laicos præscriptione iuris communis, nempe triginta, qua laicus contra laicum præscribit, & contra alias Ecclesias, & loca pia sæcularium quadraginta annorum spacio præscribunt, sicuti etiam Regulares vnius ordinis, vel Congregationis contra alterius quorum nisi quinque ordinum Regulares, & Monachos non nisi eorundem quadraginta annorum spatio præscribere valent, cum ambo in hoc priuilegiati existant, in quib. locum habere videtur regula iuris vulgata, quod priuilegiatus contra priuilegiatum non suo priuilegio, seu iuris communis dispositione procedat, quoniam ad illam inducendam contra Ecclesiam requiruntur 40 anni, ad hoc, vt contra eundem præscriptio dicatur, sed contra ipsos priuilegiatos centum anni videntur requiri ob eandem rationem, & priuilegij dispositionem.

Quatuor autem in perfecta præscriptione requiruntur, quæ nisi adsint, quis in acquirendo Dominio per continuationem possessionis per spatium temporis, ex lege præsertim Canonica, & primo requiritur possessio rei præscribendæ continua, & sine interruptione ne vsq; in finem temporis completæ præscriptionis, quod si interrumpatur dicta possessio, interrupta etiam præscriptio censetur, interruptionem vero possessionis et per litis contestationem fieri Doctores tradunt.

DD. Cã. post Panormit. in c. fin. de præscript. Bald. in Auth. Quas actiones C. de sacros. Eccl. ff. de vsuca. l. 3. Iubemus, 16. q. 3. Io. And. in regu. sine poss. ff. c. 6 & c. Illius. de præsc. c. fi. Quoniam omne, de præscri. c. Si diligenti, eo. in præsc. sub ... in ...

Secundo, requiritur bona fides præscribentis, qui possidens rem præscribendam esse suam, vel illum, à quo recepit, dominium illius, aut ius distrahendi habere credat, licet in facto error adsit.

Tertio, requiritur titulus iustus, vel saltem iuste præsumptus, & præsertim quando ius commune obstat possidenti, seu præscribenti, tunc necesse esse illum allegare, & probare. Est autem titulus iustus omnis actus, per quem solet acquiri dominium, vt quando a vero domino res traditur, aut in solutum datur, aut à possidente emittitur, aut per transactionem, seu iudicis sententiam recipitur, siue pro derelicta occupatur.

Quarto, demum requiritur, quod res talis sit, quod præscriptione acquiri possit, & licet regulariter omnis res, & omne ius, omnisq; actio præscribi valeat, fallit tamen in peccatis, quæ de iure Canonico, & diuino, in foro animæ nullo vnquam tempore præscribuntur, non obstante illorum temporis diuturnitate, quæ illa non minuuntur, sed augentur, quamuis in foro iudiciali, & contentioso quo ad illius pœnam aduersus quodlibet crimen regulariter procedat præscriptio decem annorum. Nec etiam contra votum, & præsertim Religionis, nunquam præscribitur; nam vouens vsque ad finem vitæ illud seruare, & adimplere tenetur, neque consuetudo contraria prodest, & consequenter contra ieiunia, vigilias, & alia huiusmodi, ab Ecclesia ... longa temporis transgressione liberatur.

Contra vero prælati obedientiam, visitationem, correctionem, subditi, & præsertim Regulares nunquam præscribunt, sicut loca Religiosa, ius decimarum, primitiarum, & oblationum, aliorumque iurium spiritualium, laicus per quamuis longi temporis præscriptionem haud acquirere valet, cum istorum omnium Laici incapaces existant, excepto iure patronatus, & aliis spiritualitati annexis, cum ea possidenda ipsis Laicis relinquantur.

Postremo, non est in præsenti loco omittendum, tantam esse huiusmodi præscriptionis vim, & efficaciam, illum, qui rem alienam modis a iure, & præsertim Canonico, requisitis præscriptam, licite retinere, valere, etsi vnti post completam præscriptionem mala fides, siue scientia rei alienæ, superueniat, iuxta communem Theologorum, & Canonistarum senten-

Sa. in verb. præsc. § 4. L. sicut in rē. C. de præsc. 30 vel 40 an. c. quod autem, eod. titul. c. Cū non haberet, de eo qui duxit in m. quã pol. per adu. Abb. in d. c. Cū haberet, ea sicut, de reg. transl. c. Cum causam, de elect. c. a. tū ex off. de præsc. Io. And. in c. 2. de præscr. in 6 d. c. Ad aures de præsc. D. Tho. & alij cō. in 4. dist. 37. q. 8 ar. 1. Idem Th. in q. quodlib. art. 26 ad 1. Gl. in ca. fin. & latius in ca. Vigilanti. de præsc. & ibi DD. Cau Inn. & Ho quide

communi ne stetur Pan. in d. c. Vigilanti, & post eum ed. loco de praescri. c. Quippe. 23. q. 4. c. Quid dicam 14. q. 4. §. hoc enim. Sixtus V. Const. 5.

tiam: ratio est, quia res complete praescripta, non amplius aliena, sed propria praescribentis, & possidentis legis auctoritate effecta censetur, quae potest dominium rei alienae, etiam non consentiente Domino in alium transferre, Vnde sicut praescribens in acquirendo non peccavit, quia Sacrorum Canonum auctoritate praescribendo acquisivit, ita ad rem legitimè praescriptam restituendam minimè tenetur, cum alienum non sit, quod iure possidetur, iuxta D. Augustini sententiam.

DE NATALI, AETATE, VITA, ET moribus ad Religionem recipiendorum.

Tit. 13 Cap. I.

NVllus, nisi ex honestis parentibus legitimè natus, & maior sex decim annis, & non aliter, in aliqua Religione recipiatur, nec ad habitum eius suscipiendum admittatur, habita prius de illius parentibus patria, & anteactae vitae, & moribus, diligenti, accurata, & fide digna relatione, & attestatione, quae quidem receptio, approbatio, & admissio in Capitulo Generali, vel Provinciali pro tempore fiant, necnon illius Religiosi, sic recepti, nomen, & cognomen, quibus in saeculo vtebatur, & patria, in actus ipsius Capituli describantur, & notentur.

De Novitiis Religionem ingressis, & eorum professione emittenda.

C[a]p. II.

Con. Tri. c. In quacumque, Sess. 25. c. Non solum, de Reg. trāf. ad aliam Rel. in 6. Greg. IX. Const. nu.

NOuitius, qui in quacumque Relig. habitum susceperit ante decimum sextum annum suae aetatis expletum, nec in minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem minime admittatur. Et si eo tempore Nouitiatus, & anno probationis expleto, Superior cum ad profitendum vocet, si habilem inuenerit, alioquin illum reijciat, & aliter factam ipsam profess. nullam esse, nullamque obligationem inducere, vel ordinis observationem, declaravit, & statuit Conc. Trid. sicut etiam per Constitutionem Alex. IV. in virtute S. obed. & sub excommunicationis poena praecipitur, ne ante annum probationis expletum Nouitius ad profitendum recipiatur, seu intra dictum an. aliquatenus impediatur, quo minus intra ipsum ad aliam Relig. quam maluerit, sed non ad saeculum redeat, contra quam prohibitionem, si per Superiores dictorum Regularium deuentum fuerit, vltra nullitatem inde sequutam a receptione quorumlibet eiusdem ordinis ad professionem, ipso facto suspensi redduntur, & poenis, quas [illegible] ipsius [illegible] pro cu[illegible] [illegible] subiecti existunt. [illegible] per [illegible] Canones [illegible] fuit op[illegible] me pro[illegible] de bene[illegible] Eccl. cum illius, qui Religio[illegible] ingreditur, intra dictum annum probat[illegible] alicui conf[illegible] nisi ad id illius accedat assensus, aut constet [illegible] vitam voluerit absolutè [illegible] re, vel professionem expressam fecerit, seu scienter h[abitum] [pr]ofessorum receperit, sed retinendus est beneficium collatio [illegible] ad emissam professionem, [illegible] probationis eidem beneficio per alium deseruiri debet, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione, reliqui vero fructus ad ipsum Nouitium spectabunt.

c. Beneficium eod. titu. de Reg. in 6.

Quod annus probationis debet esse continuus.

Cap. III.

c. Ad Apost. de Reg. Phil. Fra. eod. tit. Nav. Consil. 37. de Regul. lib. 2. Pan. in d. c. Ad Apost. eod. tit.

CVm annus probationis à Sanctis Patribus, & Religionum fundatoribus nō solum ad Religionem ingredi, nutum sauorem, sed Monasterium etiam, introductus, vt ille asperitates illius, & illud mores illius valeat experiri: ideo debet esse continuus, & non interpellatus, vt in illius continuatione omnes austeritates ord. & Regulae ab ingressis tentantur, quas non experirentur, si illo tum tempore, puta Quadragesimae aut Aduentus, Monasterium egrederetur, cuius quidem anni integri probatio (vt dictum est) requiritur, cum ille in humanae fragilitatis subsidium maxime inductus, & institutus esse videatur.

De qualitate ad Religionem Recipiendorum.

C[a]p. IV.

Sixtus V. Const. 5.

PRohibuit quidem Sixtus V. per quasdam [su]as litt. [ne], & omnino interdixit, etiam sub censuris, & poenis, vt de caetero illegitimi ex incestuoso, aut ex sacrilego coitu, etiam postmodum [qua]cumque auctoritate legitimati existerent, ad Religionis habitus susceptionem, & professionem vllo modo admitterentur, & omnia in contrarium inde sequuta nulla, & inualida, nullamque obligationem inducere declarauit, & ingressos huiusmodi quamprimum expelli, & ab ipsa Religione eijci mandauit, [&] quo ad criminosos, etiam recipiendos in Religione nonnulla decreuit, vt in dictis suis [litt]eris continetur, quarum dispositio cum dictā admodum Gregorio Decimo quarto videretur, praedictas Constitutiones Sixti Quinti sui praedecessoris moderandas censuit, prout per suam Constitutionem, quo ad

Greg. 14. Const. 11.

ad illegitimos tantum, ad terminos iuris reduxit, reuocauit, & quod [illegible] statuendo, quod illegitimi quouis modo procreati, ad habitum, & professionem Religiosis admitti possint, & ad effectum [illegible] per superiores Generales Prouinciales virtute, & vigore priuilegiorum legitimati, & ad ordines sacros suscipiendos, necnon ad dignitates, & honores in Religione consequendas dispensati, & habilitati valeant, quæ quidem priuilegia, quo ad facultatem prædictam dispensandi, legitimandi, & habilitandi fuerunt, & sunt per eandem Gregorij XIII Constitutionem in pristinum statum, & validitatem, in quibus ante ipsas Constitutiones Sixti V. existebant restituta, & redintegrata. Quæ tamen illegitimorum ad Religionem receptio fieri minime debet, nisi prius iuxta formam dictæ Constitutionis Sixti V. illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circumstantiis omnibus quæ circa idoneitatem [illegible] attendenda erunt, consideratis, [illegible] dignis de Religionis zelo, pietate integritate, & [illegible] commendati fuerint, & in Capitulo generali, vel prouinciali, per Generalem, & Prouincialem superiorem, & diffinitores vnanimiter approbati fuerint, dummodo filius illegitimus in Religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admittatur cum alijs in eadem Sixti V. constitutione requisitis, [illegible] autem, quo ad præmissa cuiusque ordinis statuta regularia seruari debent, vbi vero Capitula celebrandi consuetudo non fuerit, superioribus cum his, aut quatuor, ad id generali congregatione per vota secreta deputati, eorum Regula [illegible] institutis seruatis, ac supradictis omnibus prætermissis in recipiendis Nouitijs auctoritatem habet.

Idem Gre. xiij. con. cad.

De criminosis ad Religionem non recipiendis. Cap. V.

Sixt V. Constit. ead. n. 5. Ceterum.

Suspecti vero, aut rei aliquorum criminum, qualia sunt homicidio, [illegible] gratia, furta, & [illegible] rapinas, aliaque quæ vel damnati, vel banniti fuerint, [illegible] damnentur, formidatur, alij [illegible] rationibus vitæ suarum facultatum [illegible] & tandem [illegible] obnoxij, vt ex eo lis, vel molestia eis [illegible] sit, vel timendum sit, ne inferatur, ab ingressu Religionis tanquam perpetuo inhabiles prohibentur, nisi constet eos non humana ratione, sed deuotionis, & pietatis feruore vitam Religiosam sponte, & ex animo elegisse, de quibus criminibus in Generali, seu prouinciali Capitulo plene, & indubitata fide facta per Generalem, vel Prouincialem, & diffinitores, aut alios, vt supra notum contestatio fuerint approbati, & ad habitum Religionis admissi, & si aliter in Religione a forma prædicta recepti fuerint, tanquam male recepti habitu spoliati, & a Religione eiici, & expelli debent. Quod si expulsi non fuerint, attenta nullitate habitus receptionis, & professionis emissione, liceat quibuscumque Iudicibus, & Curijs, etiam secularibus ad quos, seu ad quas spectat, contra eos, vt prius iuris, & facti remedij tam ciuiliter, quam criminaliter, aut mixtim ob facinora prædicta procedere. Et qui etiam dum erant in sæculo grauissimis, & scandalosis delictis notati, & diffamati fuerunt, quæ quidem delicta fraudulenter, & dolose in eorum receptione, seu professionis emissione, monitione super illis per Superiores præmissa, tacuerunt, non obstante, quod iam recepti fuerint & professionem emiserint Religionum Prælatus, ne morbida, & infecta pecus totum ouile Domini corrumpat, & vt alijs cedat in exemplum, indulgetur, vt prædictos ab eorum Conuentib. & ordinib. auctoritate Apostolica remouere, & repellere licite possint.

Leo X. Const. 11.

De pœna Superiorum Regularium inhabiles ad Religionem recipientium. Cap. VI.

Prælati demum Religionum, earumque professores, [illegible] inhabiles personas, criminosos [illegible] ad ordinem receperint, voce actiua, & passiua, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuscumque obtentis, eo ipso in perpetuum priuantur, & ad illas, & alias quascumque in posterum obtinendas, perpetuo inhabiles, & incapaces declarati existunt.

Sixt. V. Con. 3. 10.

De pœna reuocantis Nouitium, seu professum à Religione. Cap. VII.

Iulius Secundus in priuilegio concesso Monachis ordinis Sancti Benedicti Congregationis B. Mariæ Montis Oliueti alijs postmodum Mendicantium ordinibus communicato, sententiam excommunicationis ipso facto incurrere decreuit impedientem Nouitiu ab ingressu Religion. seu iam ingressum reuocantem, & vlterius secundum [illegible] communiter tenetur, illum ad propriam Religionem ingredi obstringi, dummodo sit persona habilis, & non vxoratus, non senex, neque infirmus, quoad si inhabilis (vt præfertur) existat, tenetur pro posse

Sixt. V. in Sim. in verb. Restit. 3. §. 1. Aug. ead. ver. §. 63.

Petr. de Pal. & alij.

in 4. d. 15. qu. 2. artic. 2. c. si seru. dist. 14. posse alio modo satisfacere Religioni, & illi, quem reuocauit orando pro eo, vt Religiosus efficiatur quod si eundem reducere non potest, sufficit pro posse fecisse, tarit autem huiusmo di restitutionis à Theologis alligata, hæc est, quod sicut testi tuere tenetur ille qui inuito Domino aufert ab eo seruum suum, vnde illius seruitio priuatur, vel si eundem seruum resti tuere non potest, tenetur æqualem seruum, vel æstimationem Domino consignare, immo etiam duplum; multò magis, qui Deo abstulit seruum suum Nouitium, seu professum in Religione, tenetur in simili recompensare. Qui Caiet. 22. qu 196. ar 9. vero retraxit nondum Religionem ingressum, sed volentem, & dispositum intrare, ex eo, quod probabiliter credebat illum non esse aptum, neque vtilem Religioni, ad nihilum tenetur, cum potius damnum à Religione remouisse, quam ei intulisse videatur, quod idem dicendum est, si illam reuocauit a Religione, in qua mille vitæ retiu... si autem reuocauit propter vtilitatem propriam, v.puta, qua indigebat consilio suo, quoad spiritualia in sæculo, restitu Richar. in 4. ab Augus. relat. vt supra Sil. to. ei. tioni minime tenetur, cum iuxta gradum ordinatæ charitatis teneatur bonum suum spirituale, quam alterius præeligere. Si demum retraxit propter amicitiam, vel parentelam, aut inimicitiam, lasciuiam, vel ad impediendum vtilitatem Religionis, tenetur pro posse operari, vt reuocatus ab eo, Religionem, rem sibi propositam, ingrediatur, alioquin Religioni satisfacere debet, & de peccato, quod in dissuadendo commisit, bonum scilicet téporale proprium spirituali alterius proponendo, doleat.

De libertate Nouitij ad regrediendum ex Religione. Cap. VIII.

c. statutũ, de Regu. & ibi cõ. DD. Sess. ... de Reg. ca. 16. Post ... Sacris Canonibus statutum existit, vt Nouitius infra annum probationis, quandocumque voluerit, ad statum priorem libere possit redire, nullius superioris, vel alterius pe ... requisita licentia, neque tenetur Monasterio ex ... sibi factas satisfacere, immò si ... aliquid detulit, totum est ei restituendum iuxta decretum Concil. Tridentini neque egrediendo, etiam propria autor. in nullam ... pœnam incurrit, & propterea ad ordines Sacros, & ad beneficia secularia potest licite promoueri.

De egressu Regularis ex Religione post professionem. Cap. IX.

Licet regulariter professus in Religione amplius ad secularem vitam redire non valeat, tamen si prætendat per vim, & metum ingressum esse Religionem, qui ante ætatem legitimam professionem ... vel quod fuit le, vel quod habitum dimittere, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, debet intra quinquennium ... a die emissæ professionis causas, quas prætendit coram Superiori suo, & ordinario deducere, quod si absque prædictorum Superiorum declaratione habitum sponte dimiserit, nullatenus postea ad allegandum quamcumque causam admitti possit, sed ad Monasterium redire cogendus est, & tamquam apostata puniendus, nullo interim suæ Religionis priuilegio suffragante. C. 1. de Reg. in sexto Cõ. Trid. Sess. 25. c. 19. Quicumque.

De absolutione recipientibus habitum impendenda. Cap. X.

Nouitij, qui relicta seculi vanitate, alicuius ordinis habitum suscipiunt, & Fratrum cõetui se aggregare voluerint, ne eorum conuersio ad Deum impediatur, possunt, & per Generalem, aut per Prouincialem à suspensionis interdicti, & excommunicationis sententia quacumque absolui, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini, & cum eis, si irregulares fuerint, dispensari, cum hoc tamen, quod si alicui ex censuris prædictis propter delictum fuerint astricti, satisfaciat, vt tenentur, & quod nisi mox, postquam fuerint absoluti, ordinem intrauerint, etiamsi super hoc eis induciæ à Prælatis ordinis concedantur, nihilominus eo ipso in pristinas censurarum sententias, a quibus fuerint absoluti, relabuntur. Mar. magnum §. 58. 49.

De Nouitijs absolutis à casibus reseruatis & postea ab Ordine exeuntibus.

Cap XI.

Nouitij si intra annum nouitiatus in aliquo excesserint, pro cuius absolutione si in seculo deliquissent, ad Sedem Apost. merito essent destinandi, fauore Religionis, virtute priuilegiorum, etiam ex commissis in seculo reseruatis absoluuntur, & postea si non cu... illa professione absoluti exierint tenentur se illis, qui eos alias de iure in seculo absoluere poterant, se præsentare, non vt iterum ab eis absoluantur, cum iam absoluti sint, sed ne se incidant ratione inobedientiæ non se præsentando, sicut tenentur ... ordinarijs se præsentare ten... ... qui a reseruatis in articulo mortis absoluuntur, quoniam absolutio, quæ impen- c. Eos, de sente. excom. n. 6. Angel in Sum verb. Ex co. 4. §. 48. Silu. in ver. Absolu. 5. §. 7. quē sequitur Tabiena co. tit. §. 10.

impenditur Nouitijs, sicut illa quæ datur in articulo mortis, ipso iure inuiligitur, si in religione permanserint, vel ex alia infirmitate decesserint, ideo mouendi sunt, sic absoluti exeuntes, vt proprijs iudicibus se repræsentent quam primum fieri potest, ne eisdem censuris iterum innodentur.

De renunciatione bonorum per Nouitium facienda. Cap. XII.

CVm nullo iure Religionem nouiter ingressus ad sua bona renuncianda Monasterio in quo habitū susceperit, obstringatur, idcirco potest illa cuicumque maluerit licite, & libere renunciare, dummodo renunciatio huiusmodi fiat cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & infra duos menses ante professionem, quæ quidem renunciatio, non nisi sequuta professione suum consequitur effectum, aliter vero factam, etiam cum iuramento firmatam; irritam & effectu omninò carere decreuit Concil. Trident. à quo quidem sub pœna excommunicationis tam dantibus, quam recipientibus prohibetur, nè ante professionē aliquid, excepto victu, & vestitu, Nouitij, vel Nouitiæ illius temporis, quo in probatione steterint quotcumque; prætextu à parentibus vel propinquis, aut à curatoribus eius monasterio tribuatur, quod si quid traditum fuerit, eidem, si ante professionem à religione discesserit, totum egredienti restituatur, quod secus de donatione, & renunciatione ante ingressum, Monasterio, seu alteri facta, vt in sequenti cap. dicetur.

Seß.25. c.6.

De bonis Nouitij morientis ante professionem. Cap. XIII.

LIcet olim bona Nouitij ante professionem defuncti ad Monasterium spectarent, cum ibi moriendo, vti Frater mori videatur, & præsertim si in eius ingressu bona ipsa Monasterio donauerat, hodie tamen de iure nouo Concilij Tridentini contrarium statuitur, nempe, quod nulla donatio, seu renunciatio valeat post ingressum religionis intrà duos menses professioni proximos, vt dictum, ex quo sequitur, quod si Nouitius ante professionem moriatur, siue Monasterio renunciauerit, siue non, in eius bonis non Monasterium, sed eius proximiores succedere debent, cum ob defectum non sequutæ professionis non vere adhuc Religiosus decesserit, & per consequens eius bona neque tacite, neque expresse in monasterium transitum facere potuerūt,

Authen. Ingressi. C de sacr. Ecc. & ibi DD. Panorm. & alii in c. In præsentia de præben. Seß.25.c. 16. nulla Butr. in d. cap. In præsentia in prin. nu. 10.

quæ omnia intelligenda sunt de renunciatione facta tantum post ingressum Nouitii in Religione, & non de facta ante ingressum illius, sicuti responsum fuit per Illustriss. Cardinales Sanctissimæ Congregat. Conc. Trid. interpretes R. P. F. Gaspari Passarello tunc ord. Minimorum Generali consulenti die 22. Octobris 1575. vt ipse in suis notabilibus numer. 37. testatur.

37. in fine Piu V. Const.

Si demum Nouitius, virtute priuilegii Pij V. Nouitijs Monialium concessi, & Fratribus etiam Nouitiis communicati, persæpè dictū Leonis X. Constitutionem ante mortem professionem emittat, & decedat, monasterium succedere potest in eius bonis, quamuis nondum expletus fuerit annus probationis, ratione professionis emissæ, vt in vltimo Cap. de Monialibus dictum est.

De Regularibus habitum suæ Religionis dimittentibus. Cap. XIV.

OMnibus Regularibus cuiuscumque Religionis, & in ea tacite, vel expresse professis, per sacros Canones districte inhibetur, ne temere habitum suæ Religionis dimittant sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda. Sed quia huiusmodi habitus dimissio multipliciter fieri potest ideo est animaduertendum, quod aliquando fit absque peccato, aliquando cum peccato, quandoque demum cum peccato, & excommunicatione.

c. Vt periculosa ne cle. vel Mon. Secu. neg. 16

Primo modo sine peccato dimittitur habitus, cum fit ex iusta, & rationabili causa: nempe ratione balneationis, natationis, & piscationis: vel cum fit iuxta regulæ statuta, vtputa ex causa mutationis, mundationis, reparationis, vel quando fit causa iusti timoris, videlicet, propter periculum captionis, siue mortis, vt si quis transeundo per terras infidelium seu aliorum inimicorum dimittit habitum, ne agnoscatur.

Secundo modo cum peccato Regularis habitum dimittit, quando tota die, seu aliqua ipsius parte, ex iocosa leuitate domestice, tamen manet in Monasterio sine ipso habitu, aut cum ex lasciuia, & illicita sensualitate dormiendi quietius dimittit, cum habitus adeò sit ossibus Monachorum annexus, vt ad illum retinendum die, noctuque astringatur, dicitur etiam Religiosum cum peccato habitum dimittere, cum illum ex iocosa leuitate per horā

Glo. in d. ca. Vt periculosa in verb. Temere.

ad faciendum palum ferreum, vel tendendum, aut tripudiandum, currendum seu saltandum & his similia faciendum dimittit, non tamen sunt excommunicati, sicut nonnulli asseruerunt, & praesertim Siluester contra Rosellam quod Petro de Paul. in 4. dist. 18. qu. non placet, nec etiam nobis, quoniam qui in praedictã excommunicationem incidunt, dicuntur Apostatae, vt patet per Glos. in d.c. Vt periculosa in verb. horum, quo inquit, Temerè dimittentes Apostatae, quod non potest dici de illis, qui ex praedictis causis habitum seponunt, cum non dolosè, & cum animo non reassumandi (quod proprium est Apostatarum) deponere videantur.

c. Vidua. 20. q. 1.

Tertio modo cum peccato, & excommunicatione deponitur habitus, cum temerè dimittitur, vt habetur in d.c. Vt periculosa. Temerè autem fit, cum Religiosus illum deponit vagandi causa. Item temere fit, cum fit ex turpi causa, & aliorum scandalo, eundo de nocte ad lupanar. quod secus est si dimittit absque scandalo, vt puta cum in sua camera dormit cum meretrice sine habitu, tunc enim non videtur in excommunicationem incurrere; ratio est, quia textus Canonis scandalosae vagationis innititur, quae non est in casu dormitionis in cella de nocte. tamẽ secus est cum ad lupanar incedit, licet excommunicatus sit ob introductionem mulieris intra claustra contra Apostolicas Constitutiones, vt supra dicitur.

Petr. de Pal. 14. dist. 18.

De Regularibus dimittentibus habitum suae religionis, & alterius habitum assumentibus.
Cap. XV.

QVOD Regulares dimittendo habitum suae religionis, & assumendo habitum alterius religionis incidant in sententiã excommunicationis d. Canonis tenuit Siluester. Caiet. in Summa. & Nauarra in Manu. c. 27. quod est verum, cum post dimissum habitum non statim intrant aliam Religionem, sed exuto primo habitu Religionis ambulant circumeundo per diuersa loca. Quam opinionem sequitur Rosella, etiam si portent habitũ alterius religionis extra claustra, nam tunc ex illa vagatione apostatae euadunt ad quod euitandum Concilium Tridentin. cuiuscumque ordinis praelatis, & superioribus prohibuit, ne vigore cuiusuis facultatis nullum ad habitum, & professionem admittere valeant, nisi vt in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuo maneret, sed quando Religiosus dimittit habitum suae Religionis, & alterius assumit, non ad vtendum, sed ad solatium, aut ex leuitate iocosa, non incidit in censuram secundum Silu. in verb. Habitus, quia tunc non dicitur habitus dolose, & temere dimissus quotiescumq; Frater Minor ex voluptuosa, & honesta recreatione habitum Praedicatorum seu Minimorum induit, & ẽ contra.

In verbo Excom. §. 16.

Sess. 14. c. 11. Quia vero.

De Regularibus habitum absconditum deferentibus.
Cap. XVI.

REgularis verò deferentes habitum suae Religionis veste clericali, aut laicali coopertum, & tales incedunt, quod tamquam Religiosi non cognoscantur incidunt in praedictam sententiam excommunicationis, quia licet non dimittant habitum materialiter, dimittunt tamen formaliter; quotiescumque adeò habitum abscondunt, vt suae religionis fratres cognosci, atque discerni non possint. Si autem a conuersantibus, quamuis non ab omnibus praetereuntibus cognoscantur, quod religiosi sunt tales, & tales Religionis habitum dimittere videantur ex toto. non materialiter, quia subtus habitum gestant, non formaliter, quia cognoscuntur vt Religiosi iuxta mentem canonistarum, nihilominus per Conc. Trid. prohibitum fuit ne detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum suae religionis.

Gret. in simula in declarat. d. cap. vt periculosa Glos. in clem. 2. de vit. & ho. cler. in ver. intrinseca Panor. in ca Dem quidem vi. t. & ho. cler. Sess. 25. c. 19. Quicumque in fine.

De natis ex infidelibus praesertim Mahumetanis, & Iudaeis, etiam haereticis post receptum Baptisma ad Religionem recipiendis.
Cap. XVII.

APostolicis Constitutionibus statuitur, quod iis, qui ex Iudaeorum, vel Mahumetanorum genere descendunt, cum post susceptum ab eis Baptisma Graeci, & Iudaei distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quo minus in ordinem praedictum recipiantur, & ad consequenda in dicto ordine dignitates, gradus, & officia Religionis nocere possit, vel debeat, quantum verò attinet ad filios, & descendentes haereticorum declaratur, vt filiis, & descendentibus

dentibus talium conuersorum, & Ecclesiæ vnitati restitutorum, pariter mi[illegible] circa præmissa quidquam obstet: Genus vero ex Iudæis, si post Baptismum ab eis susceptum iterum a fide Catholica recesserint, & de eo per sententiam latam in foro Ecclesiastico damnati fuerint, ac etiam [illegible], qui ex Mahumetanis, aut hæreticis similiter damnatis viui, vel defuncti, vel quorum ossa, vel statuæ combustæ fuerint, originé ducunt per lineam paternam, vel maternam vsque ad quartam generationem inclusiue, in ordinem recipi, & admitti prohibentur, & idē in ijs professionibus ordinis, qui ad sacros etiam presbyteratus ordines admissi sunt seruari debet, prout Fratribus Minoribus de Obseruantia

Const. 13. per Pium V. ac etiam Fratribus Minimis per

Const. 11. Gregor. XIII declaratum, & ordinatum fuit.

De Apostatis, eorum pœnis, exceptione, & absolutione. Cap. XVIII.

2.2.q.12 ar.1. CVM autem Apostasia, vnde Apostatæ dicuntur, iuxta D. Thomæ & aliorū Theologorum declarationem nil aliud sit, quā retrocessio quædam, quæ coniunctioni debitæ directè opponitur. Ideo notandum, quod sicut homo tripliciter Deo coniungitur, videlicet per fidem, per debitam, & subiectā in voluntatem ad obediendum eius Præceptis, ac etiam per specialia quædam ad supererogationem pertinentia, sc. per clericatum, & religionem, ita etiam triplex est disiunctio per hominē ipsum à Deo fieri contingit, nempe à fide, cum per infidelitatem ab eo receditur, ab obedientia, cum eius diuina, & Ecclesiæ præcepta ex contemptu transgreditur, & ab illorum obseruantia ausugit, à regulariter demum, cum ab ordine sacro suscepto, aut a Religione, quam professus est, omnino recedit, & propterea homines in ali-

Co.con. recept. in ea.de Apost. 2 quo prædictorum a Deo disiuncti, & retrostantes (prout sonat nomen apostatæ) iura, ac Sancti Patres in apostatas à fide, ab obedientia, & ab ordine clericali, & Religione distinxerunt, ac numerarunt. Cum igitur nunc de Apostatis tantum, secundum quod iura loquuntur, & Ecclesiæ sanctiones disponunt, agendum sit, aliis omissis, concludendum est, Apostatam a Religione esse Religiosum expresse vel tacitè professum, qui deserit Religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam cum animo non reuertendi ad eam, Ex qua quidem diffinitione, seu potius descriptione, notandum est, multum distare inter Religiosum fugitiuum, & Religiosum Apostatam, nam non omnis fugitiuus Apostata est, quoniam, qui exit Monasterium sine licentia superioris, omisso, siue retento habitu vagatur, vel se celat, ne inueniatur, est fugitiuus, & non apostata, ad trad. per Ioan. And. quem Panorm. & communiter scribentes sequuntur in c. fi. de Regulari, quod

d.c. fi. de regul. quidem probatur per l. si quis fugitiuus ff. de ædil. edict. sequitur igitur quod nullus Religiosus, qui transit ad arctiorem religionem, petita licet non obtenta licentia superioris sit apostata; quia eius transitus non est retrocessio criminalis siue à peccato mortali descendens, neque translatus ad aliam Religionem,

D Tho. 2.2.q.2. vel alium locum, vel perpetuo in aliqua Ecclesia canonicè instituti, seu ad Episcopatum assumptus, aut extra monasterium auctoritate sui Generalis, vel Prouincialis ad subueniē-

Nauar. in commen. 3 de Regular. dum parentum necessitati, in quam tamen post professionem emissam inciderunt, degit, apostata dicitur, & minus etiam si antequam

Nalla D. q.22.2. loc.c. profiteretur erant tanta necessitate oppressi, vt eius subsidio indigerent, nam tunc etiam nolente superiore tenetur exire, & subuenire: sic.

In D. Th. 2.2 q.2. ar.1. potest iuxta mentem S. Doctoris, quare cum Reuerendiss. Caietano recensendum esse videtur Religiosum, qui cum habitu sine licentia, & alterius obedientia extra Monasterium eo animo, & intentione manet, vt Religiosus amplius non sit, verum esse apostatam nec excusatur ab Apostasia, & censuris annexis ex hoc, quod habitum defert, quoniam tenetur ad omnia, ad quæ tenentur apostatæ sine habitu. Qui verò non recedit, nec vagatur extra, animo retrocedendi a religione, sed forsan ob prælatorum rigorem, aut libidinem vagandi, aut aliquid huiusmodi faciendi, non apostata dicitur, sed fugitiuus, & vagus, quod quidem ex eo probatur, quod apostasia consistit in retrocessione à religione, vnde, qui prædictæ retrocessioni numquam consensit, numquam in apostasiam, & eius pœnas incurrit, quamuis incidat in pœnam inobedientiæ, & rebellionis contra præceptum prælati exeundo, sicut etiam manens in claustro, & nolens pertinaciter obedire prælato aliquid iustè præcipienti rebellis est, non apostata.

De Apostatis fugitiuis. Cap. XIX.

Ca. Ut periculosa, nec cle. vel Mo. 6. Apostatæ, seu fugitiui, si habitum dimiserint, sunt ipso facto excommunicati, secus si non dimiserint, cum id iure non caueatur expressum nisi forsan per Regulares constitutiones pœna excommunicationis per incurrenda statuatur, quod quidem in omnibus Religionibus sanciri deberet, ad præcludendum, quantum fieri potest, apostatis viã, cum tales ob peccatum mortale rebellionis, & inobedientiæ eorũ superioribus efficiantur. Præterea si habitu demisso aliquem ordinem recepetint, sunt irregulares, eo quia illum in excõmunicatione susceperũt, si vero habitu retento similiter sacris initiari fuerint, suspensionẽ a susceptorum ordinum exequutione incurrunt, cum ordinati sine licentia suorum superiorum ipso iure sint suspensi, & in dictis ordinib. sic, vt præfertur, susceptis ministrare non possint donec per ordinarium suum superiorẽ dispensentur, iuxta Conc. Trid. dispositionem & si antequam dispensentur, siue à prædicta suspensione absoluantur ministrauerint, irregularitatis laqueo se inuoluunt secun dũ Canonicas sanctiones, additur etiam ex Concilij Trid. decreto Regularib. ipsis extra claustra, & obedientiam Religionum suarum viuentes prohibitio prædicandi, per Episcop. locorum ordinarios eis faciendam. Vltra demum prædictas censuras, & pœnas atque officiorum, ac dignitatum ordinis, necnon vobis actiuæ, & passiuæ priuationem, & ad illa inhabilitatem, etiam pœnis corporis afflictiuis, vel à religionis statutis inflictis, aut Superiorum arbitrio corrigi, atque puniri, ac etiam per Episcop. locorum, si voluerint sub graui custodia carcerari valent, ita quod solummodo vita sibi misera reseruetur, donec a sue præsumptionis nequitia resipiscant, multæ aliæ pœnæ demum, etiam grauiores, per Constitut. Paul. IV. contra apostatas editam, statuitæ fuere, sed cum illa postea per Pium IV. per suam Constitution. quæ incipit Sedis Apostolicæ solertia sub Dat. Ro. apud S. Pet. anno Dom. 1563. nonas April. fuerit moderata, declarata, atque ad terminos iuris reducta, ideo hic omittuntur. Omnes autem pænæ præd. ctæ extenduntur etiam ad Regulares illos, qui se per vim, & metum Religionem ingressos esse, aut ante ætatem debitam professos fuisse, aut simile prætendentes sponte dimittunt habitum etiam intra quinquennium non deductis prius causis quas prætendunt coram superiore suo, & loci ordinario, nec possunt amplius in prætensis causis audiri, sed ad Monasterium redire sunt compellendi, & tamquam apostatæ puniendi.

C. 2. de ref. Sess. 14.

C. 1. de regu. § si, in fine, in 6. c. 2. de refor. Sess. 5.

c. A nobis de apost.

Concil. Trid. c. 19. Sess. 25 de refor.

De Regularibus apostatis, & fugitiuis reuocandis, & recipiendis. Cap. XX.

Omnes Apostatæ reuerti volentes sunt recipiendi, quoniam Ecclesia pia mater redeuntibus gremiũ claudere non consueuit, immo omnibus, Regularium Superioribus per Innocen. III. in hæc verba, quæ in iure communi habentur præcipitur. c. vlt. de Regul. ingr. ad relig.

Ne Religiosi vagandi occasionem habentes salutis propriæ detrimentum incurrant, & sanguis eorum de prælatorum manibus requiratur, statuimus, vt præsidentes Capitulis celebrandis secundum statutum Concilii generalis, seu patres Abbates, seu Priores, fugitiuos suos, & eiectos de ordine suo requirant scilicet annuatim. Qui si in Monasteriis suis recipi possunt, secundum ordinem regularem, Abbates, seu Priores, eorum monitione præuia per censuram Ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salua ordinis disciplina, quod si hoc Regularis ordo non patitur, authoritate nostra prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri poterit, alioquin in aliis Religiosis domibus eiusdem ordinis ad agendum ibi pœnitentiam talibus vitæ necessaria ministrentur. Si vero huiusmodi fugitiuos, vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent, tamdiu faciant ab Ecclesiarum prælatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur. Demum vltra prædicta seruare debent prælati Regulares in Apostatis recipiendis illa etiam, quæ in Bulla Reuerend. Cardinalis Alexandrini, qui fuit postea Pius V. super declaratione dicti motus proprii Pauli IV. contra Apostatas editi, & præsertim in illis Religionibus, à quibus tunc recepta fuit quippe quæ declaratio ad instantiam, & requisitionem procuratoris ordinis Minimorum infrascripti tenoris emanauit vt in formulario dict. Religionis impressa apparet.

BVL-

BVLLA CARDINALIS Alexandrini.

Super declarationem motus proprij Pauli IV. editi contra Fratres apostatas recepta a Patribus ordinis, in proximum Capitulum Generale Ianu... celebrandum.

MIchael Ghislerius miseratione diuina tituli S. Mariæ supra Mineruam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Alexandrinus vulgariter nuncupatus, hæreticæ prauitatis in tota Republica Christiana supremus Inquisitor à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatus, Reuerendis Patribus ordinis Minimorum S. Francisci de Paula suum generale Capitulum ... celebrantibus salutem in Domino, & Spiritus Sancti consolationem. Ingens deum ... erga ordinem vestrum ... omnibus, quæ ad prosperum ... illius vestræ regularis obseruantiæ ... auxilium, & ... quid quid ... possumus, ... postulat, & exigit, vobis libenter ... nobis in Christo charissimus Frater Michael ... Aubertzelotius vester, humiliter, & instanter supplicauit, vt ... verbotenus declarauimus, quomodo de mente, & intentione Sanctissimi D. N. Papæ ... & a vobis recepti tractari debeant Apostatæ, qui post ... contra eos ex die decimanona ... Kal. Augusti anni præteriti nouissimam eiusdem Suæ Sanctitatis Bullam, ad vos redeunt, vobis quoque in vnum pro Religionis vestræ tractandis negociis capitulariter congregatis, exponere, & ... nostris ad vos litteris denunciare dignaremur, ne in re tanti momenti a voluntate, & recto instituto eiusdem Sanctissimi Domini, vel in minimo recedatis. Nos quibus huiusmodi Apostatarum negocium per suam Sanctitatem speciali cura demandatum est, viuæ vocis oraculo desuper nobis facto, notum facimus, & tenore præsentium certiores reddimus non fuisse, nec esse intentionis eiusdem Sanctissimi Domini, vt quoscumque huiusmodi apostatas sine discrimine, & absque vllo delectu recipiatis, & vestræ societati admisceatis, sed eos tantum, de quibus emendationis vitæ propositum concipere, & sperare probabiliter potestatis, & qui vestræ Religionis possunt esse bono vsui, quos in primis oportet cogere ad renunciandum omnibus, & singulis Apostolicis litteris contra professionem suam, vel quouis modo contra Regularem Obseruantiam in forma Breuis, vel etiam plumbatis, aut sacræ pœnitentiariæ Apostolicæ, ac quibusuis priuilegijs, & exemptionibus per eos hactenus impetratis, præstito etiam per eos iuramento in manibus Generalis, vel Prouincialis, aut eorum quibus commiserint, quod talia, aut similia impetrare nunquam attentabunt, sed in statu professionis suæ, cui per sollemne votum se addixerunt, post hac stabunt, & perseuerabunt iuxta regulæ, & statutorum ordinis exigentiam. Quos die per vos receptos, quamuis, non vt inimicos habere, sed de eorum resipiscentia gaudere, & lætari debeatis, probandi tamen veniunt a vobis in camino patientiæ, & humiliationis, vtrum pœ... timore, an virtutis amore, & vitæ melioris proposito ad religionis suæ gremium recipi intendunt. Ideò de eiusdem sanctissimi mente, & voluntate esse, tenore præsentium declaramus huiusmodi Apostatas per vos (vt præmissum est) receptos, & Religionis iterum insertos, acti... & passiua voce, itemque suæ primogenituræ, nec non publica ad populum prædicatione, & confessionis secularium audientia priuatos esse per nullos Superiores nec etiam per Generale, seu Prouinciale capitulare habilitandos, donec ad minus per quadriennium bene, & laudabiliter sub correctionis, & disciplinæ ferula patienter, & humiliter vixerint, quo quidem quadriennio sic expleto, poterunt ex huiusmodi Generalis, vel Prouincialis Capitulorum ... ex tribus partium vocalium accedente ... habilitari, & omnes, & singulos Religionis legitimos actus restitui, eiusdem Sanctissimi Domini nostri Pauli Papæ Quarti auctoritate, & gratia permittimus & indulgemus: dummodo tempus, quo manserunt extra religionem, inter suæ professionis annos non computetur: etiam hactenus contra præscriptam formam per vos receptos, nonnisi duarum præsentis Capituli Generalis partium suffragante ... consensu esse pro receptis habendos, sed habitu Religionis exuendos, & societate vestra eiiciendos, & sic electos nihilominus pœnis in Bulla prædicta contentis remanere obnoxios. In quorum omnium, & singulorum fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas per nostrum infrascriptum Secret. fieri fecimus. Datum Romæ in Sacro Apostol. palatio in ædibus ... residentiæ. Die decima mensis Aprilis, Anno millesimi quingentesimi quinquagesimi noni. Pontificatus SS. Domini

Kk Nostri

Nostri Papæ Pauli Quarti anno quarto sub solito sigilli nostri appensione.

Frater M. G. Cardinalis Alexandrinus.
Ioannes Matthæus Albertus
Secretarius.

De forma absolutionis Apostatarum.
Cap. XXI.

c. 2. de testud. § redituris in 6. Bonif. ac. 8. Const. 1.

REgularium Prælati Apostatas receptos absoluturi, iuxta ea quæ in præcedenti Cap. habita sunt antequam illis beneficium absolutionis impendant, debent primo eos compellere ad renunciandum omnibus, & singulis litteris Apost. (si quas habent) contra eorum professionem impetratis, præstito etiam per illos iuramento in manus Superiorum, aut illorum, quibus duxerint committendum, quod talia, aut similia impetrare nunqu. in attent. bunt.

Sixti IV. in Mari magno Concil. Trid. ca. 2. de refor. Sess. 14.

Secundo, absoluendi sunt a censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam ab irregularitate, nempè ab excommunicatione prius, si eam ob habitus dimissionem à iure communi, vel ob apostasiam cum habitus retentione a Religionis [illegible] tis, aut per Superiores contra eos lata inciderunt, item postea a suspensione absoluendi sunt, si Ordines Sacr. in excommunicatione, & absque suorum Superiorum licentia, & in apostasia susceperunt; ac etiam ab irregularitate, si postea in dictis Ordinibus excommunicati, & suspensi ministrarunt, & licet Monachus in apostasia ordinatus, per cap. fi. de Apostatis, non possit sine dispensatione Papæ in suscepto Ordine ministrare, tamen hodie vacat ob priuilegia Religionum, quibus est ei derogatum, vt latius in cap. de absolutione quo ad Fratres dicetur.

Sed hic est aduertendum, quod Apostatæ, qui in apostasia Ordinem presbyteratus susceperint, non solum suspensi, & irregulares sunt, qu a in excommunicatione promoti fuerint, sed etiam quia in Ordine ministrarunt, dum Episcopo ordinante in ordinatione simul cum eo celebrarunt ritibus, & rationibus, infra ti. de temporibus ordin. & qualit. ordinan. & in præced. cap. 19. annotatis, quæ omnia in prædictarum personarum absolutione attendenda sunt. Quod idem dicendum est de Subdiacono, & in Diacono si in Missa Episcopi ordinantis Epistolam, & Euangelium solemniter decantarunt. Tertio, Apostatæ, vt recepti, & absoluti, actiua & passiua vocibus, iureque suæ primogenituræ, necnon publica ad populum prædicandi licentia, & secularium confessionis audientia remanent priuati per nullos Superiores, nec etiam per Capitulum Generale, seu Prouinciale rehabilitandi, donec ad minus per quadriennium bene, & laudabiliter vixerint, quo expleto, poterunt Generalis, & Prouincialis Capitulorum duarum ex tribus partium vocalium, accedente consensu rehabilitare, dummodo tempus, quo remanserunt extra Ordin. inter suæ professionis annos non computetur. Quarto, in absolutione ab excommunicatione Apostatis præf. nda Superiores iis verbis vti debent. Ego te absoluo à vinculo excommunicationis, quam incurristi propter habitus dimissionem, vel propter fugam, vel apostasiam à Religione, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & vnitati fidelium, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Absolutio verò suspensione hoc modo impendenda est, videlicet, Ego absoluo te à vinculo suspensionis, in quam incurristi ob tuam malam promotionem ad Ordin. vel ad Ordines Sacros absque tui Superioris licentia, vel extra tempora ab Ecclesia statuta, vel ante ætatem Sacro Concilio Tridenti. præscriptam, vel quid simile, & restituo te executioni Ordinum, & officiorum tuorum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus San. Amen. *Aut. III. pa. nume. 26. fin.*

Forma demum tollendi irregularitatem, hæc est, dispenso tecum in irregularitate, quam ob Sacrorum Ordinum susceptionem in excommunicatione, vel in illis ministrationem in suspensione, aut ob aliquam aliam causam contraxisti, & restituo te ad dictorum ordinum exercitium, & ad omnes actus legitimos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

DE RE-

DE REGVLARIBVS SE INVICEM IN CLAVSTRO, AVT extra alias personas Ecclesiasticas percutientibus, & eorum absolutio. Tit 14. Cap. I.

INNOCENTIVS PAPA II.

QVI CLERICVM, SIVE MONACHVM PERCVSSERIT, excommunicatus est, non nisi a Romano Pontifice absoluitur. Caus. 17. Quæst. 4.

c. Non est dubium, de sen. excom.

SI quis suadente Diabolo huius Sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mãdatum suscipiat.

Prædicti Canonis priuilegium in fauorem, & beneficium totius collegij Ecclesiastici, illiusque personis indultum fuit, deinde ab Alex. IV. confirmatum, & ampliatum extitit, cuius materia per infra scriptas conclusiones summatim explicatur.

De personis, quibus Clericorum percussio interdicitur. Concl. I.

Glo. in d. c. si quis suadente, c. Mulieres de senten. excom. Clem. 1. de hom. vol. Arg. ca. Referente, de lic. auer. Silu. & alii Sum. in ver. Exc 5. n. 2. ca. Nemo, & c. Nullus 12. q. 3.

OMnibus masculis, & feminis cuiuscumque ætatis, qualitatis, status, ordinis, & professionis, dummodo iudicium habeant ad peccandum mortaliter, violentiam, seu iniuriam in personam clerici inferre huius canonis auctoritate interdicitur, cuius pœna excluduntur, furiosi, infantes & dormientes, qui cum eis mortale peccatum ob defectum arbitrij, & iudicii non imputetur, in censuram Ecclesiasticam actui annexam minime incurrunt.

De intentione & animo percutientis. Concl II.

AD incurrendam huius Canonis excommunicationem requiritur, quod percussio sit illicita, & suadente Diabolo facta, nempe, quod manus violentæ animo iniuriandi, & offendendi in personam Eccl. iniiciantur, tunc enim percussio peccatum mortale censetur, vnde per vulgatam Regulam communiter receptam, & approbatam, nullus excommunicationis sententia innodatur, nisi ro præcedente, vt Sacrorum canonum definiuit auctoritas, excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus percussio Clerici; quamuis sit illicita, & per consequens peccatum mortale, nihilominus in huiusmodi censuram non incurritur, vt infra in conclusione 4. dicetur.

De iniuriosa percussione facta in Clericum per interpositam personam. Concl. III.

c. Mulieres §. illi vero de sen. excõ. & ibi Gl. in verb. Auctoritate.

MAndans percuti Clericum, in eandem incidit excommunicationem sicut percussor, cum ille committat vere, cuius auctoritate, vel mandato delictum committi; probatur per alteram iuris Regulam, qui per alium facit, ipsemet facere videtur. Quod idem iuris est, si mandans antequam inferatur percussio de mandato pœniteat, non enim pœnitentia ei suffragatur, qui in Canonem incidit, nisi mandatum reuocauerit, & de reuocatione notitiam ad mandatarium peruenire procurauerit; si vero ipse mandator moriatur antequam percussio in Clericum subsequatur, licet mandatum morte mandantis expiratum censeatur, nihilominus, si illud fuerit notorium, & in morte non fuerit absolutus, vel pœnitentiæ signa non apparuerint, pro excommunicato, hæretico haberi, & Eccles. sepultura priuari debet, nam ex quo mandatum non reuocauit, in eadem voluntate decessisse videtur, & excommunicatum obijsse intelligitur, vnde si in loco Sancto sepeliatur, exhumabitur.

c. Ex par. li. 3. de rescript. & c. Cũ quis de sen. excom. Glo. in d. c. Cũ quis in ver. Tuo nomine, ca. A nobis, eod. tit. c. Sicut tuis de simon. Glo. eod. in ver. Incurrit. d. c. Cum quis, eod. tit. c. Perpetuo de elect. in 6 Con. Ca-

Consentientes quoque aut fauorem, & operem delicto huiusmodi præstantes, in præsentis Canonis sententiam incidere dignoscuntur, cum agentes & consentientes pari pœna plectendos esse Catholica condemnet auctoritas, eos enim delinquentibus fauere sacri Canones interpretantur, qui cum possunt, manifesto facinori desinunt obuiare. Preterea vero, si absque speciali mandato, vt puta Ioannis, sed tamen suo nomine, & illius contemplatione ab alio Clericus percutiatur, & ipsemet Ioann. dictam percussionem postquam sciuerit, ratam habuerit, illam approbando, in huius Canonis sententiam absque vlla dubitatione incurrit cum

De personis, quæ huius Canonis priuilegio fruuntur, & gaudent. Concl. VI.

c. Cleric. dist. 21. c. Cum non ab homine, de iu. & ibi D. D. d. c. Si quis, suadente, cu. Non dubium, de sent. exc. c. Relig. §. quis, eodem. in 6.

EX quo huius Canonis beneficium in fauorem totius Collegii Ecclesiastici côcessum existit, singulæ illius personæ eodem perfruuntur, vt sunt prima tonsura initiati, & habitum Clericalem gestantes, Minoribus, ac Sacris maioribus ordinibus insigniti, nempè Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotes, etiam si post ordinum susceptionem essent depositi, suspensi, & excommunicati, secus si degradati fuissent, cum omne priuilegium fori Ecclesiastici penitus amiserint.

Sub Monachorum verò appellatione, qui & ipsi quoque huiusmodi gaudent priuilegio, côprehenduntur Religiosi vtriusque sexus claustrales, nempe Fratres, & Moniales in Regula per Sedem Apost. approbatam professi, & professæ Nouitii, & Nouitiæ, eorumque Conuersi & Conuersæ, Oblati, & Oblatæ.

Item omnes vtriusque sexus, Tertiarii ordinum Mendicantium in Congregatione, & collegialiter viuentes, ac tria vota professi.

Tertiarii verò in propriis Domibus degentes, licet de iure communi huiusmodi priuilegio Clericali non gaudeant, cum nec in ordinibus Sacris constituti, neque sollemnem professionem emittant, nihilominus cum omnibus priuilegiis, & immunitatibus, quibus Fratres fruuntur, & ipsi quoque ex priuilegio Apost. gaudent, ideo eorum percussores in præsentis Canonis sententiam incurrunt.

De huiusmodi censuræ qualitate. Concl. VII.

c. Si quæ. dolent. exc. rep. Cum non ab homine, eod. tit. c. Cû per eam vie. sent. excom.

EST autem excommunicatio præsentis Canonis maioris excommunicationis latæ sententiæ, ita vt qui eundem Canonem transgressus fuerit, statim prædictæ excommunicationis vinculo subiaceat, quæ sententiam non ferendam, sed latam esse ostendunt; & propterea nullius iudicis ministerio, seu declaratione amplius opus est, sed statim percussione, seu violenta offensione sequuta, percussor, seu offendens ab omnibus est tanquam excommunicatus vitandus, nisi sit occultus, tunc enim priuatim, & sine scandalo, & manifestatione aliorum, qui illum esse excommunicatum ignorant, effugiendus est.

Nav. in Man. c. 27. de ex.

Prætereà est notandum, quod qui pluries percutit clericum, ita vt diuersæ appellentur percussiones, singulis vicibus hanc excommunicationem incurrit, diuersa enim percussio dicitur, quotiescumque quis post aliquos ictus animo, ac etiam manibus proponit ab offensione desistere, deinde verò muta voluntate, quam prius actu negatiuo interciderat, iterũ eamdem Clerici personam percutiendo aggreditur, & tunc sicut ex voluntatis reuocatione rem opere subsequuto peccatum dicitur iteratum, & multiplicatum, ita etiam incursus in eamdem excommunicationem iteratus, & multiplicatus intelligitur. Secus si plures percussiones ab vno, & eodem actu voluntatis, & iracundiæ impetu continuato inferantur, tũc enim sicut vnum peccatum mortale est (licet grauius) ita vna tantum erit excommunicatio, & non tot, quot sunt percussiones, cum omnes pro vno facto habeantur, quod quidem confirmatur per Bart. in l. numquam, ff. de priuil. delict. vbi inquit quod vulnerans hominẽ volens amplius illum vulnerare, si superueniat ei nouus impetus, & eumdem occidat, tenetur de vulneratò, & occiso, vulnerans autem, & persequens multis horis, & tamdem occidẽs, tenetur de occiso tantum, quia eodem impetu homicidiũ illud (licet ex interuallo,) commisit, & ita in omnibus delictis excommunicationis, seu alterius censuræ Ecclesiasticæ pœnam annexam habentibus intelligendum est.

com. li. 6. pa. 1. 2. Silu. st. in verb. Excom. 5. n. 8.

l. quod ait. §. fin. ff. de adult.

In quibus casibus Clericus seu Monachus, absque huius Canonis excommunicatione percutiatur. Concl. VIII.

c. Si vero. ii. 2. de sen. excomm.

QVI manus in Clericum iniecerit violentas, Apostolico conspectui præsentari non debet, nec etiam excommunicatione innodari, dummodo illum esse Clericũ ignorauerit, vel si hoc dubium fuerit, propria manu dumtaxat præstiterit iuramẽtum, quod eum esse Clericum ignorasset; quod si iurare noluerit in foro iudiciali, in quo manus violentas in clericum iniecisse constabit, tamquam excommunicatus habendus, & euitandus est, donec de mandato Summi Ponti. eis absoluatur.

c. 1. eod. tit. c. In aud. eod. tit. c. 1. de bigam. in 6. c. 1. de ce. conj. 8.

2. Nec laicus Clericum, neque Clerici, aut Monachi ad inuicem se non inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa percutientes, neque Magister scholarem clericum intuitu disciplinæ, vel correctionis percutiens excommunicatus est, cum in ipsis iniectio manuum violenta haud notari possit.

3. Qui clericum militantibus armis, & habitu laicali indutum, interim prius a suo prælato monitum, vt arma deponat, percutit, cum ille de priuilegio clericorum subsidium aliquod nequaquam habere mereatur.

4. Percutiens bigamum vel coniugatum, etiam cum vnica, & Virgine, dummodo habitum, & tonsuram clericalem non gestet, degradatum realiter depositum verbaliter, & incorrigibilem, ioculatorem, & scurram per annum, vel si ter monitus ante non se abstinuerit, ac etiam Clericum, qui ter monitus, ne tabernam publicè exerceat, non desistit.

Item superior Regularis causa correctionis potest alium Fratrem sibi subditum verberari mandare ex priuilegio Alex. VI. & Leonis X. & quamuis non possit iuxta dispositionem d. priuilegiorum &c. Vniuersitatis, nec clerici, vel Monachi, correctionem laico cõmittere, nihilominus stante consuetudine rationabili, vniuersaliter, atque legitimè præscripta, quia dictis iuribus derogatum fuisse videtur, possunt absque præiudicio per meros laicos suos subditos inobedientes corrigere, atque multare vt per omnes Ecclesiarum prælatos palam fieri constat.

5. Percutiens claricum causa suæ defensionis, aut honoris, quando fuga esset illi ignominiosa.

6. Percutiens clericum eius bona sibi iniustè auferentem, seu vi occupantem.

7. Minister, seu exequutor iustitiæ sæcularis, qui capit clericum in flagranti crimine, vt illum suo prælato præsentet.

8. Percutiens clericum, vel Regularem cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum.

9. Qui clericum vim sibi inferentem repellendo lædit.

10. Officialis, aut Principis, seu alterius potestatis Ostiarius, qui turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, sed fortuito casu Clericum percutit.

11. Mulier, quæ Clericum de adulterio, stupro, aut fornicatione eam tentantem suæ honestatis defendendæ causa percutit, dummodo prouocatio seu tentatio facto, & non solo verbo fiat.

12. Eiiciens, seu extrahens vi ex Ecclesia Clericum, seu Monialem diuina Officia turbantem.

c. Tum in *a> bo. de* *vit. a. de* *vit & hon.st.* *cler in 6.* *Nau con. si 42. de* *sent. exc.* *Tho. 1 c.* *Ex teno re eod.* *tit. Alb.* *in c. Olim de rest.* *spol Pan.* *& Deci.* *in d. cap.* *Na c. 27* *n. 73. c Vt fama eo.* *n §. nec* *ille, § si vero cle.* *eo. tit. d.* *c. Si vero,* *§ offi.* *Nau. in c.* *7. n. 85 c.* *ventens,* *eo. tit. 7.*

A quo huius Canonis censura innodati, absolui possunt. Cap. IX.

INcidens in Canonem latæ sententiæ ob violentam manuum iniectionem in Clericum, licet iuxta proprias facultates eis satisfaciat, quibus iniurias irrogauit, non nisi per Sedem Apostol. vel eius Legatum absolutionis beneficium potest obtinere.

Pueri verò, mulieres, senes, & valetudinarii, seu membrorum destitutionibus impediti, & qui clericis non enormem, sed modicam, & leuem iniuriam intulerunt, ab Episcopis possunt absolui, satisfacto prius iuxta facultates his, quibus per eos constiterit iniurias irrogatas.

In periculo autem, seu articulo mortis constituti, habentes inimicitias capitales, corporis impotentiam, aut infirmitatem, seu paupertatis impedimentum, vel alias iustas excusationes, quibus ab itinere ad Sedem Apost. rationabiliter excusentur, & possunt & ipsi ab Episcopo absolutionem recipere, sed illis quidem (exceptis pueris, sub iuramento, quod secundum Ecclesiæ formam præstare tenentur, iniungi debet præceptum de comparendo coram superiore impedimento cessante, vt infrà de absolutione dicetur. Quod quidem non solum ab excommunicatis pro percussione clerici, sed etiam ab excommunicatis ob quãlibet aliam causam, cuius absolutio Sedi Apostolicæ reseruatur seruandum est, prout communiter Canonistæ affirmant, & si cessante impedimento absolutus Sedem Apostolicam, vel eius legatum iuxta formam præcepti ei facti adire neglexerit, statim in excommunicationem reincidit eandem.

Regulares quidem personas, etiam Moniales eisdem Regularibus subiect, quocumque modo sese in claustro percutientes, ita vt in canonem incidere dicantur, non sunt ad Sedem Apostolicam mittendæ, sed secundum iuris communis dispositionem, & suorum priuilegiorum formam ab eorum Superioribus Regularibus absoluendæ sunt: Moniales verò, quæ Episcoporum curæ, & regimini commissæ existunt, beneficium absolutionis huiusmodi ab eis obtinere valent.

Religiosus deinde alterius ordinis Regularem percutiens, licet secundum ius commune per superiorem proprium, & illius, qui passus est iniuriam, absolui deberet, tamen virtute d. priui-

c. Quæsit. de sent. exc. c. Ad eminentiam, eo. tit. c. Ea noscuntur, eo. tit. c. Peruenit eo tit. d. c. Quãuis, §. nisi eo. tit. cap. Quod de his, eod. tit. Inn. Anc. Car. Pa. c. p. Eos, de sent. excom. in 6. c Monachi, c. Cl illorum, de sent. excomm. Glo ibi in verb. Abbas. Marc mag. §. 33. Innoc. 4 Const. 1. c. De monialibus eod. tit. d. c. Cla ustrorum, §. si vero claustral. c. Religioso, de sent. excom in 6. Bonifac. IX Const. 1.

priuilegiorum etiam per superiorem Regularem illius, qui percussit, absolutio impendenda est, si demum Regularis in Clericum secularem manus violentas iniiciat, non solum à suo superiori Regulari ex priuilegio, verum etiam ab Episcopo clerici percussi absolui potest, sicut absoluere posset clericum sæcularem, si alium clericum percussisset.

De ijs, quæ in absolutione huiusmodi præstanda seruari debent Concl. X.

c. Super eod. ser. excom. In absoluendo autem ab huiusmodi excõmunicationis sententia est aduertendum, quod si delictũ offensionis fuerit publicum, & iuxta formam Ecclesiæ consuetam absoluendum, committatur absolutio cũ solẽnitate nempè, precibus, & percussionibus, vt infra capit. de absolutionibus impendendis habetur, fieri debet, vbi etiam notatur, quando per d. c. Quãnis, §. cæterum. Fratres sollemnitas prædictæ absolutionis ex priuilegio remitti valeat. Si verò percussio fuerit occulta, priuatè absolutio facienda est, c. Ea noscitur eo. tit. absque sollemnitate, deinde per absoluentem recipiendum est iuramentum, si absque scandalo haberi potest, siu minus, manualis promissio de parendo mandatis Ecclesiæ, & de satisfaciendo læso, & virtute iuramenti, seu spoliationis prędictę eidem absoluto precipiendum, ne de cætero in Clericum, Monachũ, Caiet. in verb Excom. c. 69 vel alicuius religionis Conuersum manus iniiciat violentas. Si demum absolutio impendetur illi, qui infirmitate laboret, vel in ar- relat per Nau. in Ma. c. 27 num. 46 ticulo mortis constitutus sit, vel aliquo alio impedimento detentus, vt infra dictum est, iniungatur ei, vt postquam sanitati restitutus fuerit, vel impedimento cessante, ad Apostolicam Sedem, vel eius Legatum, aut ad illum, cui absolutio de iure spectabat, personaliter accedat, mandatum ipsius humiliter suscepturus, quæ tamen comparatio etiam per procuratorem ad id specialiter constitutum fieri potest.

DE TEMPORIS ORDINATIONVM & qualit. ac ordinandorum. Tit. 15. Cap I.

Sess. 25. ca. 4. EX decreto sacri Concilii Trid. cauetur, nullum in prima tonsura initiari debere, qui Sacramentum confirmationis non suscepit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit, quique legere, & scribere, nesciat.

Q[illegible] Minores ordines per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo videatur, conferantur, qui huiusmodi minoribus fuerint insigniti ad sacros ordines non promoueantur, nisi post annum a susceptione postremi gradus nempe Acolytatus, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.

Item quod ad Subdiaconatus ordinem nullus etiam regularis ante vigesimum tertium, ad presbyteratum autem vigesimum quintum suę ætatis annum promoueatur, ac non in minori ætate, neque absque diligenti Episcopi examine ordinari possit, priuilegijs quibuscumque quod hoc, penitus exclusis. Sup. c. 16.

Promoti verò ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non fuerint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. c. 13. c. Sess.

Duo sacri ordines eodem die etiam regularibus non conferantur (quod de maioribus intelligendum est) priuilegijs, ac indultis quibuscumque non obstantibus. Sup. c. 16.

Diaconi quoque ad Presbyteratus ordinem insigniri non possint, nisi in Diaconatu similiter ad minus annum integrum ministrauerint, nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem aliud Episcopo videatur. c. vlt de tem ordinar.

De ordinibus conferendis, & litteris dimissorijs Regularibus concedendis. Cap. II.

LICET prima tonsura, quæ propriè non est ordo, sed quædam ad ordines dispositio, ac etiam ordin. minores ab Episcopo iure ordinario conferri debeant, tamẽ iure speciali, & priuilegiato etiam Abbates, & quidam alij exempti intra fines alicuius diœcesis consistentes, etiam nullius diœcesis, suis tantum subditis similiter Regularibus ex decreto Concilij Trident. illos conferre licitè possunt. Quemadmodum in vna Marsicanen. per Sacram cõgregationem Concilij Trident. interpretem, vt infra declaratum fuit. c. 10 ea. Sess. 1. cũ conting. c de ætate & qual. or. & præfic. d. c. Abbates, de priu. in 6.

Super Cap. X. Sess. 23.

ABbates Regulares habentes ius Baculum deferendi & Mitram, postquam Sacerdotalem ordinem & manus benedictionẽ susceperint, primam tonsuram, & minores ordines suis subditis Regularibus conferre valẽt, non obstante quacunq; consuetudine in contrarium. Declaratio Sacræ Congreg. Con. Tri.

tarium. Vnde etiam patet prædictos Abbates posse Regularibus sibi subditis primam tonsuram, & quatuor minores ordines sine Episcopi examine conferre, cum illud tanquam præparatoriorum quoddam à iure requisitum per Episcopum ordinantem prius fieri, & haberi debeat, ne semper quos manus imponat, minime ignoret; & propterea sicut ipsis Abbatib. conferendi ordines minores concessa est facultas, a fortiori etiam examinandi concessa esse intelligitur, iuxta communem opinionē in d. cap. Cum contingat, de ætat. & qualitat. ordinan. de qua testatur Nau. de priuil. consil. 13. li. 5. nu. 5. Nec obstat c. 12. Concilii Triden. Sess. 23. vbi statuitur, quod Regulares sine Episcopi examine ordinentur, quoniam si rectè perpenditur, de solis sacris atque maioribus ordinibus in eo tantum pertractatur, quod quidem decretum Conc. Trid. d. c. Cum contingat, minimè derogasse videtur, quia per subauditos intellectus antiquum ius non corrigitur, nisi de eo fiat specialis mentio, iuxta Glo. solem. in c. Cupientes, §. quod si per viginti, de elect. in 6. & præsertim quando nō est eadem ratio in casu legis corrigendæ, quam legis correctæ, ad notata in Auth. Quas actiones C. de sacrosanct. Eccl. Sed verum est tamē, quod per Conc. Trid. sublata est omnis facultas ipsis Abbatib. & aliis exemptis promouendi ad sacrum subdiaconatus ordinem per priuilegia eis a Sede Apostolica concessa, ac etiā post Conc. Triden. plures fortan confirmata, quoniam illa per Pium IV. in confirmatione eiusdem Conc. Trid. fuerunt penitus reuocata in illis partibus, in quibus dicti Concilii decretis essent contraria, & cum hac clausula fuerunt postmodum confirmata.

c. Quido, dist. 14.

Cum igitur prædictorum ordinum collatio ad solum Episcopum loci ordinarium spectare dignoscatur, ideo ad illum in primis superiores Regulares eorum subditos ordinandos cum litteris dimissorialibus, & testimonialib. de vita, & moribus transmittere debent, quatenus non absens sit, & ordinationes habeat, alioquin ad quemcunque alium Episcopum dirigere valent, à quo tamen examine ordines recipiant, exprimendo in dictis eorum litteris dimissorialibus, aut quod Diœcesanus (qui est Episcopus illius ciuit. ... & Diœcesis, in qua Monasterium consistit, vbi ipsi Regulares ex suorum superiorum obedientia p... familia designati, morari contingit) vel non est residens, aut ordinationes non est habiturus, super quibus quidem causis ipsis Regularium prælatis per alios Episcopos ordinarios adhibenda est fides prædicta affirmantibus nulla alia ipsius Diœcesani requisita attestatione, vt ex infrascripta declaratione congregationis Concilii apertè colligitur.

Quo verò ad litteras dimissorias pro ordinibus suscipiendis Abbates prædicti clericis sæcularibus vt ab aliis ordinentur, concedere minimè possunt, cum ad Episcopos, cuius subditi sunt, illas dare pertineat; alioquin contra faciendo ab officio, & Beneficio per annum sunt ipso iure suspensi, vt ex decreto Concilii Trid. disponitur. c. 1. Sess. 23.

Sed Regularium Prælati, & superiores cum subditorum suorum ordinum sint, & in eos Episcopalem iurisdictionem exerceant, dimissorias litteras illis libere & licite concedere valent, eo modo tamen, & forma, quibus per Sacram Congregat. decretorum Concil. Trid. interpretatum fuit in hæc verba declaratum. Congregatio Concilii censuit superiores Regulares posse suis subditis, item Regularibus, qui prædictis qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerint, litteras dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, & si is absuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dū tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinentur, quo ad doctrinam & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus ordinationes, verum cum a Superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ ad alium Episcopum dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse.

De lice. sa re Congreg. Concil. 90

De temporum interstitiis pro sacrorum ordinum susceptione remittendis.

Cap. III.

QVoniam, vt supra dictum est, & ex Concilii Triden. sanctionibus statutum existit, quod minores ordines per temporū interstitia conferantur, & quod Acolytus ad

Subdiaconatus, Subdiaconus ad Diaconatus, Diaconus vero ad Presbyteratus ordinem non promoueatur nisi ob Ecclesiæ necessitatem aut vtilitatem aliter Episcopus iudicauerit, seu ei magis expedire videbitur; ideo pro solutione illius difficultatis, quæ iam circa regularium ordinationes, in quibus temporum interstitia, sicut in sæcularibus seruari debent, suborta videbatur, dicitur facultatem huiusmodi intersti-tia dispensandi ad Episcopum ordinantem spectare, & pertinere etiam quoad Regulares promouendos, quorum Superiores, & Prælati in prædictis dispensare minime valent, licet Abbates vsum Mitræ habentes (vt dictum est) ex quo eis primam tonsuram, & minores conferendi facultas ex priuilegio Apostolico concessa est, & per Conc. Trid. confirmata, huiusmodi Minorum ord. interstitia ex causa remittendi facultas eis quoque attributa censetur, per vulgatam iuris regulam, quod, qui vult finem, vult etiam consequens ad finem, & vt ex declaratione infra scripta Sacræ Congregationis Concilij satis constat. Vnde concluditur prædicta temporum interstitia, tam ex decreto Conc. Trid. quam ex constitutione Sixti V. in Regularium Ordinationibus seruanda esse, nisi per Episcopum ordinantem, & non per Superiores Regularium in illis dispensetur, & propterea debent ipsi prælati quando in eis dispensandū expedire iudicauerint Episcopum per litteras rogare, vt in illis cum tali, & tali digneiur dispensare attenta tali, & tali causa, quæ Episcopo ordinaturo in eisdem litteris dimissorijs indicanda exprimatur, vt iam de anno 1573. à Sacra Congregatione Concilij Passerello, tunc totius ordinis Min. Correctori Generali, responsum fuit, prout ipse testatur, & nouissime cuidā Episcopo per eadem verba extitit declaratum.

Capuc. in suo compen. in ver. Ordines sac. in eius annot.

Compen. priu. Minim. Decla. Sacræ Congr. Conc.

Reuerendiss. Domine, vti frater.

Nomine Amplitudinis tuæ consulta fuit Congregatio amplissimorum Patrum, qui Tride. Concilij decretis interpretandis præpositi sunt, An stante Constitutione fel. record. Sixti V. contra clericos male promotos promulgata, sibi liceat ex decreto eiusde Concilij in casibus expressis in cap. 11. 13. & 14. sess. 23. nō expectato anni curriculo promouere Regulares ad ordines sacros, Congregatio censuit, Constitutionem prad. ctam felicis rec. Sixti V. non adimere facultatem à Conc. Trid. Episcopis tributam, remittendi temporum interstitia in casibus ab eodem Concil. in c. §. 11. 13. 14. Sess. 23. reformatis, & præscriptis, & iudicium connoscendi, an simus in prædictis casibus non spectare ad Superiores Regulares, sed ad Episcopos diœcesanos ordinantes, in quorum diœcesibus sunt Monasteria, in quibus ipsi ordinandi degunt. Quod superest, Deum amplitudini tuæ in omnibus propitium precamur, Romæ die 7. Septemb. 1573.

Hieronymus Cardinalis Mattheus.

Et propterea, vt Regularium prælati sciāt, quænam causa in interstitijs tam minorū, quam maiorum ordinum dispensandis, exprimenda Episcopo ordinaturo requiratur; Aduertant, quod pro minoribus, & Diaconatus respectiue ordinibus conferendis quæuis leuis causa sufficiens est ad illorum interstitia remittenda, quod quidem ex verbis ipsius Conc. Tri. in cap. 11. & 13. Sess. 23. satis colligitur, nam nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, & pro Diaconatus ordine, nisi aliud Episcopo videatur.

In remittendis vero temporum interstitijs quoad ordinem Subdiaconatus, & Presbyteratus suscipiendum, in quibus anni integri lapsus à susceptione inferiorum respectiue ordinum requiritur necessitas, & vtilitas Ecclesiæ tamquam causæ sufficientes ad dispensandum, adesse debent, non tamen eodem modo, nam in susceptione Subdiaconatus sufficit necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, cum in decreto Concilij disiunctiuè, & alternatiuè ponantur, ad recipiēdum vero ordinem Presbyteratus coniunctim requiruntur, ita vt necessitas, & vtilitas simul, & eo in tempore concurrere debent, vt ex verbis eiusdem Ca. 11. & 14. videlicet (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur) sed quomodo illæ considerentur in prædictis, dicendum est cum S. Antonio 3. par. titul. 14. de tempore, & loco ord. in § 18. quod tunc Ecclesia dicitur necessitatem habere, quādo sacerdotes non habet, qui ordines suscipiant, & quibus indiget, vt Ecclesijs, Capellis, & reliquis beneficijs deseruiant, atque oneribus iniunctis integre satisfaciant. Vtilitas autem ipsius Ecclesiæ est, quando, licet alios ministros idoneos habeat; alijs tamen opus habet, vt melius seruiatur; hæc autem, & aliæ similes causæ, si quæ fuerint, tamquam sufficientes ab ipsis Prælatis per eorum litteras dimissoriales (vt dictum est) Episcopo ordinaturo significandæ sunt, vt ab ipso postea tales iudicentur.

De Clericis sæcularibus, & Regularibus male promotis, & eorum pœnis. Cap. IV.

Regularis, & cu ulsuis ordinis, seu militiæ Regularis ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilis, vel irregularis existens, vel extra tempora à iure statuta, vel absq; veris dimissorijs sui ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiuè, aut ante ætatem per sacri generalis Trid. Concil. decreta primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus ad plures ord. sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili antequam tempus ab eodem Conc. Trid. præfixum elabatur, ad alium ord. seu alios ord promoueri sine dispensatione, aut indulto Apostolico non potest, vt per sacros Canones, & præsertim Concil Triden. necnon Constitutiones Pij II. Sixti V. contra male promotos editas statuitur, & ordinatur, & si quis scienter in aliquo ex prædictis casibus, & contra tenorem d. Canonum, & Apostolicarum Constitutionum Sacris ordinibus iniquitas, & insignitus fuerit ab exequutione, ministerio, & exercitio ordinum male susceptorum est ipso iure suspensus, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatem incurrit, iuxta declarationem prædictæ Constitutionis Pij Papæ II & Sixti V.

Inter Bull. eo. Cal. 5. Clem 8. Const. 2.

Sed quoniam præfatus Sixtus V. per suam Constitutionem, vt supra, malè promotos vltra suspensionem a diuinis, diuersisque alijs censuris, & pœnis statim per eos respectiue incurrendis subiecerat, & suppofuerat, quod non solum Prælati ad sacros ordines promouentes, verum etiam personæ promotæ prædictis censuris, & pœnis in ipsa Constitutione expressis in perniciem animarum suarum varijs modis illaqueabantur, propterea S. D. N. D. Clemens VIII. prædictam Sixti V. Constitutionem suo motu proprio nouissime promulgato moderandam decreuit, illamque ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutiones ipsius Pij II & ad dispositionem decretorum Sacri Concilij Tride. restrinxit, atque reduxit, nec non censuras, & pœnas in eisdem Sixti litteris præterquam contra simoniace ordinantes, & ordinatos inflictas, alias tam n per eosdem Canones, & Concilium Tridē. & Constitutionem Pij II. iniunctis firmis remanentibus, moderatus est, aboleuit. Vnde primum colligitur, quod Regularis, si male ad sacros ord. fuerit promotus, est suspensus, & ord. exequutione priuatus, donec dispensetur, neque tollitur suspensio adueniente tempore legitimæ ætatis, cum in pœnam sit lapsus absq; vllo temporis determinatione, sed durat donec per absolutionē auferatur. Quod secus est quotiescunque suspensio per mensem, aut annum duratura, statuitur, tunc enim elapso tempore præscripto, ipso iure remittitur.

Const. 2. Inter Bull. eo. Const. 2. c. 1. 2. & 3 de eo qui ord. furt. suscepit. Nau. in Man. c. 25 nu. 70 G. in Cle. 1. in verb. Donec. Bei in c. 1. de sent. exc. in 6. in verb. Magistro.

Secundo colligitur, quod durante dicta suspensione, si in ordine, ad quemuis fuerit male promotus ministrauerit, ipso iure irregularis efficitur, & si Clericus sæcularis est, potest beneficijs adeptis priuari iuxta dispositionem dictæ extrauagantis Pij II. Sed hic vnum obiter est animaduertendum, quod suspensi ob malam promotionem in aliquo ex casibus, vt supra, expressis sunt irregulares, si post susceptum ordinem in eo sese exercent, sed qui ordine Presbyteratus insignitur, ex quo consecrat cum Episcopo, vetitur ordine Presbyteratus, fit irregularis statim quo illum suscepit, quoniam Episcopus prius ordinat Presbyterum, & ei characterem illius ord nis infigit, quam consecretet, & ad consecrandum secum admittat.

Nau. li. 1. de cler. non ord. minist. cons. 4. Idem l. 1. de temp. ord. cons. 23. & cons. 33. n. 2. Idem l. 5. eo. tit. cons. 9. n. 2. Innoc. relat. per Nauar. li. per tempt ordin. Cons. 40. n. 7.

Tertio quod primam tonsuram, & minores ordines ab alieno Episcopo, vel per falsas dimissorias, aut extra tempora suscipiens, licet peccet mortaliter, tamen suspensionem non incurrit, sed est suspendendus, neue consequenter fit irregularis, si in ipsis ordinibus sic male susceptis ministrauerit antequam a iudice suspendatur. Nec obstat d. extrauagans Pij II. cum non habeat locum in minoribus ordinibus, sed tantum in maioribus, per illa verba (Ad sacros ordines se promoueri faciunt) Item notandum, quod ipsa suspensio a diuinis, & ordinum exequutione, si violatur, irregularitatem inducit, non autem suspensio ab officio, seu beneficio, vel iurisdictione iuxta communiter Canonistas in c. 1. de sent. excom. in 6.

Quarto colligitur, quod super irregularitate incursa per violationem censuræ suspensionis ob malum ordinum, vt præfertur, promotionem solus Papa dispensat (vt per sacros canones declaratur) exceptis casibus in quibus dispensandi, seu absoluendi facultas per Concilium Tridentinum Episcopis est attributa; quæ tamen æque extenditur ad irregularitates incursas ob violationem suspensionum, ac ob alias etiam causas, dummodo, ex occulto delicto prouenniant, & ad forum contentiosum minime sint dedu-

c. 2. de re iud. c. 1. de sent. excom. in 6. Na. in Man. c. 27. n. 162. Idem in eo. cons. 40. n. 9.

deductæ, tunc per Episcopum in foro conscientiæ tantum absolui possunt, quemadmodum Regulares ab eorum prælatis, etiam in foro conscientiæ, a prædictis tamen (vt præferunt) occultores absoluere, & dispensare valent, cum nedum eis virtute priuilegiorum Sixti Quarti, & Bonifacij IX. facere liceat, sed etiam indultu Pij Quinti, quo eadem auctoritas in absoluendo, & dispensando suos Fratres tribuitur, quæ ipsis Episcopis in suos seculares, & clericos conceditur, quæ tamen auctoritas à censuris, nempè excommunicationibus, & suspensionibus in casibus in Bulla Cænæ Domini etiam occultè resultantibus, & prouenientibus, minimè extenditur, cum singulis annis a Summo Pontifice d. Bulla innouetur cũ derogatione quorumcumque priuilegiorum, ordinibus Mendicantibus concessorum, quoad absolutionem ab eis in illa contentis, vt alias dictum est.

in §.13. in fi, contri. tri cd. Lu. et S. §§ 24. Nau. l.1. de eta. & q. ord. cons. 9. n.1. Bulla Maru mag. §.38 Con. L.

Quinto denium colligitur quod Regularis tacite professus ad titulum paupertatis, & Religionis approbatæ ad sacros ordines ex à tunc S. Rom. Ecclesiæ promotus, non est suspensus, neque irregularis nisi canonicum est aliud obstet impedimentum, & in illis liberè & licitè ministrare valet, quoniam sacrorum Canonũ auctoritate declaratur, quod qui in discretionis constitutus ætate Nouitiorum habitum ab habitu professorum in colore, textura, vel forma non distinctum vltra annum professionis expressè emittendæ proximum, nullam contrarium facta protestatione gestat, eo ipso religionem illam verè censeatur professus, & ad omnia obligatus, perinde ac si professionem emisisset expressè, quod quidem satis comprobatur per text. in cap. Ex parte, de tempor. ordinat. vbi habetur, quod si Monachus vnius ordinis in secundo ordine, ad quem transiuit, recepit Sacerdotium, non facta professione, ad primum rediens, ordinem susceptum potest liberè exercere, quanto magis tacitè professus potest ministrare in ordinibus susceptis ad titulum suæ religionis, quam nunquam egressus est, neque ob tacitam professionem egredi potest: cui quidẽ tacitæ professioni per Concilii. Trident, minimè derogatur, additur per Nauar. lib.3. de regul. cons. 35. Nec obstat constitutio Pij V. sub datum Romæ anno 1568. pridie Idus Octobris, Pontif. sui anno iij. Quoniam respondetur, illam non comprehendere Fratres Regulares, & professos solenniter in sacris ordinib. & Religionibus approbatis, sed clericos quoslibet Regulares, seu Religiosos certorum ordinum, & Congregationum in communi, & sub obedientia voluntaria extra votum sollemne, more tamen Regularium viuentes, quorum habitus à secularibus presbyteris distinctus est, vt sunt Canonici, & Fratres Sancti Georgij de Alga Venetiarum, ac Eremitarum S. Hieronymi, alias B. Petri Pisarum, & aliarum similium Cõgregationum, in quibus quidem personis idem Pius V. per dictam suam Constitutionem decreuit, quod de cætero in omnibus obseruaretur, cap. 2. Concilij Trid. Sess. 21. in eorum promotione ad ordines Sacros, sicut obseruatur quoad Clericos seculares promouendos, statuitque, vt dicti Clerici regulares professionem expressam emitterent, & illa non facta, non possent ordinibus sacris initiari, & promoti exequutione ordinum tamquam suspensi omnino carerent, & hoc ne ante factam professionẽ è claustro liberè recedentes, & ad ordines sacros promoti iam existentes vel mendicare, vel aliquem sordidum quæstum exercere in ipsorum dedecus, ordinis vilipendium, & fidelium scandalum, cogerentur. Vnde hodie stante dicta Constitutione necesse est ipsis Clericis Regularibus (Iesuitis exceptis) si sacris ordinibus initiari volunt, quod prius expresse, & sollemniter professionem emittant, vel doceant se beneficium Ecclesiasticum, aut patrimonium pacificè possidere, vt inde honestè sustentari valeant, quod cum in Fratribus Regularibus, qui suæ Religionis ob tacitam, vel expressam professionem obstricti, & religati sunt non requiratur, possunt quidem ad illius titulum etiam post citatam professionem ordines sacros suscipere, & in eis licitè ministrare, cum nullo iure id eis dignoscatur prohibitum.

c. Ex par. de reg. & trãsc. ad religi. cle. eos, ti c. vt peri. ulosa, ne cle. vel Monachi.

De pœna celebrantis in ordine, quem non habet. Cap. V.

Licet hucusque in sacris Canonibus nulla temporalis pœna statuta reperiatur contra clericos Seculares, vel Regulares exercentes ordinem sacrum, quem non habent, tamen arbitrio iudicis pœna falsi sunt puniendi, quoniam vt inquit Bal. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanctis Ecclesijs, qui se Clericum asserit, & ingerit se in functionibus Clericorum, falsarius censetur, debet etiam deponi, & amplius non ordinari. Diaconus vero Missam celebrans nondum ordinatus ad Sacerdotium-

Fel in c. Tertio loco de prob. in principio. Præpos. in c. Quid interrogasti. dist. 27.

c.1 de cle. non ord. minio. c.2 eod. tit. Silvest. in ver. Irregularitas Sess. 23. c. 17.

dotium non potest promoueri, & a Diaconatus ordinis exequutione biennio, vel arbitrio superioris arbitrio suspendendus est, & ministrando in ordine, quem non habet, in apparatu, & sollenniter habitu illius ordinis indutus, irregularis efficitur, & propterea per Sacrum Concilium Tridentinum statutum est, quod huiusmodi Sacra Ministeria per alios, quam per constitutos in dictis sacris ordinibus non exerceantur, in cuius Canonis. & Decreti exequutionem Fratres Prædicatores in Capitulo Generali Bononiæ celebrato de anno 1564. prudenter admodum ordinarunt, quod in eorũ Conuentibus Sacra Altaris ministeria etiam minima ab ordinatis [illegible] Fratribus exerceantur, & nulli [illegible] vestibus sollemniter induto Epistolam canere permitteretur, nisi ad illum ordinem fuerit rite promotus. Qui vero celebrat aliquod ministerium sine sollemnitate vestimentorum, [illegible] Subdiaconus Epistolam sine manipulo, Diaconus Euangelium sine stola in Ecclesia [illegible], Sacerdos sine manipulo, stola seu Planeta Missam celebrare, peccat quidem, sed irregularitatem non incurrit, cum in iure aliter non reperiatur expressum. Verum tamen licet Subdiaconis, & aliis ab eis inferioribus [illegible] [illegible] am partem Passionis Domini nostri Iesu Christi [illegible] cantandæ in maiori Hebdomada [illegible] id faciunt sine Stola, neque in aliis partibus eiusdem Missæ, vt Diaconi [illegible], & Sacerdos ipse aliã partem canat, vt Diaconus, & reliqua Missæ peragat sine Diacono, vel cum alio, qui vt Diaconus [illegible] partem eiusdem passionis cantauerint, nam [illegible] non dicantur, vt [illegible] Diaconatus, sed [illegible] Sicut enim quilibet Clericus in minoribus constitutus sine manipulo Epistolam canere potest, non tanquam Diaconus, sed tanquam alius Clericus, cantor, vel Lector, dummodo Sacerdos sub silentio, eandem Epistolam [illegible] totam legat, ac si ab alio non caneretur, valde [illegible], quod [illegible] dicitur de Clerico minori, quo ad Epistolam canendam, idem in Subdiacono quo ad Euangelium, vel partem Passionis cantandæ dicendum videatur, cum vbi eadem ratio militat, ibidem ius statutum esse censendum sit, l. illud. ff. ad l. Aquil, & cap. Dudum. 2. de elect.

Facit c. His qui, de sen. excom.

Pano. & DD. com. in c. 1. de Cler. non ord. ministran. Nau. de cel. Miss. consil. 1.

DE LECTORIBVS SACRAE SCRIPturæ in Conuentibus [illegible]. Tit. 16 Cap. I

EX Sacri Concilij Tridentini Decreto statuitur quod in Conuentib. quorumcumque Monachorum, & Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, lectio Sacræ Scripturæ habeatur, quæ quidem lectio à Capitulis Generalibus, & Prouincialibus assignetur dignioribus Magistris, qui ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari minimè debent, neque tenentur. Quibus quidem Regularibus non liceat imprimere, seu imprimi facere libros de rebus Sacris sine approbatione ordinarij, & licentia suorum Superiorum, recognitis per eos libris iuxta formam suarum Constitutionum.

reffor. c. 1. eadem. Idem eõ. Sess. ead. decr. 1. §. insuper, de edit. & impress. lib.

De verbi Dei prædicatione. Cap. II.

SIcut electio Sacræ Scripturæ in Ecclesia Catholica vtilis admodum esse dignoscitur, ita quoque prædicatio verbi Dei valde necessaria Reipublicæ Christianæ existit, vt Concil Trident. declarauit, iuxta dictum D. Aug. dicentis, non minus esse verbum Dei, quam Corpus Christi, quo ad efficientiam tantum, vt optimè declarat Archiepisc. Ant. & demum cum iuxta Euangelij dictum, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, hinc est, quòd anima ipsius verbi Dei recreatione indiget, sicuti materialis cibus corpori est necessarius.

Ead. Sess. c. 2. Docentes, 1. q. 1. 2. p. Sum. tit. 9. c. 2.

Ad quos pertineant prædicare Euangelium in Ecclesia Dei. Cap. III.

SAcrosanctum Iesu Christi Euangelium populo proponere, & explicando annunciare ad Episcopum spectare constat, cuius est præcipuum munus, prout Sancti Patres sæpius declararunt, ex illis verbis à consecrante Episcopo prolatis in traditione libri Euangelij, nẽpe, Accipe Euangelium, & vade prædica populo tibi commisso, ex quibus quidem apparet, Episcopum semper de prædicationis ministerio cogitare debere, vt inquit Beatus Gregorius, quod quidem munus postquam a Christo adimpletum fuit, illud idem suis Apostolis specialiter iniunxit per illa verba, Ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, & propterea cum Episcopi in Apostolorum loco constituti existant, merito eiusdem prædicationis munus, & onus subire tenen-

Concil. 4. Carthag. c. 20. Cõ. Triden. Sess. 24. c. 4. Ex Ritu. Pontif. li. fol. 31. Lib. 2. Epistol. c. 39.

tenentur, & obstringuntur. Sed quia Episcopi aliquando legitimo impedimento detenti, per se ipsos huiusmodi prædicationis munus exercere non valent, illud inferioribus Sacerdotib. demandatur, eisque tanquam Episcoporum coadiutorib. præcipitur. Ex Sacerdotibus autem nonnullis de iure competit prædicare, vt sunt Prælati omnes, ac etiam Parochi curæ animarum præfecti, qui ratione iniuncti officij verbum Dei populo sibi commisso proponere tenentur. Aliquibus etiam simplicib. & non curatis Sacerdotibus ab Episcopo hæc functio delegatur, aliquando verò à Summo Pont. & Sede Apost. Regularibus omnibus committitur, qui per priuilegia eorum respectiuè ordinib. concessa huiusmodi officium adimplere valent.

De Prædicatorum Regularium qualitate, electione, & approbatione. Cap. IV.

Leo X. sup. uni. Nullus iam Clericus secularis, quam cuiuscumque Mendicantium ordinis itegularis, ad quem facultas prædicandi, tā de iure, quam de consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per suum superiorem respectiuè diligēter examinatus, in qua re conscientia ipsius superioris oneratur, ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate, & idoneus reperiatur; & hic quocumque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu aliàs sui examinatoris approbatorisque Episcopis, & alijs locorum ordinarijs fidem legitimè faciat, cum qua personaliter coram eis se præsentate, & ab illis benedictionem petere teneatur, antequam prædicet, alioquin prædicare non possit, etiam in sui ordinis Ecclesijs, in Ecclesijs vero, quæ sui ordinis, non sunt, vltra licentiam sui superioris, etiam Episcopi licentiam habere teneatur, sine qua in ipsis Ecclesijs non sui ordinis nullo modo prædicare possit, quæ quidem licentia gratis ab Episcopis concedatur. Regularib. deinde, extra tamen Claustra, & obedientiam suarum Religionum viuentibus etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua Ciuitate, vel Diœcesi Episcopi prædicare pèrmittant, donec ab ipsis Episcopis super hac re Sancta Sedes Apostolica consulatur. Qui demum Regulares, contradicente Episcopo, in Ecclesijs etiam suorum ordinum prædicare non præsumant.

Con. Tri. Sess. 5. ca. 2. Docentes sup. n.

Idem Con Tri. ea Sess. c. 2. §. cæ

Con Tri. Sess. 24. c. 4 Prædicat. §. 11 nullus.

De tempore, quo prædicatio Euangelij in Ecclesia fieri debet. Cap V.

Regulares omnes parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, Ecclesias quocumque modo obtinentes diebus saltem Dominicis, festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & eorum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate, & facultate sermonis, vitiaque eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeat, quod si hoc negligentes fuerint, & post quam ab Episcopo trium mensium spacio moniti, muneri suo defuerint, possint ab eodem Episcopo per censuras Ecclesiasticas, seu alias ad ipsius arbitrium cogi, atque compelli.

Concil. Trid. Sess. 5. ca 2.

Tempore autem ieiuniorum Quadragesimæ, & Aduentus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportebit, sacras Scripturas, Diuinamq; Legem annuncient, & alias quotiescumque id opportunè fieri posse iudicauerint.

Idem Sess. 24. c. 4. prædic.

Quomodo se gerere debeant prædicatores in Euangelio annunciando. Cap VI.

Constitutione Apostolica mandatur omnibus huiusmodi onus prædicandi sustinentibus vt Euangelicam veritatē, & sanctam Scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quidquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adiiciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ Scripturæ verbis, & præfatorum Doctorum interpretationibus ritè, & sanè intellectis non discordant, & demum omnibus illis vtantur, quæ ab Ecclesia Catholica Romana, atque à Generalibus concilijs definita, & declarata sunt, & præsertim quæ de peccato originali, & de impij iustificatione per sacrum Concilium Trid. determinata sunt.

Leo sup. uni.

A quibus Prædicatores in eo suo munere adimplendo sese abstinere debent. Cap VII.

Iisdem quoque prædicatoribus inhibetur, ne apud plebem, & præsertim rudem, difficiliores

Concil. Trident.

Sess.5. de reto 2. Leo X. numero 5.... fficiliores, ac subtiliores quæstiones, quæ ad ædificationem non faciunt, in concionibus popularibus pertractent.

Incerta, vel quæ specie falsi laborant, non euulgent, & ab ijs, quæ ad curiositatem quamdam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tamquam scandala, & fidelium offendicula, sese omninò abstineat.

Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquã præsumant, neque alia quæque futura ex litteris sacris constanter prædicent nec illa a spiritu Sancto, vel Diuina reuelatione se habuisse affirment, atque alienas, inanesque reuelationes nullo modo asseuerent. Preterea non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum, & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, coram vulgò, & laicis incauta, & intemperanti reprehensione, & ab eis malè gestorum expressis nominibus aperta, & manifesta redargutione abstineant.

Quid agere debeant Prædicatores, quando Dominus aliqua futura reuelari voluerit.
Cap VIII.

Leo X. supr. nu. Con. Tri. QVando verò quibusdam prædictorum prædicatorum aliqua futura in Dei Ecclesia sua inspiratione a Domino reuelari contigerit, quod quidem cum res magni momenti sit, & non omni spiritui, ita de facili credendum, ideò Apostolica sanctione statutum est, vt lege ordinaria prædictæ assertæ inspirationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligantur, Quòd si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, ordinario loci notificentur, vt ille, adhibitis secum tribus, aut quatuor doctis, & grauibus viris, & negotio cum eis diligenter examinato (sicut id expedire videbitur) licentiam illas publicandi concedere possit.

De pœnis prædicatoribus per Constitutiones Apostolicas, & Concilium Tridentinum inflictis, qui contra prædicta aliquid commiserint, aut aliàs malè prædicauerint.
Cap IX.

PRædicator, qui contra præmissa, aut eorum aliquod committere ausus fuerit; vltra alias pœnas a iure contra tales statutas. sententia excommunicationis ipso facto innodatus existit, a qua, non nisi a Summo Pontif. (præterquam in mortis articulo) absolui potest, eique prædicationis officium perpetuo inesse decreuit Leo X. per dictam suam perpetuam Constit. non obstantibus quibuscumque priuilegijs Apost. etiam in Mari magno comprehensis. Si vero prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordin. prædicet, Episcopus ei prędicationem interdicat. Quod si hæreses prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem est procedendum, etiam si ipse prædicator generali, vel spirituali priuilegio exemptum se esse prætendat, quo casu ab Episcopo auctoritate Apost. & tamquam Sedis Apost. Delegato contra eum procedatur. Demum in eamdem excommunicationis censuram incidunt prædicatores, qui contra ea, quæ per Constitutiones Sixti IV circa conceptionem B. & immaculatę Virg. Mariæ Dei Genitricis definita sunt, (quæ Constitutiones per Concil. Trid. cum illarum pœnis innouatæ existunt, & absolutio a prædicta excommunicatione Summo Pont. præterquam in mortis articulo reseruatur) prædicauerint, præterea de eodem conceptionis articulo prædicantes, seu disputantes contra Constitutiones Pij V. non solum in eamdem sententiam excommunicationis incidunt, sed in suspensionem a diuinis, & cuiuscumque gradus, dignitatis, seu administrationis priuationem, & ad eadem, vel similia muneta obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso facto obnoxij sunt. Sess. 5. c. 2. §. si vero.

DE REGVLARIBVS IN CONFESSores deputandis. Tit 17.

Regulares per eorum Superiores ad Sacras confessiones & præsertim secularium, coram Ordinarijs præsentandi ex pomi debent.
Cap I.

CVM Regulares ratione voti obedientiæ eorum ord. superioribus pleno iure subiecti existãt, ita vt velle vel nolle minimè habere dignoscantur, hinc est, quod quidquid c. Reli-giosi, de sep in 6.

agere, seu recipere proponunt, de eorundem superiorum licentia illud exequi tenentur, & propterea antequam ordinario præsententur pro eorum approbatione, à suis superioribus eligi debent, vel saltem de eorum licentia eisdem ordinarijs præsentari, ne obedientiæ voto cõtraire eis damnabiliter contingat, qui tamen superiores non omnes indistinctè ad iam salubre ministerium, & officium exequendum exponere debent, sed personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atque peritas, sicut per canonicas sanctiones præcipitur, quas quidem personas sic (vt præfertur) electas præsentent, & nominent, seu eisdem ordinarijs, sub hac forma præsentari personaliter faciant, nempe, vt de eorum licentia, gratia, beneplacito, & approbatione, præuio tamen examine, in Ciuitatibus, & Diœcesibus eorum Regulares, sic per eos electi, confessiones confiteri sibi volentium audiant, pœnitentias salutares imponant, & beneficium absolutionis postea impendant. Numerus verò personarum assumendarum ad prædictum munus exercendum esse debet, prout vniuersitas cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem. Quod si petitam licentiam, & approbationem Episcopi eis concesserint, cum gratiarum actione recipiant, & deinde commissum sibi officium in Domino exequi, & adimplere licitè, & liberè valent, hæc autem electio, & deputatio nedum ad Generalem in toto ordine, ad Prouincialem in sua prouincia, & Custodē, ac etiam ad priorem, seu Guardianum, vel quemcumque Superiorem localem, aut eorum Vicarios spectare dignoscitur pro singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus respectiuè Fratres commorari contigerit, facienda.

Clem. Dudum, de sepult. §. ac deinde Gl. ibi in ver. Præsentare.

d Clem. §. statuimus.

eo. lo. §. ac deinde, Sess. 5. de.

Decretum Concilij Tridentini super Confessariorum, etiam Regularium approbatione per Episcopum facienda. Cap. II.

Sessione vigesima tertia. Cap. XV.

QVamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, & consuetudine quacumque etiam immemorabili, non obstantibus. Igitur omnes Regulares cuiuscumque ordin. etiam Mend. etiam de suorum superiorum licentia, graduati, vel promoti, aut in Theologia Magistri existentes, a prælatis electi, & vt sup. deputati, coram locorum ordinariis personaliter præsentari, & per eorum examen pro secularium confessionibus audiendis approbari debent, & ex Constitutione etiam Pij V. disponitur, qua illis quoque inhibetur, ne vigore d. deputationis, expositionis, & approbationis suorum prælat. fort. n ab ord. toleratæ confessiones ipsorum secularium, nullo modo audire præsumant, non obstante, quòd per aliam suam Constitutionem Lectores, & Magistr. prædictos ab huiusmodi ordinariorum examine exemptos fore, & esse decreuisset, quoniam ipse idem Pont. illam, quo ad hoc omninò reuocauit, ac insuper voluit decretum prædictum Concilii Trident. in omnibus quorumuis ordinum Regularibus Mēdic. Lectoribus & in Theologia graduatis, & Magist. obseruari debere; propterea hodie Fratres ipsi tam simplices, quam graduati, Cõfessarii munus exercere volentes, Episcoporum examen subire, aut alias ab eis approbationem habere tenentur, quod quidem examen per ipsius Episcopi examinatores super sufficienti literatura, & aliquali saltem Sacramenti Pœnitentiæ peritia, iuxta Leonis X. Constitutionem, fieri debet.

Pii V. Const. 15.

Const. 6.

Const. 1.

Quid per approbationem Ordinarii Regularis consequatur. Cap. III.

SCiendum est autem, quòd cum Sacerdos pro audiendis confessionibus ab Episcopo approbatur, licet nulla ei noua potestas Sacramentaliter absoluendi à peccatis tribuatur, cum iam in sua ordinatione illam receperit, nihilominus necessaria est ei Episcopi approbatio, vt per eam iurisdictionis potestas impendatur, & persona pœnitentis, quæ materiæ vicem gerit in foro pœnitentiæ, subiicienda consignetur: nam sicut in naturalibus, ac etiam in artificialibus ad agendum, duo de necessitate adhibenda sunt, nempe virtus agentis, & materia, in quam agens aut operans agat, ita pariter duo in absolutione ritè faciēda requiruntur, videlicet potestas clauium, quæ

Theol. in 4. dist. 18. q. 4.

ordinis dicitur, & persona penitentis, in quam exerceatur, & terminetur ea potestas, quam (vt dictum est) vnusquisque Sacerdos in sua ordinatione consequitur, per characteris sacerdotalis impressionem, ex qua quidem vtraque consurgit facultas tum conficiendi Sacramentum veri corporis, & sanguinis Christi, tum etiam absoluendi a peccatis; sed hæc posterior potestas remanet suspensa, donec a Superiori superueniat potestas iurisdictionis, quæ tam sacerdoti legitimè, & secundum ritum Ecclesiæ ordinato determinet personam in foro pœnitentiæ sibi subiiciendam, quod quidem per Prælati approbationem plenè cōdonatur, & tunc Sacerdos vtraque potestate munitus super personas, sibi ebusireti volentes, veluti eius iuri subditas, absolutionis sententiam in illo pænitentiæ foro validè profert. Vnde ex prædictis concluditur vtramque potestatem in confessario (siue clericus sæcularis, siue Regularis sit) adeò esse necessariam vt si tentaret eum absoluere, in quem iurisdictionem ordinariam, aut delegatam non haberet, præterquam quod damnabiliter peccaret, cum falcem mitteret in messem alienam, contra Ecclesiæ decreta. sed nihil prorsus faceret, quoniam à non suo Iudice ligari, aut absolui nemo potest. Ideò Fratres antequam munus confessarii exercendum assumunt, Episcopi ordinarii approbationem impetrare, & obtinere omninò studeant. iuxta d. decret. Conc. Trid. & Apostolicas Constitutiones.

Ioan. 22. in ext. a 4§. quia grand in d. ver. sign. quare.

De modo, quo Sacerdos Regularis, & Secularis Clericus pro Laicorum confessionibus audiendis approbari debeat C. p. IV.

EX superiori Conc. Trid. decreto iam satis compertum est, tam sæcularem Clericū, quam Regularem Sacerdotem pro confessarii munere obeundo ab ordinario approbandum fore debere, quod tamen diuersimodè fieri contingit, quoniam Clericus, qui est Episcopo subiectus, cum præuio examine ad sacras confessiones sæcularium audiendas approbatur, ab eo etiam iurisdictionem in pœnitentium Diœcesianorum personas, & aliquando etiam cum facultate absoluendi à casibus ipsi Episcopo reseruatis, prorsus recipit, quique illam ad eius libitum vtendam concedit, eique impartitur, & propterea tenor litterarum dictæ approbationis diligenter, & accuratè inspiciendus est, adeò quod si illis expressum reperiatur, facultatem audiendi confessiones, & à casibus Episcopali reseruatis absoluendi, simpliciter concessam esse, tunc intelligendum est, ipsum Clericum approbatum posse omnium ciuium & Diœcesianorum, aliorumque ad eum confluentium confessiones, vbique per ciuitatem, & Diœcesim, etiam in pænitentium propriis domibus audire, pænitentias iniungere, & a peccatis absoluere; si verò fuerit approbatus pro hac, vel illa Eccl. seu loco, aut pro viris, seu mulieribus eorumq; certa quantitate, vel ad certum tempus, tunc ad illa loca, tempora, & personas iuxta conditiones in d. litteris approbationis expressas illius iurisdictio collata intelligitur: Quod secus est in sacerdote Regulari, in cuius approbatione Ordinarius aliter sese habere debet, nam cum ab eo omninò exemptus, & Sedi Apostolicæ immediate subiectus existat, nulla per ipsius Episcopi approbationem iurisdictionis potestas tribuitur. Sed illam, approbatus, statim ab ipsa Sancta Sede, & Summo Pontifice per priuilegia ordini concessa immediatè consequitur, qua quidem iurisdictione personæ nō solum illius ciuitatis, & Diœcesis, in qua approbantur, sed etiam forenses, & aliarum Diœcesiū in ea ad illos confluentes ei in foro pænitentię subiiciuntur, illasque audire valent vbique vt infra dicetur, hæc autem iurisdictio, cum ob decretum Conc. Trid. ipsis Regularibus suspensa sit, donec ab Episcopo prius examinati approbentur, aut alias idonei ab eo indicabuntur, tunc sequuta dicta approbatione iam eis iurisdictionis attributa potestas relaxatur. Vnde sequitur, quod Episcopus, si præuio examine Regularem idoneum inuenerit, illum simpliciter absque vlla temporis, loci, seu personarum limitatione indistinctè approbare, & admittere debet, atque tenetur secus si non adeo idoneus reperiatur, tunc enim ordinarii arbitrio, cum limitata facultate admitti potest, vt à Sacra Illustriss. Cardinalium Congregatione Regularium in hæc verba declaratum fuit, die 2. Iulii 1587. videlicet

Theol. in 4 dist. 18. q. 4.

Regulares, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumuè examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis certorumue locorum, aut generis personarum, admittantur in Diœcesi

cesi propria. De ceteris verò, qui non adeò idonei reperientur si petierint, se admitti, arbitrio ordinariorum relinquit, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confessionis pro medico conuenienter relinquere.

F. Michael Bonellus Card. Alexand.
Georgius P[illegible]carius Secret.

Cap. V.

Ex prædicta igitur declaratione nonnullæ colliguntur conclusiones, quarum prima est, quod Regularium iurisdictio tam eis à iure communi, quam a Papa delegata, restringitur, seu ampliatur per dictam Ordinarij approbationem, nō ad eius libitum, sed iuxta maiorem, seu minorem illorum sufficientiam & idoneitatem repertam.

Secunda, quod Regulares non plene idonei per examen approbati, & cum aliqua conditione, & limitatione loci aut temporis, vel personæ, aut ad libitum Ordinarij admissi, possunt per eundem Ordinarium à confessarij munere suspendi, & licentia eis concessa reuocari, & transacto tempore, vel alia conditione expirata suspensi ab officio remaneant eum iam amplius approbati minime censeant, ac sint, purificata conditione, sub qua approbati, & admissi fuere, & sicut Clericus secularis beneficium parochiale habens, per quod ipso iure erat idoneus, & vbique terrarum eligibilis per Bullam Cruciatæ, seu Iubilæi, si illud renunciat, non manet amplius ipso iure idoneus, vt planè intendit Concilium Tridentinum, & multo fortius amittit rationem idonei, qui ob crimen priuatus est beneficio curato: ita Regularis limitate, & sub conditione approbatos, ea adimpleta aut expirata, idoneitatem perdidisse dicitur, & tanquam suspensus munus confessarij, neque licitè neque validè amplius exercere potest.

Soto dis. 18 q 2. ar. 5. Le. des. q. 7. art. 5. Pa. lac. dis. 17. q. 7. Henric.

Tertia, quod quo ad Regulares simpliciter idoneos probatos vigore prædictæ declarationis sacræ Congregationis Regularium, ex quo ab ordinatione iurisdictionem non habent, nō potest illa, quam habent a Papa ex priuilegio, nec quo ad locum, nec quo ad personas per eundem Ordin. coarctari, seu restringi, quod quidem in tantum est vetum, quod si Episcopus in fraudem, aut odium eorundem Regularium sibi plures casus, quam Parochis reseruaret, aut nimis excederet in reseruatione, non tenentur obedire in illa restrictione, nam alias sacrorum ordinum priuilegia, à Sede Apostol. concessa in vt[illegible]ia redderentur, contra quæ nihil in fraudem Episcopi statuere valent, vt in c. Quarto de priuil. & excess. prælat. apertè declaratur.

Henriq è societ. Iesu in sum. de pœnit. li 6. c. 6. nu. 8. Fel. tit. de pr. c. 24. Comp. Mendic. in verb. Absolut. reseruat. Nauar. in c. Placuit n. 163. & c. 27. h. 262. in ma. n. Felic. l. de pri. c. 15. Clem. 4. Const. 7. Const. 6. Const. 15.

Quarta, quod Regularis in vna ciuitate, & Diœcesi pro audiendis confessionibus semel per Episcopum præuio examine admissus, ab eodem Episcopo non potest amplius examinari, neque præsentari, quamuis sæpe ab eadem diœcesi recedat, ad quam si reuertatur, priorem licentiam, & approbationem retinet, neque dicta licentia morte Episcopi concedendis expirat, sed illa vti possunt Regulares donec Ecclesiæ vacanti de pastore fuerit prouisum, vt ex priuilegio conceditur.

Ab Episcopo vero successore pro maiori suæ conscientię quiete examinari de nouo possunt, non obstante priori Pij V. Constitutione qua cauebatur, ne semel approbatus in vna diœcesi amplius in illa examinari posset, quoniam ipsemet Pius V. per aliam suam Constitutionem in specie ei derogauit, quemadmodum postea sacra Congregatio Concilij interpretes in hac verba declarauit.

Sessio XXII. Cap. XV.

Congregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in ciuitate, & diœcesi secularium confessiones semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos, Cæterum à successore posse vtique examinari, iuxta Constitutionem Sanctæ Mem. Pij V. datam 8. d. Augusti. Pontificatus sui anno VI. quæ à fel. rec. Gregorij XII. non est reuocata per reductionē priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini.

A. Card. Caraffa.

Iulij IV. cõ. 4.

Quinta, Quod Regulares in confessarios generaliter, & simpliciter approbati, possunt Ciues, & diœcesianos illius ciuitatis, & diœcesis, in qua admissi sunt, non solum in eius domib. & Ecclesijs, sed vbique in alijs locis intra dictam ciuitatem, & Diœcesim consistentibus etiam inuitis parochialibus Rectoribus, ipsisque contradicentibus, in foro pœnitentiæ audire, & a peccatis absoluere, quemadmodum prædictas personas etiam extra diœcesim, in qua sunt approbati, audire, & absoluere pariter valent, cum in hoc

Extrau. Inter cũctas de priuil.

Silu. in verb. Cõfes. 2. §. 22. Ex conf. 2. & 4.

in hoc eandem auctoritatē à iure habeant quā Curati, Rectores, qui suos subditos vbicumque repertos, nedum in eorum Ecclesijs, & parochijs, sed extra territorium, & diœcesim propriam, possunt eis beneficium absolutionis impendere, quod quidem conceditur in foro secreto animæ, quę forum poli, & Dei dicitur, cuius est terra & plenitudo eius, & vbi non læditur ius, neque territorium alterius, & personæ, iam per approbationem Episcopis illis consignatæ non acquirunt alibi fauorabile forum, ita vt ab alieno parocho, & alterius diœcesis possint à peccatis absolui, sicut in foro exteriori ratione delicti reus puniri, valet iudice territorij, in quo deliquit. Quibus additur, quod quidquid dictum est de priuatis, illud idem de Regibus, & principalibus dicendum videtur, nam licet illorum proprius sacerdos sit Episcopus illius Ciuitatis, Regni, seu Dominii, in quo principalem, & ordinariam sedem habent, & ibi continuo residentiam facere solent, nihilominus iuribus prędictis possunt sibi Regulares in confessarios eligere, à quibus nedum in propria ciuitate, & Diœcesi, sed vbique per omnes alias ciuitates, & diæceses Regni, & Dominij ad quas eum eis diuertere contingeret, illorum confessiones audiri, & à peccatis absolui, nulla alterius diæcesani, seu proprij sacerdotis licentia requisita, ac etiam illorum curiales, cum & ipsi in obsequuium principis electi, & deputati personaliter seruiunt eadem Principis ciuitate, domicilium contraxisse censentur, & propterea ab eisdem confessarijs licite in foro pænitentiæ valent audiri, dummodo ipsi Regulares ab Episcopo principalis Regiæ, ac Ducalis ciuitatis generaliter pro clauium huiusmodi ministerio fuerint approbati, & admissi, nisi Rex, aut Princeps priuilegium de eligendo sibi confessarium specialiter à Papa impetratum haberet, tunc enim iuxta illius tenorem, & continentiam agendum esset, nec obstat prædictis Clemen. Dudum, de sepulturis, qua videtur Regularibus prohiberi ne extra diæcesim possint in confessarios deputari, & confessiones audire, quoniam dicta Clementina vetat solum, ne Regulares absoluant in alia diæcesi subditos illius Episcopi, a quo non sunt approbati, sed non prohibet regulares absoluere volentes, perinde, vt Parochi, illos, in quos ab Episcopo habent iurisdictionem, sed quando illud per d. Clementem prohiberetur, nihil referret, cum ei à diuersis Summis Pontificibus

c Sil. de foro cõpet. vic. § Felicia. de censi. tit. de pri. c. 15. Soto in 4. d. 18 q. 1. & ibi cõ. DD. Paul. 3. Const. 1. Greg. 13. Const. 8.

d Clem. Dudum de sepult.

expresse, quo ad hoc, fuerit derogatum. Forenses verò, & aliarum diæcesum, in quibus sunt admissi in confessarios confluentes non possunt extra diœcesim, in qua sunt admissi in confessione audiri, & a peccatis absolui, quoniam ab eorum Episcopis non sunt approbati, & per priuilegia Apostol. intra diœcesim Episcopi approbantis facultas ipsis Regularib. absoluendi tantum conceditur, extra vero quoad ipsos forenses neque ius commune, neque ipsa priuilegia in hoc eis suffragantur.

Sixt. IV. Const. 6. Pauli IV Const. 1.

Sexta, quod qui confitetur religiosis Regularibus vt supra approbatis, ex priuilegio illis indulto, nullo modo eadem peccata proprio sacerdoti amplius confiteri tenentur, quod quidem ex verbis textus in c. Omnis viriusque sexus satis comprobatur, vbi habetur, quod qui alieno sacerdoti confiteri voluerit, tunc ei licebit etiam semel in anno, si à proprio Parocho licentiam habuerit, & obtinuerit, ex quo manifestè colligitur, quod qui de licentia proprij sacerdotis confitetur alteri, perinde est, ac si proprio confiteretur sed inter proprios sacerdotes connumeratur Episcopus, & multo iustius Papa, à quo priuilegium audiendi, & absoluendi Regulares habent. Sequitur ergo, quod qui illis in confessarios approbatis tamquam Papæ delegatis, confitentur, perinde satisfaciant Ecclesiæ præcepto, ac si proprijs parochis confiterentur, cum licentia Papæ, & Episcopi maiorem vim habeat, quam illa Curati. Hæc eadem conclusio canonica authoritate roboratur, nam huiusmodi Regularium priuilegia primum per Alexandr. quartum vsque de anno Domini 1260. concessa leguntur, Deinde post annos decem confirmata fuerunt per Vrbanum IV. & Clementem IV. continuo succedentes Post hæc verò annis 50. Ioannes, quidam de Poliaco eum aduersam sententiam falso tueretur anno Domini 1322. citatus Romam venit, vbi errorem reuocare compulsus fuit, vt patet per extrauag. Ioan. XXII. quæ incipit Vas electionis de hæreticis, & tunc iuxta decreta præfatorum Alexandri, & Clement. conclusum fuit, confessos Regularibus non teneri amplius eadem peccata proprio sacerdoti confiteri, vnde postea Bonifacius VII. per suam Extrauag. super Cathedram, de sepulturis, & Benedictus XI. eius successor in sua etiam Constitutione, quæ incipit. Inter cunctas de priuilegijs, & Clemens quintus in Clemen.

De pæni. & remiss.

men. Dudum de sepulturis, ac postmodum ipsis Regularibus praedicandi, & confessiones audiendi contulerunt facultatem, & in illum Sixti Quarti, praes. Ioann. XXII. Eugenij Quarti, & Nicolai Quinti, & aliorum praedecessorum vestigijs inhaerendo, per suam Bullam (quae Mare magnum inscribitur) praedictum articulum videlicet, quod confessi Regularibus, iterum Parocho confiteri tenerentur, damnauit, ac reprobauit, decreuitque quod contra huiusmodi articulum asserentes tamquam de haeresi suspectos, non solum per locorum ordinarios, sed etiam per Inquisitores haereticae prauitatis inquiratur, & ad correctionem procedatur, & vlterius in eos tamquam impedientes indirectè, ne Regulares suis priuilegijs vtantur, si saeculares fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrendam protulit: contra Rectores vero Ecclesiarum, & alias personas Ecclesiasticas vltra excommunicationem suarum Ecclesiarum, & beneficia quae obtinent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda similiter poenam statuit, vt in altera Constitutione eiusdem Sixti Quarti, quae Bulla Aurea dicitur, decernitur, & declaratur, & propterea confessis Regulari in Pascha Parochus non potest eos repellere, neque Sacramentum Eucharistiae illis denegare, ac etiam eo contradicente possunt Regulares illius subditos in confessione audire, & a peccatis absoluere.

Septima, Ex quo Regularis Sacerdos semel in confessarium ab Episcopo generaliter, & indistinctè approbatus, non potest amplius ab eodem Episcopo examinari, & approbari per Pij Quinti Constitutionem, vt dictum est, id eo nec minus potest ab Episcopo approbante ab officio confessarij suspendi, quoniam facta approbatione, Episcopus functus est munere suo, quod etiam confirmatur, nam suspensio est actus coactiuae iurisdictionis, qui non nisi in personam subditam exerceri potest, at Regularis cum ab Episcopo sit omnino exemptus, igitur ab eo non potest suspendi, neque excommunicari, & si de facto, Regularem suspendere tur ab officio, suspensio nullius roboris, vel momenti esset, ita, vt absoluendo, vani sententiam absolutionis proferret, ratio est, quia iurisdictionem, quam habet in poenitentes, a Papa habet, & ideo illam Episcopus nullo modo aufert re potest. Ex praedictis etiam sequitur, quod stante dicta exemptione, Regularis in officio delinquens, non potest ab Episcopo poe-

Maris Magni §. 43. in sum. Silu. excom. 7. n. 24. cū Archid. Ang. confessio 3. §. 4. Adrian. de confe. fol. 266.

na corporali modo aliquo corrigi, seu mulctari, sed tantum a Praelato, ad quem pertinet correctio, si punitus fuerit. Qui quidem Praelatus Fratres sibi subditos, & ab Episcopo approbatos reprobare, ipsius Episcopi approbatione reuocando, & declarando, hos causa sibi cognita non amplius pro sacris confessionibus audiendis idoneos haberi debere, quod quidem per ipsum Praelatum verè fieri potest, cum omnis iurisdictio a Papa per approbationem ordinarij illis concessa mediante Praelati persona tradita, & ad nutum, & voluntatem illius retinenda, & vtenda censetur, cuius quidem superioris voluntas in suorum subditorum actionibus, tam actiuis, quam passiuis, semper excipitur, & excepta esse intelligitur, ne religionis, & professionis ordo confusus peruertatur. Cum ergo tota iurisdictio Regularium confessariorum, & eius vsus Ordinarij approbatione penitus fundari, & inniti videatur ea per Praelatum reuocata, & reprobata, statim omnis iurisdictio ab eo aufertur, ita vt munus antea susceptum, neque licitè, neque validè amplius exercere valeat, irritumque & inane est quidquid attentatur.

F. Lud. Lopez 1. p. instru. c. 26. Arch. Ant 3. p. tit. 7. & S. D. Th. Palu. Soto, & cā Theol. in 4. d. 17 & 18. q. 4. Nau. c 9. n. 9. Fra. Manual. in exp. Bulla §. 9. n. 12. cum compend. Mendicā. in verb. absolu. quo ad saeculares 1. §. 2. ex concess. Sixti 4. Eugen. 4. & Iulij 5

Si tamen Praelatus expressis verbis non reprobet, sed tantum prohibeat subdito audire confessiones, aliqua ex causa sibi bene visa, non tollit approbationem à se, & ab Episcopo datam, & propterea si contra prohibitionem Regularis absoluerit, valida esset absolutio à non reseruatis casibus impensa, non autem à reseruatis, nam facultas absoluendi ex priuilegio à reseruatis per prohibitionem Praelati amplius non intelligitur subdito delegata, cum eam Pontifex non communicet ei, nisi per suum Praelatum.

De Regularium confessariorum facultate & potestate, quo ad absolutionem saecularibus impendendam. Cap. VI.

EXplicatis ijs, quae ad Regularium Confessariorum approbationem pro personis fidelium in foro animae subijciendis requiri vi debantur, nunc reliquum est, vt de eorum Iurisdictione & facultate in absoluendo a casibus reseruatis summatim peragatur. Ideo est sciendum, quod Sacerdotes Regulares iuxta formam Concilij Tridentini ab Episcopo approbati eadem prorsus potestatem habent, quam parochiales curati Sacerdotes a iure communi traditam habere dignoscuntur, quibus tantum concessum est, quantum eis non est reserua-

tum

velut. per Siluest. in verb. Excom. 6. q. 2.

ratihabitio retrahatur, & mandato æquiparetur, secus si percussio nomine ipsius Ioan. non fuerit facta, tunc enim, licet peccet ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis vinculo innodatur, cum quis ratum habere nequeat, quod eius nomine non est gestum. Vnde circa præmissa tria sunt notanda. Primo, quod ratificatio huiusmodi, si occultè fiat, hoc est, quod statim quo quis gestum suo nomine sciuit, & placuit, & in eo id gratum habuit, tunc mortaliter peccauit, & quo ad Deum excommunicatus est, & non quo ad Ecclesiam militantem, quæ de occultis iudicare non consueuit, etiam si fingendo contrarium extrinsece ostenderet. Si vero prædictæ ratificationis signa exteriora apparuerint, tunc etiam quo ad Ecclesiam erit excommunicatus. Secundo est notandum, quod quotiescumque quis per ratificationem, & approbationem actus (vt præfertur) in sententiam excommunicationis præsentis Canonis incurrit, licet ratificatio retrotrahatur, tamen erit excommunicatus à die ratificationis, & non percussionis, quia in hoc tantum retrotrahitur, quod ex facto anteriori per posteriorem ratificationem excommunicationis vinculo ligatur, vt per sacros Canones iam declaratum fuit. Tertio notandum est, quod ad incurrendam huiusmodi censuram non sufficit attentatio percussionis, sed requiritur, quod cum effectu manus violentæ in personam Clerici iniiciantur, quando nullus incidit in pœnam latæ sententiæ per solam attentationem, nisi ad actus consummationem peruenerit, Vnde per iniuriosa verba, aut comminationes, seu per pugni vel ensis eleuationem, in excommunicationē minimè incurritur.

De manuum violentia, & de actibus iniuriosis, qui sub illa continentur.

Concl. IV.

Gloss. in d. c. Si quis suadente, in verb. Manus.

CVm manus inter alias humani corporis partes præcipuè sint aptæ ad percutiendum, ideo de illis in Canone facta est mentio specialis, sub quarum etiam appellatione caput, brachia, genua, pedes, & tandem demum ipsius corporis membra comprehenduntur, per quæ quidem, vel eorum quodlibet percussio tacta damnatur, sicut illa etiam, quæ quouis instrumento, seu re corporali infertur, ita vt percutiens Clericum nuda manu, vel ense, baculo, aut lapide, seu illum puluere, vel aliqua re spergens, aut in faciem spuens, vel aliqua simili se ipsum lædens, aut aliquid illis è manibus, aut corpore eripiens, seu illum capiens, vel in carcerem coniiciens, aut in aliquo loco includens, vnde non nisi cum pudore egredi possit. Item etiam detinens Clericum per vestem, vel frænum equi, ne libere transeat, vel equum occidens, cui insidet, seu lacerans vestes, quas indutas habet, qui demum ipsum clericum animo offendendi, adeo insequitur, vt ille quasi coactus in flumen se proiiciat, aut aliquid aliud periculum incurrat, vt euadat in hoc, & in alijs prædictis casibus, iuxta communem Canonistarum sententiam excommunicatus est, cum omnes actus, vt supra, facti à violenta manu emanasse censeantur, si vero Clericus fugiens persequutorem cadat, & lædatur, cum ipse læsio a persequutore non sit inferta, non incidit in Canonem, licet aliqui aliter senserint, ex quibus concluditur, quod quotiescumque persona clerici irato animo quocumque modo læditur, tunc in huius canonis censuram incurritur.

Siluest. in verb. Excom. 6. n. 56. Arch. Ant. in Sum. tit. 25. 3. mon. Nau. in Man. c. 27. n. 76.

De atroci iniuria, vel damnabili violentia.

Concl. V.

CVm non omnis percussio eiusdem qualitatis sit, sed ob diuersas circumstantias vna alia grauior esse dignoscatur, ideo est sciendum, quod percussio, aut impulsi pugni, palmæ, manus, pedis digiti, aut baculi vel lapidis, quæ ad liuorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum, etiam si parum sanguinis exeat, dicitur modica, & leuis, & hæc per ordinarium absolui potest; si vero per eum modus percutiendi excedatur, nempe cum magna sanguinis effusione, vel membri mutilatione fiat, aut etiam eius iniuria in theatro, vel in Ecclesia, coram multis, seu in alio loco publico inferatur, vel Magistro, Iudici, Magistratui, Prælato, aut in dignitate Ecclesi. constituto, ab inferiori, vel vili persona iniuria irrogetur, profecto atrox, grauis, & enormis percussio censetur, & ad Sedem Apostolicam pro absolutione illius est recurrendum, sed quoniā natura negotii non patitur, vt plenè omnes casus disserantur, ideo iudicium, quæ sit enormis iniuria, Episcopi arbitrio relinquitur, qui tamē enormem potius quam leuem iniuriam arbitrari debet, ne iniuriantes deiginitatæ absolutione confisi, de facili in atroces prorumpant percussiones, & iniurias, & in Canonis sententiā procliuius prolabantur, vt per Constitutionem Ioannis Papæ XXII. declaratum fuit.

C. Peruenit ad nos de sent. excom. in 12. perle. Hier. Con. sit. 2. re lat. etiam per Nau. in Man. c. 27. n. 99 sn in pri. part. priuil. fol. 22.

De

De personis, quæ huius Canonis priuilegio fruuntur & gaudent. Concl. VI.

c. Clerici. dist. 21. c. Cum non ab homine, de iu. & ibi D. D. & c. Si quis, suadente, ca. Non dubium, de sent. exc.

EX quo huius Canonis beneficium in fauorem totius Collegii Ecclesiastici concessum existit, singulæ illius personæ eodem perfruuntur, vt sunt prima tonsura initiati, & habitum Clericalem gestantes, Minoribus, ac Sacris maioribus ordinibus insigniti, nempè Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotes, etiam si post ordinum susceptionem essent depositi, suspensi, & excommunicati, secus si degradati fuissent, cum omne priuilegium fori Ecclesiastici penitus amiserint.

c. Relig. §. quia, eodem. in 6.

Sub Monachorum verò appellatione, qui & ipsi quoque huiusmodi gaudent priuilegio, comprehenduntur Religiosi vtriusque sexus claustrales, nempè Fratres, & Moniales in Regula per Sedem Apost. approbatam professi, & professæ Nouitii, & Nouitiæ, eorumque Conuersi & Conuersæ, Oblati, & Oblatæ.

Item omnes vtriusque sexus, Tertiarii ordinum Mendicantium in Congregatione, & collegialiter viuentes, ac tria vota professi.

Tertiarii verò in propriis Domibus degentes, licet de iure communi huiusmodi priuilegio Clericali non gaudeant, cum nec in ordinibus Sacris constituti, neque sollemnem professionem emittant, nihilominus cum omnibus priuilegiis, & immunitatibus, quibus Fratres fruuntur, & ipsi quoque ex priuilegio Apost. gaudent, ideo eorum percussores in præsentis Canonis sententiam incurrunt.

De huiusmodi censuræ qualitate. Concl. VII.

c. Si quis. dicent. exc. rap. Cum non ab homine, eod. tit. excõ per canonis sent. extra.

EST autem excommunicatio præsentis Canonis maioris excommunicationis latæ sententiæ, ita vt qui eundem Canonem transgressus fuerit, statim prædictæ excommunicationis vinculo subiaceat, quæ sententiam non ferendam, sed latam esse ostendunt; & propterea nullius iudicis ministerio, seu declaratione amplius opus est, sed statim percussione, seu violenta offensione sequuta, percussor, seu offendens ab omnibus est tanquam excommunicatus euitandus, nisi sit occultus, tunc ènim priuatim, & sine scandalo, & manifestatione aliorum, qui illum esse excommunicatum ignorant, effugiendus est.

Nau. in Man. c. 27. de ex.

Præterea est notandum, quod qui pluries percutit clericum, ita vt diuersæ appellentur percussiones, singulis vicibus hanc excommunicationem incurrit, diuersa enim percussio dicitur, quotiescumque quis post aliquos ictus animo, ac etiam manibus proponit ab offensione desistere, deinde verò muta voluntate, quam prius actu negatiuo intercideraт, iterũ eamdem Clerici personam percutiendo aggreditur, & tunc sicut ex voluntatis reuocatione tem opere subsequuto peccatum dicitur iteratum, & multiplicatum, ita etiam incursus in eamdem excommunicationem iteratus, & multiplicatus intelligitur. Secus si plures percussiones ab vno, & eodem actu voluntatis, & iracundiæ impetu continuato inferantur, tũc enim sicut vnum peccatum mortale est (licet grauius) ita vna tantum erit excommunicatio, & non tot, quot sunt percussiones, cum omnes pro vno facto habeantur, quod quidem confirmatur per Bart. in l. numquam, ff. de priuil. delict. vbi inquit quod vulnerans hominẽ volens amplius illum vulnerare, si superueniat ei nonus impetus, & eumdem occidat, tenetur de vulnerato, & occiso, vulnerans autem, & persequens multis horis, & tamdem occidẽs, tenetur de occiso tantum, quia eodem impetu homicidiũ illud (licet ex interuallo,) committit, & ita in omnibus delictis excommunicationis, seu alterius censuræ Ecclesiasticæ pœnam annexam habentibus intelligendum est.

Conr. li. 4. pe. 112. Syluest. in verb. Excom. 5. nu. 8.

l. quod ait. §. fin. ff. de adul.

In quibus casibus Clericus seu Monachus, absque huius Canonis excommunicatione percutiatur. Concl. VIII.

c. Si vero ii. 2. de sen. excomm.

QVI manus in Clericum iniecerit violentas, Apostolico conspectui præsentari non debet, nec etiam excommunicatione innodari, dummodo illum esse Clericũ ignorauerit, vel si hoc dubium fuerit, propria manu dumtaxat præstiterit iuramẽtum, quod eum esse Clericum ignorasset; quod si iurare noluerit in foro iudiciali, in quo manus violentas in clericum iniecisse constabit, tamquam excommunicatus habendus, & euitandus est, donec de mandato Summi Pontificis absoluatur.

c. 1. eo. tit. c. In aud. eo. tit. c. 1. de bigam. in 6. c. 2. de cle. coniug.

2. Nec laicus Clericum, neque Clerici, aut Monachi ad inuicem se non inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa percutientes, neque Magister scholarem clericum intuitu disciplinæ, vel correctionis percutiens excommunicatus est, cum in ipsis iniectio manuum violenta haud notari possit.

3. Qui clericum militantibus armis, & habitu laicali indutum, interim prius a suo prælato monitum, vt arma deponat, percutit, cum ille de priuilegio clericorum subsidium aliquod nequaquam habere mereatur.

4. Percutiens bigamum vel coniugatum, etiam cum vnica, & Virgine, dummodo habitum, & tonsuram clericalem non gestet, degradatum realiter depositum verbaliter, & incorrigibilem, ioculatorem, & scurram per annum, vel si ter monitus ante non se abstinuerit, ac etiam Clericum, qui ter monitus, ne tabernam publicè exerceat, non desistit.

Item superior Regularis causa correctionis potest alium Fratrem sibi subditum verberari mandare ex priuilegio Alex. VI. & Leonis X. & quamuis non possit iuxta dispositionem d. priuilegiorum &c. Vniuersitatis, nec clerici, vel Monachi, correctionem laico cõmittere, nihilominus stante consuetudine rationabili, vniuersaliter, atque legitimè præscripta, quia dictis iuribus derogatum fuisse videtur, possunt absque præiudicio per meros laicos suos subditos inobedientes corrigere, atque multare vt per omnes Ecclesiarum prælatos palam fieri constat.

5. Percutiens clericum causa suæ defensionis, aut honoris, quando fuga esset illi ignominiosa.

6. Percutiens clericum eius bona sibi iniustè auferentem, seu vi occupantem.

7. Minister, seu exequutor iustitiæ sæcularis, qui capit clericum in flagranti crimine, vt illum suo prælato præsentet.

8. Percutiens clericum, vel Regularem cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum.

9. Qui clericum vim sibi inferentem repellendo lædit.

10. Officialis, aut Principis, seu alterius potestatis Ostiarius, qui turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, sed fortuito casu Clericum percutit.

11. Mulier, quæ Clericum de adulterio, stupro, aut fornicatione eam tentantem suæ honestatis defendendæ causa percutit, dummodo prouocatio seu tentatio facto, & non solo verbo fiat.

12. Eiciens, seu extrahens vi ex Ecclesia Clericum, seu Monialem diuina Officia turbantem.

c. Vniuersi at ... ho. de ... c. 1. de vit. & honest. cler. lib. 6. Nam con. st. 42. de sent. exc. Tho. a c. Ex tenore eod. tit. Alb. in c. O. um de resp. Pol Pan. & Deci. in d. cap. Na c. 27 n. 73. c. Vt famæ eo. n. §. nec ille, § si vero cle. eo. tit. d. c. Si vero, § osti. N. au. in c. 7. n. 85 c. veniens, eo. tit. 7.

A quo huius Canonis censura innodati, absolui possunt.

Cap. IX.

INcidens in Canonem latæ sententiæ ob violentam manuum iniectionem in Clericum, licet iuxta proprias facultates eis satisfaciat, quibus iniurias irrogauit, non nisi per Sedem Apostol. vel eius Legatum absolutionis beneficium potest obtinere.

Pueri verò, mulieres, senes, & valetudinarii, seu membrorum destitutionibus impediti, & qui clericis non enormem, sed modicam, & leuem iniuriam intulerunt, ab Episcopis possunt absolui, satisfacto prius iuxta facultates his, quibus per eos constiterit iniurias irrogatas.

In periculo autem, seu articulo mortis constituti, habentes inimicitias capitales, corporis impotentiam, aut infirmitatem, seu paupertatis impedimentum, vel alias iustas excusationes, quibus ab itinere ad Sedem Apost. rationabiliter excusentur, & possunt & ipsi ab Episcopo absolutionem recipere, sed illis quidem (exceptis pueris, sub iuramento, quod secundum Ecclesiæ formam præstare tenentur, iniungi debet præceptum de comparendo coram superiore impedimento cessante, vt infrà de absolutione dicetur. Quod quidem non solum ab excommunicatis pro percussione clerici, sed etiam ab excommunicatis ob quàlibet aliam causam, cuius absolutio Sedi Apostolicæ reseruatur seruandum est, prout communiter Canonistæ affirmant, & si cessante impedimento absolutus Sedem Apostolicam, vel eius legatum iuxta formam præcepti ei facti adire neglexerit, statim in excommunicationem reincidit eandem.

Regulares quidem personas, etiam Moniales eisdem Regularibus subiect, quocumque modo sese in claustro percutientes, ita vt in canonem incidere dicantur, non sunt ad Sedem Apostolicam mittendæ, sed secundum iuris communis dispositionem, & suorum priuilegiorum formam ab eorum Superioribus Regularibus absoluendæ sunt: Moniales verò, quæ Episcoporum curæ, & regimini commissæ existunt, beneficium absolutionis huiusmodi ab eis obtinere valent.

Religiosus deinde alterius ordinis Regularem percutiens, licet secundum ius commune per superiorem proprium, & illius, qui passus est iniuriam, absolui deberet, tamen virtute d. priui-

c. Quãuis, de sent. exc. c. Ad eminentiam, eo. tit. c. Ea noscitur, eo. tit. c. Peruenit eo. tit. d. c. Quãuis, §. nisi eo. tit. cap. Quod de his, eod. tit. Ioan. And. Car. Pa. c. p. Eos, de sent. excom. in 6. c Monachi, c. Cū illorum, de sent. excomm. Gio ibi in verb. Absat. Marc mag. §. 33. Innoc. 4 Const. ... c. De monialibus eod. tit. d. c. Cū illorum, §. si vero claustral. c. Religiosis, de sent. excom in 6. Bonifac. IX Const. 1.

priuilegiorum etiam per superiorem Regularem illius, qui percussit, absolutio impendenda est, si demum Regularis in Clericum secularem manus violentas iniiciat, non solum à suo superiori Regulari ex priuilegio, verum etiam ab Episcopo clerici percussi absolui potest, sicut absoluere posset clericum secularem, si alium clericum percussisset.

De ijs, quæ in absolutione huiusmodi præstanda seruari debent Concl. X.

c. Super eod. sen. excom. IN absoluendo autem ab huiusmodi excõmunicationis sententia est aduertendum, quod si delictũ offensionis fuerit publicum, & iuxta formam Ecclesiæ consuetam absoluendum, committatur absolutio cũ solẽnitate nempè, precibus, & percussionibus, vt infra capit. de absolutionibus impendendis habetur, fieri debet, vbi etiam notatur, quando per d.c. Quãnis, §. ceterum. Fratres sollemnitas prædictæ absolutionis ex priuilegio remitti valeat. Si verò percussio fuerit occulta, priuatè absolutio facienda est, c. Ea noscatur eo. tit. absque sollemnitate, deinde per absoluentem recipiendum est iuramentum, si absque scandalo haberi potest, sin minus, manualis promissio de parendo mandatis Ecclesiæ, & de satisfaciendo læso, & virtute iuramenti, seu spoliationis prædictæ eidem absoluto præcipiendum, ne de cætero in Clericum, Monachũ, Caiet. in verb Ex. tom. 1.69 relat per Nau. in Ma.c.27 num. 46 vel alicuius religionis Conuersum manus iniiciat violentas. Si demum absolutio impenderetur illi, qui infirmitate laboret, vel in articulo mortis constitutus sit, vel aliquo alio impedimento detentus, vt infra dictum est, iniungatur ei, vt postquam sanitati restitutus fuerit, vel impedimento cessante, ad Apostolicam Sedem, vel eius Legatum, aut ad illum, cui absolutio de iure spectabat, personaliter accedat, mandatum ipsius humiliter suscepturus, quæ tamen comparatio etiam per procuratorem ad id specialiter constitutum fieri potest.

DE TEMPORIS ORDINATIONVM & qualitate ordinandorum. Tit. 15.

Cap I.

Seff. 25. ca. 4. EX decreto sieri Concilii Trid. cauetur, nullum prima consura initiari debere, qui Sacramentum confirmationis non susceperit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit, quique legere, & scribere, nesciat.

Quod ut Minores ordines per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo videatur, conferantur, qui huiusmodi minoribus fuerint insigniti ad sacros ordines non promoueantur, nisi post annum a susceptione postremi gradus nempe Acolytatus, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.

Item quod ad Subdiaconatus ordinem nullus etiam regularis ante vigesimum tertium, ad presbyteratum autem vigesimum quintum suæ ætatis annum promoueatur, ac non in minori ætate, neque absque diligenti Episcopi examine ordinari possit, priuilegijs quibuscumque quod hoc, penitus exclusis. Sup. c. 16.

Promoti verò ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non fuerint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. c. 13. c. Sess

Duo sacri ordines eodem die etiam regularibus non conferantur (quod de maioribus intelligendum est) priuilegijs, ac indultis quibuscumque non obstantibus. Sup. c. 16.

Diaconi quoque ad Presbyteratus ordinem insigniri non possint, nisi in Diaconatu similiter ad minus annum integrum ministrauerint, nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem aliud Episcopo videatur. c. Vlt de tem ordinar.

De ordinibus conferendis, & litteris dimissoriis Regularibus concedendis. Cap. II.

LICET prima tonsura, quæ propriè non est ordo, sed quædam ad ordines dispositio, ac etiam ordin. minores ab Episcopo iure ordinario conferri debeant, tamẽ iure speciali, & priuilegiato etiam Abbates, & quidam alij exempti intra fines alicuius diœcesis consistentes, etiam nullius diœcesis, suis tantum subditis similiter Regularibus ex decreto Concilii Trident. illos conferre licitè possunt. Quemadmodum in vna Marsicanen. per Sacram cõgregationem Concilij Trident. interpretem, vt infra declaratum fuit. c. 10 ea. Sess. c. cũ conting. c de ætate & qual. or. & præfic. d. c. Abbates, de priu. in 6.

Super Cap. X. Sess. 23.

ABbates Regulares habentes ius Baculum deferendi & Mitram, postquam Sacerdotalem ordinem & manus benedictionẽ susceperint, primam tonsuram, & minores ordines suis subditis Regularibus conferre valẽt, non obstante quacumq; consuetudine in contrarium. Declaratio Sacræ Congreg. Con. Tri.

tuarium. Vnde etiam patet prædictos Abbates posse Regularibus sibi subditis primam tonsuram, & quatuor minores ordines sine Episcopi examine conferre, cum illud tanquam præparatorium quoddam à iure requisitum per Episcopum ordinantem prius fieri, & haberi debeat, ne semper quos manus imponat, minime ignoret: & propterea sicut ipsis Abbatib. conferendi ordines minores concessa est facultas, à fortiori etiam examinandi concessa esse intelligitur, iuxta communem opinionē in d. cap. Cum contingat, de ætat. & qualitat. ordinan. de qua testatur Nau. de priuil. consil. 13. li. 5. nu. 5. Nec obstat c. 12. Concilii Triden. Sess. 23. vbi statuitur, quod Regulares sine Episcopi examine ordinentur, quoniam si rectè perpenditur, de solis sacris atque maioribus ordinibus in eo tantum pertractatur, quod quidem decretum Conc. Trid. d. c. Cum contingat, minimè derogasse videtur, quia per subauditos intellectus antiquum ius non corrigitur, nisi de eo fiat specialis mentio, iuxta Glo. solem. in c. Cupientes, § quod si per viginti, de elect. in 6. & præsertim quando nō est eadem ratio in casu legis corrigendæ, quam legis correctæ, ad notata in Auth. Quas actiones C. de sacrosanct. Eccl. Sed verum est tamē, quod per Conc. Trid. sublata est omnis facultas ipsis Abbatib. & aliis exemptis promouendi ad sacrum subdiaconatus ordinem per priuilegia eis a Sede Apostolica concessa, ac etiā post Conc. Triden. pluries forsan confirmata, quoniam illa per Pium IV. in confirmatione eiusdem Conc. Trid. fuerunt penitus reuocata in illis partibus, in quibus dicti Concilii decretis essent contraria, & cum hac clausula fuerunt postmodum confirmata.

c. Quādo, dist. 14.

Cum igitur prædictorum ordinum collatio ad solum Episcopum loci ordinarium spectare dignoscatur, ideo ad illum in primis superiores Regulares eorum subditos ordinandos cum litteris dimissorialibus, & testimonialib. de vita, & moribus transmittere debent, quatenus non absens sit, & ordinationes habeat, alioquin ad quemcumque alium Episcopum dirigere valent, a quo præuio examine ordines recipiant, exprimendo in dictis eorum litteris dimissorialibus, aut quod Diœcesanus (qui est Episcopus illius ciuit. tis & Diœcesis, in qua Monasterium consistit, vbi ipsi Regulares ex suorum superiorum obedientia pro familia designati, moram contrahunt) vel non est residens, aut ordinationes non est habiturus, super quibus quidem causis ipsis Regularium prælatis per alios Episcopos ordinarios adhibenda est fides prædicta affirmantibus nulla alia ipsius Diœcesani requisita attestatione, vt ex infrascripta declaratione congregationis Concilii apertè colligitur.

Quo verò ad litteras dimissorias pro ordinibus recipiendis Abbates prædicti clericis sæcularibus vt ab aliis ordinentur, concedere minimè possunt, cum ad Episcopos, cuius subditi sunt, illas dare pertineat, alioquin contra faciendo ab officio, & Beneficio per annum sunt ipso iure suspensi, vt ex decreto Concilii Trid. disponitur. c. 1. Sess. 23

Sed Regularium Prælati, & superiores cum subditorum suorum ordinum fiunt, & in eos Episcopalem iurisdictionem exerceant, dimissorias litteras illis liberè & licite concedere valent, eo modo tamen, & forma. quibus per Sacram Congregat. sacrorum Concil. Trid. interpretatam fuit in hæc verba declaratum. Congregatio Concilii censuit superiores Regulares posse suis subditis, item Regularibus, qui prædictis qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerint, litteras dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, & si is absuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dū tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinentur, quo ad doctrinam & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absfuturus, vel nullas habiturus ordinationes: verum cum à Superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ ad alium Episcopum dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse. De. sacræ Congreg. Concil. Tri.

De temporum interstitiis pro sacrorum ordinum susceptione remittendis.
Cap. III.

QVoniam, vt supra dictum est, & ex Concilii Triden. sanctionibus statutum existit, quod minores ordines per temporū interstitia conferātur, & quod Acolytus ad

Subdiaconatus, Subdiaconus ad Diaconatus, Diaconus vero ad Presbyteratus ordinem non promoueatur nisi ob Ecclesiæ necessitatem aut vtilitatem aliter Episcopus iudicauerit, seu ei magis expedire videbitur, ideo pro solutione illius difficultatis, quæ iam circa regularium ordinationes, in quibus temporum interstitia, sicut in sæcularibus seruari debeant, suborta videbatur, dicitur facultatem huiusmodi interstitia dispensandi ad Episcopum ordinantem spectare, & pertinere etiam quoad Regulares promouendos, quorum Superiores, & Prælati in prædictis dispensare minime valent, licet Abbates vsum Mitræ habentes (vt dictum est) ex quo eis primam tonsuram, & minores conferendi facultas ex priuilegio Apostolico concessa est, & per Conc. Trid. confirmata, huiusmodi Minorum ord. interstitia ex causa remittendi facultas eis quoque attributa censetur, per vulgatam iuris regulam, quod, qui vult finem, vult etiam consequens ad finem, & vt ex declaratione infra scripta Sacræ Congregationis Concilij satis constat. Vnde concluditur prædicta temporum interstitia, tam ex decreto Con. Trid. quam ex constitutione Sixti V. in Regularium Ordinationibus seruanda esse, nisi per Episcopum ordinantem, & non per Superiores Regularium in illis dispensetur, & propterea debent ipsi prælati quando in eis dispensandū expedire iudicauerint Episcopum per litteras rogare, vt in illis cum tali, & tali dignetur dispensare attenta ab, & tali causa, quæ Episcopo ordinaturo in eisdem litteris dimissorijs iudicanda exprimatur, vt iam de anno 1573. à Sacra Congregatione Concilij Passerello, tunc totius ordinis Min. Correctori Generali, responsum fuit, prout ipse testatur, & nouissime cuidā Episcopo per eadem verba extitit declaratum.

Capnc. in suo compen. in ver. Ordines fac. in eius anot.

Compen. priu. Mi. nim. Decla. Sacræ

Reuerendiss. Domine, vti frater.

NOmine Amplitudinis tuæ consulta fuit Congregatio amplissimorum Patrum, qui Tride. Concilij decretis interpretandis præpositi sunt, An stante Constitutione fel. record. Sixti V. contra clericos male promotos promulgata, sibi liceat ex decreto eiusdē Concilij in casibus expressis in cap 11. 13. & 14. sess. 23. nō expectato anni curriculo promouere Regulares ad ordines sacros, Congregatio censuit, Constitutionem prædictam fel. rec. Sixti V. non adimere facultatem à Conc. Trid. Episcopis tributam, remittendi temporum interstitia in casibus ab eodem Concil. in c. § 11. 13. 14.

Congr. Conc.

Sess. 23. reformatis, & præscriptis, & iudicium cognoscendi, an simus in prædictis casibus non spectare ad Superiores Regulares, sed ad Episcopos diœcesianos ordinantes, in quorum diœcesibus sunt Monasteria, in quibus ipsi ordinandi degunt. Quod superest, Deum amplitudini tuæ in omnibus propitium precamur, Romæ die 7. Septemb. 1573.

Hieronymus Cardinalis Matthæus.

ET propterea, vt Regularium prælati sciāt, quænam causa in interstitijs tam minorū, quam maiorum ordinum dispensandis, exprimenda Episcopo ordinanti requiratur: Aduertant, quod pro minoribus, & Diaconatus respectiue ordinibus conferendis quælibet leuis causa sufficiens est ad illorum interstitia remittenda, quod quidem ex verbis ipsius Conc. Tri. in cap. 11. & 13. Sess. 23. satis colligitur, nam nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, & pro Diaconatus ordine, nisi aliud Episcopo videatur.

In remittendis vero temporum interstitijs quoad ordinem Subdiaconatus, & Presbyteratus suscipiendum, in quibus anni integri lapsus à susceptione inferiorum respectiue ordinum requiritur necessitas, & vtilitas Ecclesiæ tamquam causæ sufficientes ad dispensandum, adesse debent, non tamen eodem modo, nam in susceptione Subdiaconatus sufficit necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, cum in decreto Concilij disiunctiuè, & alternatiuè ponantur, ad recipiēdum vero ordinem Presbyteratus coniunctim requiruntur, ita vt necessitas, & vtilitas simul, & eodem tempore concurrere debent, vt ex verbis eiusdem Ca. 11. & 14. videlicet (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur) sed quomodo illæ considerentur in prædictis, dicendum est cum S. Antonio 3. par. titul. 14. de tempore, & loco ord. in § 18. quod tunc Ecclesia dicitur necessitatem habere, quādo non habet, qui ordines suscipiant, & quibus indiget, vt Ecclesijs, Capellis, & reliquis beneficijs deseruiant, atque oneribus iniunctis integre satisfaciant. Vtilitas autem ipsius Ecclesiæ est, quando, licet alios ministros idoneos habeat; alijs tamen opus habet, vt melius seruiatur; hæc autem, & aliæ similes causæ, si quæ fuerint, tamquam sufficientes ab ipsis Prælatis per eorum litteras dimissoriales (vt dictum est) Episcopo ordinaturo significandæ sunt, vt ab ipso postea tales iudicentur.

De Clericis sæcularibus, & Regularibus male promotis, & eorum pœnis. Cap. IV.

Regularis, & eis vsuis ordinis, seu militiæ Regularis ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilis, vel irregularis existens, vel extra tempora à iure statuta, vel absq; veris dimissorijs sui ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiuè, aut ante ætatem per sacri generalis Trid. Concil. decreta primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus ad plures ord. sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili antequam tempus ab eodem Conc. Trid. præfixum elabatur, ad alium ord. seu alios ord. promoueri sine dispensatione, aut indulto Apostolico non potest, vt per sacros Canones, & præsertim Concil. Triden. necnon Constitutiones Pij II. Sixti V. contra malè promotos editas statuitur, & ordinatur, & si quis scienter in aliquo ex prædictis casibus, & contra tenorem d. Canonum, & Apostolicarum Constitutionum Sacris ordinibus initiatus, & insignitus fuerit ab exequutione, ministerio, & exercitio ordinum male susceptorum est ipso iure suspensus, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatem incurrit, iuxta declarationem prędictæ Constitutionis Pij Papæ II. & Sixti V.

Inter Bull. co. Consl. 5. Clem 8. Consl. 2.

Consl. 2.

Sed quoniam præfatus Sixtus V. per suam Constitutionem, vt supra, malè promotos vltra suspensionem à diuinis, diuersisque alijs censuris, & pœnis statim perpetuò respectiuè incurrendis subiecerat, & suppositerat, quod non solum Prælati ad sacros ordines promouentes, verum etiam personæ promotæ prædictis censuris, & pœnis in ipsa Constitutione expressis in perniciem animarum suarum varijs modis illaqueabantur, propterea S. D. N. D. Clemens VIII. prædictam Sixti V. Constitutionem suo motu proprio nouissime promulgato moderandam decreuit, illamque ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutiones ipsius Pij II. & ad dispositionem decretorum Sacri Concilij Tride. restrinxit, atque reduxit, nec non censuras, & pœnas in eisdem Sixti litteris præterquam contra simoniace ordinantes, & ordinatos inflictas, aliàs tamen per eosdem Canones, & Concilium Trident. & Constitutionem Pij II. iniunctis firmis remanentibus, moderatus est, aboleuit. Vnde primum colligitur, quod Regularis, si male ad sacros ord. fuerit promotus, est suspensus, & ord. exequutione priuatus, donec dispensetur, neque tollitur suspensio adueniente tempore legitimæ ætatis, cum in pœnam sit lapsus absq; vlla temporis determinatione, sed durat donec per absolutionē auferatur. Quod secus est quotiescunque suspensio per mensem, aut annum duratura, statuitur, tunc enim elapso tempore præscripto, ipso iure remittitur.

Inter Bull. co. Consl. 2. c. 1. 2. & 3 de eo qui ord. furt. suscepit. Nau. in Man. c. 25 nu. 70 G. in Cle. 1. in verb. Donec. Bri c. 1. de sent. exc. in 6. in verb. Minime.

Secundo colligitur, quod durante dicta suspensione, si in ordine, ad quemuis fuerint malè promotus ministrauerit, ipso iure irregularis efficitur, & si Clericus sæcularis est, potest beneficijs adeptis priuari iuxta dispositionem dictæ extrauagantis Pij II. Sed hic vnum obiter est animaduertendum, quod suspensi ob malam promotionem in aliquo ex casibus, vt supra, expressis sunt irregulares, si post susceptum ordinem in eo sese exerceant, sed qui ordine Presbyteratus insignitur, ex quo consecrat cum Episcopo, vtitur ordine Presbyteratus, fit irregularis statim quo illum suscepit, quoniam Episcopus prius ordinat Presbyterum, & ei characterem illius ord nis infigit, quam consecret, & ad consecrandum secum admittat.

Nau. li. 1. de cler. non ord. minist. consi. 4. Idem l. 1. de temp. ord. consi. 23. & consi. 33. n. 2. Idem l. 1. eo. tit. consi. 9. n. 2. Innoc. relat. per Nauar.

Tertio quod primam tonsuram, & minores ordines ab alieno Episcopo, vel per falsas dimissorias, aut extra tempora suscipiens, licet peccet mortaliter, tamen suspensionem non incurrit, sed est suspendendus, neue consequenter fit irregularis, si in ipsis ordinibus sic male susceptis ministrauerit antequam a iudice suspendatur. Nec obstat d. extrauagans Pij II. cum non habeat locum in minoribus ordinibus, sed tantum in maioribus, per illa verba (Ad sacros ordines se promoueri faciunt) Item notandum, quod ipsa suspensio a diuinis, & ordinum exequutione, si violatur, irregularitatem inducit, non autem suspensio ab officio, seu beneficio, vel iurisdictione iuxta communiter Canonistas in c. 1. de sent. excom. in 6.

li. per tempo ordin. Consi. 40. n. 7.

Quarto colligitur, quod super irregularitate incursa per violationem censuræ suspensionis ob malè ordinatum, vt præfertur, promotionem solus Papa dispensat (vt per sacros canones declaratur) exceptis casibus in quibus dispensandi, seu absoluendi facultas per Concilium Tridentinum Episcopis est attributa; quæ tamen æque extenditur ad irregularitates incursas ob violationem suspensionum, ac ob alias etiam causas, dummodo, ex occulto delicto proueniant, & ad forum contentiosum minime sint deduc-

c. 2. de re iud. c. 1. de sent. excom. in 6. Na. in Man. c. 27. n. 162. Idem in eo. consi. 40. n. 9.

in §. 13. in fi. comi. tri. ex. Lucet S. §§ 24. Nau. l. 1. de reg. & q. ord. cons. 9. n. 1. Bulla Maris mag. §. 38 Bon. i.

deductæ, tunc per Episcopum in foro conscientiæ tantum absolui possunt, quemadmodum Regulares absentium prælatus, etiam in foro cōscientiæ, a prædictis tamen (vt præferunt) occultiores absoluere, & dispensare valent, cum nedum eis virtute priuilegiorum Sixti Quarti, & Bonifacij IX. facere liceat, sed etiam indultu Pij Quinti, quo eadem auctoritas in absoluendo, & dispensando suos Fratres tribuitur, quæ ipsis Episcopis in suos seculares, & clericos conceditur, quæ tamen auctoritas à censuris, nempè excommunicationibus, & suspensionibus in casibus in Bulla Cœnæ Domini etiam occultè resultantibus, & prouenientibus, minimè extenditur, cum singulis annis a Summo Pontifice d. Bulla innouetur cū derogatione quorumcumque priuilegiorum, ordinibus Mendicantibus concessorum, quo ad absolutionem ab eis in illa contentis, vt alias dictum est.

Quinto demum colligitur quod Regularis tacite professus ad titulum paupertatis, & Religionis approbatæ ad sacros ordines sux à mū S. Rom. Ecclesiæ promotus, non est suspensus, neque irregularis nisi canonicum et aliud obstet impedimentum, & in illis liberè & licitè ministrare valet, quoniam sacrorum Canonū auctoritate declaratur, quod qui in discretionis constitutus ætate Nouitiorum habitum ab habitu professorum colore, textura, vel forma non distinctum, ultra annum probationis expressè emittendæ proximum, nulla in contrarium facta protestatione gestat, eo ipso religionem illam verè censetur professus, & ad omnia obligatus, perinde ac si professionem emisisset, expressè, quod quidem satis comprobatur per text. in cap. Ex parte, de tempor. ordinat. vbi habetur, quod si Monachus vnius ordinis in secundo ordine, ad quem transiuit, recepit Sacerdotium, non facta professione, ad priorem rediens, ordinem susceptum potest ibi exercere, quanto magis tacitè professus potest ministrare in ordinibus susceptis ad titulum suæ religionis, quam nunquam egressus est, neque ob tacitam professionem egredi potest: cui quidē tacitæ professioni per Concilii. Trident. minime derogatur, additur per Nauar. lib. 1. de regul. cons. 35. Nec obstat constitutio Pij V. sub datum Romæ anno 1568. pridie Idus Octobris, Pontif. sui anno iij. Quoniam respondetur, illam non comprehendere Fratres Regulares, & professos sollenniter in sacris ordinib. & Religionibus approbatis, sed clericos quosdam Re-

c. Ex par. de reg. & trāsf. ad religi. cle. eod. ti c. vt peri. culo. sa, ne cle. vel Monachi.

gulares, seu Religiosos certorum ordinum, & Congregationum in communi, & sub obedientia voluntaria extra votum sollemne, more tamen Regularium viuentes, quorum habitus à secularibus presbyteris distinctus est, vt sunt Canonici, & Fratres Sancti Georgij de Alga Venetiarum, ac Eremitarum S. Hieronymi, alias B. Petri Pisarum, & aliarum similium Cōgregationum, in quibus quidem personis idem Pius V. per dictam suam Constitutionem decreuit, quod de cætero in omnibus obseruaretur, cap. a. Concilij Trid. Sess. 21. in eorum promotione ad ordines Sacros, sicut obseruatur quoad Clericos seculares promouendos, statuitque, vt dicti Clerici regulares professionem expressam emitterent, & illa non facta, non possent ordinibus sacris initiari, & promoti exequutione ordinum tamquam suspensi omnino carerent, & hoc ne ante factam professionē è claustro libere recedentes, & ad ordines sacros promoti iam existentes vel mendicare, vel aliquem sordidum quæstum exercere in ipsorum dedecus, ordinis vilipendium, & fidelium scandalum, cogerentur. Vnde hodie stante dicta Constitutione necesse est ipsis Clericis Regularibus (Iesuitis exceptis) si sacris ordinibus initiari volunt, quod prius expressè, & sollemniter professionem emittant, vel doceant se beneficium Ecclesiasticum, aut patrimonium pacificè possidere, vt inde honestè sustentari valeant, quod cum in Fratribus Regularibus, qui suæ Religionis ob tacitam, vel expressam professionem obstricti, & religati sunt non requiratur, possunt quidem ad illius titulum etiam post citatam professionem ordines sacros suscipere, & in eis deinde ministrare, cum nullo iure id eis dignoscatur prohibitum.

De pœna celebrantis in ordine, quem non habet. Cap V.

LIcet hucusque in sacris Canonibus nulla certa pœna statuta reperiatur contra Clericos Seculares, vel Regulares exercentes ordinem sacrum, quem non habent, tamen arbitrio iudicis pœna falsi sunt puniendi, quoniam vt inquit Bal. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanctis Ecclesijs, qui se Clericum asserit, & ingerit se in functionibus Clericorum, falsarius censetur, debet etiam deponi, & amplius non ordinari. Diaconus vero Missam celebrans nondum ordinatus ad Sacer-

Fel in c. Tertio loco de prob. in principio. Præpos. in c. Quid interrogasti. dist. 27.

c.1 de cle. non ord. minis. c.2. eod. tit. Stinesl. in ver. Irregularitas Sess. 23. c.17.

dotium non potest promoueri, & a Diaconatus ordinis exequutione biennio, vel ad arbitrio superioris arbitrio suspendendus est, & ministrando in ordine, quem non habet, in apparatu, & sollemniter habitu illius ordinis indutus, irregularis efficitur, & propterea per Sacrum Concilium Tridentinum statutum est, quod huiusmodi Sacra Ministeria per alios, quam per constitutos in dictis sacris ordinibus non exerceantur, in cuius Canonis. & Decreti exequutionem Fratres Prædicatores in Capitulo Generali Bononiæ celebrato de anno 1564. prudenter admodum ordinarunt, quod in eorũ Conuentibus Sacra Altaris ministeria etiam minima ab ordinatis tantum Fratribus exerceantur, & nulli sacris vestibus sollemniter induto Epistolam canere permitteretur, nisi ad eum ordinem fuerit ante promotus. Qui vero celebrat aliquod ministerium cum sollemnitate vestimentorum, vt puta si Subdiaconus Epistolam sine manipulo, vel Diaconus Euangelium sine stola in sollemnitate caneret, Sacerdos sine manipulo, stola seu Planeta Missam celebraret, peccat quidem, sed irregularis item non incurrit, cum in iure aliter non reperiatur expressum. Verum tamen licet Subdiaconis, & alijs ab eis inferioribus extra vnam partem Passionis Domini nostri Iesu Christi a tribus cantandæ in maiori Hebdomada. modo id faciant sine Stola, neque in alijs partibus eiusdem Missæ, vt Diaconi deferunt, & Sacerdos ipse aliã partem canat, vt Diaconus, & reliquam Missæ prorogat ille Diacono, vel cum alio, qui vt Diaconus illam partem eiusdem Passionis cantauerint, non tamen ideo dicuntur, vt ordine Diaconatus, sed officio cantoris. Sicut etiam quilibet Clericus a minoribus constitutus sine manipulo Epistolam canere potest, non tanquam Diaconus, sed tanquam alius Clericus, cantor, vel Lector, dummodo Sacerdos sub silentio, eandem Epistolam sibi totam legat, ac si ab alio non caneretur, videlicet, quod quidquid dicitur de Clerico minori, quo ad Epistolam canendam, idem in Subdiacono quo ad Euangelium, vel partem Passionis cantandæ dicendum videatur, cum vbi eadem ratio militat, ibidem ius statutum esse censendum sit, l. illud, ff ad l. Aquil. & cap. Dudum. 2. de elect.

Facit c. His qui, de sen. excom.

Pano. & DD. com. in c.1. de Cler. non ord. ministran. Nau. de cel. M. ss. consil.1.

DE LECTORIBVS SACRAE SCRIPturæ in Conuentibus. ess. grandis. Tit. 16 Cap. I

refor. c.1. eadem. Idem c8. Sess. ead. decr.1. §. insuper, de edit. & impress. lib.

EX Sacri Concilij Tridentini Decreto statuitur quod in Conuentibus quorumcumque Monachorum, & Regularium, in quibus studia commode vigere possunt, lectio Sacræ Scripturæ habeatur, quæ quidem lectio a Capitulis Generalibus, & Prouincialibus assignetur dignioribus Magistris, qui ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari minime debent, neque tenentur. Quibus quidem Regularibus non liceat imprimere, seu imprimi facere libros de rebus Sacris sine approbatione ordinarij, & licentia suorum Superiorum, recognitis per eos libris iuxta formam suarum Constitutionum.

De verbi Dei prædicatione. Cap. II.

Ead. Sess. c.2. Decentes, 1.q.1.2.p. Sum. tit. 9.c.2.

SIcut electio Sacræ Scripturæ in Ecclesia Catholica vtilis admodum esse dignoscitur, ita quoque prædicatio verbi Dei valde necessaria Reipublicæ Christianæ existit, vt Concil. Trident. declarauit, iuxta dictumD. Aug. dicentis, non minus esse verbum Dei, quàm Corpus Christi, quo ad efficientiam tantum, vt optime declarat Archiepisc. Ant. & demum cum iuxta Euangelij dictum, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, hinc est, quod anima ipsius verbi Dei recreatione indiget, sicuti materialis cibus corpori est necessarius.

Ad quos pertineant prædicare Euangelium in Ecclesia Dei. Cap. III.

Concil. 4. Carthag. c.20. Cõ. Triden. Sess. 24. c.4. Ex Rit. Pontif. li. fol.31. Lib. 2. Epistol. c.39.

SAcrosanctum Iesu Christi Euangelium populo proponere, & explicando annunciare ad Episcopum spectare constat, cuius est præcipuum munus, prout Sancti Patres sæpius declararunt, ex illis verbis à consecrante Episcopo prolatis in traditione libri Euangelij, nempe, Accipe Euangelium, & vade prædica populo tibi commisso, ex quibus quidem apparet, Episcopum semper de prædicationis ministerio cogitare debere, vt inquit Beatus Gregorius, quod quidem munus postquam à Christo adimpletum fuit, illud idem suis Apostolis specialiter iniunxit per illa verba, Ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, & propterea cum Episcopi in Apostolorum loco constituti existant, merito eiusdem prædicationis munus, & onus subire tenen-

tenentur, & obstringuntur. Sed quia Episcopi aliquando legitimo impedimento detenti, per se ipsos huiusmodi prædicationis munus exercere non valent, illud inferioribus Sacerdotib. demandatur, eisque tanquam Episcoporum coadiutorib. præcipitur. Ex Sacerdotibus autem nonnullis de iure competit prædicare, vt sunt Prælati omnes, ac etiam Parochi curæ animarum præfecti, qui ratione iniuncti officij verbum Dei populo sibi commisso proponere tenentur. Aliquibus etiam simplicib. & non curatis Sacerdotibus ab Episcopo hæc functio delegatur, aliquando verò à Summo Pont. & Sede Apost. Regularibus omnibus committitur, qui per priuilegia eorum respectiuè ordinib. concessa huiusmodi officium adimplere valent.

De Prædicatorum Regularium qualitate, electione, & approbatione. Cap. IV.

Leo X. sup. nu. Nullus tam Clericus secularis, quam cuiuscumque Mendicantium ordinis Regularis, ad quem facultas prædicandi, tā de iure, quam de consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per suum superiorem respectiuè diligēter examinatus, in qua re conscientia ipsius superioris oneratur, ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate, & idoneus reperiatur; & hic quocumque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu aliàs sui examinatoris approbatorisque Episcopis, & alijs locorum ordinarijs fidem legitimè faciat, cum qua personaliter coram eis se præsentare, & ab illis benedictionem petere teneatur, antequam prædicet, alioquin prædicare non possit, etiam in sui ordinis Ecclesijs, in Ecclesijs verò, quæ sui ordinis, non sunt, vltra licentiam sui superioris, etiam Episcopi licentiam habere teneatur, sine qua in ipsis Ecclesijs non sui ordinis nullo modo prædicare possit, quæ quidem licentia gratis ab Episcopis concedatur. Regularib. deinde, extra tamen Claustra, & obedientiam suarum Religionum viuentibus etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua Ciuitate, vel Diœcesi Episcopi prædicare pĕrmittant, donec ab ipsis Episcopis super hac re Sancta Sedes Apostolica consultatur. Qui demum Regulares, contradicente Episcopo, in Ecclesijs etiam suorum ordinum prædicare non præsumant.

(Con Tri. Sess. 5. ca. 2. Decentes sup. n.) (Idem Con Tri. ea Sess. c. 2. §. cæterum. Con Tri. Sess. 24. c. 4 Prædicat. §. ti nullus.)

De tempore, quo prædicatio Euangelij in Ecclesia fieri debet. Cap. V.

Regulares omnes parochiales, vel alias curam animarum habentes, Ecclesias quocumque modo obtinentes diebus saltem Dominicis, festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & eorum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate, & facultate sermonis, vitiaque eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeāt, quod si hoc negligentes fuerint, & post quam ab Episcopo trium mensium spacio moniti, muneri suo defuerint, possint ab eodem Episcopo per censuras Ecclesiasticas, seu aliàs ad ipsius arbitrium cogi, atque compelli. (C. concil. T. 16. Sess. 5. ca. 2.)

Tempore autem ieiuniorum Quadragesimæ, & Aduentus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportebit, sacras Scripturas, Diuinamq; Legem annuncient, & aliàs quotiescumque id opportunè fieri posse iudicauerint. (Idem Ses. 24. c. 4. prædic.)

Quomodo se gerere debeant prædicatores in Euangelio annunciando. Cap. VI.

Constitutione Apostolica mandatur omnibus huiusmodi onus prædicandi sustinentibus vt Euangelicam veritatē, & sanctam Scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum receperit, prædicent, & explanent, ne quidquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ Scripturæ verbis, & præfatorum Doctorum interpretationibus ritè, & sanè intellectis non discordant, & demum omnibus illis vtantur, quæ ab Ecclesia Catholica Romana, atque à Generalibus concilijs definita, & declarata sunt, & præsertim quæ de peccato originali, & de impijs iustificatione per sacrum Concilium Trid. determinata sunt. (Leo sup. num.)

A quibus Prædicatores in eorum munere adimplendo sese abstinere debeant. Cap. VII.

Eisdem quoque prædicatoribus inhibetur, ne apud plebem, & præsertim rudem, dif- (Concil. Trident.)

Sess. 5. de reto L. Leo X. numero 5.

subtiliores, ac subtiliores quæstiones, quæ ad ædificationem non faciunt, in concionibus popularibus pertractentur.

Incerta, vel quæ specie falsi laborant, non euulgent, & ab ijs, quæ ad curiositatem quamdam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tamquam scandala, & fidelium offendicula, sese omninò abstineat.

Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquā præsumant, neque alia quæque futura ex litteris sacris constanter prædicent nec illa a Spiritu Sancto, vel Diuina reuelatione se habuisse affirment, atque alienas, inanesque reuelationes nullo modo asseuerent. Preterea non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum, & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, coram vulgò, & laicis incauta, & intemperanti reprehensione, & ab eis malè gestorum expressis nominibus aperta, & manifesta redargutione abstineant.

Quid agere debeant Prædicatores, quando Dominus aliqua futura reuelari voluerit.
Cap VIII.

Leo X. supr. nu. Con. Tri.

QVando verò quibusdam prædictorum prædicatorum aliqua futura in Dei Ecclesia sua inspiratione a Domino reuelari contigerit, quod quidem cum res magni momenti sit, & non omni spiritui, ita de facili credendum, ideò Apostolica sanctione statutum est, vt lege ordinaria prædictæ assertæ inspirationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligantur, Quòd si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, ordinario loci notificentur, vt ille, adhibitis secum tribus, aut quatuor doctis, & grauibus viris, & negotio cum eis diligenter examinato (sicut id expedire videbitur) licentiam illas publicandi concedere possit.

De pœnis prædicatoribus per Constitutiones Apostolicas, & Concilium Tridentinum inflictis, qui contra præscripta aliquid commiserint, aut alias malè prædicauerint.
Cap IX.

PRædicator, qui contra præmissa, aut eorum aliquod committere ausus fuerit; vltra alias pœnas a iure contra tales statutas, sententia excommunicationis ipso facto innodatus existit, a qua, non nisi a Summo Pontif. (præterquam in mortis articulo) absolui potest, eique prædicationis officium perpetuo interdictum, decreuit Leo X. per dictam suam perpetuam Constit. non obstantibus quibuscumque priuilegijs Apost. etiam in Mari magno comprehensis. Si vero prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordin. prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem est procedendum, etiam si ipse prædicator generali, vel spirituali priuilegio exemptum se esse prætendat, quo casu ab Episcopo auctoritate Apost. & tamquam Sedis Apost. Delegato contra eum procedatur. Demum in eamdem excommunicationis censuram incidunt prædicatores, qui contra ea, quæ per Constitutiones Sixti IV circa conceptionem B. & immaculatę Virg. Mariæ Dei Genitricis definita sunt, (quæ Constitutiones per Concil. Trid. cum illarum pœnis innouatæ existunt, & absolutio a prædicta excommunicatione Summo Pont. præterquam in mortis articulo reseruatur) prædicauerint, præterea de eodem conceptionis articulo prædicantes, seu disputantes contra Constitutiones Pij V. non solum in eamdem sententiam excommunicationis incidunt, sed in suspensionem a diuinis, & cuiuscumque gradus, dignitatis, seu administrationis priuationem, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso facto obnoxij sunt.

Sess. 5. d. 2. §. si vero.

DE REGVLARIBVS IN CONFESsores deputandis. Tit 17.

Regulares per eorum Superiores ad Sacras confessiones & præsertim secularium, coram Ordinariis præsentandi exponi debent.
Cap. I.

CVM Regulares ratione voti obedientiæ eorum ord. superioribus pleno iure subiecti existant, ita vt velle vel nolle minimè habere dignoscantur, hinc est, quod quidquid

c. Relegiosi, de sep in 6.

agere, seu recipere proponunt, de eorundem superiorum licentia illud exequi tenentur, & propterea antequam ordinario præsententur pro eorum approbatione, à suis superioribus eligi debent, vel saltem de eorum licentia eisdem ordinarijs præsentari, ne obedientiæ voto cōtraire eis damnabiliter contingat, qui tamen superiores non omnes indistinctè ad tam salubre ministerium, & officium exequendum exponere debent, sed personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atque peritas, sicut per canonicas sanctiones præcipitur. quas quidem personas sic (vt præfertur) electas præsentent, & nominent, seu eisdem ordinarijs, sub hac forma præsentari personaliter faciant, nempe, vt de eorum licentia, gratia, beneplacito, & approbatione, præuio tamen examine, in Ciuitatibus, & Diœcesibus eorum Regulares, sic per eos electi, confessiones confiteri sibi volentium audiant, pœnitentias salutares imponant, & beneficium absolutionis postea impendant. Numerus verò personarum assumendarum ad prædictum munus exercendum esse debet, prout vniuersitas cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem Quod si petitam licentiam, & approbationem Episcopi eis concesserint, cum gratiarum actione recipiant, & deinde commissum sibi officium in Domino exequi, & adimplere licitè, & liberè valent, hæc autem electio, & deputatio nedum ad Generalem in toto ordine, ad Prouincialem in sua prouincia, & Custodē, ac etiam ad priorem, seu Guardianum, vel quemcumque Superiorem localem, aut eorum Vicarios spectare dignoscitur pro singulis ciuitatibus, & diœcesibus, in quibus respectiuè Fratres commorari contigerit, facienda.

Clem. Dudum, de sepult. §. ac deinde Glo. ibi in ver. Præsentare.

d Clem. §. statuimus.

eo. lo. §. ac deinde, Sess. 5. de.

Decretum Concilij Tridentini super Confessariorum, etiam Regularium approbatione per Episcopum facienda. Cap. II.

Sessione vigesima tertia. Cap. XV.

QVamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sanct. Synodus, nullum, etiam Regularem posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, & consuetudine quacumque etiam immemorabili, non obstantibus. Igitur omnes Regulares cuiuscumque ordin. etiam Mend. etiam de suorum superiorum licentia, graduati, vel promoti, aut in Theologia Magistri existentes, a prælatis electi, & vt sup. deputati, coram locorum ordinariis personaliter præsentari, & per eorum examen pro secularium confessionibus audiendis approbari debent, & ex Constitutione etiam Pij V. disponitur, qua illis quoque inhibetur, ne vigore d. deputationis, expositionis, & approbationis suorum prælat. forsan ab ord. toleratæ confessiones ipsorum secularium, nullo modo audire præsumant, non obstante, quòd per aliam suam Constitutionem Lectores, & Magistr. prædictos ab huiusmodi ordinariorum examine exemptos fore, & esse decreuisset, quoniam ipse idem Pont. illam, quo ad hoc omninò reuocauit, ac insuper voluit decretum prædictum Concilij Trident. in omnibus quorumuis ordinum Regularibus Mēdic. Lectoribus & in Theologia graduatis, & Magist. obseruari debere; propterea hodie Fratres ipsi tam simplices, quam graduati, Cōfessarii munus exercere volentes, Episcoporum examen subire, aut alias ab eis approbationem habere tenentur, quod quidem examen per ipsius Episcopi examinatores super sufficienti literatura, & aliquali saltem Sacramenti Pœnitentiæ peritia, iuxta Leonis X. Constitutionem, fieri debet.

Pii V. Const. 15.

Const. 6.

Const. 1.

Quid per approbationem Ordinarii Regularis consequatur Cap. III.

SCiendum est autem, quòd cum Sacerdos pro audiendis confessionibus ab Episcopo approbatur, licet nulla ei noua potestas Sacramentaliter absoluendi à peccatis tribuatur, cum iam in sua ordinatione illam receperit, nihilominus necessaria est ei Episcopi approbatio, vt per eam iurisdictionis potestas impendatur, & persona pænitentis, quæ materiæ vicem gerit in foro pœnitentiæ, subiicienda consignetur: nam sicut in naturalibus, ac etiam in artificialibus ad agendum, duo de necessitate adhibenda sunt, nempe virtus agentis, & materia, in quam agens aut operans agat, ita pariter duo in absolutione rite faciēda requiruntur, videlicet potestas clauium, quæ

Theol. in 4 dist. 18. q. 4.

 ordinis

ordinis dicitur, & persona penitentis, in quam exerceatur. & terminatur ea potestas, quam (vt dictum est) vnusquisque Sacerdos in sua ordinatione consequitur, per characteris sacerdotalis impressionem, ex qua quidem vtraque consurgit facultas tum conficiendi Sacramentum veri corporis, & sanguinis Christi, tunc etiam absoluendi a peccatis; sed haec posterior potestas remanet suspensa, donec a Superiori superueniat potestas iurisdictionis, quae tam sacerdoti legitimè, & secundum ritum Ecclesiae ordinato determinet personam in foro poenitentiae sibi subiiciendam, quod quidem per Praelati approbationem plene cōnatur, & tunc Sacerdos vtraque potestate munitus super personas, sibi confitenti volentes, velut eius iuri subditas, absolutionis sententiam in illo poenitentiae foro valide profert. Vnde ex praedictis concluditur vtramque potestatem in confessario (siue clericus saecularis, siue Regularis sit) adeò esse necessariam vt si tentaret eum absoluere, in quem iurisdictionem ordinariam, aut delegatam non haberet, praeterquam quod damnabiliter peccaret, cum falcem mitteret in messem alienam, contra Ecclesiae decreta. sed nihil prorsus faceret, quoniam à non suo Iudice ligati, aut absolui nemo potest. Ideò Fratres antequam munus confessarii exercendum assumunt, Episcopi ordinarii approbationem impetrare, & obtinere omninò studeant. iuxta d. decret. Conc. Trid. & Apostolicas Constitutiones.

Ioan. 22. in extra q. g. quia quand m d. ver. (sigq. quin r.

De modo, quo Sacerdos Regularis, & Secularis Clericus pro Laicorum confessionibus audiendis approbari debeat C p. IV.

EX superiori Conc. Trid. decreto iam satis compertum est, tam saecularem Clericū, quam Regularem Sacerdotem pro confessarii munere obeundo ab ordinario approbandum fore debere, quod tamen diuersimodè fieri contingit, quoniam Clericus, qui est Episcopo subiectus, cum praeuio examine ad sacras confessiones saecularium audiendas approbatur, ab eo etiam iurisdictionem in poenitentium Dioecesianorum personas, & aliquando etiam cum facultate absoluendi a casibus ipsi Episcopo reseruatis, prorsus recipit, quique illam ad eius libitum vtendam concedit, eique impartitur, & propterea tenor litterarum dictae approbationis diligenter, & accuratè inspiciendus est, adeò quod si illis expressum reperiatur, facultatem audiendi confessiones, & à casibus ei reseruatis absoluendi, simpliciter concessam esse, tunc intelligendum est, ipsum Clericum approbatum posse omnium ciuium & Dioecesianorum, aliorumque ad eum confluentium confessiones, vbique per ciuitatem, & Dioecesim, etiam in paenitentium propriis domibus audire, paenitentias iniungere, & a peccatis absoluere; si verò fuerit approbatus pro hac, vel illa Ecclesia loco, aut pro viris, seu mulieribus eorumq; certa quantitate, vel ad certum tempus, tunc ad illa loca, tempora, & personas iuxta conditiones in d. litteris approbationis expressas illius iurisdictio collata intelligitur: Quod secus est in sacerdote Regulari, in cuius approbatione Ordinarius aliter sese habere debet, nam cum ab eo omninò exemptus, & Sedi Apostolicae immediate subiectus existat, nulla per ipsius Episcopi approbationem iurisdictionis potestas tribuitur. Sed illam, approbatus, statim ab ipsa Sancta Sede, & Summo Pontifice per priuilegia ordini concessa immediatè consequitur, qua quidem iurisdictione personae nō solum illius ciuitatis, & Dioecesis, in qua approbantur, sed etiam forenses, & aliarum Dioecesiū in ea ad illos confluentes ei in foro paenitentię subiiciuntur, illasque audire valent vbique vt infra dicetur, haec autem iurisdictio, cum ob d. decretum Conc. Trid. ipsis Regularibus suspensa sit, donec ab Episcopo prius examinati approbentur, aut alias idonei ab eo iudicabuntur, tunc sequuta dicta approbatione iam eis iurisdictionis attributa potestas relaxatur. Vnde sequitur, quod Episcopus, si preuio examine Regularem idoneum inuenerit, illum simpliciter absque vlla temporis, loci, seu personarum limitatione indistinctè approbare, & admittere debet, atque tenetur secus si non adeo idoneus reperiatur, tunc enim ordinarii arbitrio, cum limitata facultate admitti potest, vt a Sacra Illustriss. Cardinalium Congregatione Regularium in haec verba declaratum fuit, die 2 Iulii 1587. videlicet

Theol. in + dist. 18. q. +

Regulares, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumuè examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis certorumue locorum, aut generis personarum, admittantur in Dioe-

ces

cesi propria. De ceteris verò, qui non adeò idonei reperientur si petierint, se admitti, arbitrio ordinariorum relinquit, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confessionis pro medico conuenienter relinquere.

F. Michael Bonellus Card. Alexand.
Georgius Pancarius Secret.

Cap. V.

EX prædicta igitur declaratione nonnullæ colliguntur conclusiones, quarum prima est, quod Regularium iurisdictio tam eis à iure communi, quàm à Papa delegata, restringitur, seu ampliatur per dictam Ordinarij approbationem, nō ad eius libitum, sed iuxta maiorem, seu minorem illorum sufficientiam & idoneitatem repertam.

Secunda, quod Regulares non plene idonei per examen approbati, & cum aliqua conditione, & limitatione loci aut temporis, vel personæ, aut ad libitum Ordinarij admissi, possunt per eundem Ordinarium à confessarij munere suspendi, & licentia eis concessa reuocari, & transacto tempore, vel alia conditione expirata suspensi ab officio remaneant cum iam amplius approbati minime censeant, ac sint, purificata conditione, sub qua approbati, & admissi fuere, & sicut Clericus secularis beneficium parochiale habens, per quod ipso iure erat idoneus, & vbique terrarum eligibilis per Bullam Cruciatæ, seu Iubilæi, si illud renunciat, non manet amplius ipso iure idoneus, vt planè intendit Concilium Tridentinum, & multo fortius amittit rationem idonei, qui ob crimen priuatus est beneficio curato: ita Regularis limitate, & sub conditione approbatos, ea adimpleta aut expirata, idoneitatem perdidisse dicitur, & tanquam suspensus munus confessarij, neque licitè neque validè amplius exercere potest.

Tertia, quod quo ad Regulares simpliciter idoneos probatos vigore prædictæ declarationis sacræ Congregationis Regularium, ex quo ab ordinario iurisdictionem non habent, nō potest illa, quam habent à Papa ex priuilegio, nec quo ad locum, nec quo ad personas per eundem Ordin. coarctari, seu restringi, quod quidem in tantum est verum, quod si Episcopus in fraudem, aut odium eorundem Regu-

Soto dis. 18 q. 2. ar. 5. Ledes. q. 7. art. 5. Palac. dis. 17. q. 7. Henric.

larium sibi plures casus, quam Parochis reseruaret, aut nimis excederet in reseruatione, non tenentur obedire in illa restrictione, nam alias sacrorum ordinum priuilegia, à Sede Apostol. concessa in vtilia redderentur, contra quæ nihil in fraudem Episcopi statuere valent, vt in c. Quarto de priuil. & excess. prælat. apertè declaratur.

Quarta, quod Regularis in vna ciuitate, & Diœcesi pro audiendis confessionibus semel per Episcopum præuio examine admissus, ab eodem Episcopo non potest amplius examinari, neque præsentari, quamuis sæpe ab eadem diœcesi recedet, ad quam si reuertatur, priorem licentiam, & approbationem retinet, neque dicta licentia morte Episcopi concedendis expirat, sed illa vti possunt Regulares donec Ecclesiæ vacanti de pastore fuerit prouisum, vt ex priuilegio conceditur.

Ab Episcopo vero successore pro maiori suæ conscientiæ quiete examinari de nouo possunt, non obstante priori Pij V. Constitutione qua cauebatur, ne semel approbatus in vna diœcesi amplius in illa examinari posset, quoniam ipsemet Pius V. per aliam suam Constitutionem in specie ei derogauit, quemadmodum postea sacra Congregatio Concilij interpres in hac verba declarauit.

Henriq. à societ. Iesu ta sum. de pænit. li. 6. c. 6. nu. 8 Fel. tit. de pr. c. 24. Comp. Mendic. in verb. Absolut. reseruat. Nauar. in c. Placuit n. 163. & c. 27. n. 262. in ma. n. Felic. l. de pri. c. 15. Clem 4. Const. 7. Const. 6. Const. 15.

Sessio XXII. Cap. XV.

COngregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in ciuitate, & diœcesi secularium confessiones semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos, Cæterum à successore posse vtique examinari, iuxta Constitutionem Sanctæ Mem. Pij V. datam 8. d. August. Pontificatus sui anno VI. quæ à fel. rec. Gregorij XII. non est reuocata per reductionē priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini.

A. Card. Caraffa.

Quinta, Quod Regulares in confessarios generaliter, & simpliciter approbati, possunt Ciues, & diœcesianos illius ciuitatis, & diœcesis, in qua admissi sunt, non solum in eius domib. & Ecclesijs, sed vbique in alijs locis intra dictam ciuitatem, & Diœcesim consistentibus etiam inuitis parochialibus Rectoribus, ipsisque contradicentibus, in foro pœnitentiæ audire, & à peccatis absoluere, quemadmodum prædictas personas etiam extra diœcesim, in qua sunt approbati, audire, & absoluere pariter valeant, cum

Iulij IV. id. 4.

Extrau. Inter cætera de priuil.

Mm in hoc

Silu. in verb. Cõfes. 2. §. 22. Ex conf. 2. & 4.

in hoc eandem auctoritatẽ à iure habeant quã Curati, Rectores, qui suos subditos vbicumque repertos, nedum in eorum Ecclesijs, & parochijs, sed extra territorium, & diœcesim propriam, possunt eis beneficium absolutionis impendere, quod quidem conceditur in foro secreto animæ, quę forum poli, & Dei dicitur, cuius est terra & plenitudo eius, & vbi non læditur ius, neque territorium alterius, & personæ, iam per approbationem Episcopis illis consignatæ non acquirunt alibi fauorabile forum, ita vt ab alieno parocho, & alterius diœcesis possint à peccatis absolui, sicut in foro exteriori ratione delicti reus puniri, valet iudice territorij, in quo deliquit. Quibus additur, quod quidquid dictum est de priuatis, illud idem de Regibus, & principalibus dicendum videtur, nam licet illorum proprius sacerdos sit Episcopus illius Ciuitatis, Regni, seu Dominij, in quo principalem, & ordinariam sedem habent, & ibi continuo residentiam facere solent, nihilominus iuribus prędictis possunt sibi Regulares in confessarios eligere, à quibus nedum in propria ciuitate, & Diœcesi, sed vbique per omnes alias ciuitates, & diœceses Regni, & Dominij ad quas cum eis diuertere continget, illorum confessiones audiri, & à peccatis absolui, nulla alterius diœcesiani, seu proprij sacerdotis licentia requisita, ac etiam illorum curiales, cum & ipsi in obsequium principis electi, & deputati personaliter seruiunt eadem Principis ciuitate, domicilium contraxisse censentur, & propterea ab eisdem confessarijs licite in foro pænitentiæ valent audiri, dummodo ipsi Regulares ab Episcopo principalis Regiæ, ac Ducalis ciuitatis generaliter pro clauium huiusmodi ministerio fuerint approbati, & admissi, nisi Rex, aut Princeps priuilegium de eligendo sibi confessarium specialiter à Papa impetratum haberet, tunc enim iuxta illius tenorem, & continentiam agendum esset, nec obstat prædictis Clemen. Dudum, de sepulturis, qua videtur Regularibus prohiberi ne extra diœcesim possint in confessarios deputari, & confessiones audire, quoniam dicta Clementina vetat solum, ne Regulares absoluant in alia diœcesi subditos illius Episcopi, à quo non sunt approbati, sed non prohibet regulares absoluere vbilibet, perinde, vt Parochi, illos, in quos ab Episcopo habent iurisdictionem, sed quando illud per d. Clementem prohiberetur, nihil referret, cum ei à diuersis Summis Pontificibus

c Si de foro cõpet. vic. § Eclicia. de confes. tit. de pri. c. 15. Soto in 4. d. 18 q. 1. & ibi cõ. DD. Paul. 3. Const. 1. Greg. 13. Const. 8.

d Clem. Dudum de sepult.

expressè, quo ad hoc, fuerit derogatum. Forenses vero, & aliarum diœcesum, in quibus sunt admissi in confessarios confluentes non possunt extra diœcesim, in qua sunt admissi in confessione audiri, & à peccatis absolui, quoniam ab eorum Episcopis non sunt approbati, & per priuilegia Apostol. intra diœcesim Episcopi approbantis facultas ipsis Regularib. absoluendi tantum conceditur, extra vero quoad ipsos forenses neque ius commune, neque ipsa priuilegia in hoc eis suffragantur.

Sixt. IV. Const. 6. Pauli IV Const. 1.

Sexta, quod qui confitetur religiosis Regularibus vt supra approbatis, ex priuilegio illis indulto, nullo modo eadem peccata proprio sacerdoti amplius confiteri tenentur, quod quidem ex verbis textus in c. Omnis vtriusque sexus satis comprobatur, vbi habetur, quod qui alieno sacerdoti confiteri voluerit, tunc ei licebit etiam semel in anno, si à proprio Parocho licentiam habuerit, & obtinuerit, ex quo manifestè colligitur, quod qui de licentia proprij sacerdotis confitetur alteri, perinde est, ac si proprio confiteretur sed inter proprios sacerdotes connumeratur Episcopus, & multo iustius Papa, à quo priuilegium audiendi, & absoluendi Regulares habent. Sequitur ergo, quod qui illis in confessarios approbatis tamquam Papæ delegatis, confitentur, perinde satisfaciant Ecclesiæ præcepto, ac si proprijs parochis confiterentur, cum licentia Papæ, & Episcopi maiorem vim habeat, quam illa Curati. Hæc eadem conclusio canonica authoritate roboratur, nam huiusmodi Regularium priuilegia primum per Alexandr. quartum vsque de anno Domini 1260. concessa leguntur, Deinde post annos decem confirmata fuerunt per Vrbanum IV. & Clementem IV. continuo succedentes Post hæc verò annis 50. Ioannes, quidam de Poliaco eum aduersam sententiam falso tueretur anno Domini 1322. citatus Romam venit, vbi errorem reuocare compulsus fuit, vt patet per extrauag. Ioan. XXII. quæ incipit Vas electionis de hæreticis, & tunc iuxta decreta præfatorum Alexandri, & Clement. conclusum fuit, confessos Regularibus non teneri amplius eadem peccata proprio sacerdoti confiteri, vnde postea Bonifacius VII. per suam Extrauag. super Cathedram, de sepulturis, & Benedictus XI. eius successor in sua etiam Constitutione, quæ incipit. Inter cunctas de priuilegijs, & Clemens quintus in Clemen.

De pæni. & remiss.

men. Dictum de sepulturis, amplissimum in ipsis Regularibus prædicandi, & confessiones audiendi contulerunt facultatem, & tandem Sixti Quarti. præs. Ioann. XXII. Eugenij Quarti. & Nicolai Quinti, & aliorum prædecessorum vestigijs inhærendo, per suam Bullam (quæ Mare magnum inscribitur) prædictum articulum videlicet, quod confessi Regularibus, iterum Parocho confiteri tenerentur, damnauit, ac reprobauit, decreuitque quod contra huiusmodi articulum asserentes tamquam de hæresi suspectos, non solum per locorum ordinarios, sed etiam per Inquisitores hæreticæ prauitatis inquiratur, & ad correctionem procedatur, & vlterius in eos tamquam impedientes indirectè, ne Regulares suis priuilegijs vtantur, si sæculares fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrendam protulit: contra Rectores vero Ecclesiarum, & alias personas Ecclesiasticas vltra excommunicationem suarum Ecclesiarum, & beneficia quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda similiter pœnam statuit, vt in altera Constitutione eiusdem Sixti Quarti, quæ Bulla Aurea dicitur, decernitur, & declaratur, & propterea confessis Regulari in Pascha Parochus non potest eos repellere, neque Sacramentum Eucharistiæ illis denegare, ac etiam eo contradicente possunt Regulares illius subditos in confessione audire, & a peccatis absoluere.

Septima, Ex quo Regularis Sacerdos semel in confessarium ab Episcopo generaliter, & indistinctè approbatus, non potest amplius ab eodem Episcopo examinari, & approbari per Pij Quinti Constitutionem, vt dictum est, idcirco minus potest ab Episcopo approbante ab officio confessarij suspendi, quoniam facta approbatione, Episcopus functus est munere suo, quod etiam confirmatur, nam suspensio est actus coactiuæ iurisdictionis, quæ non nisi in personam subditam exerceri potest, at Regularis cum ab Episcopo sit omnino exemptus, igitur ab eo non potest suspendi, neque excommunicari, & si de facto, Regularis suspenderetur ab officio, suspensio nullius roboris, vel momenti esset, ita, vt absoluendo, valide sententiam absolutionis proferret, ratio est, quia iurisdictionem, quam habet in pœnitentes, a Papa habet, & ideo illam Episcopus nullo modo auferre potest. Ex prædictis etiam sequitur, quod stante dicta exemptione, Regularis in officio delinquens, non potest ab Episcopo pœna corporali modo aliquo corrigi, seu mulctari, sed suo Prælato, ad quem pertinet correctio, si mulctandum est. Qui quidem Prælatus Fratres suos subditos, & ab Episcopo approbatos reprobare, ipsius Episcopi approbationem reuocando, & declarando, hos causa sibi cognita non amplius pro sacris confessionibus audiendis idoneos haberi debere, quod quidem per ipsum Prælatum verè fieri potest, cum omnis iurisdictio a Papa per approbationem ordinarijs illis concessa mediante Prælati persona tradita, & ad nutum, & voluntatem illius retinenda, & vtenda censetur, cuius quidem superioris voluntas in suorum subditorum actionibus, tam actiuis, quam passiuis, semper excipitur, & excepta esse intelligitur, ne religionis, & professionis ordo confusus perturbatur. Cum ergo tota iurisdictio Regularium confessariorum, & eius vsus Ordinarij approbatione penitus fundari, & inniti videatur ea per Prælatum reuocata, & reprobata, statim omnis iurisdictio ab eo aufertur, ita vt munus antea susceptum, neque licitè, neque validè amplius exercere valeat, irritumque & inane est quidquid attentatur.

Si tamen Prælatus expressis verbis non reprobet, sed tantum prohibeat subdito audire confessiones, aliqua ex causa sibi bene visa, non tollit approbationem à se, & ab Episcopo datam, & propterea si contra prohibitionem Regularis absoluerit, valida esset absolutio a non reseruatis casibus impensa, non autem à reseruatis, nam facultas absoluendi ex priuilegio à reseruatis per prohibitionem Prælati amplius non intelligitur subdito delegata, cum eam Pontifex non communicet ei, nisi per suum Prælatum.

Maris Magni §. 43. in sum. Silu. excom 7. n. 24. cũ Archid. Ang con- fessio 3. §. 4. Adrian. de confe. fol. 266.

F. Lud. Lopez 1. p. instru. c. 26. Arch. Ant 3. p. tit. 7. & 8 D. Th Palu. Scoto. & cõ. Theol. in 4. d. 17 & 18. q. 4. Nau. c 9. n. 9. Pra. Manual. in exp. Bulla §. 9. n. 12. cum compend. Mendic. in verb. absolu. quo. ad seculares 1. §. 2. ex conceß. Sixti 4. Eugen. 4. & Iulij 5

De Regularium confessariorum facultate & potestate, quæ ad absolutionem secularibus impendendam. Cap VI.

Explicatis ijs, quæ ad Regularium Confessariorum approbationem pro personis sibi in foro animæ subijciendis requiri videbantur, nunc reliquum est, vt de eorum Iurisdictione & facultate in absoluendo a casibus reseruatis summatim peragatur. Ideo est sciendum, quod Sacerdotes Regulares iuxta formam Concilij Tridentini ab Episcopo approbati eadem prorsus potestatem habent, quam parochiales curati Sacerdotes a iure communi traditam habere dignoscuntur, quib. tantum concessum est, quantum eis nõ est reserua-

tum

Clem Du dum de sepul. §. si vero Gl in extra. fu per cat. in ver. iure. Con. Tri. Seff. 14. cap 7. Conft. §. 9 & 18. Conft. 8. Conft. 1. Conft 7. Conft. 5.

ium neque prohibitum, & idcirco Regulares hoc ordinaria auctoritate sæcularium confessiones audire, illosque in vita a casibus, & censuris nemini reseruatis, a reseruatis vero quibuscumque in articulo mortis dumtaxat sicut parochi absoluere valent. Ex facultate autem Apostolica eisdem Regularibus subdelegata per priuilegia a S. Sede Apostolica Fratribus ordinis Minimorum olim per Leonem X. concessa, & per Clementem 7. confirmata, extensa, & communicata, & per Paulum IV. Fratribus Minoribus de obseruantia confirmata, & ampliata, & demum per Gregor. XIII. & Sixtum V. approbata, & innouata, Regulares, præuia tamen Ordinarij approbatione, eorumque superiorum localium, nempe Priorum, Guardianorum, seu Correctorum speciali deputatione, possunt in quibusdam cuiuslibet anni solemnitatibus, & omnibus Dominicis Quadragesimæ, nec non singulis diebus feriatis a medio Quadragesimæ vsque ad Octauam Paschæ, etiam cuiuslibet anni inclusiue ab omnibus censuris, & criminibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) absoluere, & vota commutare, modo, forma, & temporibus, quibus in dictis priuilegijs conceditur. Circa quæ est aduertendum, quod ex quo nullus casus Papæ reseruatur, qui censuram excommunicationis annexam non habeat, sequitur, quod habentes facultatem ex priuilegijs absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam a censuris illis annexis absoluere valeant; quod etiam procedere videtur in casibus, in quibus reseruatio Episcopi cum Papæ reseruatione concurreret, quoniam vsu iam indistincte (vt inquit Nauar.) interpretatum est, quod sublata sit, & esse censeatur Episcopalis reseruatio, & censura Papali sublata, & ratio est, quoniam iurisdictionis, & potestatis plenitudo, quæ in summo Romano Pontifice tamquam Christi Vicario, & Beati Petri successore diuinitus collata amplissimè residet, arctari, restringi, seu suspendi a Prælatis inferioribus minime potest, cum illius, quam ipsi habent, ab eodem met summo Pontifice, & Sede Apostolica, in eis sit deriuatus. Item notandum, quod ipsi Regulares eorumdem priuilegiorum possunt absoluere a casibus prædictis etiam post diem datæ, & concessionis eorundem priuilegiorum, quoniam illa tam quam perpetuo, & in fauorem causæ publicæ, nempe Religionis a Sede Apostolica concessa,

in Man. ca. 27. de casib. reseruatis. nu. 255.

Gloff in extrau. su Cat. de sepult. in verb. A iure.

& iuri communi æquiparata non limitantur ad præterita, sicut priuatorum priuilegia, quę sunt in odium iuris, suffragantur Regularibus etiam in futurum, & donec specialiter reuocentur, & præsertim cum Religionis contemplatione semper militet eadem illius fauoris ratio, quibus etiam additur, quod cum illa facultas sit perpetuo tradita pro certis cuiuslibet anni diebus & temporibus vtenda, singulis quoque annis concessio repetita censetur, & ideo omnes casus, quos illa singulis annis in eisdem diebus reseruatos inuenit, tamquam ad eos extensa, absolui valide possunt, nisi absolutio ipsa in reseruatione noui casus cum derogatione priuilegiorum, & facultatis huiusmodi prohiberetur, alioquin inane esset priuilegium cum d. absoluendi facultate ipsis Regularibus concessum, ad tradita per Henricum Henriq. in d. Sum. Theol. de Sacramento Pœnit. lib. cap 16. num 7. & in Gloss. sub litera O vbi post multos alios grauissimos Theol. & Iuris peritos ab eo relato, ita practicari testatur. *Nau in Man de anno 1584. editoc. 27 n. 263.*

Postremo est aduertendum, quod prædicta facultas absoluendi à casibus Papalibus extenditur hodie ad reseruatos tantum ante, & non post nouissimam Sixti V. priuilegiorum confirmationem pro Fratribus Min. de Obseru. anno 1587. die 3. Octobris emanata. Ideo ab illis Regulares absoluendo sese abstineat, donec priuilegia alicui ex d. Regularium ordinibus denuo confirmetur.

Quo vero ad casus Episcopales, licet Regulares ex priuilegio Sixti IV. olim S. Francisco de Paula, eiusque ord. Minorum Fratribus, & per Iulium Secundum confirmati, & ampliati, successiue pluries per diuersos Summos Pontifices ceteris Mendicantium ordinibus vnacum alijs priuilegijs, & præsertim Fratribus Minoribus de Obseruantia per Paulum Quartum similiter approbati, extensi, & communicati, personas quascumque sibi confitentes ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis, necnon criminibus quibuscumque quomodocumque Episcopo reseruatis, vbique per diœceses, in quibus essent approbati, toties quoties opus esset absoluere, & super quacumque irregularitate dispensare, necnon vota quæcumque permutare, & relaxare possent, & pœnitentiam eis iniungere salutarem. Nihilominus hodie vacare videntur in hac parte priuilegia prædicta, stante declaratione per Greg. XIII. de sententia sacræ Congregationis Concil. Trid. infra ferè *Conft. 13. Conft. 4. Supra in eo pri. fol. 225.*

pus

Nota, quod de an. 1579 die 10. Mare ab eodem met Greg. 13. declaratum fuit R.P. Iesuitas nō esse comprehensos sub dicta Cardin. Congreg. declaratione, neque facultates absol. à casibus etiam Epi reseruatis concessa derogatum, imò illam cōfirmauit, & eis de nouo concessit, ita Clarus comp. pri. de Iesuit. in verb. Absol. §. 1. relatus per Henricum Henriq. de Societ. in Sum. Theolog. de ... 6. c. 5. fol. 408. sub lit. ...

pris tenoris facta, & per sacram etiam Regulariū Congr. repertam, à qua absoluendo non est recedendum, nisi dicta priuilegia postea a S. Sede Apostolica cum derogatione quibuscumque contrarijs confirmata, innouata, aut de nouo concessa existerent.

Responsio Sacræ Congregationis Conc. Trid. quoad facultatem Regularium absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, olim Illust. Card. Borromeo, tunc Archiepiscopo Mediolani facta.

Illustriss. & Reuerendißime Domine.

CVM a Sacra Cong. Cardinaliū, qui propositi sunt decretis Trid. Conc. interpretandis Illustriss. Amplitudo tua quæsiuerit, an Regulares ex priuilegio a Sede Apostol. impetrato, præsertim autem ex eo, quod nominant Mare magnum, possint in casibus, quos sibi Episcopus reseruauerit, absoluere confitentes. Hac de re vbi Congregatio accurate egisset, deinde ad Sanctissimum D. N. retulisset, Sanctitas sua etiam de sententia Congregationis censuit ex facultatibus per hoc Mare magnum, aliave priuilegia Regularibus concessis factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus sibi ab Episcopo reseruatis. Deus Illustrissimæ Amplitudini tuæ perpetuam vitæ tranquillitatem, & incolumitatem largiatur. Romæ, die 10. Septemb. 1577.

Illustriss. & Reuerendiss. Amplitud. tuæ, &c.

DECLARATIO Decreti.

Quo prohibetur absolutio à casibus reseruatis.

EDictum fuit alias è Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposito, Decretum super absolutione e casibus reseruatis, eius, qui sequitur, tenoris Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, iustis, & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctiss. D. N. Clem. Papæ VIII. speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus tam secularibus, quàm Regularibus per vniuersam Italiam extra Vrbem degentib. ad confessiones audiendas probatis, quorumuis ordinum etiam Mendicantium, Militiarum, aut Congr. etiam Societ. Iesu, & generaliter quarumcumque aliarum quouis nomine nuncupentur, rubet & præcipit, ne quis eorum, sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem a Sede Apostol. vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatib. aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocūq; sub quibusuis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cuiussuis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principium instantiam concessarum, seu confirmatarum, alicui cuiusuis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab vllo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis vel aliis quomodocumque Sedi Apost. reseruatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, eiusve successores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam quos ordinarii locorum hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum noua, & speciali Sanctitatis suæ, aut Successorum suorum, vel ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantum reseruatis, respectiuè impetrata in scriptis licentia, ordinarij locorū exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat, sed cum opus fuerit, pœnitentes ad superiores legitimosque iudices suos accedere consulant, sub pœna contra facientibus tam Regularibus quam secularibus excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis, item audiendi confessiones, & ad quæcumque officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto, absque vlla alia declaratione incurrenda. Super quibus à nemine, nisi a Rom. Pont. habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impartiri. Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates, & confessiones ipsas in hac parte vti cassa, & irritas haberi de cætero voluit, & vult, non obstantibus quibuscumque.

Præterea nouerint penitus, absolutionem, si quam obtinebunt contra huiusmodi prohibitionem esse nullam, nulliusque roboris, & momenti.

Et ne locorum ordinarii, quibus ius hoc reseruan-

seruandorum casuum compet t, priuilegium, quā opus sit, reseruatione, subditis, aut Confessariis in animarum salute procuranda cooperantibus sint onerosi, monentur omnes, vt paucos, eos tamen, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem, pro cuius Diœc. statu, & qualitate necessariò reseruandos esse iudicauerint, reseruent. In quorum fidem, &c. Datum Romæ, die nona mensis Ianuarii, anno M. D. C. I.

Cum autem dubia quædam, ac difficultates circa eiusdem Decr. interpretationem, atque obseruationem emersissent, eadem congregatio, ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitatiue locus relinquatur, & vt clarius appareat, in quibus casibus, vigore eiusdem Decret. reseruatis, intelligatur prohibita absolutio, spirituali mandato eiusdem S. D. N. Clem. Papæ Octaui, similiter viuæ vocis oraculo super ea re habita, ipsum Decr. ita moderatur, ac declarat, sc. sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui in Bulla Cænæ Dom. legi consueta continentur, ac præterea violationis, immunitatis Eccl. in terminis Constitutionis fel. rec. Gregor. XIII. quæ incipit: Cum aliàs nonnulli. Violationis clausuræ Monialium ad malum finem prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta Decr. sacri Conc. Trid. & Constitut. fel. rec. Greg. Papæ XIII. incipientem: Ad tollendum. Iniicientium violentas manus in Clericos, iuxta Canonem. Si quis suadente, &c. 17. q. 4. ac iuris dispositionem Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt, in quibus omnibus iam enumeratis casibus d ntaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audien. confessiones eadem sacra Congr. vult, & mandat dictum Decr. in sua firmitate, & pristino robore permanere. Ac præterea declarat quidem Sacerdotes, tam Secul. quam Regulares, qui aliquo ex priuilegiis, indultis & facultatibus in supradicto Decret. expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facult. vsu aute idem Decr. receptas, & quæ sub aliis vocationibus, non comprehenduntur tantum, non alias abso lucre a casibus in præsenti declaratione non comprehensis, aliis vero Sacerdotibus huiusmodi priuilegia non habentibus nihil de nouo cōcedi. Sed ne locorum Ordinarii, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sac. Congr. illos rursus magnopere admonendos censet, vt non possint, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnit. Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superfluè reseruent casus in Bulla Cænæ Dom. legi consueta, contentos, neque alios Sedi Apost. specialiter reseruatos. Facultatem verò, & licentiam absoluendi a casibus reseruatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viua voce concedi posse declarat. Cæterum, ne quis Sacerdotum Secularium aut Regularium, sub prætextu, quod per primum dictum Decr. non fuerit sufficienter eorum specialibus priuilegiis derogatum eidem Decr. sic vt præfertur, declarato, contrauenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus & ordinationibus Apost. omnibus in fauorem quorumcūque ordinum, seu institutorum, Regularum aut Sacerdotum tam Secularium, quam Regular. editis, necnon eorumdem ord. seu institutorum, ac etiam Eccl. & Monasteriorum & aliorum Secularium, seu Regul. locorum quorumcumque etiam iuramento, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegiis quoque indultis, & litteris Apost. etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, eisdem ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & Secularibus, seu Regularibus locis, aut personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam, derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis Clausulis, necnon irritantibus & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidu

dua, ac de verbo ad verbum, non autē per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia exp. essio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens ad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, contrarijs quibuscumque non obstantibus, Romæ, die 26. Nouembris. M. D. C. II.

Alex. Card. Flor. Episc. Prænestinus.

Hier. Agucchius Secret.

De Confessariorum Regularium potestate, quo ad absolutionem Frat. Cap. VII.

In Sum. Mar. magni §.30. num. 8. Conf. 7. CVm omnibus Regularib. vtriusque sexus professoribus tam ab Apost. Sede, quam per eorum Constitutiones expressè inhibitum existat, ne Sacerdotib. extra ordinem sua peccata confiteantur, ideo Fratres nullis alijs Sacerdotib. præterquam suis Superioribus siue Fratribus per eos deputatis sua confiteri valent peccata, nisi necessitate vrgente, aut cum in itinere de Superiorum licentia, & obedientia *Sixti IX. Const. 5.* extra illorum Conuentus constituti copiam Sacerdotis suorum ord. non habentes, tunc .n. in dictis casib. seu eorum altero Sacerdotib. tam *Bonif. 8. Const. 1.* alterius ord. Regularib. quam presbyteris Secularib. (sicut præfertur) confessis valde ab eis possunt absolui, aliàs absolutionis sententia tanquam ab incompetentibus iudicibus in personas sibi non subditas lata nullius esset roboris, vel momenti, vt per priuilegia eius conceditur, & declaratur.

Ipsorum vero Regulariū Superiores, & Prælati non solum eorum officij auctoritate cum plenam in subditos habent potestatem, & iurisdictionē, sed etiam ex priuilegijs eis concessis, possunt Fratres, & Moniales, atque alias vtriusque sexus personas ratione professionis, & habitus eis subditas à quibuslibet maioris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pænis, à iure vel ab homine quauis occasione latis, etiam Sedi Apostol. generaliter à iure reseruatis, & ab omnibus peccatis, criminibus, & excessibus eidem Sedi Apostolicæ pariter reseruatis, exceptis contentis in Bulla Cænæ Domini, vt infrà dicetur, non solum in iudiciali, sed etiam pænitentiæ foro absoluere, & in quibuscumque irregularitatibus, tam ex defectu natalium, adulterio, incestu, & sacrilegio, quam ex quouis alio nefario, & illicito coitu, præterquam in irregularitate ex homicidio voluntario, bigamia, & membrorum mutilatione, & quomodolibet ante, siue post professionem contracta, cum eis dispensare valent, ita vt (sic, vt præfertur) dispensati ad Sacros ordines promoueri, & omnes administrationis officia, & dignitates in ordine consequi, & retinere licite possint. Quam quidem absoluendi facultatem, & potestatem habent Regulares illi, qui ordine, & officio prælationis potiuntur, vt Generalis totius ordinis caput, Prouincialis in prouincia sibi cōmissa, Custos in sua custodia, necnon Superior localis, nempe Prior, Guardianus, Rector, Corrector, Præsidens, seu Præfectus Domus, siue Conuentus, ac etiam Abbas proprij Monasterij, & eorum respectiuè Commissarij, Vicarij & Delegati, qui quidē aduertere debent, prædictam huiusmodi absoluendi facultatem ad casus in Bulla Cænæ Domini contentos minimè extendi, non obstante, quod in Mari magno concedatur eisdem absoluendi potestas à casibus alias Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis illis, pro quibus essent ad præfatam Sedem destinandi, nempè, Hæretici relapsi, Schismatici, litteras Apostolicas falsificantes, aut ad infideles prohibita deferentes, quoniam concessio priuilegii prædicta per mortem concedendis expirat, quod idem dicitur in omnibus concessionibus Apostolicis processus dictæ Bullæ Cænæ Domini tangentibus, cum quolibet anno idem processus censurarum, & ab eis absoluendi prohibito de nouo fiat, cum noua prædictorum casuum reseruatione, & derogatione priuilegiorum, etiam Maris magni, & propterea Regularium Superiores prædicta absoluendi facultate à casibus in dicta Bulla expressis, vti non possunt. In reliquis verò eisdem Prælatis, & Superioribus ex priuilegio indulgetur, vt ipsi per se ipsos omnino possint in Fratres, & Moniales, aliasque personas sibi subditas, quod possunt Episcopi in Clericos, & Laicos sibi subiectos, tam quo ad absoluendi, & dispensandi, quàm alias quascumque facultates per Concilium Tridentinum eis concessas.

De casibus per Regularium Superiores sibi in foro pœnitentiæ reseruandis. Cap. VIII.

Conf. 4. QVamuis ex priuilegio Alexandri VI. Regularium superioribus indultum esset, vt casus de occultis inter Fratres subditos sibi absoluendis reseruare possent, nihilominus hodie ex decreto a S.D.N.D. Clemente VIII. edito, restricta, & limitata est quorūcumque ordinum superioribus facultas ipsa sibi casus reseruandi cum eorumdem priuilegiorum, & Constitutionum, tam in Capitulis Generalib. quam Prouincialibus ordinatarū, cum expressa derogatione; in quo quidem decreto nonnulla crimina determinantur, vt per prædictos superiores, aut omnia infrascripta, aut illorum aliquod, prout subditorum vtilitati expedire in Domino iudicauerint absoluenda sibi retineant. Cuius quidem Decreti tenor est.

DECRETVM.

SANCTISS. D. N. CLEMENTIS Papæ VIII.

Super casuum reseruatione ab omnibus Regularium superioribus obseruandum.

SAnctissimus D. N. qui iampridem accurate perpendit, & re ipsā comperit, quod reseruatio facultatis absoluēdi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdā grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & [illegible] trituaris remediu desperationem. Ideò, vt huic malo S, nctitas sua opportunè prospiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribu peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis iis, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum ali quot, pro t subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

2. Veneficia, incantationes, sortilegia.

3. Apostasia a Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo prouenerit, vt extra septa Monasterii, seu Conuentus fiat egressio.

4. Nocturna, & furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam cum animo non apostatandi facta.

5. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

6. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

7. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto.

8. Falsificatio manu , aut Sigilli Officialium Monasterii, aut Conuentus.

9. Furtum de rebus Monasterii, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

10. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

11. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio, cuiusque personæ.

12. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

13. Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura discussione, & consensu.

14. Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab iis petierint.

15. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à nō reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio communicatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis confessarius indicauerit.

16. Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

17. Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis a Confessariis imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

18. Atq; ita per quoscumq; Regularium superiores, quicumque illi sint, obseruari mandauit.

dauit. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apost. ac quibusuis Concilij, etiam Generalis Decretis, nec non consuetudinibus, etiam ... seruatis, aut Regulis in Gen ... aliis seu Prouincialibus Capitulis editis, statutis & constitutionibus, etiam Apostolic. auctor. confirmatis, priuilegijs, indultis & concessionibus quibuscunque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum die 26. Mensis Maij, anno Domini, 15 3.

Andreas So... ologus Secret. Visitation.

DE ECCLESIIS, DOMIBVS, ET Locis per Regulares recipiendis. Tit. 18 Cap. I.

Sess. vlt. c. 4. EX indultis Apostolicis pluries confirmatis, & innouatis, & Decreto Conc. Trid. possunt Regulares Mendicantes, vbique terrarum loca tam ædificata, quam ædificanda pro eorum vsu, & habitatione recipere, & retinere, non obstante Constitutione Bonifacij VIII. & Greg. X. in Concilio Generali Lugdunensi de nouis locis non recipiendis edita, circa quam est aduertendum, duo de necessitate requiri, videlicet licentiam obtentam ab Episcopo loci ordinario, in cuius diœcesi loca recipienda sita fuerint, vt ex decreto Conc. Trident. statuitur, alterum vero quod loca ipsa per Regulares vnius ordinis Mendicantis acquirenda distent a domibus, locis, & Ecclesiis Fratrum aliorum Mendicantium, vel eorum altero per spacium 140. cannarum per aërem mensurandarum, vbi alias per terram loci dispositio mensurari non permittit, cum vnius cannæ mensura, quæ octo palmarum longitudinem contineat, iuxta constitutionē Clem. IV. pro Fratribus Minoribus de Obseruantia emanatā, & a Bonif. IX. Fratrib. Prædicatorib. confirmatam, & ad eos extensam, sub qua quidem prohibitione non solum ordinum Mendicantium, & non Mendicantium vtriusque sexus professores Regulares, verum etiam omnes aliæ personæ Ecclesiasticæ comprehenduntur, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & eidem Constitutioni Clementis Quarti, huiusque ampliationi, & innouationi, quam fecit Fratribus Carmelitarum Sixtus Quartus, contrauenerunt fueris, per quā omnia contra prædictam Constitutionem at-

Sess. 25. c. 2. in fin.

Const. 2.

Const. 2.

Const. 3.

tentata, inde sequuta nulla & irrita esse decernuntur, & loca ... Secundus per ... Minoritis de Obseruantia ... ertare, & eorum ... promotionem prædictam ... locis apud eorum domos, & Ecclesias infra spacium 140. cannarum ad 300 cannarum latitudinem ampliauit, & extendit iuxta dispositionem prioris Constitutionis Clement. IV. quam ante suam restrictionem ipsemet Fratribus minoribus concesserat, & propterea hodie ob huiusmodi ampliationem Iulij II. licet eisdem Fratribus Minoribus specialiter factā; cum sit noua concessio, ex vi vniuersalis communicationis Leonis X. loca, domus, & Ecclesiæ per vnius ordinis Regulares de nouo recipi, seu construi minime possunt, nisi per spacium 300. cannarum a locis aliorum ordinum Mendicantium, vel eorum altero distantes fuerint, & ideo in præmissis Regulares cuiuslibet Mendic. ordinis quotiescumque eis opus fuerit, contra alios Mendicantes & non Mendicantes, omnesque alias personas Eccles. sub prædicta prohibitione comprehensas huiusmodi nouæ. Iulij II. ampliationis priuilegio, vti liberé, & licité possunt, non obstāte, quod omnes sint æque priuilegiati, quoniam in hoc præualet ille ordo, qui prius in loco domum habet ædificatam, cum iuxta vulgatam iuris Regulam, qui prior est tempore, potior sit in iure. Const. 2. Const. 8. Const. 14.

De eisdem locis per Regulares acquisitis retinendis, Cap. II.

PER Constitutionem Sixti V. sub die tertia Septemb. de anno 1586. emanatam, statuitur, quod Regulares Mendicantes loca, domos, & Ecclesias in quibuscumque mundi partibus, etiam in Insulis, & Regnis nouis Indiarum orientalium, & occidentalium per eos acquisitas, & a decem annis supra, & a totidē infra à die datæ prædictæ Constitutionis de consensu ordinariorum detentas, & possessas liberé, & licite absque vllo eorum conscientiarum scrupulo, aut censurarum incursu perpetuó retinere, & possidere valent, perinde, ac si eorum singula recepta de licentia Sedis Apostolicæ, & locorum ordinariorum, per eos obtenta fuissent, quibus quidem locis omnia, & singula priuilegia, quibus alia loca eorum- Const. 4.

dem Regularium fruuntur, & gaudent, pariformiter concessa existunt, neque tenentur ipsi Regulares docere de facultate, siue de licentia recipiendi dicta loca à Sede Apostolica, & locorum ordinariis obtenta, sed satis est pro sufficienti, & plena probatione omnium de necessitate probandorum tam in iudicio, quam extra, litteras priuilegii huiusmodi Sixti Quinti ostendere, & exhibere, exceptis de locis (vt præfertur) a decem annis supra, & citra a die editæ Constitutionis, in quibus ad dicendum de dicto ordinariorum consensu, & licentia, illamque ostendendam compelli possunt, sed prædictis decem annis elapsis, Regulares ab omni onere, & obligatione, de huiusmodi ordinariorum licentia, & consensu obtento liberi, & absoluti prorsus existent, & in d. locis per eos acquisitis, & detentis, tanquam contra ipsos ordinarios ex lapsu decennii præscriptis remanere, in illorumque pacifica possessione continuare poterunt, vt in dicta Const. Sixti V. plenius continetur.

De locis per Regulares receptis deserendis.
Cap. III.

Sixti IV. Const. 12.

GEneralibus ordinum ex priuilegio Apostolico conceditur licentia, atque facultas, vt ea loca, quæ suis Fratribus in toto ordine minus commoda, vel alias onerosa esse cognouerint, illa in manibus ordinariorum locorum libere dimittere, ac licitè deserere possint, non obstante Constitutione Bonifacii Papę Octaui, prohibente loca semel recepta a Regularib. per eos deseri posse; quoniam illi Sixtus Quartus per suas litteras derogauit. Quibus etiam Regularibus indulgetur, vt cum eis a prioribus locis ad alia se trasferre contingit, non solum ædificia, seu omnem illorum materiam locorum dimissorum dedicatis Ecclesiis dumtaxat exceptis, sed etiam Libros, Calices, & Paramenta secum ad alia loca, ad quæ se transferunt deferre valent, necnon ædificia ipsa cum solo, & aliis ad eadem loca dimissa pertinentibus (præter Ecclesias) vendere, illorumque precium in suorum vtilitatem conuertere valent secundum quod eis videbitur melius expedire, iuxta eiusdem Sixti quarti priuilegium, continentiam, & dispositionem.

Const. 1. Mare magni.

De Ecclesiarum & altarium benedictione, & consecratione. Cap. IV.

REgularium Ecclesiæ, & oratoria per eos recepta seu recipienda, nec non Altaria, & Cæmiteria ab alieno Episcopo ad eorumdem Regularium requisitionem consecrari, ac in Ecclesiis ædificandis primus lapis poni potest, vbi & quando Episcopus loci ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & instantia requisitus sine legitima causa prædicta facere, recusauerit, vel vltra quatuor menses distulerit. Bonif. 11. Const. 2.

Generales vero, Prouinciales, Priores, Guardiani, & Custodes, aliique dicto. Regularium superiores quocumque nomine vocentur, seu Fratres in Capitulis Generalibus ad id prouide deputatis ipsorum Ecclesias, Cæmeteria, Capitula, & Oratoria, recepta, & recipiẽda, ex indulto Apostolico solẽni benedictione licite benedicere valent, sicut etiam eis, & eorum prædictorum superiorum singulis paramenta, & ornamenta corporalia, ac alia quæcumque ad diuinum cultum, & suorum Fratrũ vsum necessaria, præter Calices, & Patenas, & vbi Chrisma nõ interuenit ex priuilegio eiusdem Leonis X. & Innoc. VIII. Iulii II. benedicere possunt; insuper quoad prædictorum ornamentorum benedictionem est aduertendũ, quod ex indulto Sixti IV. Fratres Min. Obseru. sacerdotes possunt paramenta Altaris, Missalia, ac indumenta Sacerdotalia (exceptis corporalibus) pro eorum vsu benedicere, quo quidem priuilegio Fratres Sacerdotes cuiuscumque alterius ordinis Mendicantium, per Communicationem libere, & licitè vti valent, huiusmodi autem benedicendi facultas quo ad ornamenta, & corporalia, ac paramenta predicta ex indulto Innoc. VIII. Vicariis Generalibus, necnon visitatoribus Congregationum ord. Eremitarum S. Aug. concessa existit. Generales autem ordinum, seu illorum Vicarii, paramenta, ornamenta, necnon corporalia non solum ad vsum suorum colorum, sed aliorum quoque similiter benedicere possunt. Fratrib. deinum Clericis, & laicis ad curam Sacristiæ deputatis, ex concessu Sixti IV. absque conscientiæ scrupulo Calices, Patenas, Corporalia, & alia paramenta, cum reuerentia tamen tangere licet: Monialibus vero, ac tertii ordinis Sororibus corporalia, & purificatoria lota prius a Fratribus tangere, eademque lauare ex indulto eiusdem Sixti IV. permittitur.

Honor. 4. Const. 8. Leo X. Const. 1. Leonis X. Const. 6. Iulij à 15 concess. 29. Eadẽ Const. 6. Compẽd. priu. Mi. in verb. Benedicere. in 6. Ex Comp. priu. Mi. verb. Benedicere.

Supple. priu. concess. 399.

Sixti IV. Const. 9.

De Ecclesiis, Oratoriis, & Cemeteriis pollutis reconciliandis. Cap. V.

o. Aqua de consec. Eccl. vel. Alta.

QVamuis de iure sacrorum Canonum prohibitum sit inferioribus Sacerdotibus Ecclesias, oratoria, & Cæmeteria sanguinis, vel seminis effusione polluta recōciliare, cum hoc ad solum Episcopum spectare adeo dignoscatur, vt neque ab eo prædictū munus eisdem Sacerdotibus possit demandari, cum ea, quæ iurisdictionis sunt dumtaxat, & non ordinis Episcopi inferioribus Sacerdotibus delegari valeant.

c. Aqua de consec. dist. 3.

Nihilominus Generales Prouinciales, Priores, Custodes, Guardiani eorumque Vicarii, & alii superiores, prælati pro tempore existentes eorum Ecclesias, Oratoria, & Cæmiteria sanguinis, vel seminis aut alias quomodocumque polluta, quoties opus fuerit (aqua tamen per aliquem Catholicum Episcoporum, vt moris est) benedicta, ex priuilegio Iulii II. solemniter reconciliare possunt, quibus quidem prælatis ex indulto Leonis X. etiam indulgetur quod in locis remotis existentibus, vbi Episcopum aquam benedicentem per duas diætas Fratres adire non possūt, aquam ipsam benedicere libere valeant, & cum illa Ecclesiam reconciliare. Vbi est notandum, quod aqua benedicta est duplex, alia quæ fit a simplici sacerdote cum sale ad aspergendum homines, & domus; alia est quæ fit ab Episcopo solum cum vino, & cinere; de qua fit mentio in c. Aqua, & in c. Proposuisti, de consecra. Ecclesiæ, & hæc necessaria est ad reconciliandam Ecclesiam consecratam, prima verò in reconciliatione Ecclesiæ non consecratæ adhibetur. Sed quia ipsis Regularium Prælatis tam suorum ordinum Ecclesias consecratas, quàm non consecratas pollutas reconciliare permittitur, ideo eis etiā aqua pro reconcilianda Ecclesia consecrata benedicere in casu, vt supra expressō, conceditur. Vnde prouide fieret, quod semper Regulares procurarent aliquam aquæ huiusmodi ab Episcopo benedictæ quantitatem apud eorum Ecclesias semper conseruatam habere.

De pena celebrantis in Ecclesia polluta ante reconciliationem Cap VI.

c. Is qui, de sent. excom. in

SAcerdos, qui in Ecclesia, vt supra, polluta, vel præsentibus maiori excommunicatione publice innodatis scienter celebrare præsumit, licet in hoc temerariè agens mortaliter peccet, irregularitatem tamen (cum id non sit in iure expressum) laqueum nō incurrit, proximus quidem est irregularitati, quia suspensus efficitur, qua suspensione durante si celebrare uadit irregularis. Celebrans vero scienter in Ecclesia, seu Oratorio, aut loco interdicto, nisi super hoc priuilegiatus existat, aut sit ei iure cō-cessum, irregularitatem incurrit, cuius quidem non nisi per Romanum Pontificem dispensandus.

6. Arg. a Episcopo-rum, de priu. in 6. d. c. Is qui §. si vero eod. tit. 4. Postulasti, § qua frustra, in fi. de cle. excom. vel deposito ministrant.

De iis, qui admitti, & quæ celebrari de iure communi in Ecclesia tempore interdicti licitè valeant. Cap VII.

TEmpore interdicti ab homine, vel à iure prolati non solum morientes sed viuentes tam sani, quàm infirmi ad pœnitentiam, quæ summè necessaria est, licitè admittuntur, dum tamen excommunicati non fuerint (qui admitti in articulo mortis tantum cō-stituti valent) & causam quocumque modo interdicto non dederint; In Ecclesijs vero interdictis singulis diebus Missæ, & alia diuina Officia sicut prius, celebrari possunt, submissa tamē voce, & ianuis clausis excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis non pulsatis, & in festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ Virg. Gloriosæ campanæ debent pulsari, & ianuis apertis alta voce diuina Officia sollemniter celebrari, excommunicatis personis exclusis, sed interdicti admissi, quibus ob reuerentiam festorum sollemnitatis, vt ipsi ad humilitatis gratiā, & reconciliationis affectum facilius inclinentur prætactis diebus per Sacros Can. participationem permittit diuinorum, sic tamen illi, vt propter quorum excessum interdictum fuerit prolatum, Altari nullatenus appropinquent In reliquis vero seruanda sunt ipsa interdicta, etiam per Regulares in eorum Ecclesijs non obstantibus eorum priuilegijs, quibus per Conc. Triden. in hoc tunc derogatum.

c. Alma mater, de sent. excom. in 6.

DE DIVINI OFFICII, ET MISSARUM celebratione. Tit. 19. Cap. I.

CVm in Missæ sacrificio ille idem Christus contineatur, incruentè immoletur, qui in ara crucis semel seipsum cruentè obtulit, ideo à sancta Synodo Tridentina declaratur,

Con. Trid. Sess. 22. ca. 2.

huiusmodi sacrificium non tantum esse sacrificium laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, sed vere propitiatorium per ipsumque fieri, vt si cum vero corde, & recta fide, metu, & reuerentia contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Quod Missæ sacrificium non nisi in locis Deo dedicatis offerri debet. Cap. II.

De consecr. dist. 1. Dext. c. 22.

SIcut non nisi a sacratis Deo Sacerdotibus Missas celebrari, ac sacrificia super Altare offerri licet, ita non aliis quam in Domino consecratis locis, id est, in tabernaculis diuinis precibus Pontificibus dedicatis Missam celebrare iuxta verba Domini dicentis; Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. Vnde per Concilium Trid. statutum fuit, vt sanctum hoc sacrificium in Eccl. & in dedicatis oratoriis designatis, & visitandis a sæcularibus, & Regularibus quibuscumque peragi, & offerri debeat, ex quo quidem decreto cessat priuilegium Regularibus concessum, quo eis permittebatur, vt Missam super Altare portatile quocumque loco honesto celebrare possent. Quæ tamen Missa nō ante diem, nec vespertino tempore, sed debitis horis, non vulgari lingua, neque sub certo Missarum, aut candelarum numero, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera religione inuentus est, celebrari, ac etiam sine aqua, lumine, in pane fermentato, seu calice ligneo sacrificare, sacrorum Canonum auctoritas prohibet, & sacerdos secus faciens ab officio suspendi mandatur. Missas verò Sanctorum, aliarumque solemnitatum extra sua tempora, hoc est extra illorum festa celebrare non licet, ideo aduertant Regulares, ne alias Missas votiuas ob suam, vel aliorum deuotionem prætermissas, quæ in Missali Romano ordinatæ fuere, celebrare, neque Missam [illegible], seu votiuam celebrando Missam de festo duplici currenti dimittere præsumant sicut etiam Missas votiuas non [illegible] de beata Maria suorum superiorum pro priuatis personis celebrare valent, vt infra dicetur. Demum ex constitutione Pii Quinti omnibus Sacerdotibus tam Græcis quam Latinis in virtute sanctæ obedientiæ, ac perpetuæ suspensionis

Decr. 1. de obseru. & eui tan. in celebr. Missæ Sess. 22. Sixti IV. in Mare magn. Conc Tri. Sess. 22. decr. 1. §. postremo & c. 8. eiusdem Sess. c. 9.

44. Litteras de celebrat. Missæ

à diuinis vel ibi [illegible], ne presbyteri Græci Latino more, & Latini Græco [illegible] in vigore [illegible] a Sede Apostolica [illegible], aut [illegible] Missas, & alia Diuina officia celebrare, vel celebrari [illegible]. *c. Quidam laicorum eo. tit.*

De remedio [illegible] Regularium Eccl. [illegible] quando [illegible] omnes, quæ ex defunctorum voluntate dicendæ sunt, celebrari non possunt. Cap. III.

QVoniam ante Concilium Tridentinum in multis Ecclesijs tam magnus numerus Missarū celebrandarum ex voluntatibus defunctorum testamentis impositus reperiebatur, vt illis pro singulis diebus à testatorib. præscriptis satisfieri minime poterat, vel Eleemosyna pro illis celebrandis adeo tenuis effecta erat, vt non facile inueniretur, qui tali muneri se subijcere vellet, vnde piæ testantium voluntates deperibant. Ideo per idem concilium Tridentinum Antistitibus, & Generalibus ordinum in eorum Capitulis generalib. est concessa facultas statuendi super prædictis ad pios vsus relictis adimplendis pro conscientia in illis Ecclesijs, ea quæ sibi magis ad Dei honorem, & cultum, & Ecclesiarum vtilitatem videbitur expedire, dummodo semper eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute ea legata ad pios vsus reliquerunt, ac cum huiusmodi facultas non [illegible] ad onera ante Concilium Trid. imposita extendatur, [illegible], & non in post dict. Concilium relictis Regularium superiores eā, vti debent, vt per sacram Congregationem Concilij Trid. interpretem [illegible] [illegible] Generali [illegible] [illegible] fuit *Sess. 25. c. 4. Contingit de reform.* Sed [illegible] remedium a dicto [illegible] Concilij Tridentini, [illegible] possint Generales [illegible] ex priuilegio Apostolico [illegible] cos communicato circa præfata authoritate Apostolica suos Fratres [illegible], vt in celebratione vnius Missæ nouenam, vel septenam, seu pauciores a dicto numero [illegible] Collectas, aut Commemorationes ad [illegible] Fratrum deuotionum pro tempore recitando pro nouem, septem, vel totidem integris Missis, [illegible] de Requiem, vel de quibus [illegible] Sanctorum dicendæ forent, etiam per Fratres [illegible] receptis [illegible] satisfacere [illegible] atque fidelibus qui dictis Eleemosynis [illegible] Missas [illegible] dicendas imposuerunt, plene pariter [illegible], necnon dictorum Fratrum [illegible] eodem modo exonerentur, ac si ipsi *Iulii II. Const. 7. Leo X. Const. 7. & 8.*

ipsi Fratres singulis fidelib. Missas singulas, & speciales de Requiem, vel de Sanctis iuxta eorundem fidelium deuotionem, & intentionem diuersis diebus integraliter celebrassent, exoneratæ existant. Circa quæ quidem Iulij S. eundi, Leonis X. priuilegia est aduertendum, quod per illa ipsis Generalibus indulgetur posse dispensare non solum super Missis receptis tempore datæ eorundem priuilegiorum, sed etiam pro postea receptis ante visitationem illorum, & tempus in quo petitur dispensatio, sed non possunt concedere Fratribus facultatem recipiendi Missas, seu Eleemosynas pro illis dicendis absque dispensatione, nam tunc videretur dari occasio nimis propinqua peccandi contra cap. Ex parte de consuetudine. Secundo est notandum, quod in dict. priuilegijs duo inter alia continentur quorum alterum est, quod Generales possint etiam extra tempus visitationis in præd. [illegible] dispensare. Alterum verò quod ipsi Generales per se ipsos prædictam dispensationem facere debent, & non per alios, illis huiusmodi potestatem dispensandi subdelegare, quia est potestas de faciendo, & non de dando, quod communiter non potest fieri æque bene per quemlibet, tum quia in vtraque Bulla dicto rū priuilegiorum de solis Generalib. facta est mentio, cuius ratio est, quia potestas hæc est magna, & requirit constantiam magnam, cum concernat vtilitatem publicam animarum etiam, quæ huius potestatis concessio est principaliter, & non solum iurisdictionis, sed etiam arbitrij auctoritatis, ac motus animi, qui non potest per alium concedi, iuxta Gl. in l. [illegible] ff. [illegible] sub. [illegible] etiam per ea quæ ostendit. Nau. de priuilegijs consil. & per Rotæ vlt. decis. [illegible] Vi. [illegible] antiquis.

Modus autem in prædicta dispensatione seruandus, hic est, quod primo ipsi Generali probetur præfatas Missas cum onere dicendi contractas propter necessitatem Ecclesiæ, & Fratrum [illegible] receptas. Secundo cognoscere quantitatem, & [illegible], deinde Fratribus iniungere [illegible] per [illegible] etiam celebrentur, quæ commode [illegible] possunt ab eis celebrari, & super [illegible] ubique [illegible] dumtaxat dispensare generaliter applicando benefactoribus, & qui Missas ipsas in Ecclesijs domorum, & locorum ordinis celebrandas mandauerunt, merita suffragiorum, orationum, sacrificiorum, ieiuniorum vigiliarum, disciplinarum, [illegible] aliorum quorumcumque bonorum, quæ in Ecclesijs, domibus, & locis vniuersi ordinis fiunt, & fient, quæ quidem dispensatio (vt præfertur) per Generalem facta per Summum Pontificem facta esse censetur. Demum omnia prædicta authenticè coram Secretario Reuerendiss. Patris Generalis, vel Notario Monasterij fiant, vt cum opus fuerit, extrahi possit fides de cognitione, & dispensatione præmissa, ac de in eis contentis atque in ipsis Bullis priuilegiorum.

Quibus etiam Regularibus per aliud priuilegium indulgetur, quod absque vlla suorum Superiorum dispensatione celebrando vnam Missam duntaxat, si Eleemosyna æquiualens vnius Iulij non [illegible] [illegible] data, aut quatuor Missæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], vel plurium [illegible] [illegible] Missa pro omnibus, & [illegible] [illegible] vim ad summam prædictam [illegible] [illegible] morationem [illegible] [illegible] eorum conscientij [illegible] [illegible] Quæ quidem priuilegia [illegible] Concilij Tridentini Decretis non contraria, [illegible] confirmata per communicationem ad omnes Regulares extensa omnes [illegible] vti [illegible] possunt.

Aduertendum est autem, quod Fratres cum [illegible] Conuentu, seu Conuentus illius domus, in qua ex [illegible] suorum obedientia collocantur, & ex eiusdem obedientiæ voto, neque velle, neque nolle [illegible], secundum præsidentis, seu Prælati, vel Superioris domus celebrare tenentur, qui est onerum sicut commodorum dispensator communis, & propterea Fratres cum ex [illegible] proprio, a [illegible] aliqua persona volunt Missam [illegible], licentiam a Superiori petere debent, [illegible] in eorum conscientiæ [illegible]. Multa quidem in hac materia dicenda essent, quæ breuitatis gratia omittuntur, sed hoc vnum memoriæ tenendum est, quod vltra tenorem, & continentiam prædictorum priuilegiorum non licet eisdem Regularibus absque peccato vnica Missa pluribus satisfacere, quantitate valoris, & meriti, cum sacrificij per Sacerdotem applicandi alicui pro Missa non possit absque iniustitia pluribus applicari, cum illa in plures distributa minor singulis [illegible].

Leo X. Const.

Silu. in ver. Missa 1 §. 12.

Sto. quodl. li. et. 10. Tie. vi 4. c. 17. 45. Nau. in Man. c. 25. n. 92. 5. 25.

De audientium Missam in Ecclesijs Mendicantium in diebus festis. Cap. IV.

OMnes vero vtriusque sexus Christi fideles, qui non coram proprio Sacerdote Parochiali in Eccl. Fratrum Ordinis, etiam Mendicantium Dominicis, & festis dieb.

Leo. X. c. 13.

 Missas

Missas audiunt præcepto Ecclesiæ de missam audiendo satisfaciunt, nec in ... peccati mortalis, seu pœnam incurrunt, prout per Sedem Apostolicam fuit declaratum.

De diuinis offic. & horis Canonic. ... Cap. V.

Cle. Gra-ue nimis de cel. Miss.

IN Ecclesijs Regularium Superiores omnem diligentiam adhibeant, vt horis debitis diurnum pariter, ac nocturnum Officium debitè à Fratribus persoluatur, non ipsi horas Canonicas transcurrendo, syncopando, non vana profana, seu inhonesta intermiscendo colloquia, sed cum puritate conscientiæ, & animi deuotione sacrificium laudis, fructum labiorum suorum Deo offerendo dicere, & psallere studeant, vt per sacrorū Canonum statuta disponitur, & mandatur Indultum est etiam Regular. quam clericis secularib. vt dum Sacrosanctæ Rom. Eccles.

Ex priv. Leo X. vi tēp. prin. in verb. Offic. §. 16.

Cardinalium seu quorumcumque Episcoporum gratiam, & communionem Apost. Sedis habentium commensales, & domestici existunt, se possint eis in diuinis officijs coaptare, & idem officium, quod ijdem Cardinales, seu Episcopi dicent, illud idem ipsi Regulares dicere licitè valeant, neque ad aliquod aliud dicendum teneantur, Item possunt Regulares si fatigati, vel

Leo X. c. 20.

alias legitime impediti officium diuinum sedendo, vel deambulando dicere, & satisfaciunt præter pro Capituli Docentes de celebr. Miss. de dicendo studiose partes, & deuote, etiam si nō integrè proferant verba prout scripta, propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam pronunciationem naturalem ex defectu linguę, seu alias

Per eundem Leonem, vt in com pen priu. §. 18.

qualitercumque ore, imperfectè dicant; etiam cum mentis distractione & sensuum vagatione, dum tamen non ex malitia hoc faciant, nec etiam stantib. defectibus prædictis non teneantur illud reiterare, sed faciant (vt dictū est præcepto Eccl. & eorum regulæ Quib. quoque indulgetur, quod Fratres, qui propter febrem, aut dolorem intentum, vel aliam infirmitatem fuerint grauati, & detenti, dicendo pro horis canonicis Psalmum, Hymnum, Pater noster, Aue Maria, vel aliqua alia iudicio Prælati, Præsidentis loci, seu Conuentus assignanda, pariter præcepto satisfaciant, licet et ... in eis occupationib.

Leo X. relat. in compe. pri. §. 20.

detentis, sine conscientiæ scrupulo officium anteponere, seu postponere ..., veputa dicendo matutinum ante ... noctem quacumque hora voluerint, & a ... horas de mane vsque ad vesperas exclusiuè, ... non sit multum necessaria, du ... anteponere, vel postponere, ... seu quietius dicere.

DE SEPVLTVRIS. Tit. 10. Cap. I.

ITemque quoque Regularib. non solum ex priuilegio, verum etiam in iure ... libera conceditur sepultura, ita vt vniuersi vtriusque sexus Christi fideles apud eorū ... Cemeteria, & Ecclesias sibi eligere valeant, ac eisdem Fratrib. indulgetur, vt præfatorū fidelium corpora, qui dum viuerent apud eorundem Fratrum loca sepeliri mandarunt, processionaliter cum Cruce, Thuribulo & Aqua benedicta cantando seu legendo Officium mortuorū, vel Psalmos, alienas ingredi possint parochias, indeq; illa asumere, & ad suas deferre Eccles. tumulanda, & præsertim quando presbyteri de leuatione requisiti hoc facere recusaverint, licet super hoc Fratres nullius licentiā petere teneantur. Quib. quidē presbyteris aliisq; religiosis districte inhibetur, ne inuitis Frat. aliquot. corpora defunctorum in eorum Cemeterijs sepeliri, aut in eorum Eccl. Missarum solemnia, vel pro an... b. eorum qui ad loca prædicta tumulanda feruntur, ibid. absque dictorum Frat. assensu, & voluntate exequias celebrare præsumant, neque etiam fratres ipsi, vel defuncti consanguinei possint cogi inuiti dicta corpora ad parochiales Eccl. aut ad alia loca deferre, & cū illis, vel sine, inibi celebrare pro eisdem defunctis aliqua diuina Officia ante, vel post sepulturam eorundē.

Mar. ma. §. eadem Const. 10.

Cl. Dudū de sepul. c Innoster eod. tit.

Sed quoniam Fratribus prædictis libera sepelien. apud Eccl. concessa est facultas saluo iure, et iustitia parochialium Ecclesiarum, a quibus corpora assumuntur, ideo est animaduertendum ... iuxta eorundē priuilegiorū declarationem de ijs, quæ ... feruntur, tantum ... debere, & de ... portionem canonicam, seu quartam ... Fratres sol... quæ præ... 40 ... ante Concil. Trid. cathedrali, seu parochiali persol... cuit, ca... persolui debet, quoiumq; priuilegio non obstante, et in decreto Concil. Tri. declarat. Quod vero ad ... iusta & rationabilis religionis, & loci consuetudo est & tendenda, & ... honestæ conuentiones inter Frat. & locorum ordinarius, ac Eccle. Rectores initæ, & legitime confirmatæ per dictos Generales in eorum Capitulis Generalibus obseruari debent.

Decreuit 13. sess. 25. de refor certi-§... de sepult.

d. Mare magnum Sixt. IV. Const. 2.

Extrau. Inter cūctas de pri. §. porro.

De eandem is verò quæ ad manus Frat. in funeralib. dantur, neque de legatis, seu relictis, tam in vltima voluntate, & quam inter viuos donatis, dictis Frat. & eorum Eccl. & locorum fauorem expositis, nulla est detrahenda, seu soluenda portio.

De

De Regularibus, qui apud loca ordinis sunt tumulandi, etiamsi alibi elegerint sepulturam. Cap. II.

Sixti 4. In Mari magno Const. 4. Inno 4. fol. 163. c. Religiosi de sepult. in 6.

FRatres professi, Nouitij, & Oblati in habitu Religionis decedentes, nec non Moniales vtriusque Tertiarij, tam collegialiter viuentes, quam in proprijs consanguineorum domibus habitantes, cum ex vi professionis, & obedientiæ voti emissi velle, vel nolle non habeant, sepulturam extra Ecclesias ordinis sibi eligere non possunt, neque etiam Tertiarij ratione habitus illius ord. quem susceperunt (vt in c. de Tertiarijs dictum est) & propterea eorum corpora cum decedere contingit, sunt omnino apud ord. sui loca sepelienda, iuxta priuilegiorũ continentiam, secus si à proprijs Monasterijs, & locis prædictis adeo essent remota, quod ad ea commode portari non possent, tunc enim alibi sepeliri non valent. Qui demum ob deuotionẽ cum habitu alicuius ex ordinib. Mendicantium in morte sepeliri mandant, patenter, & sine pallio, aut alio tegumẽto ad sepulturã apud ordinis Ecclesias deferri debent, & contra impedientes pœna excommunicationis statuitur.

c. Eccle siã & li. 2. de con se. dist. 1. c. Quicunque de hære in sexto. c. Tertiarijs ... de tornea mentis, Silu. in verb. Sepul nu. 9. Con Tri. c. 19. de testabilis §. quæro, Seß. 25. Et Const. P. iV. c. omnis vtriusque sexus de pen. & remiss. c. Super quodam, de stat. Monach. in fi. cap. quib. 13. q. 2. c. Proobeuntibus 13. q. c. fi. de male dictis, c. Quamquã

De personis, quæ iuxta Sacrorum Cano. dispositionem Ecclesiarum sepultura priuantur. Cap. III.

QVi vero in loco sacro sepeliri a Sacris Canonibus prohibentur, sunt ij videlicet.

Infidelis, Paganus, & Iudæus.

Hæretici, illorumque receptatores, defensores, & fautores.

Morientes in torneamento, in quo scilic. milites ex condicto conuenire, & ad ostentationẽ virium suarum congredi solent, etiamsi aliquãtulum superuixerunt, & pœniteant.

Decedentes in publico, vel priuato duello, & eorũ patrini, ac etiã spectatores ex industria.

Congredientes quocumque modo cũ tauris, & alijs feris bestijs in publ. priuatisque spectaculis.

Qui se ex desperatione, & iracundia, non ex fatuitate, vel casu, & præter suam intentionem occiderint: nam vt in dicto Can. legitur: Quibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis post mortem adiuuari non possunt, quia quos peccata grauiora deprimunt, si in Sacris locis se sepeliri faciunt, restat, vt de sua præsumptione iudicentur cum sacra loca eos non liberent, sed de culpa temeritatis accusent.

Qui in Paschate illius anni peccata sua non sunt confessi, neque SS. Eucharistiæ Sacramentũ ex præcepto Ecclesiæ non receperunt, dummodo de omissione notorie constet.

Monachi, seu Religiosi Regulares in proprietate decedentes reperti.

Peccatores notorij in ipso notorio mortali morientes, vt meretrices, & alij huiusmodi, nisi Ecclesiæ fuerint reconciliati, vel saltem signa contritionis in eis apparuerint, ad quod probãdum vnus testis de notorio sufficit. de vsuris in 6. Cle. Eos de sepult. s.

Blasphemantes Deũ, & Sanctos, & præsertim gloriosissimã Virginem impœnitenter recedentes. 1 sem. de sent. excom in sexto Sil.

Manifesti vsurarij. v. Se. n. 10. Cle.

Publicè excommunicati, & nominatim interdicti. Eos de sepult.

Illi, quib. est interdictus ingressus Ecclesiæ, si in illo interdicto impœnitentes decedunt.

Pueri ex ventre matris extracti, & absque Baptismo morientes.

De pœna recipientis ad sepulturam Ecclesiasti. aliquem in aliquo ex casibus prædictis scienter. Cap. IV.

SAcerdotes, qui se enter excommunicatos, & interdictos publicè, necnon manifestos vsurarios sepeliunt, vltra peccatũ mortale in excommunicatis sententiã incidunt, ipso facto, à qua nullatenus absolui possunt, nisi prius ad arbitrium ordinarij eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhiberint competentem, nullo circa prædicta exemptionis, vel quouis alio priuilegio sub quacumque forma concesso suffragante; in alijs vero casibus peccatum mortale tantum incurrit. Recipiens demum ad sepulturam in loco Sacro sciẽter hæreticè credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum est ipso facto sententia excõmunicationis innodatus, à qua absolui non valet (vt a condignam satisfactionem) nisi proprijs manibus publicè exhumulet, & foras projiciat huiusmodi corpora damnatorum, quod quidem seruandum est quotiescumque discerni possunt, alias non, cum non expediat, quod cũ excommunicatorum ossibus corpora exhumulentur fidelium: nam sicut iustis in patria non obest sepultura nulla, vel vilis, ita impijs in Inferno existentibus celebris, vel speciosa nõ prodest, quemadmodum Sacri Canones declararunt. Animabus vero, quæ pœnis purgatorij expiandæ detinentur, prodest quidem si earum corpora in Ecclesias sepeliantur, cum earũ proximi, quoties ad eadem Sacra loca veniunt, sacrorumque sepulturam aspiciunt, recordentur, & pro eis preces Domino fundant, ex quo quidẽ sepultura monumentum merito appellatur, eo quod viuorum mentẽ moueat. Vnde sequitur, quod sicut ratione, & occasione Ecclesiasticæ sepulturæ corporibus animatum purgatorij traditæ alleuationem ex viuorum suffragijs

c. Quoniã de heret. in 6. d. c. Sacris, in fine. c. Sacris. de sepult. in fi. c.

Greg. pre cas. c. cum dem cau. er q. 14. Pro obeuntibus eod. cau.

consequuntur, ita corpora dam... tum maiorem cum ... um damn ... pot ... quam solutionem in Eccles ... tur, vt D. Gregorius ait: nam illi (...) qui grauiora peccata d... sepeliri mandent, test... vt d... iudicentur, quia co... non ... sed de culpa temer... atis accusant, & Deo pro impijs, quamuis bap... fuerint, ... sacrificia offerre Sancta Mater Eccl. ... ibuit.

DE PRAECEDENTIA IN PVBLICIS *processionibus, & funeralibus inter Regulares Mendicantes. Tit. 21.*

Cap. I.

c. Controuersias, Sess. 25.

QVoniam Regulares omnes, etiam Monachi iure nouissimi Conc. Trid. ad processiones publicas vocati, accedere tenentur, & ad ... as compelli, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt, ideo ne inter eosdem Regulares in processionibus ipsis publicis, ac etiam ijs, quæ in tumulandis defunctorum corporibus fiunt controuersiæ de præcedentia oriretur, sicuti persæpe cum maximo scandalo suboriri consueuerant, per idem Con. Trid. illas omni appellatione remota, componendi, inter omnes Ecclesiasticas personas, tã sæculares, quam Regulares Episcopo attributa

d. c. 13. ead. Sess.

fuit facultas. Quo vero ad Regulares Mendicantes, quam per nouissimas Constitutiones Pij V. & Greg. XIII. fuerit circa illarum præcedentiã diuersimode prouisum, & declaratum, nihilominus, (vt inf. dicetur) concordantur, quoniã in Bulla eiusdem Pij V. statuitur, quod fratres ordinis Prædicatorum, primum digniorem, & honorabiliorem locum inter cæteros quorumcumque aliorum ord. Mend. religiosos, tam in sessionibus & Congreg. quorumcumque generalium, prouincialium, & Synodalium ... in processionibus ministerijs, & ... actibus ... in quibuscumq; ci... castris, & alijs locis ... uncant, & ... præcedentia om... dere debeant, etiam ... alij Religiosi Mend. etiam per immemorabile tempus illos præcedere consueuerint, omnibus aliorum ordinum Mend. pro tempore religiosis in virtute sanctæ obed. & sub pœna excom. ipso facto incurrenda inhibetur, ne in præmissis Fratres Prædicatores molestare, inquietare, aut quoquomodo impedire audeant, vt latius in d. litteris continetur.

Greg. 13. Const. 2. ...

In alia vero Gregorij Decimitertij Const. cauetur, quod quicumque ex dictis Fratrib. Mend. ... se, & Confratribus Confraternitatum ... præcedentia huiusmodi contendentibus ... possessione præcedentiæ, ac iuris præcedendi ... in processionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant. Quando vero non probatur, aut non constat de quasi possessione præcedentiæ, statuitur, quod inter Fratres Mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres vero inter se ... illi qui prius sacris vsi sunt in processionibus tam publicis, quam priuatis præcedant, ita vt si contingat noua monasteria, aut domus alicuius ord. Mendicantium in loco, in quo alterius ord. ex dictis Mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, & instituta fuisse, & esse ille ordo, qui prius monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat. Declaratur tamen per hanc eandem Greg. Decimitertij Constitutionem, quod nullum præiudicium Fratribus Cappucinis generetur, quin sub Cruce Fratrum minorum S. Francisci, (vt solent,) incedere possint, neque etiam priuilegio Fratribus ordinis prædicatorum per Pium V. concesso, ipsemet Gregorius noluit in totum derogare quoad præeminentiam, & digniorem locum inter alios ordines in sessionibus & congregationibus Conciliorum, & in alijs actibus, tam publicis, quam priuatis obtinendum, sed tantum, quoad processiones publicas, & illas, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus prædicto priuilegio Pij V. moderatum extitit, vt in eisdem litteris Gregorij plenius declaratur. Præterea, inter Fratres diuersæ Congregationis eiusdem tantum ord. & ... habitus in processionibus, siue funeralibus, separatio per alterius ordinis Fratres fieri omnino per priuilegia prohibetur. Demum per sacram Regularium Congregationem, quoad huiusmodi Regularium præcedentiam in hæc verba declaratum fuit.

Sacra Congregatio illustrissimorum, & Reu. S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præfecta, ad tollendas omnes lites, & controuersias, quæ inter Regulares plerumque solent oriri super eorum præcedentia in processionibus, cæterisque, actibus, tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obseruandum censuit, quod in hac alma Vrbe omnium magistra seruatur, die 30. Augusti, 1593.

Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. Alexandrinus retulit supra scriptam Congregationis tenoren-

tentiam Sanctissimo placuisse, & iuxta eam in casib. occurrentib. semper referibi, & opportunum fore videbitur, generalem Const. .. desuper fieri mandasse, illa Greg. XIII. quæ incipit, Exposcit, alijsque contrarijs quibuscumque non obstantibus.

DE SVFFRAGIORVM COMMVNIONE, *quæ participatio ad beneficia ordinis nuncupatur, & per Regularium Prælatos fieri contingit,*

Tit. 22. Cap. I.

Const. 4. QVoniã Iulius II. decreuit ad omnes fundatores, fundatrices, procuratores, procuratrices, tutores, & tutrices, eorumque vtriusque sexus liberos, necnon ordinum Mendicantium conseruatores præsentes, & futuros omnium, & singularum Missarum, ieiuniorũ, orationũm, sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonorum operum, quæ per vniuersos dictorum ord. Fratres, & Sorores perpetuò fieri

Conc. Tr. Sess 14. can. 130. 1 Tit. 2. Io t. 11. & ibid. Cir. li. 1. Cap. 33. Esa. 1. 65. Tort. cal. solm, & non est vir mech Sotus, dist. 1. qu. 2. & 5. 140 D. Th 3. p. q. 48. ar. ad 3. & ibi Gai. Conc. Tr. Sess 6 ca. vls & Sess. 14. c. 8. & Cã. 14. rel. per. Hen. Henr. è soc. Ies. li de indul. cap. Con. Tr.

consueuerunt, auctor omnium bonor. Christus Iesus participes fecit: id ò est fatendum, quod hominem à culpis mortalib. & à pœnis pro eis debitis multipliciter solui, & liberari contingit, primo quidem interiori foro animæ per Sacramentum pænitentiæ, & eius partes, nempè per cordis contritionem, & oris confessionem, atque operis satisfactionẽ, quo sola Christi satisfactio, & meritũ homini attrito applicatur, cui statim culpa mortalis, quæ propter materia Sacramenti, remittitur, & pœna æterna in temporalem commutatur, in præsenti sæculo, aut in purgatorio persoluenda, dicitur solum Christi meritum applicari, eo quia solus Christus est mediator Dei, & hominũ, non tamen, quia est substantiale mediũ, quod participat vtriusque extremi naturam (vt patres exponunt,) sed quia vt homo est præcipuus noster intercessor, & ipse solus meruit omnib. nobis remissionem peccatorum, augmentũ gratiæ, & vitæ æternæ præmium, ratione illius infinitæ virtutis & dignitatis, ad quæ quidem sancti nõ concurrunt, nisi per modum exempli, exhortationis, & deprecationis, vt effectus Sacramenti sit in nobis efficax absque impedimento, sed quia, (vt dictũ est) remissa culpa mortali, remanet adhuc quædam pœna pro peccato Deo debita soluenda: ideò Christus ad illam remittendam tanquã leuis redemptionis genus, sanctos sibi amicos Dei, coadiutores honorando in ostentationem suæ potentiæ, & bonitatis illis, & alijs iustis condonare voluit, vt ex iustitia pro alterius pœna temporali satisfacere possent, quod quidem satisfactioni Christi non derogat, sed illius potentiã, & ... ostat, dum causis creatas secum in præmissis cooperantes assumit, & propterea ex hoc nedum summus Pontifex, sed alij etiam Ecclesiarum, & ord. Regular. prælato possunt (sicuti consueuerunt) alios, quod voluerint ad participationem sacrificiorum, & oblationum, alio rumque bonorum operum subditorum, quæ in futurum fiunt in eorum communitate, aut Religione admittere, atque recipere, ac eorũ præcepto, & intentione quotam satisfactionis subditorum in suam dispositionem applicandum reseruare, necnon Missas, aliasq; satisfactiones pro illis, quos ad participationem admiserant specialiter offerre, & offerri mandare, prout Diuus Anselmus, & Bernardus, ac alij antiqui Patres per suas litteras subditorum suffragia diuersis fidelibus commiserunt, valatius Thom. Vualden. attestatur, ex quib. ergo constat, non solum orationes, & sacrificia, vetum & ieiunia, disciplinas, vigilias, aliosque labores religiosorum posse in vim satisfactionis per prælatos alijs ascribi, & condonari, dummodo ratio meriti ipsis Religiosis, qui illa operantur, & priuantur, integra seruetur. Nõtandũ est etiam, quod Regularium Prælati in huiusmodi applicatione facienda claue iurisdictionis minimè vtuntur, neque vllam faciunt absolutionem, seu relaxationem, sed meram solutionẽ & satisfactionem, labore duntaxat suæ familiæ concedunt, quæ quidem solutio, ad hoc valide fiat, & illis, quibus applicatur, verè possit ... ijs, orationibus, alijsque bonis operib. in futurum faciendis, & non præteritis fieri debet, quoniam opera meritoria, quæ debita pœnatum facientium excedunt, nisi dum fiunt applicentur in thesauro Ecclesiæ per solum Papam fidelib. distribuenda iure communi reseruantur, Quare dum prælati Regularium per suas patentes litteras priuatas personas ad beneficia ordinis recipiunt, de illis, quæ inde subsequutura sunt fieri debent, & de illis dumtaxat intelliguntur.

Sess. 6. ca. 13 de iust. & s. Passarel. ord. Mini. ut col. lec. priu. no. 22. de Sacramẽtalib. li. 3. tit. 10. ca. 95. Idem Passe. nos. 22. in fin.

DE MONIALIBVS REGVLARIVM *Curæ, & regimini subiectis. Tit. 23. Ca. I.*

MOniales, quæ per se ... secundi ord. quorumcumq; Regular. dicentur, in Monasterijs sub Regula approbata, & clausura viuentes per Generales, & alios superiores iuxta eorundem constitutiones, & sacrorum Canon & præsertim Concil. Trid. decreta, tã in capite, quàm in membris, visitari, corrigi, & reformari debent, necnon Abbatissas, seu Prio-

 rissas,

tissas, & alias monasteriorum Præfectas, Officiales, Conuersas, & famulas ibidem instituere, mutare, transferre, & alia ordinare & sub pœnis, de quibus eis videbitur, mandare, statuere, prout secundum Deum eis magis videtur expedire, ac etiam in foro conscientiæ illas tanquam sibi subditas, sicut primi ord. personas ligare, & soluere, iuxta eorundem priuileg. continentiam, licitè, & liberè valent.

Seß. 25. ca. 1. Quoniam Cle. Attendẽtes, de stat. Mon. d. Cle. Attendentes, eod. tit. c. Super eo, de Regul.

Et quia Prælatis, & Superiorib. prædictis per eiusdem Con. Trid. decretum præcipitur, vt in earum visitatione singulis annis facienda omnem curam adhibeant, vt tam viri, quàm mulieres ad regulæ, quàm professæ sunt, præscriptum vitam instituant, & componant, vota obedientię, castitatis, & paupertatis, & si qua alia sunt ab eis emissa, necnon præcepta ad communem victum, & vestitum conseruanda, fideliter obseruent, & per eosdem Prælatos obseruari faciant, & præsertim illa, quæ ab eodem sacro Concil. Trident. quoad Moniales statuta sunt, ideo Prælati, & alii Monialium Superiores Regulares in eorum visitatione diligendi præseruatione inquirere debent, ne quid sit inductum in earum disciplinam, quod non pium, & sanctum dicatur, cum Deo, & non hominibus desponsatæ existant, ac deinde quæ sint Professæ, atque Nouitiæ examinentur.

Si tempore præscripto fiat professio, si habitus Professarum, & Nouitiarum sit distinctus.

Si Regulam, quàm professæ sunt, maximè circa substantialia paupertatem, obedientiam, & continentiam, silentia, ieiunia, & carnis abstinentiam, extra tamen casus necessitatis, obseruent.

Si vestes debitas gestent.

Si tempore debito celebrent Officia, & an omnes conueniant.

Anne sint aliquæ receptæ per Simoniam.

Si habent debitam clausuram, portæ clauduntur tempore congruo, & hora conuenienti, vt inf. dicetur, & ab eis custodiatur inuiolabiliter clausura.

Si habent conuersationes, & præsertim virorum suspectas, periculosas, aut scandalosas.

Qualiter Abbatissa, Vicaria, & aliæ Præfectæ Monasterii officium suum compleant.

Qualiter se gerat Confessor, qui non nisi probus, prouectæ ætatis, ac probatæ vitæ quantum fieri potest, & doctrina præditus eligi, & deputari debet. Qui etiam, ne nimia familiaritate aliquis contemptus oriatur, procurent Prælati vt vbicumque commodè fieri poterit, Confessores, & Gubernator. in domib. ipsis monast. coniunctis non habitent, & si quando ex necessitate aliqua loci dictorum Superior. arbitrio habitatio relinquenda sit, tunc crates, rotæ, & omnia alia huius generis, quæ ad clausuram maximè pertinent, nullo modo in dictis habitationibus permittantur, quin immo muro quam primũ obstruantur, & etiam in dictis domib. non habitẽt.

Prouideant &: Superiores, quod rotæ, per quas mittuntur, aut recipiũtur à Monialib. opportunæ, paruæ sint, & ferris interiectis munitæ, singulis vero fenestris, & ad loquendũ destinatis, sint duplices illæ crates infixę, nõ minus palmo inter se distantes, ex quib. non liceat Monialib. cum mare aliquo colloqui nisi nigro velo obductis, præterquã cum patre, auo, aut alio consanguineo, vsq; ad tertium gradum exclusiue, etiamsi licentia ab eisdẽ Superiorib. habeant, & inobedientes prout contumacia, aut negligentia exegerint pœnas subeant.

Præcipiant quoq; in virtute sanctæ obedientiæ ipsis Monialib. & etiam sub priuationis, & suspensionis pœna eorũ arbitrio imponenda, ne permittãt intra claustra Monasterij colonis, aut quibuscumq; aliis, quacumque de causa cibum dari, sed statim reb. adportatis, iumentisq; exoneratis, extra clausuram exire rogantur.

Prohibeant etiam ne Moniales litteras secretas recipiant, neque ipsæ scribant, nisi primũ à præfecta reuideantur, libros honestos habeant, non nutriant canes, Moniales plures non simul dormiant, & cellæ semper ab Abbatissa, seu Prælata visitentur, in communi dormitorio, si fieri commode possit, dormiant, in quo de nocte stãt luminaria accensa, in communi Refectorio comedant, & interim semper aliqua lectio habeatur, neque alicui extra d. Refectorium sine licẽtia Superioris id facere liceat, musicis instrumentis non vtantur, nec colloquiis profanis se maculent, orationi studeant, obedientiam seruent, & dissensiones inter se fugiant, neque rixandi materiam sibi inuicem præbeant, & incorrigibiles seuere corrigantur, à superfluis sumptibus, & expensis tam in earum festis, quæ circa nutriatos, & alios, dum habitum regularem tradunt, vel professionem emittunt, necnon à muneribus priuatis, etiam sibi ipsis omninò abstineant, sub pœnis in Constitutione S. D. N. Clementis Octaui contentis. Const. 1.

Insuper prouideant, quod vbi dictarum Monialium Monasterijs Ecclesia non est publica, sed Conc. Tr. S. f. 24. c.

10. §. qua vero. sed intra septa, & claustra, seu Chorum, Sanctissimum corpus Christi, non retineatur, non obstante quocunque priuilegio, & si Ecclesia extra clausuram fuerit, in ea honeste, atque decenter conseruetur, neque in ea aliqua porta sit, ex qua intro ad ipsum Monasterium aditus pateat, vt ex Constitutione Gregorij XIII. prohibetur, & hoc in illis partibus, in quibus dicta constitutio fuerit recepta. Attendant, etiam vt ipsae Moniales singulis mensib. sua peccata confiteantur, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant iuxta canonicas sanctiones, praesertim Conc. Trid. & de ijs Moniales in eorum constitutionibus admoneri Superiores ipsi prouideant, & praeter Ordinarium, & Confessarium, bis, aut ter in anno alius extraordinarius offeratur, & deputetur, qui singularum confessiones audiat, & salutari poenitentia iniuncta, eas absoluat, quod optime sancitum est, ne ex longa frequentatione vnius confessoris, Moniales, aliquando conscientiam suam examinare, de singulisque commissis confiteri, siue ex verecundia, aut confusione retineantur. Commendent etiam ipsi Superiores Moniales, vt otium maxime fugiant, ideo semper legant, orent, diuinaque meditentur, aut alicui honesto, & condecenti exercitio vacent cat.bus communibus quo ad possunt se se abstineant: quod nisi fiat, in desideriis erit omnis earum voluntas, & earum animarum pernicie, & damnatio extrema. Et vt Moniales quas Dei timor a malo forsan non retineat, temporariae correctionis formido exterreat: ideo curent Superiores, vt in omnibus Monasterijs sibi subiectis locus carceri destinetur. Demum statum Monasterij videant, & singulas ipsius, ac eius partes prout Spiritus Sanctus dabit eis, & ex facti apparentia viderint expedire, diligenter inquirant, & rationem administrationis examinent.

Clem. Ne in agro §. sane de stat. Mo.

Sess. 25. c. 1.

Con Tri. ss. c. 10.

De Abbatissae, & Priorissae, seu Ministrae aetate, qualitate, ac illius electione, confirmatione, & officio. Cap. II.

Con. Tri. Sess. 25. c. 7.

ABbatissa, & cuiuscumq; nominis praefecta, vel praeposita Monasterij appelletur, non minor annis 40. & quae octo annis post expressam profess. laudabiliter vixerit, eligenda est, sin minus, alia, quae triginta annum excesserit, & quinque annis saltem post professi. recte vixerit, eligi potest Superiore consentiente, quod si nulla praedictis qualitatib. in eodem Monast. reperiatur ex alio eiusdem ord. eligi valeat, cuius quidem electio fieri debet per vota secreta, vt singularum eligentium nomina nunquam publicentur, & in reliquis Monast. Constitutiones seruentur, cum hoc tamen, quod Superior, qui electioni praeest, clausuram Monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat, haec aût Monasterij praefecta non perpetua, sed triennalis tantum est eligenda, quae postmodum elapso triennio suo officio perfuncta praeesse desinat, omni prorsus careat auctor. regimine, & administratione, & per triennium a die finitae administrationis inchoandum abstinere debeat, quo elapso, seruata ead. forma Conc. Trid. iterum eligi potest, & si secus attentatum fuerit, electio, ac omnia inde secuta nullius roboris vel momenti fore, & esse decreuit Gregor. XIII. in sua Constit. quae tamen praedicta in Monasterijs Monialium in Italia consistentibus locum duntaxat habet. Greg. 13. Const. 5.

Et cum, (sicut praefertur,) Abbatissa electa, & confirmata fuerit, aduertenda est, ne excommunicet, aut absoluat, neue interdicat, seu alicuius ord. officium exerceat, quod expresse prohibitum est, nec velum alicui dare praesumat, siue aliam velare, neq. confessionem audiat, aut aquam benedictam, seu paenitentiam imponat, sed vbi est de consuetudine alijs committere, obseruandum est, & vltra ea, quae superius dicta sunt, in praecedenti capitulo, Monasterij clausurae maxime inuigilet, procurando, vt die noctuq; illud clausum existat, & claues teneat ipsa sola & praesertim in nocte, nec indifferenter omnibus, sed prudenti, & conscientiosae consignet, egressum custodiat, & ingressum non nisi, vt intra in capite de clausura permittat, ad crates vero locutorius communem Monialem non solam, sed cum auscultatrice honesta, atque prouectae aetatis accedere sinat, nisi ipsa cameo... mittari voluerit, omnem familiaritatem Monialium cum quibuscumque euitari facere studeat, & ipsa sit prima. Deuotos eis habere minime permittat, attendat quod viuant in communi, & quod omnia lucra in communi habeantur, omnibus tanquam mater communis de necessarijs prouideat, & praesertim infirmis, & Nouitijs, frequenter vero Capitulum de culpis, seu saltem semel in hebdomada habeat, in quo ad obseruantiam regulae suae adhortetur, contra regulam sine magna causa, & praecipue quoad temporal ... proprietatem in Regulari retinendam non dispenset. Item omni studio operetur, vt Moniales in Choro conueniant, & ipsa in aliarum exemplum semper sit prima, & quod diuinum offic. ū

c Noua de poenit. & remiss. Innocen. in d. c. Dilecta 4. dis. ca. Multorum.

Anto. Arch. Flor. 3. par. sit. tit. 16. Abbatij

 tem-

tempore, & modo debito sine loquutionibus varijs, sed studiose pariter, & deuote ab omnibus persoluatur, curet etiam quod statutis, vt supra, temporibus sua peccata confiteantur, & Sacramentum Eucharistiæ deuote recipiant, & quod [illegible] confessarij, qui [illegible] seruitio deputati, necnon Moniales Officiales cum omni diligentia suum officium exerceant, & [illegible] reliquis Monialibus in victu, vestitu, & colloquio, alijsque actionibus, vt simul omnibus ad cælestia regna ducatum præstet, & gaudeant, ipsam mattem accepisse.

c. Indemnitatib. § fane, de elect. in 6.

Quo vero ad benedictionem Abbatissæ, est aduertendum, quod [illegible] ad vitam eligitur, vt forsan extra Italiam, & vbi consuetudo est, quod benedicatur, est omnino seruanda, imo si intra annum electa, & confirmata benedictionem non acceperit, officio, & administratione [illegible]

Clem. Attendentes de sta. Mona. b.

[illegible] ac, [illegible] quæ benedictio [illegible] non est huiusmodi solemnitas adhibenda, quoniam dictarum Abbatissarum benedictio non est iterabilis, & tamen iterari sæpe contingeret, cum in locis vbi triennales eliguntur, & iterum atque iterum [illegible], iterum etiam benedicendæ [illegible] Moniales in [illegible] Abbatissas benedictas electæ permaneterent, quod esset inconueniens, & hæ præcedere debent dummodo aliter per Sedem Apostolicam non fuerit statutum, & ordinatum.

Nau. de Regular. cons. 4.

De Monialium Clausura. Cap. III.

cap. Periculoso de stat. reg. in 6. Concil. Trid. c. 5. Ses. 25. Pius V. Const. 4.

Bonifacij VIII. Constitutione per sacrum Concil. Trident. innouata, ac per Pium V. & Gregorium XIII. confirmata statuitur, vt vniuersæ, & singulæ Moniales cuiuscumque Religionis sint, & ordinis, vel Militiarum etiam Hierosolymitani, in quibusuis Monasterijs, & domibus iam receptæ, in posterum recipiendæ tacite, vel expresse Religionem professæ etiam [illegible], vel quocumque alio nomine [illegible], in quibusuis Mundi partibus existentes, sub perpetua in suis Monasterijs debent permanere clausura, ita vt nulli earum quacumque [illegible] exceptis casib. [illegible] Monasteria ipsa egredi liceat sub censuris, & pœnis ipso facto incurrendis appositis, [illegible], & mandatis conspectibus [illegible] Deo valeant liberius, [illegible] opportunitate sublata, corde corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Moniales vero [illegible] quæ reperiuntur, quæ ex consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione suæ regulæ clausuræ prædictæ animo obstinato resistere volunt, per ordinarios locorum vna cum earum Superioribus [illegible], ad eandem [illegible] dam, ac seruandam compellantur. Mulieres quoq. Tertiariæ, & quæ [illegible] cuiusuis ord. [illegible] viuentes, [illegible] professæ [illegible] votum emiserint, ad clausuram præcise tenentur, & [illegible] votum solemne non emiserint, ad illud emittendum, & pro [illegible] ab ordinarijs vna cum earum Superioribus hortari, & suaderi debent, & post illius emissionem, professionem clausuræ [illegible]. Quod si id facere recusauerint, & [illegible] omnibus illis [illegible] Congregatione vel [illegible] professionis emissione, & clausura viuere omnino volentibus interdicitur, & prohibetur, ne in futurum vlla alia prorsus in suum ordinem, Religionem, & Congregationem per [illegible] recipiatur, alias receptio, [illegible] professio nulla, & irrita per eandem Pij V. Constitutionem declaratur.

Ad quos spectet clausuræ custodia. Cap. IV.

d. c. Periculoso, §. & quoniam Concil. Trid. d. c. ea. Sess. Eugen. in ea. 5.

Patriarchis primatibus, Archiepiscopis & Episcopis districte in virtute sanctæ Obed. sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipitur, quatenus eorum quilibet in ciuitate, & diœcesi propria in monasterijs Monialium sibi ordinatio iure subiectis [illegible] vero, quæ ad Rom. immediate spectant Ecclesiam Sedis Apostolicæ authoritate: Abbates vero, & alij tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiarum monasteriorum, & ordinum quorumcumque in monasterijs sibi subiectis de clausura conueniente prouidere, illam determinare, ponere, & declarare, & vbi violata est, diligenter restitui, & vbi inuiolata existit, conseruari maxime procurare tenentur.

De casibus in quibus Moniales clausuræ propria Monasteria exire, & egredi valent. Cap. V.

Pius V. c. i. d. c. Periculoso, Conc. Trid. d. c.

Conuersæ, ac etiam Moniales professæ, [illegible] anno [illegible] quadragesimo, pro colligendis eleemosynis per Ordinarium, vel Superiorē Regularē pro tempore in casū respectiue monasterijs deputare, necnō ex causa magni in cendij,

§. si nemini, Eug. 111. c. 1. Conc. Trid. c. 2. Abbatissa §. quod si Nau cons. 38. lt 3 de Aeg. n 3.6 7. d. ca. 5. Sess. 25. § nemini. c. Si qua Monach. 27. q. 1. Pij 5. c. 10 Const. 9. Conslit. 1. d. c. Periculoso per Con. Tri. innouatum, in fi. § per hoc autem.

cendij, vel infirmitatis, lepræ, vel epidimiæ, vel aliquo alio modo laborantes, ita vt cum alijs absque graui periculo, seu scandalo commorari non possint de Episcopi tantum licentia, si monasteria ei fuerint subiecta licitè exire valent. si vero Monasteria Regularium, curæ atque regimini supposita extiterint, tunc informatione cognitio, illiusque approbatio per Superiorem Regularem cui monasterij cura incumbit, vna cum loci ordinarij interuentu fieri, & ab ijs coniunctim licentia eis exeundi expressè, & in scriptis concedi potest, nonnisi ad necessarium tempus extra illa permansuris. Quibus etiam additur, quod prælati Regulares possunt Moniales sibi subditas de vno monasterio ad aliud eiusdem ordinis causa correctionis, vel nouæ fundationis transferre, cum correctio, seu noua fundatio legitima causa exeundi esse videatur, nec obstat ca. Concilij Tridentini quo statuitur, vt huiusmodi causa exeundi ab Episcopo approbari debeat, quoniam cum Prælati Regulares cuiuscumque ordinis illa eadem per ipsos omnino possint in Monialibus suorum ordinum sibi subditas, quæ possunt Episcopi in clericos, & laicos sibi subiectos, tam quo ad absoluendi, & dispensandi, quam alias quascumque facultates, etiam post Concilium Tridentinum concessas feruntur, quod causæ prædictæ, ex quibus approbationem valde facere possunt, Episcopali autem approbatio in non exemptis monasterijs ordinario, ac etiam immediatè Sedi Apostolicæ subiectis reseruitur, in alijs vero exemptis monasterijs, & quæ Regularium ordinum prælatis subiunt, approbatio huiusmodi ad ipsos prælatos Regulares spectat, & non ad Episcopum, cum ipse quoad prædicta, & alia ad curam, & regimen dictorum monasteriorum concernentia nullam in ea iurisdictionem, & potestatem sibi attributam habeat, vt expresse in dictis iuribus supra allegatis, & in Constitutione Pij V. quo ad Monialium clausuram de anno 1566. quæ incipit; Circa pastoralis officij edita, §. per hoc autem, expresse declaratur. Quo vero ad exitum Monialium a propria clausura in tribus casib. suprà enumeratis nempe magni incendij, lepræ, aut epidimiæ, in altera Bulla Pij V. expressis eorundem causarum cognitio, & approbatio per Episcopum, & Superiorem coniunctim fieri debet, iuxta eiusdem Constitutionis tenorem, & continentiam.

Const. 12.

De pœnis, quas incurrunt Moniales extra casus permissos e proprijs Monasterijs egredientes, & Superiores licentiam eis concedentes. Cap. VI.

Pius V. Const.

MONIALES à monasterijs, in quibus fuerint professæ, præterquam in casibus supra expressis exeuntes, non solum ipsæ verum etiam illis se comitantes, & personæ tam sæculares, quam Ecclesiasticæ, etiam consanguineæ eas recipientes, necnon Superiores extra casus prædictos, & absque rationabili causa licentiam exeundi concedentes vltra peccatum mortale, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo absque alia declaratione eo ipso innodati existunt. a qua non nisi a Romano Pont. præterquam in mortis art. absolui possunt, & insuper tam Moniales egressæ, quam illarum Superiores vltra prædictos casus licentiam concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, vel eos obtentis eo ipso priuantur, & ad illa, & alia in posterum obtinenda inhabiles redduntur.

De Monasterijs Monialium non ingrediendis, & de casibus, in quibus ingressus licitè permittitur. Cap. VII.

c. Periculoso, de statu Reg. In 6. d. c. 5. Sess. 25. § ingred. d. cap. 5. Con. Tri. § darc.

CVM non minus deceret pro Sanctimonialium quiete, & honestate, vt earum monasteriorum clausura tam quoad ingressum, quam quo ad egressum custodiretur. Ideo ex sacrorum Canonum sanctionibus, & nouissime ex decreto Conc. Trid. prohibitum fuit omnibus cuiuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis, ne intra septa monasterij Monialium absque Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda ingrediantur. A cuius quidem prohibitionis lege nonnulli casus excipiuntur, in quibus prohibitio huiusmodi relaxatur, & ingressus licitè conceditur, dummodo infrascripta requisita simul concurrant, videlicet causa rationabilis, & manifesta vrgentia ornata, quæ monasterij, & Monialium vtilitatem, seu necessitatem concernunt, & per ipsasmet Moniales alias fieri nequeunt: requiritur deinde Superioris licentia, quæ quidem ab Episcopo loci ordinario pro Monasterijs sibi subiectis, pro illis vero immediate ad Sedem Apostolicam spectantibus ab eodem Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato concedi debet, pro

De personis, quibus licentia ingrediendi, ac etiam permanendi danda est.
Cap. VIII.

Pius V. Const. 5.

OMNIBVS Monialium seruitiis, & obsequiis temporalibus deputandis, Gubernatoribus, Prouisoribus, Medicis, Pistoribus, Famulis, & Famulabus, ac aliis quibuscumque artificibus per Prælatum, seu Superiorem Prouincialem, aut eius Vicarium in Monasteriis suæ prouinciæ sibi subiectis prius approbatis, ab eo licentia in scriptis concedenda est, & tunc, & non ante in dict. Monasteriis introducendi sunt. Conuersæ, ac etiam Professæ in domibus contiguis, cum licentia superiorum habitantes pro colligendis eleemosynis deputatæ, possunt aliarum Monialium clausuram ingredi in illis tantum casibus, in quibus per earum Constitutiones eis permittitur, vt in Bulla Pii Quinti declaratur. Item puellis religiosas effici volentibus pro experiendis seu probandis monasteriis, ac etiam aliis in illis educationis gratia ingrediendi, & permanendi licentia pariter conceditur. Et quamuis puellas educari in Monasteriis vsque ad 25. annum detineri Concilio Tridentino non contrarietur, tamen non est passim permittendum, aut aliis quibusdam conditionibus adhibitis (vt infra) concedendum, & primo.

Paulus Fus. Episcop. Sarnen tractat de visit. l. 2. de Monial. nu. 27. & 28.

1. Quod tale sit Monasterium, quod primum consueuerit puellas educandas recipere.

2. Quod de consensu Abbatissæ, & Monialium, & non minor octo annis recipiatur

3. Tertiò quod puellæ (sic vt præfertur) introductæ eo vestitu in monasterio vtantur, qui in virginali modestiæ, & honestati conueniat.

4. Quod nulli famulam secum adducere, aut retinere permittatur.

5. Quod vltra 25. annum inibi permanere non concedatur.

6. Quod ad eamdem legem clausuræ seruandam sicut reliquæ Moniales teneantur.

d. c. 5 eodem Sess. 25 §. nemo.

7. Quod si semel a Monasterio egressæ fuerint, nunquam in idem amplius intromittantur, nisi causa infirmitatis curandæ & cum licentia egrediatur.

8. Quod a Superiore in scriptis licentia habeant, quam Superiores Regulares dumtaxat prædictis pro subiectis sibi Monasteriis dare licitè potest, & debet, quemadmodum olim per Illustriss. A. Cardinalem Caraffam nomine totius Congregationis interpretis Concilii Tridentini ad supplicationem, & dubitationem diuersorum Priorum Fratrum Sancti Dominici prouinciæ Romanæ responsum fuit, quod etiam ex iuris communis dispositione satis congruū, & comprobatum esse videtur, vt ad illos huiusmodi licentias dare pertineat, qui facultatem, & potestatem Moniales includendi habent, illarumque clausurā custodire ex officio tenentur.

d. c. periculoso per Conc. Tr. innouat.

9. Puellis verò seu mulieribus pro suscipiendo habitu religionis ingredi volentibus si numerum Monialium iam designatum iuxta Monasterii annuos redditus, seu Eleemosynas, consuetas commodè sustentandarum excedat, licentia non à superioribus Regularibus, sed a Summo Pontifice, vel a sacra Regularium Congregatione est concedenda & ab ea per superiores Regulares cum interuentu Episcopi loci ordinarii impetranda & iuxta dict. Congregationis ordinem exequenda.

Conc. Tr. Sess. 25. c. 3. concedit § in prædictis d. c. periculoso §. sanè.

De iis, qui absque aliorum Superiorum licentia ingredi possunt. Cap. IX.

GEneralis, Prouinciales, seu eorū Vicarii, aut Commissarii, & alii superiores Regulares, quocumque nomine appellentur, necnon monialium cōfessarii pro tempore deputati Monasteriis sibi subiectis, facultatem ingrediendi iure etiam priuilegiorum habent. nō tamen ea ad libitum, sed pro ministrandis Ecclesiasticis Sacramentis nō solum Monialib. in extremis constitutis, verum etiam illis, quæ aliquando non mortali, sed diutina infirmitate adeo detentæ sunt, vt ad crates communes, ac etiam sepeliendis corporib. decedentiū Monialium, nec non pro illis, ab incendio præseruandis, aut a latronib. defendendis, aliisq; rationib. & necessariis causis, prout secundum Deum, eis magis expedire videbitur, licite vti debent, & valent, a paucorib. tamen iisque senioribus ac religiosis personis, si fuerint prælati, iuxta Constitutionem Gregorii XIII Confessariis vero ab vno tantum clerico eiusdem ordinis ætate prouecto, comitati existant, vt ex Constitutione Gregorii Noni latè disponitur. Quod si extra casus, vt supra declaratos, & alios necessarios, sed ad libitum ingrediantur ipso facto excommunicati sunt ab omni officio,

Greg. 13. Const. 5.

Const. 4.

Missas audiunt præcepto Ecclesiæ de missam audiendo satisfaciunt, nec [illegible] peccatum [illegible], seu [illegible] prout per Sedem Apostolicam fuit declaratum.

De diuinis officijs & horis Canonicis [illegible]. Cap. V.

IN Ecclesijs Regularium [illegible] omnem [illegible] manifeste [illegible] Officium debite à Fratribus persoluitur, non [illegible] horas Canonicas [illegible], non vana profana, seu [illegible] intermiscendo colloquia, sed cum puritate conscientiæ, & animi deuotione [illegible] fructum labiorum suorum Deo offerendo dicere, & psallere studeant, prout per sacrorum Canonum statuta disponitur, & mandatur. Indultum est etiam Regularibus, quam clericis secularibus, qui dum Sacrosanctæ Rom. Eccles. Cardinalium seu quorumcunque Episcoporum gratiam, & communionem Apost. Sedis habentium commensales, & domestici existunt, se possint eis in diuinis officijs conformare, & idem officium, quod ijdem Cardinales, seu Episcopi dicent, illud idem ipsi Regulares dicere licitè valeant, neque ad aliquod aliud dicendum teneantur. Item possunt Regulares si fatigati, vel alias legitime impediti officium diuinum sedendo, vel deambulando dicere, & satisfaciunt præcepto Capitulo [illegible] de celebr. Miss. de dicendo [illegible], & deuote, etiam si nō integre proferant verba prout scripta, propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam prolationem naturalem ex defectu linguæ, seu alias qualitercumque ore imperfecte dicant; etiam cum mentis distractione & sensuum vagatione, dum tamen non ex malitia hoc faciant, nec etiam stantib. defectibus prædictis non teneantur illud iterare, sed faciant (vt dictū est) præcepto Eccl. & eorum regulæ. Quib. quoque indulgetur, quod Fratres, qui propter febrem, aut dolorem intentum, vel aliam infirmitatem fuerint grauati, & detenti, dicendo pro horis canonicis [illegible], Hymnum, Pater noster, Aue Maria, vel aliqua alia iudicio Prælati, Prælatis loci, seu Conuentus assignanda, pariter præcepto satisfaciant. [illegible] occupationib. detentis, [illegible] officium anteponere, seu postponere [illegible], vtpura dicendo matutinum ante [illegible] quacumque hora voluerint, & [illegible] de mane vsque ad vesperas [illegible] non sit multum necessaria [illegible] ponăt, vel postponant [illegible], seu quietius dicere.

Cle. Graue nimis de cel. Miss.

Ex priu. Leo X. vt cōp priu. in verb. Offic. §. 16.

Leo X. c. 20.

Per eundem Leonem, vt in compen priu. §. 18.

Leo X. relat. in compe. priu. §. 20.

DE SEPVLTVRIS. Tit. 10. Cap. I.

ITemque quoque Regularibus [illegible] ex priuilegio, verum etiam iure [illegible] libera conceditur sepultura, ita vt vniuersi vtriusque sexus Christi fideles apud eorum loca Cœmeteria, & Ecclesias sibi eligere valeant, & eisdem Fratribus indulgetur, vt præfatorum fidelium corpora, qui dum uiuerent apud eorundem Fratrum loca sepeliri mandarunt, processionaliter cum Cruce, Thuribulo, & Aqua benedicta, cantando seu legendo Officium mortuorum, vel Psalmos, alienas ingredi possint parochias, indeq. illa assumere, & ad suas deferre Eccles. tumulanda, & præsertim quando presbyteri de leuatione requisiti hoc facere recusauerint, licet super hoc Fratres nullius licentiā petere teneantur. Quib. quidē presbyteris aliisq. religiosis districte inhibetur, ne inuitis Fratribus [illegible] corpora defunctorum in eorum Cœmeterijs [illegible], aut in eorum Eccl. [illegible] vel pro [illegible] eorum [illegible] ad loca prædicta [illegible] deferantur, ibid. absque dictorum Fratr. assensu, & voluntate exequias celebrare præsumant, neque etiam Fratres ipsi, vel defuncti consanguinei possint cogi [illegible] dicta corpora ad parochiales Eccl. aut ad alia loca deferre, & [illegible], inibi celebrare pro eisdem defunctis aliqua diuina Officia ante, vel post sepulturam eorundē.

Sed quoniam Fratribus prædictis [illegible] sepelire apud Eccl. concessa est [illegible] iure, [illegible] parochialium Ecclesiarum, [illegible] [illegible] priuilegiorum declaratione [illegible] [illegible] canonicam, [illegible] [illegible] præteritis 40 annis ante Concil. Trident. [illegible] obseruatam [illegible] decreto Concil. Trid. declarat. Quo [illegible], iusta & [illegible] religiosis, & loci consuetudo est [illegible], & [illegible] conuentiones inter Frat. & locorum ordinarios, ac Eccle. Rectores initæ, & legitime confirmatæ per dictos Generales in eorum Capitulis Generalibus obseruari debent.

De candelis verò quæ ad manus Frat. in funeralib. dantur, neque de legatis, seu relictis, tam in vltima voluntate, & quam inter viuos donatis, dictis Frat. & eorum Eccl. & locorum fauorem [illegible] positis, nulla est detrahenda, seu soluenda portio.

De

Mar. ma. § eadem Const. 1.

Cl. Dudū de sepul. c Inposter. eod. tit.

Decreuit 13. Sess. 25. de refor certis [illegible] de sepult.

d. Mare magnum Sixt. IV. Const. 1.

Extrau. Inter cūctas de priu. §. porro.

De Regularibus, qui apud loca ordinis sunt tumulandi, etiamsi alibi elegerint sepulturam. Cap. II.

FRatres professi, Nouitij, & Oblati in habitu Religionis decedentes, nec non Moniales vtriusque Tertiarij, iam collegialiter viuentes, qui non in proprijs consanguineorum domibus habitantes, cum ex vi professionis, & obedientiæ votum emissi velle, vel nolle non habeant, sepulturam extra Ecclesias ordinis libere eligere non possunt, neq; etiam Tertiarij ratione habitus illius ord. quem susceperunt (vt in c. de Tertiarijs dictum est) & propterea eorum corpora cum decedere contingit, sunt omnino apud ord. sui loca sepelienda, iuxta priuilegiorum continentiam, secus si a proprijs Monasterijs, & locis prædictis adeo essent remota, quod ad ea commode portari non possent, tunc enim alibi sepeliri non valent. Qui demum ob deuotionem cum habitu alicuius ex ordinib. Mendicantium in morte sepeliri mandant, patenter, & sine pallio, aut alio tegumento ad sepulturā apud ordinis Ecclesias deferri debent, & contra impedientes pœna excommunicationis statuitur.

De personis, quæ iuxta Sacrorum Cano. dispositionem Ecclesiarum sepultura priuantur. Cap. III.

QVi vero in loco sacro sepeliri a Sacris Canonibus prohibentur, sunt ij videlicet.

Infidelis, Paganus, & Iudæus.

Hæretici, illorumque receptatores, defensores, & fautores.

Morientes in torneamento, in quo scilicet milites ex condicto conuenire, & ad ostentationē virium suarum congredi solent, etiamsi aliquātulum superuixerunt, & pœniteant.

Decedentes in publico, vel priuato duello, & eorū patrini, ac etiā spectatores ex industria.

Congredientes quocunq; modo cū tauris, & alijs feris bestijs in publ. priuatisq; spectaculis.

Qui se ex desperatione, & iracundia, non ex fatuitate, vel casu, & præter suam intentionem occiderint: nam vt in dicto Can. legitur: Quibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortem adiuuari non possunt, quia quos peccata grauiora deprimunt, si in Sacris locis se sepeliri faciunt, restat, vt de sua præsumptione iudicentur cum sacra loca eos non liberent, sed de culpa temeritatis accusent.

Qui in Paschate illius anni peccata sua non sunt confessi, neq; SS. Eucharistiæ Sacramentū ex præcepto Ecclesiæ non receperunt, dummodo de omissione notorie constet.

Monachi, seu Religiosi Regulares in proprietate decedentes reperti.

Peccatores notorij in ipso notorio mortali morientes, vt meretrices, & alij huiusmodi, nisi Ecclesiæ fuerint reconciliati, vel saltem signa contritionis in eis apparuerint, ad quod probandum vnius testis depositio sufficit.

Blasphemantes Deū, & Sanctos, & præsertim gloriosissimā Virginē impœnitenter recedentes.

Manifesti vsurarij.

Publicè excommunicati, & nominatim interdicti.

Illi, quib. est interdictus ingressus Ecclesiæ, si in illo interdicto impœnitentes decedunt.

Pueri ex ventre matris extracti, & absque Baptismo morientes.

De pœna recipientis ad sepulturam Ecclesiasticam in aliquo ex casibus prædictis sepeliter. Cap. IV.

SAcerdotes, qui se enter excommunicatos, & interdictos publicè, nec non manifestos vsurarios sepeliant, vltra peccatū mortale in excommunicatis sententiā incidunt, ipso facto, à qua nullatenus absolui possunt, nisi prius ad arbitrium ordinarij eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem, nullo circa prædicta exemptionis, vel quouis alio priuilegio sub quarumque forma concesso suffragante, in alijs vero casibus peccatum mortale tantum incurrit. Recipiens demum ad sepulturam in loco Sacro sciēter hæreticos credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum est ipso facto sententia excōmunicationis innodatus, à qua absolui non valet (vltra condignam satisfactionem) nisi proprijs manibus publicè extumulet, & foras proijciat huiusmodi corpora damnatorum, quod quidem seruandum est quotiescumque discerni possunt, alias non, cum non expediat, quod cū excommunicatorum ossibus corpora extumulentur fidelium: nam sicut iustis in patria non obest sepultura nulla, vel vilis, ita impijs in Inferno existentibus celebris, vel speciosa nō prodest, quemadmodum Sacri Canones declararunt. Animabus vero, quæ pœnis purgatorij expiandæ detinentur, prodest quidem si earum corpora in Ecclesias sepeliantur, cum earū proximi, quoties ad eadem Sacra loca veniunt, sacrorumque sepulturam aspiciunt, recordentur, & pro eis preces Domino fundant, ex quo quidē sepultura monumentum merito appellatur, eo quod viuorum mentē moueat. Vnde sequitur, quod sicut ratione, & occasione Ecclesiasticæ sepulturæ corporibus animarum purgatorij traditæ alleuationem ex viuorum suffragijs conse-

Sixti 4. In Mari magno Const. 1. Inno 4. fol. 163. c. Religiosi de sepult. in 6. c. Ecclesiis & li. 2. de consec. dist. 1. c. Quoniam que de here. in sexto. c. Felicis de tornea mentis, Sılu. in verb. Sepul nu. 9. Con Tri. c. 19. de testabilis. §. quero, Sess. 25. Et Const. PijV. c. omnis vtriusque sexus de pen. & remiss. c. Super quodam, de stat. Monach. in fi. cap. quib. 13. q. 2. c. Proob. ountibus q. c. fi. de mute dicto, c. Quinquā

de vsuris in 6. Clemens de sepult. c. Item de sent. excom in sexto Sel. v. Se. n. 10 Cle. Eos de sepult.

c. Quoniā de hæret. in 6. d. c. Sacris, in fine. c. Sacris de sepult. in fi. c.

nentiam Sanctissimo placuisse, & iuxta eam in casib. occurrentib. semper rescribi, & opportunum fore videbitur, generalem Constitut. desuper fieri mandasse, illa Greg. XIII. quæ incipit, Exposcit, aliisque contrarijs quibuscumque non obstantibus.

DE SVFFRAGIORVM COMMVNIONE, quæ participatio ad benefi ... ur, & per Regulares Prælatos fieri contingit,

Tit. 22. Cap. I.

QVoniã Iulius II. decreuit ad omnes fundatores, fundatrices, procuratores, procuratrices, tutores, & tutrices, totamque
Const. 4. vtriusque sexus liberos, necnon ordinum Mendicantium conseruatores præsentes, & futuros omnium, & singularum Missarum, ieiuniorũ, orationum, sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonorum operum, quæ per vniuersos dictorum ord. Fratres, & Sorores perpetuò fieri
Conc. Tr. consueuerunt, auctor omnium bonor. Christus
Sess. 14. Iesus participes fecit: ideo est fatendum, quod
can. 130. hominem à culpis mortalib. & à pœnis pro eis
1 Tit. 2. debitis multipliciter solui, & ... contingit,
Io c. 11. primo quidem interiori foro animæ per Sacra-
& ibid. mentum pœnitentiæ, & eius partes, nempè per
Cer. li. 1. cordis contritionem, & oris confessionem, at-
Cap. 23. que operis satisfactioné, quo sola Christi satis-
Es. 1. c. 65. factio, & meritũ homini attrito applicatur, cui
Torc. cal. statim culpa mortalis, quæ est propria materia
solum, & Sacramenti, remittitur, & pœna æterna in tem-
non est poralem commutatur, in præsenti seculo, aut in
vir mecti purgatorio persoluenda, dicitur solum Christi
Sotus, meritum applicari, eo quia solus Christus est
dist. 1. qu. mediator Dei, & hominũ, non tamen, quia est
2. & 5. substantialiter mediũ, quod participat vtriusque
140 D. extremi naturam (vt patres exponunt,) sed quia
Th 3. p. vt homo est præcipuus noster intercessor, & ip-
q. 48. ar. se solus meruit omnib. nobis remissionem pec
ad 3. & catorum, augmentũ gratiæ, & vitæ æternæ pre-
ibi Gai. mium, ratione illius infinitæ virtutis & digni-
Conc. Tr. tatis, ad quæ quidem sancti nõ concurrunt, nisi
Ses. 6 ca. per modum exempli, exhortationis, & depreca-
vlt. & tionis, vt effectus Sacramenti sit in nobis effi-
Ses. 14. c. cax absque impedimento, sed quia, vt dictũ est)
8. & Cã. remissa culpa mortali, remanet adhuc quædam
14. rel. pœna pro peccato Deo debita soluenda: ideò
per Hen. Christus ad illam remittendam tanquã leuis re-
Henr. à demptionis genus, sanctos sibi amicos Dei, co-
Soc. Ies. adiutores honorando in ostentationem suę po-
li de in- tentiæ, & bonitatis illis, & alijs iustis condona-
dul. cap. re voluit, vt ex iustitia pro alterius pęna tempo-
Con. Tr. rali satisfacere possent, quod quidem satisfa-

ctioni Christi non derogat, sed illius potentiã, & gloriam illustrat, dum causas creatas secum in Ses. 6. ca.
præmissis cooperantes assumit, & propterea ex 13. de in-
hoc nedum summus Pontifex, sed alij etiam Ec- stif. & c.
clesiarum, & ord. Regular. prælato possunt (secu- Paul. rel.
ti consueuerunt) illos, quod voluerint ad parti- ord. Mi-
cipationem sacrificiorum, & oblationum, aliorumque bonorum operum subditorum, quæ in nim. in col-
futurum fiunt in eorum communicare, aut Re- lec. priu.
ligione admittere, atque recipere, ac eorũ præ no. 22. de
cepto, & intentione quotãm satisfactionis sub- Sacramẽ-
ditorum in suam dispositionem applicandum tal. lib. li. 3.
reseruare, necnon Missas, aliasq; satisfactiones tit. 10. ca.
pro illis, quos ad participationem admiserant 95. Idem
specialiter offerre, & offerri mandare, prout Di- Passe.
uus Anselmus, & Bernardus, ac alij antiqui Pa- not. 22. in
tres per suas litteras subditorum suffragia di- fin.
uersis fidelibus commiserunt, valatius Thom. Vualden. attestatur, ex quib. ergo constat, non solum orationes, & sacrificia, verum & ieiunia, disciplinas, vigilias, aliosque labores religiosorum posse in vim satisfactionis per prælatos alijs ascribi, & condonari, dummodo ratio meriti ipsis Religiosis, qui illa operantur, & priuantur, integra seruetur. Nõtandũ est etiam, quod Regularium Prælati in huiusmodi applicatione facienda claue iurisdictionis minimè vtuntur, neque vllam faciunt absolutionem, seu relaxationem, sed meam solutioné & satisfactionem, labore duntaxat suæ familiæ conceduntur, quæ quidem solutio, ad hoc valide fiat, & illis, quibus applicatur, vere possit, de sacrificijs, orationibus, alijsque bonis operib. in futurum faciendis, & non præteritis fieri debet, quoniam opera meritoria, quæ debitas pœnarum facientium excedunt, nisi dum fiunt applicentur in thesauro Ecclesiæ per totum Papam fidelib. distribuenda iure communi reseruantur, Quare dum prælati Regularium per suas patentes litteras priuatas personas ad beneficia ordinis recipiunt, de illis, quæ in de subsequutura sunt fieri debent, & de illis ... intelliguntur.

DE MONIALIBVS REGVLARIVM Curæ, & regimini subiectis. Tit. 23. Cap. I.

MOniales, quæ perso... secundũ ord. quorumcumque Regular. viuentur, in Monasterijs sub Regula approbata, & clausura viuentes per Generales, & alios superiores iuxta eorundem constitutiones, & sacrorum Canon & præsertim Concilij Trid. decreta, tã in capite, quàm in membris, visitari, corrigi, & reformari debent, necnon Abbatissas, seu Prio-

 rissas,

rissas, & alias monasteriorum Præfectas, Officiales, Conuersas, & familias ibidem instituere, mutare, transferre, & alia ordinare & sub pœnis, de quibus eis videbitur, mandare, statuere, prout secundum Deum eis magis videtur expedire, ac etiam in foro conscientiæ illas tanquam sibi subditas, sicut primi ord. personas ligare, & soluere, iuxta eorundem priuileg. continentiam, licite, & liberè valent.

Sess. 25. ca. 1. Quoniam Cle. Attendentes, de stat. Mon. d. Cle. Attendentes, eod. tit. c. Super eo, de Regul.

Et quia Prælatis, & Superiorib. prædictis per eiusdem Con. Trid. decretum præcipitur, vt in earum visitatione singulis annis facienda omnem curam adhibeant, vt tam viri, quàm mulieres ad regulæ, quàm professæ sunt, præscriptum vitam instituant, & componant, vota obedientiæ, castitatis, & paupertatis, & si qua alia sunt ab eis emissa, necnon præcepta ad communem victum, & vestitum conseruanda, fideliter obseruent, & per eosdem Prælatos obseruari faciant, & præsertim illa, quæ ab eodem sacro Concil. Trident. quo ad Moniales statuta sunt, ideo Prælati, & alii Monialium Superiores Regulares in earum visitatione diligenti præseruatione inquirere debent, ne quid sit inductum in earum disciplinam, quod non pium, & sanctum dicatur, cum Deo, & non hominibus desponsatæ existant, ac deinde quot sint Professæ, atque Nouitiæ examinentur.

Si tempore præscripto fiat professio, si habitus Professarum, & Nouitiarum sit distinctus.

Si Regulam, quàm professæ sunt, maximè circa substantialia paupertatem, obedientiam, & continentiam, silentia, ieiunia, & carnis abstinentiam, extra tamen casus necessitatis, obseruent.

Si vestes debitas gestent.

Si tempore debito celebrent Officia, & an omnes conueniant.

Anne sint aliquæ receptæ per Simoniam.

Si habent debitam clausuram, portæ clauduntur tempore congruo, & hora conuenienti, vt inf. dicetur, & ab eis custodiatur inuiolabiliter clausura.

Si habent conuersationes, & præsertim laicorum suspectas, periculosas, aut scandalosas.

Qualiter Abbatissa, Vicaria, & aliæ Præfectæ Monasterii officium suum compleant.

Qualiter se gerat Confessor, qui non nisi probus, prouectæ ætatis, ac probatæ vitæ quantum fieri potest, & doctrina præditus eligi, & deputari debet. Quinetiam, ne nimia familiaritate aliquis contemptus oriatur, procurent Prælati vt vbicumque commodè fieri poterit, Confessores, & Gubernator. in domib. ipsis monast. coniunctis non habitent, & si quando ex necessitate aliqua loci dictorum Superior. arbitrio habitatio relinquenda sit, tunc crates, rotæ, & omnia alia huius generis, quæ ad clausuram maximè pertinent, nullo modo in dictis habitationibus permittantur, quin immo muro quam primum obstruantur, & etiam in dictis domib. non habitent.

Prouideant & Superiores, quod rotæ, per quas mittuntur, aut recipiuntur à Monialib. opportunæ, paruæ sint, & ferris interiectis munitæ, singulis vero fenestris, & ad loquendũ destinatis, sint duplices illæ crates infixæ, nõ minus palmo inter se distantes, ex quib. non liceat Monialib. cum morte aliquo colloqui nisi nigro velo obductis, præterquã cum patre, auo, aut alio consanguineo, vsq; ad tertium gradum exclusiue, et tamen licentia ab eisdem Superiorib. habeant, & inobedientes prout contumacia, aut negligentia exegerit pœnas subeant.

Præcipiant quoq; in virtute sanctæ obedientiæ ipsis Monialib. & etiam sub priuationis, & suspensionis pœna eorũ arbitrio imponenda, ne permittant intra claustra Monast. colonis, aut quibuscumq; aliis, quacumque de causa cibum dari, sed statim reb. adportatis, inmentisq; exoneratis, extra clausuram exire cogantur.

Prohibeant etiam ne Moniales litteras secretas recipiant, neque ipsæ scribant, nisi prius à præfecta recognoscantur, libros honestos habeant, non nutriant canes, Moniales plures non simul dormiant, & cellæ semper ab Abbatissa, seu Prælata visitentur, in communi dormitorio, si fieri commode possit, dormiant, in quo de nocte stãt luminaria accensa, in communi Refectorio comedant, & interim semper aliqua lectio habeatur, neque alicui extra d. Refectorium sine licẽtia Superioris id facere liceat, musicis instrumentis non vtantur, nec colloquiis profanis se maculent, orationi studeant, obedientiam seruent, & dissensiones inter se fugiant, neque rixandi materiam sibi inuicem præbeant, & incorrigibiles seuere corrigantur, a superfluis sumptibus, & expensis tam in earum festis, quæ circa natalitios, & alios, dum habitum regularem tradunt, vel professionem emittunt, necnon à muneribus priuatis, etiam sibi ipsis omnino abstineant, sub pœnis in Constitutione S. D. N. Clementis Octaui contentis. *Const. 2.*

Insuper prouideant, quod vbi dictarum Monialium Monasterijs Ecclesia non est publica, *Conc. Tr. Sess. 24. c.*

sed

10. §. quã vero.

sed intra septa, & claustra, seu Chorum, Sanctissimum corpus Christi, non retineatur, non obstante quocunque priuilegio, & si Ecclesia extra clausuram fuerit, in ea honeste, atque decenter custodiatur, neque in ea aliqua porta sit, ex qua intro ad ipsum Monasterium aditus pateat, vt ex Constitutione Gregorij XIII prohibetur, & hoc in illis partibus, in quibus dicta constitutio fuerit recepta. Attendant, etiam vt ipse Moniales singulis mensibus, sua peccata confiteantur, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant iuxta canonicas sanctiones, præsertum Conc. Trid. & de ijs Moniales in eorum constitutionibus admoneri Superiores ipsi prouideant, & præter Ordinarium, & Confessarium, bis, aut ter in anno alius extraordinarius officiatur, & deputetur, qui singularum confessiones audiat, & salutari pœnitentia iniuncta, eas absoluat, quod optime sancitum est, ne ex longa frequentatione vnius confessoris, Moniales, aliquando conscientiam suam examinare, de singulisque commissis confiteri, siue ex verecundia aut confusione retineantur. Commendent etiam ipsi Superiores Moniales, vt ocium maxime fugiant, ideo semper legant, orent, diuinaque meditentur, aut alicui honesto, & condecenti exercitio vacent casibus communibus quo ad possunt se abstineant: quod nisi fiat, erit in desiderijs erit omnis earum voluntas, & earum animarum pernicie, & damnatio extrema. Et vt Moniales quas Dei timor a malo fortasse non reuocat, temporariæ correctionis formido coerceat: ideo curent Superiores, vt in omnibus Monasterijs sibi subiectis locus carceris destinetur. Demum statum Monasterij videant, & singulas ipsius, ac eius partes prout Spiritus Sanctus dabit eis, & ex facti apparentia viderint expedire, diligenter inquirant, & rationem administrationis examinent.

Clem. Ne in agro §. sane de stat. Mo.

Sess. 25. c. 1.

Con Tri. so. c 10.

De Abbatissæ, & Priorissæ, seu Ministræ ætate, qualitate, ac illius electione, confirmatione, & officio. Cap. II.

Con. Tri. Sess. 25. c. 7.

ABbatissa, & cuiuscunq; nominis præfecta, vel præposita Monasterium præficietur, non minor annis 40. & quæ octo annis post expressam profess. laudabiliter vixerit, eligenda est; sin minus, alia, quæ triginta annum excesserit, & quinque annis saltem post profess. recte vixerit, eligi potest Superiore consentiente, quod si nulla prædictis qualitatib. in eodē Monast. reperiatur ex alio eiusdem ord. eligi valeat, cuius quidē electio fieri debet per vota secreta, vt singulorū eligentiū nomina nunquam publicentur, & in reliquis Monast. Constitutiones seruentur, cū hoc tamen, quod Superior, qui electioni præest, clausurā Monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorū fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat, hęc aūt Monasterij præfecta non perpetua, sed triennalis tantū est eligenda, quæ postmodum elapso triennio suo officio perfuncta præesse desinat, omni prorsus careat auctor. regimine, & administratione, & per triennium a die finitæ administrationis inchoandum abstinere debeat, quo elapso, seruata ead. forma Conc. Trid. iterum eligi potest, & si secus attentatū fuerit, electio, ac omnia inde sequuta nullius roboris vel momenti fore, & esse decreuit Gregor. XIII. in sua Constit. quæ etiam prædicta in Monasterijs Monialium in Italia consistentibus locum duntaxat habet.

Greg. 13. Const. 5.

Et cum, (sic vt præfertur,) Abbatissa electa, & confirmata fuerit, aduertenda est, ne excommunicet, aut absoluat, neue interdicat, seu alicuius ord. officium exerceat, quod expresse prohibitum est, nec velum alicui dare præsumat, siue aliam velare, neq; confessionem audiat, aut aquam benedictam, seu pænitentiam imponat, sed vbi est de consuetudine alijs committere, obseruandum est, & vltra ea, quæ superius dicta sunt, in præcedenti capitulo, Monasterij clausuræ maxime inuigilet, procurando, vt die noctuq; illud clausum existat, & claues teneat, ipsa sola, & præsertim in nocte, nec indifferenter omnibus, sed prudenti, & conscientiotæ consignet, egressum custodiat, & ingressum nō nisi, vt infra in capite de clausura permittat, ad crates vero locutorius communem Monialem non solam, sed cum auscultatrice honesta, atque prouectæ ætatis accedere sinat, nisi ipsa eam comitari voluerit, omnem familiaritatem Monialium cum quibuscumque euitari facere studeat, & ipsa sit prima. Deuotos eis habere minime permittat, attendat quod viuant in communi, & quod omnia lucra in communi habeantur, omnibus tanquam mater communis de necessarijs prouideat, & præsertim infirmis, & Nouitijs, frequenter vero Capitulum de culpis, seu saltē semel in hebdomada habeat, in quo ad obseruantiā regulæ suæ adhortetur, contra regulā sine magna causa, & præcipue quoad temporalium proprietatem in Regulari retinendam non dispenset. Item omni studio operetur, vt Moniales in Choro conueniant, & ipsa in aliarum exemplum semper sit prima, & quod diuinum officiū

c Nona de pæni. & remiss. Innocen. in d. c. Dilecta 4. dis. ca. Multorū.

Anto. Arch. Flor 3. par. tit. 16 Abbati

tempore, & modo debito sine loquutionibus varijs, sed studiose pariter, & deuote ab omnibus persoluatur, curet etiam quod statutis, vt supra, temporibus sua peccata confiteantur, & Sacramentum Eucharistiæ deuote recipiant, & quod ... officia ... Monasterij ... necnon Moniales Officiales ... officium exerceant, & ... reliquis Monialibus victu, vestitu, & colloquio, aliisque ... omnibus ad cælestis regni ... præstet, & gaudeant, ipsam matrem accepisse.

c. Indemnitatib. § fine, de elect. in 6

Quo vero ad benedictionem Abbatissæ, est aduertendum, quod ... ad vitam eligitur, vt ... extra Italiam, & vbi consuetudo est, quod bene ... est omnino seruanda, imo si intra annum electa, & confirmata benedictionem non acceperit, officio, & administratione ... ipso priuatur, ... quæ benedictio ... non est huiusmodi solemnitas ... quoniam dictarum Abbatissarum benedictio non est iterabilis, & tamen iterari sæpe contingeret, cum in locis vbi triennales eliguntur, & iterum atque iterum ... iterum etiam benediceretur ... quod ... Moniales ... monasterio ... Abbatissas benedictas electæ permanerent, quod esset inconueniens, & hæc præcedere debent dummodo aliter per Sedem Apostolicam non fuerit statutum, & ordinatum.

Clem. Attendentes de sta. Monach.

Nau. de Regular. cons. 4.

De Monialium Clausura. Cap. III.

cap. Periculoso de stat. reg. in 6. Concil. Trid. c. 5. Sess. 25. Pius V. Const. 4.

BOnifacij VIII. Constitutione per sacrum Concil. Trident. innouata, ac per Pium V. & Gregorium XIII. confirmata statuitur, vt vniuersæ, & singulæ Moniales cuiuscumque Religionis sint, & ordinis, vel Monasteriorum etiam Hierosolymitani, in quibuluis Monasterijs, & domibus iam receptæ, in posterum recipiendæ ..., vel expresse Religionem professæ ..., vel quo... aliquo nomine appellentur, ... Mundi partibus ..., sub perpetua in suis Monasterijs debeant permanere clausura, ita vt nulli earum ... exceptis casib. ... Monasteria ipsa egredi liceat sub ... pœnis ipso facto incurrendis apponi, ... ab alijs, & mandatis ... ab ... separatæ omnino seruire Deo valeant liberius, & ... opportunitate sublata, eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Moniales vero ... quæ reperiuntur, quæ ex consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione suæ regulæ clausuræ prædictæ animo obstinato resistere volunt, per ordinarios locorum vna cum earum Superioribus ... remedijs ad eandem clausuram ... cogendam, atque seruandam compellantur. Mulieres quoque Tertiariæ, & quæ ... professæ ... deuotæ ... vota emiserint, ad clausuram ... præcise tenentur, & si votum solemne non emiserint, ad illud emittendum, & pro... ad ... vna cum earum Superioribus ... & suaderi debent, & post ... emissionem & professionem clausuræ ... Quod si ... facere recusauerint, & ... ac ... omnibus illis ... Congregatione ... professionis emissione, & clausura ... volentibus interdicitur, & prohibetur, ne in futurum vlla alia prorsus in suum ordinem, Religionem, & Congregationem per illas recipiatur, alias receptio, seu professio nulla ... per eandem Pij V. Constitut. ... declaratur.

Ad quos spectet clausuræ custodia. Cap. IV.

d. c. Periculoso, §. & quoniam Concil. Trid. d. c. sea. Sess. Eugen. ...

PAtriarchis primatibus, Archiepiscopis & Episcopis distincte in virtute sanctæ Obed. sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipitur, quatenus eorum quilibet in ciuitate, & diœcesi propria in monasterijs Monialium sibi ordinario iure subiectis in ijs vero, quæ ad Rom. immediate spectant Ecclesiam Sedis Apostolicæ authoritate: Abbates vero, & alij tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiarum monasteriorum, & ordinum quorumcunque in monasterijs sibi subiectis de clausura conuenienti prouidere, ... determinare, ponere, & declarare, & vbi violata est, diligenter restitui, & vbi inuiolata existit, conseruari maxime procurare teneantur.

De ... quibus Moniales clausura proprij Monasterij ... valent. Cap. V.

Pius V. e ... de ... Periculoso, Conc. Trid. d. c.

COnuersæ, ac etiam Moniales professæ, ... annorum tamen quadraginta, pro contingentibus ... Ordinarij, vel Superiore Regulari pro tempore in casu respectiue ... deputatæ, necnon ex causa magni in cendij ...

5. §. nemini, Aug. litt. c. 1. Conc. Trid. c. 2. Abbatissa § quod si Nau con. fi. 38. li. 3 de Reg. n. 3. 6. 7. d. ca. 5. Sess. 25. § nemini, c. Si qua Monach. 27. q. 1. Pij c. c. 10 Bull. 9. Constit. 1. d. c. Periculoso per Con. Trid. innouatum, in fi. § per hoc autem.

cendij, vel infirmitatis, lepræ, vel epidimiæ, vel aliquo alio morbo laborantes, ita vt cum alijs absque graui periculo, seu scandalo commorari non possint de Episcopi tantum licentia, si monasteria ei fuerint subiecta licitè exire valent: si vero Monasteria Regularium, curæ, atque regimini supposita extiterint, tunc infirmitatis cognitio, illiusque approbatio per Superiorem Regularem cui monasterij cura incumbit, vna cum loci ordinarij interuentu fieri, & ab illis coniunctim licentia eis exeundi expressè, & in scriptis concedi potest, nonnisi ad necessarium tempus extra illa permansuris. Quibus etiam additur, quod prælati Regulares possunt Moniales sibi subditas de vno monasterio ad aliud eiusdem ordinis causa correctionis, vel nouæ fundationis transferre, cum correctio, seu noua fundatio legitima causa exeundi satis esse videatur, nec obstat ca. Concilij Tridenti, quo statuitur, vt huiusmodi causa exeundi ab Episcopo approbari debeat, quoniam cum Prælati Regulares cuiuscumque ordinis illa eadem per ipsos omnino possint in Moniales suorum ordinum sibi subditas, quæ possunt Episcopi in clericos, & laicos sibi subiectos, tam quoad absoluendi, & dispensandi, quam alias quascumque facultates, etiam post Concilium Tridenti concessas, sequitur, quod causæ prædictæ, ex quibus approbationem valide facere possunt, Episcopus autem approbatio in monasterijs ordinario, ac etiam immediatè Sedi Apostolicæ subiectis requiritur, in alijs vero exemptis monasterijs, & quæ Regularium ordinum prælatis subsunt, approbatio huiusmodi ad ipsos prælatos Regulares spectat, & non ad Episcopum, cum ipse quoad prædicta, & alia habentia curam, & regimen dictorum monasteriorum concernentia nullam eis iurisdictionem, & potestatem sibi attributam habeat, vt expressè in d. Constitutionibus supra allegatis, & in Constitutione Pij V. quoad Monialium clausuram de anno 1566. quæ incipit: Circa pastoralis officij edita, §. per hoc autem, expressè declaratur. *Const. 121.* Quo vero ad exitum Monialium a propria clausura in tribus illis casib. supra enumeratis nempe magni incendij, lepræ, aut epidimiæ, in altera Bulla Pij V. expressis eorundem causarum cognitio, & approbatio per Episcopum, & Superiorem coniunctim fieri debet, iuxta eiusdem Constitutionis tenorem, & continentiam.

De pœnis, quas incurrunt Moniales extra casus permissos e proprijs Monasterijs egredientes, & Superiores licentiam eis concedentes. Cap. VI.

Pius V. Const.

MOniales a monasterijs, in quibus fuerunt professæ, præterquam in casibus supra expressis exeuntes, non solum ipsæ verum etiam illas extra eas comitantes, & personæ tam sæculares, quam Ecclesiasticæ, etiam consanguineæ eas recipientes, necnon Superiores extra casus prædictos, & absque rationabili causa licentiam exeūdi concedentes vltra peccatum mortale, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo absque alia declaratione eo ipso innodati existunt, à qua non nisi à Romano Pont. præterquam in mortis artic. absolui possunt, & insuper tam Moniales egressæ, quam illarum Superiores vltra prædictos casus licentiam concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, vel eos obtentis eo ipso priuantur, & ad illa, & alia in posterum obtinenda inhabiles redduntur.

De Monasterijs Monialium non ingrediendis, & de casibus, in quibus ingressus licitè permittitur. Cap. VII.

c. Periculoso, de statu Reg. In 6. d. c. 5. Sess. 25. § ingred. d. c. p. s. Con. Trid. §. dare.

CVM non minus deceret pro Sanctimonialium quiete, & honestate, vt earum monasteriorum clausura tam quoad ingressum, quam quoad egressum custodiretur. Ideo ex sacrorum Canonum sanctionibus, & nouissime ex decreto Conc. Trid. prohibitum fuit omnibus cuiuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis, ne intra septa monasterij Monialium absque Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda ingrediantur. A cuius quidem prohibitionis lege nonnulli casus excipiuntur, in quibus prohibitio huiusmodi relaxatur, & ingressus licitè conceditur, dummodo infrascripta requisita simul concurrant, videlicet causa rationabilis, & manifesta, & quod ea omnia, quæ monasterij, & Monialium vtilitatem, seu necessitatem concernunt, per ipsasmet Moniales alias fieri nequeunt: requiritur deinde Superioris licentia, quæ quidem a tali Episcopo loci ordinario pro Monasterijs ei subiectis, pro illis verò immediatè ad Sedem Apostolicam spectantibus, ab eodem Episcopo, tamquam a Sedis Apostolicæ Delegato concedi debet, pro

De personis, quibus licentia ingrediendi, ac etiam permanendi danda est.
Cap. VIII.

Pius V. Const. 5.

OMNIBUS Monialium seruitiis, & obsequiis temporalibus deputandis, Gubernatoribus, Prouisoribus, Medicis, Pistoribus, Famulis, & Famulabus, ac aliis quibuscumque artificibus per Prælatum, seu Superiorem Prouincialem, aut eius Vicarium in Monasteriis suæ prouinciæ sibi subiectis prius approbatis, ab eo licentia in scriptis concedenda est, & tunc, & non ante in dict. Monasteriis introducendi sunt. Conuersæ, ac etiam Professæ in domibus contiguis, cum licentia superiorum habitantes pro colligendis eleemosynis deputatæ, possunt aliarum Monialium clausuram ingredi in illis tantum casibus, in quibus per earum Constitutiones eis permittitur, vt in Bulla Pii Quinti declaratur. Item puellis religiosas effici volentibus pro experiendis seu probandis monasteriis, ac etiam aliis in illis educationis gratia ingrediendi, & permanendi licentia pariter conceditur. Et quamuis puellas educari in Monasteriis vsque ad 25. annum detineri Concilio Tridentino non contrarietur, tamen non est passim permittendum, aut aliis quibusdam conditionibus adhibitis (vt infra) concedendum, & primo.

Paulus Fus. Episcop. Sarnen tract. de visit. l. 2. de Monial. nu. 27. & 28.

1. Quod tale sit Monasterium, quod primum consueuerit puellas educandas recipere.

2. Quod de consensu Abbatissæ, & Monialium, & non minor octo annis recipiatur

3. Tertiò quod puellæ (sic vt præfertur) introductæ eo vestitu in monasterio vtantur, qui in virginali modestiæ, & honestati conueniat.

4. Quod nulli famulam secum adducere, aut retinere permittatur.

5. Quod vltra 25. annum inibi permanere non concedatur.

6. Quod ad eamdem legem clausuræ seruandam sicut reliquæ Moniales teneantur.

7. Quod si semel a Monasterio egressæ fuerint, nunquam in idem amplius intromittantur, nisi causa infirmitatis curandæ & cum licentia egrediatur.

d. c. 5 eadem Sess. 25 §. nare.

8. Quod a Superiore in scriptis licentia habeant, quam Superior Regularis [illegible] prædictis pro subiectis sibi Monasteriis dare licitè potest, & debet, quemadmodum olim per Illustriss. A. Cardinalem Caraffam nomine totius Congregationis interpretis Concilij Tridentini ad supplicationem, & dubitationem diuersorum Priorum Fratrum Sancti Dominici prouinciæ Romanæ responsum fuit, quod etiam ex iuris communis dispositione satis cognitū, & comprobatum esse videtur, vt ad illos huiusmodi licentias dare pertineat, qui facultatem, & potestatem Moniales includendi habent, illarumque clausurā custodire ex officio tenentur.

d. c. periculoso per Conc. Tr. innouat.

9. Puellis verò seu mulieribus pro suscipiendo habitu religionis ingredi volentibus si numerum Monialium iam designatum iuxta Monasterij annuos redditus, seu Eleemosynas, consuetas commodè sustentandarum excedat, licentia non à superioribus Regularibus, sed a Summo Pontifice, vel a sacra Regularium Congregatione est concedenda & ab ea per superiores Regulares cum interuentu Episcopi loci ordinarij impetranda & iuxta dict. Congregationis ordinem exequenda.

Conc. Tr. Sess. 25. c. 3. concedit § in prædictis d. c. periculoso §. sanè.

De iis, qui absque aliorum Superiorum licentia ingredi possunt. Cap. IX.

GEneralis, Prouinciales, seu eorū Vicarii, aut Commissarij, & alij superiores Regulares, quocumque nomine appellentur, necnon monialium cōfessarij pro tempore deputati Monasterijs sibi subiectis, facultatem ingrediendi iure etiam priuilegiorum habent, nō tamen ea ad libitum, sed pro ministrandis Ecclesiasticis Sacramentis nō solum Monialib. in extremis constitutis, verum etiam illis, quæ aliquando non mortali, sed diutina infirmitate adeo detentæ sunt, vt ad crates communes, ac etiam sepeliendis corporib. decedentiū Monialium, nec non pro illis, ab incendio præseruandis, aut a latronib. defendendis, aliisq; rationib. & necessariis causis, prout secundum Deum, eis magis expedire videbitur, licitè vti debent, & valent, à paucioribus tamen iisque senioribus ac religiosis personis, si fuerint prælati, iuxta Constitutionem Gregorij XIII. Confessarijs verò ab vno tantum clerico eiusdem ordinis ætate prouecto, comitati existant, vt ex Constitutione Gregorij Noni latè disponitur. Quod si extra casus, vt supra declaratos, & alios necessarios, sed ad libitum ingrediantur ipso facto excommunicati sunt ab omni

Greg. 13. Const. 5.

Const. 4.

officio,

officio, & ministerio absque alia declaratione priuati, vt in dicta Constit. Greg. [illegible] statuitur. Et propterea Moniales eis omnibus plenè instruantur, [illegible] quo [illegible] ad omnem pœnam eundem [illegible] debeant minime ignorent.

De absolutione a censuris, & pœnis [illegible] non seruantes, seu violantes Clausuram Monialium.

Cap. [illegible]

Pius V. Const. 6. QVoniam diuersæ censuræ, à pœnæ per [illegible] Canones, atq; Apostolicas constitutiones contra Moniales illicite à proprio Monasterio egredientes, & sæculares vtriusque sexus personas illius clausuram ingredientes, statutæ sunt, ideò hic summatim recensentur, vt à quibus absoluendi facultas, ad quos spectet, diligentes appareat.

1. Sunt igitur excommunicatæ maiori excommunicatione Moniales proprii Monasterii clausuram absque Superiorum licentia extra casus permissos exeuntes, necnon superiores extra [illegible] licentiam exeundi concedentes ac etiam Moniales egressas comitantes, & receptantes, & tam Superiores, quam Moniales vt supra, delinquentes eorum officiis, & administrationibus eo ipso pariter priuantur, & ad [illegible] inhabiles redduntur.

Greg. 13. Const. 2. 2. Sunt etiam pariter excommunicati, ingredientes prætextu licentiarum obtentarum ad libitum monasteria ingrediendi a Sede Apostolica vel eius Legatis, seu aliis Superioribus post illarum reuocationem a Gregor. XIII. de anno 1575. factam, necnon Superiores monasteriorum, seu Moniales earundem licentiarum prætextu illos ingredi permittentes, officiis, & administrationib. vt supra priuātur, cuius quidem excōmunicationis, & pœnæ primi, & secundi casus absolutio, & remissio Summo Pont. (excepto mortis articulo) reseruatur.

Greg. 13. eadem Const. 3. 3. Eiusdem excommunicationis maioris latæ sententiæ [illegible] modo [illegible], qui prætextu licentiæ in scriptis obtentæ, [illegible] Episcopo, seu Superiore, quibus illas concedendi in casibus necessariis facultas tantum ex decreto Conc. Trid. tribuitur, monasteria earundem Monialium non in casibus necessariis, pro quibus illas obtinuerunt, sed ad libitum ingrediuntur, ac etiam Moniales extra casus necessitatis illos intus admittentes, necnon earum Superiores non necessarium ingressum permittentes, vltra excommunicationem, priuationem quoque, & inhabilitatem incurrunt, & absolutio Papæ similiter reseruatur.

4. Superiores monasteriorum Monialium, & earum etiam confessarii, qui facultatem ingrediendi clausuram ex officio habent, si extra casus necessarios ea vtantur, absque rationabili & necessaria causa dictam clausuram ingrediendo, eo ipso excommunicati sunt, à qua non nisi per Rom. Pont. (excepto articulo mortis) absolui possunt.

5. Etiam excommunicati sunt per Decr. Cōc. Trid. ingredientes intra septa monasterii sine Episcopi, vel Superioris Regularis licentia in scriptis obtēta, & absolutio nemini reseruatur. *Greg. 13. eadem Const. 4. Sess. 25.*

6. Excommunicati eo ipso existunt, tam Clerici, quam Laici, etiam Regulares cuiuscumque dignitatis, qui quomodocumque aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quācumque mulierem ad ingrediendum monasterium, vel ad habitum religionis suscipiendum, vel ad emittendum professionem inuitā coegerint, sicuti etiam eidem excommunicationi subiiciuntur, consilium, auxilium, vel fauorem dantes, & qui scientes eam non spontè ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquomodo eidem actui præsentiam, vel consensum, aut auctoritatem interposuerint. *c. 5. Conc. Trid. Sess. 24. c. 18. anathematis.*

7. Eodem modo etenim excommunicati sunt omnes, qui vice versa sanctam Virginis, vel alterius mulieris voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine justa causa impedierint.

Nunc ergo quo ad absolutionem ab excommunicatione, & pœnis prædictis, quamuis Papæ in primo, secundo, tertio, & quarto casu sit reseruata, nihilominus Moniales, & Fratres in illis, seu illorum delinquentes, ab eorum Generalibus, Prouincialibus seu eorum Vicariis, absque Fratrib. quibus ipsi duxerint committendum, in vim suorum priuilegiorum, cum clausulis derogatoriis nouissime innouatorū absolui possunt, & ad officia, & administrationes amissas restitui, & rehabilitari. Superiores verò Regulares ab illis Fratribus, quos sibi in proprios Confessarios eligendos duxerint, pariter absolui, restitui, & rehabilitari licite valent. *Mare magnum Sixti IV. Const. 1. Bulla Aurea. Const. 2. Pius V. c. p. 6.*

Ac etiam Fratres, & Moniales prædicti in quinto, & sexto, & septimo peccantes, sunt quidem excommunicati, sed ex quo illius absolutio

solutio nemini est reseruata, possunt nedum virtute priuilegiorum; Sed etiam auctoritate ordinaria eisdem prælatis,& ipsorum Fratrum, & Monialium confessarijs Regularibus valide absolui,nisi huiusmodi absolutio per eosdē Prælatos iuxta formam decreti super casuum reseruatione à D.N.Clemente Octauo,nouissimè editi fuerit sibi reseruata, aliàs reseruatio nihil operatur,& ordinariæ absolutioni nullum præstat impedimentum.

Patis text. in c. Nup. de Sent. ex com. §. in secundo. Aliæ verò Ecclesiasticæ, seu seculares personæ in primo,secundo,& tertio casu contrafacientes, cum sint excommunicatæ maiori excõmunicatione, cuius absolutio Rom. Pontifici reseruatur, non nisi ab eo, vel ab eius specialiter delegatis absolui valent. Demum ipsemet seculares, & Ecclesiasticæ personæ in quinto, sexto, & septimo casu delinquentes excommunicatæ, cum absolutio nulli sit seruata, ideo à confessarijs quibuscumq; pro sacris confessionibus audiendis ab ordinario approbatis, vel parochialium Ecclesiarum Rectoribus licitè absolui possunt, nisi ab eorum ordinarijs sibi fuerit huiusmodi absolutio reseruata.

De ætate Virginum Deo dicand. rum, quo ad habitum Religionis suscipiendum, & professionem emittendam requisita. Cap. XI.

Conc. Tr. Sess. 25. c. 15. c. 17. ead. Sess. PVella ad habitum Regularem suscipiendū non recipiatur, nisi maior duodecim annis, & non ante eum recipiat, nec ante decimum sextum annum expletum, & post annū probationis, non coacta, nō seducta, sed voluntaria, & plenè instructa, & iuxta formam Con. Trid examinata, ad professionem admittatur.

De bonis Nouitiarum infra tempus nouitiatus recipiendis, vel non, & de renunciatione facienda. Cap. XII.

c. 18. ead. Sess. ANte professionem de bonis Nouitiæ nihil recipiatur, etiam spontè oblatum à parentibus, vel curatoribus eorum, nisi pro victu,& vestitu illius temporis, quo in probatione fuerit,& hoc sub pœna anathematis, tā dantibus, quā recipientib. præcipitur,& vt abeuntibus ante professionem, omnia, quæ sua erant, restituantur, Sancta Trid. Synodus decreuit, illæ vero, quæ in Religione permanere voluerint, & professionem emittere, nullam renunciationem, seu obligationē facere possunt, nisi intra duos menses proximos ante professionem, quæ sequuta, tunc suum sortitur effectum,& aliter facta nullius validitatis existit.

In quibus casibus Moniales Ordinarijs Episcopis subijciantur. Cap. XIII.

SAnctimonialium Ecclesias, & earum Monasteria, & Domus sub cura Regulariū existentes, quo ad cultum Diuinum, & clausuram conseruandam, in casibus eis concessis, ac etiam quæ ad personas curam animarum Eccl. annexam exercentes, si qua immineat, & demū quo ad Sacramētorum administrationem ipsis secularib. duntaxat, Episcopi auctoritate Apostolica annis singulis visitare, corrigere & sicut de Fratribus dictum est,& in prædictis, quæ viderint expedire, decernere, & ordinare valent, in reliquis verò casibus nulla est super illis exemptis attributa potestas. Conc. Tr. Sess. 7. c. 8. & c. Pericu §. quoniā. d. stat. Reg. Con. Tri. Sess. 25. c. 3.

De indulto Nouitiis Monialibus in articulo mortis nōdum elapso probationis anno faciendi professionem concesso. Cap. XIV.

SI aliqua ex Nouitiatibus Monialibus non professis anno probationis nondum expleto ob infirmitatem de Medici consilio ab hoc sæculo transitura conspiciatur, ipsa pro cōsolatione animæ suæ ad professionem regularē ante tempus requisitum, quatenus tamen in ætate legitima constituta sit, ad illam emittendā in manibus Abbatissæ, seu Priorissæ, vel alterius Superioris Nouitiarum ipsius Monasterij, vel Domus admitti possunt, dictamque professionem liberè,& licitè in art. mor. emittere valent, & sic professę decedentes indulgentiam,& alias gratias, quas aliæ Moniales verè professæ decedentes consequuntur, cōsequi possunt, eisdemque nouitijs ita tunc professis decedentib. plenaria peccatorum suorum indulgentia, & remissio per Constitutionem Pij V. condonatur, & elargitur. Ex quibus infertur, quod cum validæ sit professio, ex Apostolic. priuilegio (vt præfertur facta, si Monialis decedat, vel nō, ex tunc Monaster. tam Eleemosyna dari solita, quam etiam alia iura quo ad bona suorum acquisita esse dignoscuntur: nam sicut matrimoniū in art. mor. contractum verè matrimonium existit, cū aliter in iure non reperiatur expressum, & filij illegitimi ex eisdem personis procreati per illud subsequens matrimonium legitimi efficiuntur, adeo, quod in omnibus parentum bonis succedere possunt, ita pariter professio nouitiæ in articulo mortis emissa, quæ matrimonium spirituale cum Christo sponso contractum dicitur virtute priuilegij omnes parit effectus, quos produxisset si expleto anno probationis emissa fuisset, vnde vt Monasterium suæ professæ succedat Pius V. const. 6.

cedat Eleemosina non soluta ei debetur, & tanquam de iure debita peti,& exigi posse videtur.

De Tertiarijs. Cap. XV.

In Compen. priu. Minor. ver. Tertiar. Licet quamplures vtriusque sexus Tertiarũ personarum a Sacris Mendicantium, & præsertim Minorum,& Prædicatorum ordin. dependentium extitisse olim audiantur, nihilominus hodie iuxta nouissimas Summorũ Pontificum declarationes,& reformationes ad duas tantum redactas esse dignoscuntur, quarum prima est virorum, qui cum personis primi ordin. *Const. 4.* nempe cum fratrib. sub Superiorum obedientia in claustro habitant, ac etiam Mulierum quæ collegialiter, & in communi viuunt, habitumque ord. deferunt, quæ omnes ex Pij V. constitutione ad tria regularia vota solemniter emittenda,& clausuram inuiolabiliter seruandam tenentur, vt supra in cap. 4. de Monialibus dictum est.

Leo 10. Const. 2. Sub secunda vero Tertiariorum specie comprehenduntur fratres,& sorores cuiuslibet Tertij ordinis, necnon Mantellati, Corrigieti, Pizocheræ, & Cordellati, seu alio quocumque modo nuncupati, qui in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitant, neque tria vota solemniter, sed virginalem, ante [illegible] vitam simpliciter vouent,& [illegible] proprie Tertiarij [illegible] sunt per Beatum Franciscum, & B. atum Dominicum instituti,ad quorum instar deinde fratres Eremitarum S. Augustini, necnon Carmelitarum, Seruorũ B. Mariæ,ac etiam Minimorum a Sede Apostol. obtinuerunt,vt aliquæ vtriusque sexus personæ in proprijs domib. habitantes sub certo modo, & Regula ab eadem Sede Apostolica approbata,necnon eorundem ordinu habitu respectiuè degentes illorum priuilegijs, etiam per communicationem concessis sicut Tertiarij in congregatione viuentes, in omnibus & per omnia æque fruerentur prout in diuersis Summorum Pontificum constitutionib. manifeste apparet. Quod vero ad habitum Tertiariorum B Francisci, [illegible] domibus [illegible] [illegible],est *Nicol. 5. Const. 1.* aduertendum,quod licet in Regula per Nicolaũ Quintum tradita non nisi habitus Tertiariorũ in congregatione viuentium describatur, tamen [illegible] Canonicè [illegible] in diuersis partibus [illegible] [illegible], habitum eorum statui co[illegible] semper eos gestari interpretata est: [illegible] [illegible] vestes, prout [illegible] seculares deferunt, & quod [illegible] colorem vt fratres Minores, quod ita Beatum Franciscum voluisse

verisimile est; nam in illis partib. vbi præfatus Sanctus primò prædictum Tertium ordinem instituit, & vbi pro maiori parte conuersatus est,obseruatus fuerit,& obseruaretur,vt attestatur Cordubo, in annotationib. super compendio priuilegiorum fratrum Minorum in verbo. *Paul. 2.* Tertiarij demum tanquam exempti iurisdictio- *Const. 1.* ne,& superioritate ordinariorum, & sæcularis *Clem. 4.* potestatis conseruatori priuilegiorum ordinis *Const. 9.* dumtaxat subijciuntur, coram quo conuenire, & conueniri debent, & cum postea illos mori contingit, corpora apud Ecclesias, seu loca fratrum ordinis cum habitu parentes delata sepelienda sunt, etiam si alibi eligant sepulturam,vt per priuilegia Sixti Quarti declaratur, quod quidem rationi consonũ esse videtur, cum personæ prædictæ tanquam membra ordinis, & Religionis per habitus susceptionem, & propriæ professionis emissionem effectæ in dicti ordinis Ecclesijs Capellam cum Altare erectam,in quibus ad diuina officia, & Regulæ instituta audi- *Clem. 4.* enda conueniunt, necnon superiores Regulares *Const. 9.* visitatores nuncupati, quib. reguntur, ac sepul- *Mar. ma.* turam communem habeant, æquum est, vt qui *Six. 4.* ratione habitus, & professionis fuerunt ordini *Const. 1.* coniuncti,& cum alijs eiusdem ordinis confra- *Bul Aur.* tribus communicant in vita, quod etiam illorum cadauera ab illis non separentur in mor- *& Const. 2. &* te,sed in communi sepultura, vel in alia apud *Con 20.* Fratrum Ecclesias deponantur, quibus etiam additur,quod illi, qui in morte cum habitu Religionis induti, sepeliri mandarunt apud eiusdẽ ordinis Ecclesias eorum cadauera tumulanda deferri debet, etiam si alibi sibi elegissent sepulturam, multo magis eorundem Tertiariorum corpora intra Ecclesias sepelienda sunt, ne ordini,& Fratrib. iniuria irrogetur, sed quamuis sepulturæ electio ex habitus susceptione satis per eos electa censeatur cum ei annexa ex priuilegiorum dispositione esse dignoscatur, tamen ad omnẽ litis, & scandali materiam auferendam curent fratres, eorumque superiores, vt qui habitum d. Tertij ordinis suscipere voluerint, aut per rogitum publici Notarij, aut coram duobus, vel tribus testib. se in Ecclesijs habitus, quem recipiunt sepulturam eligere, in eis post mortem sepeliri velle declarent, sicuti in illis personis, quæ ob deuotionis affectum, quem ad habitum alicuius Sancti ordinis fundatoris gerunt in extremis constitutæ, eius ordinis habitu indui petunt,& cum illo sepeliri ordinant, seruandum esse, quemadmodum per eadem priuilegia decernitur.

cernitur, & ipsis Fratrib. in traditione eiusdem habitus declarationem huiusmodi fieri mandetur. Aduertendum est demum, quod virtute eorundem priuil. non solum habitus Tertij ord. sed etiam ille, quam fratres professi primi ord. gestant, etenim vsus illorum alterū in morte indui, & cum eo sepeliri conferri potest, qui quidē habitus non nisi per Priorem, vel Guardianum, seu eorum Præsidentes, aut alios quibus duxerint committendum exhiberi valet. Nec obstat præmissis constitutio Leonis X. in Conc. generali editi quo ad Tertiarios in proprijs domibus viuentes quoniam illi postea ab eodem met Leone X. per aliam suam const. fuit in specie derogatum, deinde generaliter sicut Paulus Quart. Greg. decimus tertius & Sixt. V. in eorum litteris dictorum priuilegiorum confirmatorijs eiusdem concilij Later. decretis derogarunt.

De confraternitatib. vtriusque fidelium in Mendicantium Ecclesijs, & locis institutis. Cap. XV.

NVnc reliquum esset, vt de confraternitatib. vtriusque sexus fidelium sub titulo Sanctissimi Nominis Dei, & iuramentorum, necnon Rosarij, seu Psalterij gloriosissimæ Virg. Mariæ in ord. prædicat. cordigerorum, in ordine Minorum, Cincturatorum in ordine Eremitarum S. Augustini, & de societate eiusdem Beatiss. semper Virg. Mariæ de monte Carmelo in ordine carmelitarum. Canonicè institutis, specialiter ageretur, sed cum de singularum erectione, fundatione, indultis, priuil. facult. indulgentijs, & peccatorum remissionib. quæ ferè innumeræ, & amplissimæ sunt, dictis earū confratrib. atque alijs Christi fidelib. non confratrib. illarum respectiuè Ecclesias, seu Altaria certis quibusdam, ac reliquis anni diebus & sollennitatib. visitantib. à Sede Apostolica concessis ob diuersas declarationes, & notulas super singulis prædictis a fratribus eorundem ordinum editas omnib. tam notissima constet, ideo breuitatis gratia omittuntur & Lectores ad ipsas declarationes, necnon constitutiones super dictis confraternitatib. a Sancta Sede Apostolica emanatas remittimus. Hoc vnum tamen aduertendum duximus, quod prædictæ confraternitates non nisi in Ecclesijs dictorum ordinum, & in alijs extra illos de licentia Generalium, seu prouincialium, & ab eis deputatorum assensu, & licentia institui debent cum decreto, & approbatione, etiam loci ordinarij, & aliter instituti confratres, eo ipso indulgentijs, & priuileg. concessis priuati, & indigni, effecti omnino redduntur, & contradictores, seu aliter attentantes per conseruatores ordinum, sub censuris & pœnis Eccl. ac etiam pecuniarijs in præmissis prohiberi valent. Societates verò Cordigerorū in Ecclesijs, & domibus fratrum Min. tam conuentualium, quam de obseruantia, & Cappucinorum per conuentualium generalem institui possunt, in illis verò partib. vbi eiusdem ordin. conuentualium Confraternitates huiusmodi iam erectæ non fuerint, vel conuentualium Eccles. seu domus non extiterint, tunc generalis Minorum de obseruantia in toto ordin. Commissarius verò generalis illius familiæ, cuius fuerit in omnib. & singulis conuentib. Fratrum suorum confraternitates Cordigerorū erigere, & instituere, necnon illas Archiconfraternitates iam per Sixtum V. In Altari maiori Ecclesię S. Franc. de Assisio vbi corpus illius in Domino requiescit, aggregare, eisque omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, & relaxationes, omnesque fauores, & gratias, quæ prædictæ Archiconfraternitati per Sedem Apost. concessæ sunt, & in futurum concedentur, concedere, & communicare valet, dummodo corda ordinis præfati S. Francisc. quam confratres gestare tenentur, per superiores ordinis Fratres de obseru. sit prius benedicta, quā quidem benedictionem, etiam locorum Guardiani, & præsidentes facere possunt, cum quo ad hoc sub Superiorum appellatione, & ipsi comprehensi intelligantur.

LAVS DEO

INDEX RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM QVÆ IN LITteris Apostolicis huius Collectionis continentur.

INDEX

INDEX TITVLORVM, ET CAPITVLORVM MATERIARVM, QVAE IN PRAESENTI SVMMA- rium continentur.

FINIS.

DE STATV
RELIGIONIS
ET DE
PRIVILEGIIS,
QVIBVS A SVMMIS PONTIFICIBVS EST DECORATVS,
EPITOME

Itemque Tractatus de casibus reseruatis, iuxta regulam Sanct. D. N. Papæ CLEMENTIS VIII. *Regularibus præscriptam:*

PRIORI, AVCTORE

R. P. F. IOANNE DE LA CRVZ TALABRICENSI sacri Ordinis Prædicatorum,

POSTERIORE

R. P. F. FRANCISCO A CORIOLANO, ORDINIS MIN. S. FRANCISCI Capucinorum, Romæ olim S. Theologiæ Prælectore.

OMNIBVS NON TANTVM REGVLARIVM SVPERIORIBUS Confessariis, ac Pœnitentibus necessarij, verum & quibuslibet alijs Ecclesiasticis personis apprime vtile.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IOHANNEM KINCHIVM sub Monocerote.
ANNO M. D. C. XIX.

CENSVRA.

DE Mandato nostri Reuerendissimi Magistri Prioris Prouincialis Patris Ioseph Goncalez, vidimus Epitome de statu religionis & de priuilegiis [illegible] Pontificibus est decoratus, compositum a R. P. F. Ioanne de la Cruz, & [illegible] in eo doctrinam securam, & veram, ac pro bono & [illegible] religiosorum, non solum vtilem, sed etiam necessariam, si quidem breuiter & compendiose priuilegiorum & exemptionum quibus status religiosus illustratur, notitiam prębet. Dat. in nostro conuentu Sancti Thomæ de Madrid, 26. die Iunij, anni 1613.

F. Ioannes de la Puente M.

F. Augustinus Spinola M.

Facultas Reuerendissimi Prouincialis Auctori facta.

NOS Frater Ioseph Goncalez, sacræ Theologiæ professor, [illegible] Ordinis Prædicatorum Prior Prouincialis, facultatem [illegible] de la Cruz, habitanti in nostro Conuentu S. Thomæ de Madrid, [illegible] Conc. Trid. & pragmaticæ istorum regnorum circa [illegible], possit prælo mandare quoddam Epitome de statu religionis, & de priuilegiis, quibus a summis Pontificibus est decoratus, cum à personis doctissimis & valde grauibus [illegible] sacræ Religionis quibus hoc opus commisimus, sit approbatum. Datis in nostro Conuentu S. Thomæ de Madrid, 28. die Iunii, anni 1613.

F. Ioseph Goncalez
Prior Prouincialis.

CENSVRA OPERIS.

DE Mandato supremi Senatus Regij accuratè vidi Epitome de [illegible] & de [illegible] quibus à summis Pontificibus est decoratus, compositum à R. P. Fr. Ioanne de la Cruz ex sacro ordine Prædicatorum, & nihil [illegible] Catholicæ [illegible] vel æ sapientæ [illegible] potius [illegible] in explicandis [illegible] cum & Concilij [illegible] diligentiam solidam ac veram [illegible], ad vngeendum [illegible] quibus à Sede Apostolica [illegible] aberrantium hæreticorum [illegible], quæ omnia distinctè, claré, & subtiliter [illegible] aureo opere [illegible] facilitate & fœlicitate [illegible] typis prælo [illegible] Theologorum gratiam & magnam religiosorum vtilitatem [illegible] Mantuæ [illegible] Iulij, anno 1613.

Gundisaluus [illegible] Luzero
sacræ Theologiæ Doctor.

SAPIENTISSIMO MAGISTRO PROVINCIALI SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM PROVINCIÆ HISPANIAE DIGNISSIMO, EXIMIOQVE [illegible] TERTII HISPANIARVM REGIS CONCIONATORI, ATQVE CONfessori [illegible] Principis Hispaniarum [illegible] GAN[illegible] [illegible] Ioannes [illegible] perpetuam fœlicitatem exoptat.



COnsuetum est præsul dignissime volentibus suas lucubrationes in lucem prodere, pro eorũ patrocinio patronos eligere. [illegible] opusculi materia et si ita grauis sit, stylus tamen humilis, & author humilimus auxilium vestræ Reuerendæ P. implorat, cui religionũ priuilegia defendere valde propriũ est, vtpote qui inter omnes religiosos literis & religione prestas, in insigni Vallisoletano Cœnobio nutritus, & à Catholicissimis Hispaniarum Regibus & Principibus ad munera ita honorifica [illegible] enim cœlestis Rex cum officijs simul & sufficientiam pro illorum exercitio conferat, Reges tamen terræ cum cunctipotentes minimè sint, ad sufficientiam pro officijs eligendorum maxime attendunt: ista autem in te cum tanto cumulo reperitur, quantum par est pro talium munerum exercitio, ad laudem, & gloriam Dei, totiusq; nostræ Religionis decus. Vale.

(∴) 2 AD



AD LECTOREM.

IN isto opere [illegible] quà potero [illegible] religiosorum privilegia, [illegible] spiritualia & sacramenta, quàm etiam circa temporalia, & [illegible] sunt reuocata, maxime in Conc. Trid. vt [illegible] omnino concedunt, ex istis quæ clara & [illegible] cū nostræ intentionis sit, vt hoc opus præ [illegible] à religiosis [illegible] obligationem & potestatē, tam [illegible] ordine [illegible] in ordine ad [illegible] priuilegio [illegible] facile videre [illegible] autem & viuæ [illegible] opere citata [illegible] authentice [illegible] P. F. [illegible] guez, & pro aliis [illegible] & necessariis [illegible] com-pendia quæ licet authenticata [illegible] non [illegible] saltem pro [illegible].

Index Capitum Libri Primi.

Index capitum libri secundi.

LIBER

PRIMVS DE STATV RELIGIONIS.

PROLOGVS.

[illegible]

CAPVT I.

[illegible]

[illegible]

CAPUT II.

De Statu Religioso [illegible]

[illegible]

[illegible]

CAPUT III.

[illegible]

ficem spectat, statuere leges, quibus status Religiosis conseruetur: Et sic pro voto castitatis, melius seruando statuit leges vetantes ingressum secularium in monasteria Religiosorum vtriusque sexus, & egressum monialium extra clausuram suarum domorum, quas in hoc capitulo explicare contendimus.

DVB. I. An liceat mulieribus intrare monasteria Religiosorum. Not. quod per monasterium tantum intelligitur claustrum, dormitorium, & officinæ interiores. vt patet ex Innocen. 4 *nicho*. 3. & Greg. 9. sic explicantibus regulam minorum vetantem d ctum ingressum. Et sic mulieres intrantes hortos contiguos monasteriis & sacristiam, dum tamen per illorum portas, & non conuentus intrent, non violant Pontificum leges vetantes ingressum in monasteria. Nec obstat, quod Greg. 13 in suo proprio motu de quo statim, ait quod non liceat intrare monasteria, & loca: quia per monasteria, & loca idem importatur licet Manu. Rod. exponendo decreta Pij V. & Grego. XIII. dicat intelligi de hortis etiam contiguis, sed contra vsum contrarium secundo in consti. fratrum Præ[dicatorum] *d* 3 *ca*. 1. h betur, quod mulieres non intrent Claustrum, oratorium, vel alias officinas interiores. Et licet statim, in Glos. declarando, ponatur pœna grauioris culpæ introducentibus mulieres in hortos, in dormitorium, in cameras vel alias officinas, interiores tamen quantum attinet ad culpam sola priora loca, dicuntur monasterium, de quo loquitur prohibitio Summorum Pontificum.

I. Conclusio: non licet mulieribus intrare monasteria Religiosorum. Quia Eug. 4. *Bul* 9. pro Benedictinis excommunicat mulieres monasteria Religiosorum intrantes, & ductores, & receptores earum si voluntarie id fecerunt. Et si dicas legem istam per contrarium vsum esse abrogatam, vt dicebat sapientissimus, & Religiosus valde magister frater Petrus Ferdinandez confessarius Principis Hispaniarum Philippi III. tamen postea Pius V. Bu. 10. excommunicat cum reseruatione mulieres monasteria Religiosorum intrantes, prætextu aliquarum licentiarum, quas ibi reuocat, etiamsi istas licentias habentes sint Ducissæ, Marchionissę, vel Comitissę. Et ibidem præcipit Præsidentibus conuentuum, ac eorum Religiosis sub priuatione officiorum, & inhabilitatione in posterum ad eadem & similia, & desimilia, & suspensione à diuinis ipso facto, & sine alia declaratione incurrendis: ne eas introducere, admittereve, præsumant. Et postea Greg. XIII. Bu. 41. item ac Pius V. & sub eisdem pœnis statuit, & confirmauit. Imo & addit imponendo excommunicationem latæ sententiæ, d ctum ingressum sub prætextu dictarum licentiarum permittentibus, vbi nota, quod in dictis decretis, non comprehenduntur Imperatrices, Reginæ, Infantes, quibus ingredientibus licet secum deferre, ancillas ex more eis associantes. Quia secundum Panor. tit. de priu. num. 7. priuilegium alicui concessum eius etiam socijs fauet, vt patet in illo, qui in tempore interdicti, interesse potest diuino officio, cum associantibus ei, ex more.

2. Conclusio: licet, stando in rigore prædictorum decretorum Pij V. & GREG. XIII. tantum videatur interdictus ingressus mulierum in monasteria, sub prætextu illarum licentiarum, ib reuocatarum, tamen stando in declaratione Pij V. Data Romæ, die 27. Ianuarij anni 1568 omnibus mulieribus est interdictus ingressus quocunque motiuo id faciant. Et declaratio Pij V. talis est.

Nos Alexander miseratione diuina tituli S. Ioannis Ante portam Latinam Presbyter Cardinalis Cribelus nuncupatus, omnibus, & singulis præsentes literas inspecturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis attestamur qualiter sanctissimus in Christo pater Pius diuina prouidentia Papa V. viuę vocis oraculo nobis facto dixit, & declarauit, fuisse, & esse mentem suam, & intentionem, quod eius litteræ sub forma breuis, sub *die* 14. O*ctobr. anni* 1566, Pontificatus sui anno. 1. edi-

ctæ in quibus mulieribus, quibuſcunque ingreſſus monaſteriorum regularium cum derogatoriis clauſulis, & irritantibus decretis prohibebatur non ſolum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & habere prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi huiuſmodi monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcunque mulieres alias tam in genere, quam in ſpecie, &c. Ita refert Rod. inter viua oracu. Pij V. & ita ſeruant Romæ, Papæ pœnitentiarij de ſententia GREG. XIII. & Nuncius in Hiſpania. Et in noſtro Prędicatorum ordine ſic eſt executioni mandatum. Et intelligitur de mulieribus habentibus ſex annos completos, vt etiam notat Rodr. dum exponit dicta decreta.

3. Concluſio, in aliquibus caſibus licet mulieribus intrare monaſteria Religioſorum primo in declaratione prædicta PII V. ſubiungitur ſic, ſignificans nihilominus idem ſanctiſsimus dominus noſter eodem viuæ vocis oraculo nobis facto: quod propter hoc, & per dictas ſuas literas non intellexit nec intelligit, quod mulieribus præcludatur aditus accedendi ad monaſteria, & loca regularium ac eorum clauſtra, quando in eis Miſſa, & alia diuina officia celebrantur, ac quando proceſsiones fiunt, & quando fidelium cadauera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia fiunt: ſed libere conceſsit, & concedit eiſdem omnibus mulieribus facultatem, vt ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur cum alijs Catholicis perſonis accedere, libere, & licite poſsint & ſimiliter, quod quando diuinum verbum in Eccleſia monaſteriorum, & regularium locorum huiuſmodi proponitur, vel propter aliquam cauſam eſt tantus concurſus populi, quod omnino ingredi non poſſunt, per principalem portam Eccleſiæ concedit, eodem viuæ vocis oraculo vt dictæ mulieres, vna cum alijs ſecularibus perſonis poſsint ingredi, & egredi per portam clauſtri monaſteriorum, & regularium locorum huiuſmodi, dum tamen recto tramite accedant ad portam, qua exitur à monaſterio. Non obſtantibus, &c. hæc PIVS V. vbi NOT. 1. non licere facere proceſsiones extraordinarias, hoc animo, vt mulieres clauſtrum intrent: ſi tamen aliqua mulier petat Miſſam in aliqua capella clauſtri poſſunt cum ea omnes mulieres intrare.

NOT. Secundo, poſſe mulieres exiſtere, in dictis locis, quando prædicta celebrantur moraliter, quod ſtatim finita celebratione egredi teneantur: ſed poſſunt aliquantulum immorari, quia res morales non conſiſtunt in indiuiſibili, ſed habent latitudinem moralem ad arbitrium prudentium. Si tamen mulieribus, ſic ingreſsis præbeatur, ibi prandium, aut ſi quando in feſto corporis CHRISTI proceſsione facta de mane mulieres, per totum diem in clauſtro etiam ornato detinentur, violant dicta decreta. Secus ſit, ſi proceſsio ſit in mane, & veſpere.

Secundo licet mulieribus intrare monaſteria Religioſorum, Religioſo grauiter ęgrotante, & deficiente medico poteſt intrare mulier medica, quæ eum medeatur: ſi Religioſus exire non poteſt, cum licentia tamen prioris de conſilio diſcretorum, & cum aliquibus ſecularibus aſſociata, vt ſic vitetur ſcandalum. Quia conſeruare vitam eſt cuique naturaliſsimum. Item quia egreſſus monialium a clauſura ſtrictius vetatur, quam ingreſſus mulierum in monaſteria Religioſorum: ſed moniales ob cauſam legitimam morbi, & aliarum rerum poſſunt egredi à clauſura, *vt dicetur latius. Dubio tertio, ergo.*

4. Concluſio, officia quibus priuantur & ad quæ inhabilitantur violatores iſtarum legum ſunt, quæ habent iuriſdictionem annexam, vt ſunt Prioratus, &c. Iuxta dicta ſupra in explicatione decreti de largitione munerum. Et ſic poſſunt eſſe Definitores, Lectores, Prędicatores, &c. Item iſti violatores ſuſpenduntur à diuinis, ſcilicet, ab executione ordinum etiam minorum. Nec enim poſſunt ſolemniter miniſtrare aliquod Sacramentum

rum, nec dicere solemniter orationes in choro nec Euangelium aut Epistolam solemniter nec cereos deferre, vel alia annexa ordinibus etiam minoribus exercere. Suspenduntur etiam à diuinis officijs ordinibus non deputatis, etiamsi fiant extra Ecclesiam, exceptis horis canonicis, quas priuatim recitabunt. Et officia ordinibus non deputata sunt, psallere in choro, psallere responsos, & litanias, baptizare sine solemnitate extra extremam necessitatem, audire Missam, acceptare electionem, excommunicare, & conferre beneficia. Verum est quod quando suspensus a diuinis exercet, ista non deputata ordinibus non fit irregularis, licet peccet. Ita Naua. in Ma. ca. 26. n. 103. & Coua. in c. alma mater, 2. p. §. 2. num. 2.

An verò istę, & similes pœnæ incurrantur ipso facto per peccata externa omnino occulta: dixi *supra exponendo decretum de largitione munerum quis autem possit absoluere ab istis censuris dicetur in fin. ca. 6. dub.* 15.

Dubium secundum, an liceat intrare monasteria monialium. I. Conclusio non licet ista loca intrare per se loquendo. Primo, quia in Conc. l. Trident. sess. 25. cap. 5. vetatur sub excommunicatione talis ingressus omnibus personis cuiusuis status, & ætatis: nisi in casibus necessarijs, & cum expressa licentia Episcopi in scriptis pro suis scilicet subditis aut alterius superioris pro suis scilicet subditis. Secundo quia Gregor. 13. Bu. 40. & 41. reuocat, licentias personarum cuiusuis status etiam ducissarum, comitissarum, & Marquionissarum, quarum prætextu dicta monasteria intrare conabantur: & sub excommunicatione sibi reseruata præcipit illis ne istarum licentiarum prætextu monasteria monialium, vel earum loca intrare audeant: nisi in casibus necessarijs, & cum licentia superioris in scriptis: iuxta dictum Conci. Trident. & Abbatissis, Præsidentibus, conuentibus ac alijs superioribus præcipit sub excommunicatione Papæ reseruata nec non priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne prætextu illarum licentiarum quemquam dicta monasteria, vel loca ingredi faciant, aut permittant.

2. Conclusio, Prælati regulares possunt, per se, & per alios capere, incarcerare, & secundum arbitrium suum, & delicti quantitatem punire, quoscunque repererint, intra clausuram monialium sibi subditarum. Ita concessit Bonifa. 9. Prædicatoribus, vt habetur in eorum constitutionibus, *d. 2. ca. 17. in glo.*

3. Conclusio, in aliquibus casibus licet intrare monasteria monialium. Primo id licet infantibus discretione carentibus, cum ad peccatum incitare non possint. Et quando Conci. excludit omnes cuiusuis ætatis loquitur de habentibus vsum rationis, & de illis, qui ad peccatum mouere possunt: vt sunt fatui, qui licet intrando non peccent, peccant tamen moniales eos admittentes. Ita Nauar. *in ca. statuimus* 19. q. 3. *num.* 59. Secundo licet, intrare dicta monasteria, de licentia Episcopi, pro monialibus sibi subditis, aut de licentia alterius superioris pro sibi subditis: & in casibus necessarijs. Alias enim, sine necessitate etiam cum licentia intrantes, & moniales illos admittentes incurrunt excommunicationem, & alias pœnas, vt habetur in Bulla 41. GREG. XIII. Et confirmatur hoc ex declaratione congreg. Card. in tempore Clem. VIII. relata à Rodrig. in compen. vbi dicitur non posse mulieres commorari in monasterijs monialium: etiam cum licentia Episcopi, vt moris erat in diœcesi Salmãtina: ob casus scilicet occurrentes litium scilicet matrimonialium, adulteriorum, dissensionum inter viros, & vxores: quibus in casibus mulieres, ibi sequestrari solent: cum non inueniantur alia securiora loca. Alias si sic intrent, incurrunt excommunicationem, & alias pœnas Conc. Trid. & ibidem declaratur non licere in monasterijs intra ostium clausuræ, & claustrum, habere cubiculum, quo

ex consuetudine intrent mulieres ad colloquendum cum monialibus, sed quod contrarius vsus abusus reputetur, & pœnis Conci. puniatur. Verum est, quod Prosperus Farinatius Iurisconsultus Romanus refert ex practica in Curia seruata super Conci. Trident. sess. 25. ca. 5. posse ordinarium puellas in monasterijs collocare ad tempus donec lites finiantur, & mulieres suspectas de adulterio ob quod timent maritos: cum conditionibus infra dicendis circa ingressum viduarum, &c. ad ibi commorandum.

Not. prim. quod cum capitulum succedat Episcopo in Sede vacante, vt ait Silu. Ver. capitulum num. 4. Prouisor a capitulo nominatus erit superior ad dictam licentiam concedendam respectu monialium Episcopo subditarum sicut respectu monialium Religiosis subditarum mortuis Generali, vel Prouinciali, Vicarij istis succedentes habent omnem eorum authoritatem etiam circa moniales, vt conceditur à Iulio. 2. & *habetur in constit Praedicatorum d. 2. cap. 3.*

Secundo Not. quòd licet minor causa sufficiat, pro ingressu mulierum, quam virorum in ista monasteria monialium, & adhuc minor pro ingressu matris, vel sororis: non tamen est causa sufficiens pro matre visitare filiam morti proximam, aut quando profitetur, aut habitum recipit. Ita declarauit Congregatio Card. vt refert Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 64. art 11. quia nec est in praxi talis ingressus nec saluti corporali, aut spirituali filiæ necessarius.

Not. ter. non esse necessariam licentiam in scriptis pro casibus communiter occurrentibus: vt pro ingressu medici, confessoris, visitatoris, artificis, & aliorum quorum repentina opera passim sunt necessaria: potest enim superior hanc generalem licentiam in scriptis committere Priorissis, vel confessoribus monialium, vt in similibus casibus ipsi dent licentiam, vel potest dici, non esse necessariam licentiam superioris expressam in his etiam verbo tenus, sed Priorissa ex præsumpta interpretatiua voluntate superioris eam concedere potest iuxta Diuum Thom. 2. 2. *quæst. 147. art. 4.* vbi ait, non requiri superioris dispensatio, quando causa non seruandi legem, est euidens, aut superior adiri non potest, maxime si consuetudo ita habet.

Tertio, licet Religiosi curam monialium gerentibus illarum monasteria intrare, pro exercendo monasterij opere, pro conseruandis monialibus ab incendio, aut similibus, & pro defendendis à latronibus. licet etiam Presbytero cum socio intrare pro ministrãdis Sacramentis in infirmitate monialium, aut famularum ac pro caduera sepeliendo. Ita concessit minoribus Innocen. VIII. Bul. 12. Quarto, licet superioribus monialium intrare earum monasteria in casibus tamen necessarijs, & comitati à paucis personis senibus, & Religiosis. Ita Greg. XIII. Bul. 41. & ibidem Episc. sine causa necessaria intrantes in monasteria suarum monialium interdicuntur, pro primo ingressu ab ingressu Ecclesiæ, & pro secundo ingressu excommunicantur, & suspenduntur, à munere Pontificali, & à diuinis, & alij superiores regulares sine causa necessaria, in monasteria monialium suarum intrantes: excommunicãtur & officio, & omni ministerio sunt priuati. Vbi Not. quod licet in Conc. Trident. sess. 25. c. 5. statuatur, quod qui præest electio- Priorissę, aut Abbatissę Episcopus, aut alius superior, non intret monasterium, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, aut accipiat, tamen lex ista, & si nullam ponat exceptionem est limitanda sic, nisi Prælati prudenter iudicent, non posse fieri canonice dictam electionem ipsis non intrantibus, ob inquietudinem monialium & suspicionem subornationis votorum inter ipsas suborte, aut ob alias iustas causas à superioribus prudenter arbitrandas, & ibi possunt vota recipere. Ita Nauar. loci *nu. 59.* & Rodri. *ar 4. & 5.* & patet, quia cum ipsi possint cũ alijs dispensare, ex causa necessaria in isto ingressu, etiam secum idem poterũt, secundum Caiet. 12. q. 96. ar. 5. & Codr. l b 5. q. 31. & ita disponitur in Bulla Greg. citata.

Secundo, non obstante Conc. Trid. si alias non obstet, statutum alicuius Religionis licet

cet, recipere, in monasteriis monialium viduas, mulieres nobiles, & puellas vsque ad vicesimum quintum annum, vt in moribus instruantur, cum habitu seculari honesto, & sine ancillis, & cum licentia superioris monialium, & consensu Abbatissæ, & maioris partis monialium, & seruando legem communem clausuræ: & si semel è monasterio egrediantur, iterum illuc intrare sine noua licentia non permittantur: nisi ad hoc vt fiant moniales. licet tamen curandæ valetudinis causa dare licentias ad balnea, dictis puellis, & siccum dicta licentia in monasteriũ red e pos int. Ita refert Prosp. Farin. lo. cit. ex practica in Curia seruata. vbi etiam refert declarationem Cardi. factam Episcopo Abulensi, pro monasterio sanctæ Annæ eiusdem ciuitatis: vbi habetur, non licere ancillis monialium secularibus claustra monasterij intrare, & exire quoties velint.

DVB. III. An moniales possint exire à monasterio. I. Conclusio: non licet, moniali profes ç exire à monasterio etiam ad breue tempus quouis prætextu, nisi ex aliqua causa legitima per Episcopum approbanda. Ita in Con. Trid. sess. 25. c. 5. & loquitur Conc. de monialibus Episcopo subiectis: nam approbatio causæ ad exeundum pro monialibus Religiosis subiectis debet fieri per earum generalem, aut Prouincialem. Et licet Pius V. in motu, qui incipit decori, & honestati edicto calendis Februarij anni 1569. requirat pro egressu monialium non tantum licentiam suorum superiorum, sed etiam Episcopi, & ita etiam declarauerit congregatio Cardinalium, vt refert Rod. in qq. reg. to. I. q. 49. art. 6. tamen in Hispania hæc lex pro hac parte per contrarium vsum est abrogata, & cum sola licentia suorum superiorum exeunt moniales. Et intelligitur nostra conclusio etiam de monialibus tertij ordinis prædicatorum, & minorum Collegialiter viuentium cum istarum vota, ita solemnia sint, & irritantia matrimonium, sicut & aliarum monialium vota ex priuilegio Paul. III. Bul. 6. & eodem rigore tenentur ad castitatem seruandam sicut & moniales habentes velum.

2. Conclusio moniales exeuntes à monasterio sine licentia, & superiores sine causa rationabili ad licentiam concedentes & qui illas sic egressas comitantur, & recipiunt, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam: & vltra hoc dicti superiores, & moniales ipso facto priuantur, officijs, dignitatibus, & administrationibus, & ad obtenta, & in posterum obtinenda inhabilitantur. Ita statuit Pius V. in motu proprio citato. Quis autem possit absoluere ab istis pœnis dicetur *capit. 6. Dub. 15.* eadem enim est ratio de istis ac de pœnis violantium clausuram monasteriorum.

DVB. IV. Quæ causæ sufficiant, vt superior licite dispenset, cum egressu monialium à monasterio.

I. Conclusio: causa legitima pro isto egressu erit prima, magnum incendium lepra, aut epidemia ita Pius V. in motu citato. Vbi not. 1. quod existente aliqua istarum necessitatum petenda est licentia à superiore, si in breui haberi possit, cum sit in iure vetita talis egressio sine tali licentia. *in ca. monachum. 20. q. 4.* & in Conc. Trid. lo. cit. si tamen sit periculum in mora sat est licentia præsumpta, & tunc transferant se moniales ad locum competentem vbi quantum commode fieri possit, clausę morentur quousque de monasterio sit prouisum. Ita statuit Vrba. 4. pro monialibus Sanctæ Claræ, vt refert *Rod. in qq. reg tom.* 1 *q. 49. arti. 1.* & à Pio V. lo. cit. præcipitur, & declaratur, quod ad solum tempus necessarium stare licet monialibus extra monasterium, & non amplius.

Secundo not. quod stando in rigore vocabuli, epidemia potest hic accipi, pro morbo multos inuadente, & populariter grassante etiam, sine pernicie, & morte, non enim est restringẽda dicta lex Pij V ad solã Epidemiam pestilentem, & mortiferam: considerauit enim pater ille sanctissimus, quod si dicta epidemia etiam absque pernicie, & morte ex vna in alias moniales transeat, & per monasterium grassetur, difficillime ser

uaretur monasteriorum clausura, cum ad minus necesse sit, illuc introducere mulieres seculares ad monialium medicamen, & istas ad curationem extra septa monasterij frequenter exire.

Secunda causa legitima pro egressu monialis erit, vt si à suo superiore mittitur, ad fundandum alibi monasteriũ, vel vt in alio conuentu sit prælata, vel magistra nouitiarũ, vel, vt ponatur in alio officio, in quo maximè consistit honestas Religionis: ex quo peracto officio ad suum monasteriũ reuertitur. Item ob correctionem potest duci monialis ad aliud monasterium, quando in suo monasterio, ob cognatos, aut aliter non potest corrigi. Item possunt moniales exire, quando de mandato sui Prælati primo monasterio ex causa rationabili relicto, totius conuentus ad aliud monasterium se transfert. Imò si ista translatio fit, à locis desertis ad oppida, commendatur maximè à Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. Prædicti casus referuntur ad Vrba. 4. loc. cit. nec sunt reuocati à Pio V. in suo proprio motu ponendo tantum incendium, lepram, & epidemiam: nam præterquam, quod isti casus sunt similes casibus pij V. cum omnes concernant, bonum communitatis, & non bonum monialium, in particulari, tamen ex vsu etiam comprobatur. Et hoc etiam est conforme Concilio Tridentino loc. cit. disponenti non licere moniali exire à monasterio, nisi ex rationabili causa ab Episcopo approbanda: sed iam istæ causæ sunt approbatæ ab Vrbano IV. totius orbis Episcopo, ergo. Vnde superiores dum concedunt monialibus licentiam exeundi à monasterio, in istis casibus, solum debent declarare istosmet casus esse eorum, qui sunt approbati a Papa.

An verò liceat monialibus exire a monasterio ob alias causas præter iam dictas. In hoc Gutierrez in qq. canon. cap. 14. ait illud esse licitum in causis similibus cum causis exceptis à Pio V. v.g. in casu hostium inuadentium monasterium, in casu aquæductus, aut ruinæ domus, & aliorum similium incendio, & in aliis infirmitatibus contagiosis, & nociuis communitati monialium: sicut sunt lepra, & epidemia. Et hoc tamquam certum ab omnibus acceptatur, iuxta dicta à nobis supra explicando motum proprium de largitione munerum in principio, de quo etiam vide Silu. ver. aliena, n. 11, non tamen erit licitus iste egressus, ait iste Doctor, in infirmitatibus soli moniali nociuis, quia cum Papa in suis tribus exceptionibus incendij scilicet lepræ, & epidemiæ semper consuluerit & prouiderit, bono communitatis, & non monialis in particulari: bene colligitur tantum voluisse, commoditatem communitatis esse præferendam clausuræ, & cum clausuræ detrimento esse conseruandam, secus tamen est, de commoditate, & necessitate monialis in particulari, his non obstantibus.

2. Conclusio sit, satis pia & probabilis est sententia. Naua. in c. statuimus n. 4. excedens dictum decretum Pij V. ad infirmitatem soli moniali nociuam: cui exeundo à monasterio remedium adhibetur, si alias periculum vitæ, aut grauis, & diuturnæ infirmitatis probabiliter timetur. Et hoc maximè habet verũ in monialibus non ex voto, sed ex statuto Ecclesiastico ad clausuram obligatis, lex enim humana non obligat cum tanto rigore, & morali periculo mortis, aut grauis & diuturnæ infirmitatis. Imò nec votũ perpetuæ clausuræ ab aliquibus monialibus emissum sit, ab eisdem cum isto rigore moriendi potius, quia exeundi à monasterio, nec in earum regula hoc postulatur, sicut postulatur in regula Carthusiensium potius esse moriendũ, quam carnes gustandum. Et confirmatur ex doctrina Bald. in rubr. C. d Const. partic. & aliorum iuristarum communiter asserentiũ statuta regularium non esse ita rigorose interpretanda, vt apices iuris seruentur, sed debēt ampliari ex bono, & æquo, hoc est secundũ æquitatem naturalem licet non ad libitum, sed prudenter secundum terminos iuris naturalis, & gentiu, & hoc maximè debet verificari in nostro casu, vbi agitur de periculo vitæ, aut grauis, & diuturnæ infirmitatis.

CAP.

Caput VI.

De voto Obedientiæ.

NOT. I. quod per votum obedientiæ obligatur Religiosus obedire Prælato secundum statuta suæ Religionis, & non maiore rigore, quo ibi, obligatur. Si enim inter sua statuta aliqua non obligent, sub peccato non tenentur, ex vi voti illa sub peccato seruare. Ex quo patet non teneri Religiosum obedire Prælato præcipienti aliquid contra Dei mandata, aut Ecclesiæ ordinationes, aut si aliquid præcipiat, contra regulam, aut statuta suæ Religionis, vt quod sanus comedat carnes. Item non tenetur obedire, si præcipit, aliquid supra regulam, vel sua statuta: vt quod ieiunet, in pane, & aqua, nisi alias hoc sibi imponatur, in pœnam suorum defectuum. Item non tenetur obedire quando præcipit ea ad quæ non se extendit prælaturæ authoritas: vt quod sibi reuelet suum peccatum occultum, aut quod confiteatur, peccatum iam confessum. Ita habetur in consti. fratrum Prædicatorum *d. 1. ca. 15.*

Secundo Not. quod Religiosus per votum obedientiæ, subiicit se plenarie suo superiori, vt Priori, vt iudici, & vt Prælato: vt in sequentibus videbimus.

Artic. De potestate paterna Prælati regularium.

DVB. I. Quanta sit ista paterna potestas.

I. Conclusio: potestas ista extendit se ad corrigenda, & puniendum delicta subditorum: etiam leuia nulla præmissa de istis legitimis accusatione, aut denuntiatione, nec facta super istis aliqua informatione, eo modo quo pater familias respectu suorum filiorum ad ista punienda procedit.

2. Conclusio: Prælati Religiosorum, sicut prior & alij similes & superiores Prælati possunt per potestatem dominatiuam irritare omnia suorum subditorum vota, & iuramenta: exceptis tribus votis solemnibus paupertatis scilicet, castitatis & obedientiæ, & excepto voto transeundi ad arctiorem Religionem, vt est communis sententia, de quo latius in materia de voto: possunt tamen hoc votum dispensare, vt dicetur *dub. 2.*

Artic. 2. de potestate prælati regularium in quantum iudex.

DVB. II. An Religiosi sint exempti à potestate iudicum secularium.

I. Conclusio: omnes Religiosi, & Ecclesiastici ex iure humano canonico, & ciuili sunt exempti à potestate, & iurisdictione secularium: tam in causis ciuilibus; quam in criminalibus *patet ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 20.* & in authen. statuimus de Episcopis & Cler. & in iure Hispano *lib. 1. tit 6. par. 1.* & *to. 1. ord. reg. tit. 3. le. 6.* & in Bulla Cœnæ excommunicatur iudices seculares se intromittentes ad cognoscendas causas Ecclesiasticorum, vel vocantes ad sua tribunalia Ecclesiasticos. Etsi aliquando Religiosi, aut laici ad consilium regale recurrunt, quando vident se grauari aliquibus literis Apostolicis aliquid sub grauibus pœnis præcipientibus, & tunc regale consilium detineat literas: præcipiendo ne executioni mandentur, non ideo fit, quia consilium regale de hoc velit iudicare, nec etiam præcipit quod literis Apostolicis non obediamus: sed quod non mandentur executioni, quousque Papa certificetur, de inconuenientibus talium literarum executioni obstantibus, & videat an id facto opus sit. Et ista literarum detentio licite fit siue ex priuilegio, vt fertur à Vannes. 2. 2. *q. 60. ar. 1 dub. 2. conc. 5* siue ex causa rationabili, quia ita expedit paci & bono regimini, vt [illegible] Bald. in candi. 2. p. de Bulla Cœnæ n. 22. Cod. [illegible] pra. *q. 35. nu* [illegible]. & alij quos refert [illegible] *q* [illegible] *art. 8* & eadem authoritate auditores cancellariarum & consilij rega-

regalis sæpe præcipiunt iudicibus Ecclesiastic., vt absoluant à censuris iudices seculares, aut alios ad eos confugientes, por via de agrauio, ô fuerça, dum examinatur, an iudex Ecclesiasticus legitime procedat.

2. Conclusio: & si Religiosi, sicut & Clerici teneantur seruare leges ciuiles in bonum reip. ordinatas cuiusmodi sunt leges taxantes precia rerum, vetantes aliquod genus vestium, arma aliqua, venationem, in certis temporibus: tamen istarum legum transgresionem punire, spectat ad superiores delinquentium, & non ad iudices seculares.

3. Conclusio: Religiosi sicut, & Clerici non possunt cogi ad iurandum, vel testificandum in extraneis secularium tribunalibus: imo nec in tribunalibus aliorum ordinariorum Ecclesiasticorum extra ordinem, licet eorum testimonia etiam pro ipsorum Religiosorum causis, in omni tribunali Ecclesiastico & seculari, sint legitima, & admittenda prout concessit Celestinis Eug. IV. Bu. 7. & Benedictinis Bu. 9. & 17.

DVB. III. An superiores Religiosorum sint eorum iudices. I. Conclusio: superiores Religiosorum sunt eorum iudices ad punienda eorum delicta iuxta sua statuta, & Bonifa. VIII. & IX. concesserunt Prælatis ordinis Prædicatorum, ad quos spectat Religiosorrum punitio posse, eos libere punire secundum constitutiones approbatas, & instituta ordinis generalia facta, & fienda, relictis rimulis, & apicibus iuris etiam iuris ordine postposito. ita habetur in constitu. istius ordinis *d. 2. ca. 17.* vbi nomine rimulorum, & apicum iuris non venit intelligenda accusatio, & citatio: hæc enim in causis grauibus necessario debent præcedere: alias sententia lata, sine his, etiam inter Religiosos erit nulla. Ita Nauar. *lib. 2. consil. 1 titul.* de sententia, & reiud. & Rodri. in su. tract. de ordi. iudi. *ca. 12. num. 7.* non tamen est necesse, quod ista accusatio fiat per Religiosum offensum aut etiam per alium Religiosum, sicut enim iudex secularis saltem in criminalibus etiam non accusante iniuriato per se, vel per alterum tenetur, ex officio procedere dum absit, aliquod supplens vicem accusatoris, vtpote clamarosa insinuatio, publica infamia per maiorem partem viciniæ, vel communitatis sparsa, vel euidentia patrati sceleris coram iudice existente cum aliis, vt ait Caie. *22. q. 67. ar. 3.* ad secundum D. Tho. ex ca. euidentia de accusata fortiori ad id tenetur superior regularium in eisdem casibus. Aliàs Religiosorum communitas, & Religio, quæ semper petit satisfactionem maxime læderetur. Et cum Religiosi, non ita facilè conquerantur apud superiorem de iniuriis sibi illatis, sed ferant patienter, obseruantia regularis paulatim corrueret delictis impune manentibus. Item inter rimulos & apices iuris non comprehenditur, quod dicta testium declarentur sub præcepto, iuramento, vel excommunicatione, & quod non scribantur à iudice, sed à secretario, vel notario, vel saltem ab ipsis testibus: hæc enim omnia cum aliis de iure substantialibus necessario debent interuenire etiam in causis regularium: vt notat Rod. in qq. regul. *tom 1. quæst. 3. ar. 1. & 2.* secus fit de alijs non substantialibus quę nomine apicum & rimulorum intelliguntur.

2. Conclusio. Religiosus sine licentia ab ordine recedens potest, per suum superiorem compelli censuris ad hoc, vt reuertatur. Et istum detinentes post denuntiationem priuilegiorum quæ regulares habent, circa hoc, sunt excommunicati. Ita concessit Prædicatoribus *Sixtus IV. Bul 33. & Iul. 2. Bul. 26.* Et ordinarij locorum a Religiosis requisiti tenentur denuntiare tanquam excommunicatos eos, qui dictum Religiosum detinent, auxilium, aut fauorem apostatandi præbent Ita concessit minoribus. Clem. IV. Bul. 15.

3. Conclusio; Religiosus fugitiuus, vel qui transijt ad alia monasteria, aut seruitia etiam alicuius Cardinalis sine licentia sui superioris, potest per ipsum etiam cum auxilio brachij secularis (si opus sit) capi, incarcerar., & censuris compelli. Ita concessit Be-

Benedictinis, Eugen. 4. Bul. 8.

4. Conc. ordinarij à religiosis requisiti examinare debent, licentias religiosorum ab ordine exeuntium, & si non inueniantur vere reuocentur, aut saltem non permittant eos morari vbi sunt monasteria suorum ordinum. Ita concessit minoribus Iul. II. Bul. 12.

DVB. IV. an liceat Religiosis appellare à correctione suorum superiorum.

1. Conclusio, non valet appellatio Religiosorum ad iudicem extra ordinem. Primo, quia Iul. II. prohibet appellationes fratrum & monialium ad curias Ecclesiasticas, aut seculares, & præcipit sub excommunicatione iudicibus quarumlibet curiarum: ne istas appellationes vllo modo recipiant, vel cognoscant: & aliter factæ ab eo irritantur, non obstantibus ordinationibus Apostolicis vel dicti ordinis, scilicet Prædicatorum statutis in contrarium. ita habetur in constit. ordinis Prædicatorum *d. 2. c. 8.* Secundo ex Bonifa. VIII. loc. cit. habetur, quod nullus frater, vel soror ordinis prædicti coram iudice extraneo ex quauis causa conuenire, nec à correctione quauis seu aliàs ab aliquo Prælato, aut fratre dicti ordinis quauis occasione appellare, aut contra eos querelam proponere audeat: nisi prius coram Priore seu Prouinciali, seu Magistro ordinis causam, & querelam suam proposuerit verbo, aut scr pto. Tertio, Gregor. XIII. Bul. 2. prohibet fratribus minoribus sub excommunicatione, appellationes ad secularia tribunalia, sed Maior difficultas est, an liceat appellare ad Papam, aut ad Prælatos superiores eiusdem ordinis. Et videtur, quod non, primo, quia est vetita religiosis talis appellatio; in cap. ad nostram, & cap reprehensibilis de appellationibus. Secundo, quia Bonif. VIII. Bul. 1. pro minoribus, & Bul. 10. pro Cisterciensibus, & Eug. IV. Bul. 9. pro benedictinis, dicunt non licere Religiosis appellare à correctionibus suorum superiorum, etiam ad Papam, & irritant appellationem, si fit.

Tertiò in constitutionibus ordinis Prædicatorum *dist. 2. cap. 8.* habetur sic, declaramus, quod licet appellatio sit de iure naturali vnusquisque potest iuri suo renuntiare, & eo ipso, quo quis obedientiam profitetur secundum nostras constitutiones, secundum quas non licet appellarē, ex hoc renuntiat iuri sibi à natura competenti de appellatione sicut & iuri possidendi aliquid, vt proprium: vnde in cap. apud Carcasonam celebrato anno 1312. sic dicitur: volumus, & ordinamus, quod quicunque frater repertus fuerit, iudicio eius ad quem spectat sine causa rationabili a suo superiori appellasse, incarceretur: denuntiantes fratribus vniuersis, quod de iure communi, & ex priuilegio ordinis speciali, nulli licet à correctione, vel officiorum remotione appellare. Et iterum, ne delicta maneant impunita, & obedientia per appellationes friuolas infringatur, qui contra obedientiam appellare præsumit: nisi infra duos menses renuntiet, vel infra annū prosequi non incipiat, vel incepta prosecutione non desistat, vel in ipsa succūbat, sit ipso facto carceri addictus. Et iterū, qui appellat ab absolutione facta, aut facienda Prouincialatus, Vicariatus, Prioratus; etiā prætextu grauaminis sit ipso facto ab illo officio absolutus.

Pro parte affirmatiua sunt etiā aliquot argumenta. *Primò* ex tit. c. ad nostram citati in oppositum, vbi sic habetur à correctione excessiua non appellatur: nisi modus excedatur. Et hoc etiam ita videtur iuxta cap. super quæstionum, & c. de Priore de appellatione, & Gloss. in cap. ad nostram. *Secundò*, quia in cap. generali celebrato in conuentu S. Pauli Valeoletani, anno 1605. sub magistro fratre Hieronymo Xauier præcipitur, quod in appellationib. seruetur constitutionis modus, vtpote, quod appellatio fiat gradatim, ergo iam admittuntur appellationes.

Tertiò Gregorius XIII. bul. 2. concessit minoribus posse appellare ad Generalem, ad Protectorem, vel ad Papam. Item à congregatione Cardinalium præceptum est anno 1587. vt appellatio gradatim hoc ordine

dine prosequatur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad sacram Cardinalium congregationem. Et ista appellatio permittitur in constitutione *Sixti V. de quo Rod. in qq. reg. tom.2. q.29. artic.2.*

Propter ista argumenta Nauar lib.2.conf. 4. de appel. *Lud. Lop. in su. 1.par.c.284.* Argo. 22. *q.69.art.3.* Silu. ver. appellatio nu.9. Armi. ver. appell. num. 15. & Rod. loc. cit. dicunt quod quamuis non liceat religiosis appellare à correctione suorum superiorum iuste facta secundum sua statuta, aut ad effugiendum Ecclesiasticam disciplinam, & hoc intendunt testimonia in primo loco adducta, maximè priuilegia Bonifacij, & Eugenij: licèt tamen religiosis in causis grauissimis à mandatis, aut correctionibus excessiuis recurrere per viã appellationis, aut simplicis querelæ, aut defensionis ad superiorẽ, non tantum intra ordinem, sed etiam ad Papam, ad Protectorem, ad sacram Cardinaliũ congregationem, ad legatos Papæ habentes iurisdictionem & potestatem in regulares. Et ad argumenta in contrarium adducta ex c. ad nostrã dicunt non loqui de correctione excessiua, vt ait Silu. & constat ex tit. dicti c. sed de correctione iustè facta, vel de correctione leui, & hoc ipsum intendunt priuilegia Bonifacij & Eugenij. Testimonia verò ex constitutionibus ordinis prædicatorũ allata, intendunt remouere appellationes factas sine causa rationabili, & appellationes friuolas, quibus obedientia infringitur: vt patet ex contextu, & appellatione circa res leues, in quibus parum iniuriæ Religioso irrogatur. In his enim religiosus patienter ferat, & humiliter pareat, vt si in ordine nostro Prædicatorum damnetur, quis etiam iniustè ad pœnas grauis, culpæ scilicet, ad tria ieiunia in pane & aqua, & totidem disciplinas, quæ solent infligi pro negligentijs, quæ non sunt peccata etiam venialia. Appellationi enim ab istis, & similibus videtur Religiosum renunciasse: secus esset, si in dicto ordine damnaretur, quis iniuste ad pœnas grauioris culpæ cum ex hoc magnam incurrat infamiam, quam sine culpa pati non debet, sed habet ius à natura defendendi se medijs licitis qualis tunc est appellatio pro tuenda fama ad virtutem conseruandam, maxime necessariam: secundum illud Eccle. 41. curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri preciosi, & magni. Imo quando sic esset fama necessaria pro virtute conseruanda, vt regulariter contingit, & insinuatur, Eccles. loco citat. non posset homo cedere iuri appellandi, quando hoc medio sibi recuperat famam iniuste ablatam sicut licèt homo sit dominus diuitiarum, si tamen illis opus habet pro alenda familia, non potest illas pro libitu prodigere; sic etiam à fortiori non posset famæ renuntiare quando est necessaria ad virtutem conseruandam; his tamen non obstantibus sit

1. Conclusio: non licet Religiosis maxime Dominicanis appellare. Patet hoc argumentis in primo loco factis. Secundo, quia appellatio suspendit sententiæ executionem, vt *patet ex libro 6. titul.23.p.* 3. & alibi sæpe: sed non suspenditur executio sententiæ in Religionibus, ergo, &c. Religiosus enim bene potest omni appellationi renuntiare (maxime quando aliter potest recuperare famam) pro bono Religionis altiori, sicut & Carthusianus pro eodem bono licite renuntiat comestioni carnium, etiam quando hic & nunc esset necessaria, pro vitæ conseruatione.

2. Conclusio: licet Religiosis, si quando sentiũt se iniuste in causis grauissimis grauari recurrere ad superiores per viam simplicis querelæ, aut defensionis. Sic enim recuperant sibi famam, dum superiores talem querelam admittendo: maturo consilio, agendo potius patrum quam iudicum officium, & misericordiam, cum institia con-

coniungentes pœnarum temperant rigorem, aut innocentiam accusati declarent.

† Art. 3. de potest. superioris regularium in quantum prælatus.

DVB. V. An Religiosi sint exempti ab obedientia, & iurisdictione Episcoporum.

I. Conclusio: Religiosi erant olim subiecti Episcopo diœcesis vbi morabantur. Ita *patet ex c. qui vere* 16. *q.* 1. & ex Conc. Tol. 4. c. 5. & ex Conc. Calce. c. 4. & ex Diuo Thom. 2. 2. *ar.* 186. *ar* 5. *ad* 3. Et tunc Episcopus sicut generales admittebant ad professionem Religiosos, vt habetur in c. viduitatis 27. *q.* 1.

II. Conclusio Religiosi iam nunc ex priuilegio sunt exempti à iurisdictione Episcoporum, & aliorum ordinariorum & Sedi Apostolicæ immediate subiecti Bonifa. 8. & Marti V. exemit ordinem prædicatorum, ac eorum moniales ab ordinarijs. Vt habetur in monum. *ordi. concess.* 681. & Rod. in *qq reg tom. q.* 63. & idem Ro. in compen. authenticato multa refert priuilegia, circa hoc. Primo refert priuilegium Benedicti 12. Bul. 1. concedentis nullum præter Papam, vel Cardinalem legatum posse censuris ligari monachos Benedictinos, imo nec Clericos Ecclesiæ suorum monasteriorum. Secundo Eug. IV. Bul. 7. exemit Celestinos cum suis bonis ab omnibus legatis, & Episcopis, & ab habentibus iurisdictionem ordinariam, & contra hoc facientes excommunicantur si moniti non desistant, intra tres dies. Tertio SIXTUS IV. Bul. 33. & Iul. 2. Bu. 25. concesserunt ordini Prædicatorum ne ratione delicti, aut alterius rei possint conueniri coram ordinariis. Imo & idem SIXTUS IV. concessit minoribus Bul. 14. & Prædicatoribus Bu. 33. quod Ecclesiæ Parochiales apud istos Religiosos constructæ, & capellanei seculares per istos Religiosos deputati sint, liberi ab omni ordinariorum superioritate. Sed postea LEO X Bul. 45. edicta in Co. late, statuit posse Episcopos visitare Ecclesias Parochiales monasterijs vnitas: & idem statuit Concil. Trid. sess. 25. ca. 11. excipiendo tamen monasteria, vbi capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, & monasteria vbi Prælati regulares exercent iurisdictionem Episcopalem, & temporalem, in Parochos, & Parochianos, & excipiendo etiam monasterium Cluniacense, cum suis limitibus. Alias Bullas ad hoc refert Rodri. loc. cit.

3. Conclusio: Religiosi, in Concil. Trid. & alibi, in aliquibus subduntur Episcopis, tanquam delegatis Sedis Apostolicæ, vt ex dicendis constabit.

DVB. VI. an Religiosi habeant intra ordinem suos Prælatos? I. Conclusio affirmatiua V. g. in nostro Prædicatorum ordine, præter Papam, qui est omnium fidelium pastor, proprij Prælati sunt, Magister ordinis, pro toto ordine: Prior Prouincialis pro sua prouincia: & Prior conuentualis, pro suo conuentu: & quolibet illorum mortuo vel amoto Vicarius eis succedens quia Iul. 2. concessit istis Vicarijs omnem potestatem tam Apostolica authoritate, quam quomodolibet concessam, aut concedendam illis quorum sunt Vicarii, exceptis istis tantum, quæ in suis constitutionibus eis inhibentur. Ita *habetur in constitut. prædicatorum d.* 2. *cap.* 3 Et notetur ista concessio pro multis casibus. Ex quo colligitur, quod Vicarius Magistri ordinis, & Vicarius prouincialis habent potestatem in moniales: quam habebant dum viuerent Magister, & prouinciales, & possunt etiam sicut illi creare Vicarios, pro monialibus.

2. Conclusio, licèt supprior ex officio suo nec habeat curam animarum, nec sit prælatus, vt dicitur in prolog. constitutionum fratrum prædicatorum: tamen mortuo, vel amoto priore vices eius in omnibus plenariè obtinet, quousque prior electus, & confirmatus in domo præsens sit: nisi Prouincialis aliter ordinauerit. Ita colligitur ex dicto *priu. Iul* 2. cum superior sit Vicarius prioris, *& ita habetur in const. prædicatorum d. 2. ca.* 2. vbi gloss. conformiter ad limitationem in dicto priu. legio contentam, scilicet exceptis illis, quæ in suis constitutionibus eis inhibentur, declarat esse intelligendum de his, quæ iure ordinario competunt Priori: vt sunt creare Vicarium, eligere sibi & subditis confessorem, recipere religiosos ad habitum, & professionem. Non tamen succedit supprior priori, in illis, quæ competunt priori ex commissione: sicut sunt cura monialium, præsentare religiosos Episcopis pro ordinibus recipiendis, aut pro cõfessionib. secularium audiendis, &c. Verũ est tamen Benedictũ 13. concessisse vicario conuentus de Guadalupe, in Sedevacãte omnia, & singula in spiritualib. & temporalib. quæ prior quomodolibet facere poterat, vt ipse etiam facere valeat: nil limitando sicut limitauit Iul. II. vt vidimus, ita *habetur in cõpen. D. Hier ver. Vicar.* §. 1. & sic iuxta hoc priuilegium dictorũ religiosorum Vicarij, illos præsentant Episcopis pro ordinibus recipiẽdis. Quo etiam priuilegio cõmunicant aliæ Religiones, iuxta dicenda à nobis *lib. 2. c. 4.* nisi consuetudo per centum annos perscripta iuxta dicenda à nobis *lib. 2. c. 3. dub. 2.* obstet in contrarium vel alia lex, qua hoc priuilegium benedict. 13. derogetur.

DVB. VII. Quanta sit Prælatorum regularium potestas, & ad quę se extendit.

1 Conclusio, Prælati isti habẽt in sibi subditos tantam potestatem, quantã Episcopi in suas oues. Sunt enim vere Pręlati habentes plenissimam potestatem, in vtroque foro Ecclesi. ad ligandum etiã censuris & soluendum. Secundo quia Eug. IV. Bul. 9 concedit Abbatibus, Rectoribus, & Prioribus Benedictinorum, vnà cum eorum conuentibus, in omnibus casibus auctoritatem ordinarij de iure necessariam. Ex quo colligitur, quod ea quæ in iure communi de nouo conceduntur, Episcopis consequenter censentur concessa, dictis Prælatis, pro sibi subditis: nisi oppositum exprimatur. Ita Panor. in c. at si Clerici, §. de adul. num. 18. de iudiciis, sequendo Benedictum, & Fredericum: alias subditis istorum Prælatorum, non esset ita ac secularibus prouisum, cum alias necogantur egredi, extra septa monasterij debeant esse melioris conditionis.

2 Conclusio, Religiosi quantumuis exempti, & licentiati ad seruiendum alicui beneficio sunt subiecti superioribus suorum ordinum: nisi alias per Sedem Apostolicam habeant Ecclesiast. parochiales, aut earum perpetuas vicarias illis actualiter seruiendo. Ita concessit ordini Prædicatorum Leo X. Bul. 32. Imò & Religiosi assumpti in Capellaneos Papæ manent subiecti suis Prælatis. Ita concessit Gregorius XI. Bul. 1.

3. Conclusio, Religiosus non potest assumi in socium Prælatorum, aut aliorum, nisi assignatus à suo Generali vel Prouinciali; Qui adhuc eisdem subdatur, & per eosdem, aut per suos vicarios corrigatur, & amoueatur, & alius substituatur. Ita concessit minoribus Innoc. IV. Bul. 5. Iul. II. Bul. 15. & Alex. IV. Bul. 1. Et idem potest Prouincialis, circa prædicatores Cruciatæ, eos amouendo, & alios substituendo. Ita idem Iul. II. & Sixtus IV. Bul. 33. pro prædicatoribus. Itẽ per Leonẽ X. Bul. 4. nullus legatus, nisi de latere potest vllum religiosum ad secum commorandum, vel pro suis negotiis assumere.

4. Conclusio, literę vel exceptiones religiosis à Papa cõcessæ nullo modo eis suffragantur, sine expresso consensu vicarij generalis. Ita concessit minoribus Leo X. Bul. 4. quod etiam postea concesserat prædicatoribus Innoc. 8. Bul. 3. & potest generalis reuocare gratias etiam à Papa concedendas sine licentia superiorum regularium cum limitatione de qua dicemus *lib. 2. c. 6. dub. 1.*

V. Con-

V. Conclusio, Religiosus sine sui ordinis licentia non potest in Episcopum assumi. Ita concessit minoribus Alexand. 4. Bul. 5. & in consti. ordinis prædicatorum d. 2. cap. 13. in gloss. habetur tres Papas concessisse isti ordini, ne quis Religiosus sine licentia Magistri ordinis vel prouincialis speciali, vel mandato Sedis Apostolicæ electioni, vel postulationi, ad quamuis dignitatem extra ordinem de se factæ audeat consentire, aliter factum sit irritum. Et ibidem statuitur in textu, quod Prouincialis acceptans Episcopatum, sine licentia Magistri ordinis & quiuis alius, sine licentia Prouincialis manet priuatus suffragiis, Societate ac omnibus beneficijs ordinis in vita, & in morte: nisi per talem cogatur acceptare, quod sit peccatum mort. non obedire.

VI. Conclusio: Episcopus Religiosus est iam ab obedientia sui ordinis exemptus, & quando iam est consecratus licet Episcopatum deserat non potest in suo ordine officium tenere. ita concessit, & statuit pro Episcopis cuiusuis Religionis Paul. IV. Bu. IV.

DVB. VIII. An iurisdictio Prælatorum regularium sit ordinaria, & consequenter delegabilis?

I. Conclusio: non tantum iurisdictio competens Prælatis regularium, ex iure communi, vel particulari suarum legum est ordinaria, ac subinde delegabilis: sed etiam iurisdictio illis concessa ex priuilegio Principis perpetuo. Ita *Naua in Manu. c. 27. num. 42.* Bart. Bald. & Panorm. citati à Rod. in qq. regul. *to. 1. q. 17. art. 11.* An vero delegatio talis potestatis spiret morte delegantis, dicitur *lib. 2. cap 3. dub. 1.*

2. Conclusio, si alicui etiam prælato committitur certum, vel nudum ministerium, sine iurisdictione, vt prædicare, &c. Non potest illud subdelegare: nisi alias sit delegatus Papæ, vel nisi illud ministerium sit leue, & parui momenti. Ita Silu. cum Panor. & Innocen. verb. delegatus nu. 10. sicut nec etiam potest subdelegare, ille cui aliquid committitur quando per verba rescripti seu commissionis, sibi factę deprehenditur electa fides, & industria istius, sicut quando dicitur in rescripto confidimus de tua industria, vel si dicitur personaliter exequaris, vel quando negotium non est per alium bene expedibile: hoc autem (ait Silu.) non currit in delegato Papæ, qui adhuc in istis casibus subdelegare potest.

3. Conclusio: etiam in nostro Prædicatorum ordine, (& idem est in alijs ordinibus) Prouincialis in sua prouincia habet eandem authoritatem quam Magister ordinis, in toto ordine, *vt habetur in nostris constit. d. 2. c. 4.* 3. tamen authoritas, quam de iure communi, vel particulari habent Prælati regulares potest limitari non tantum à Papa, sed etiã authoritas prælatorũ inferiorum potest limitari per superiores, iuxta sua statuta, quia licet vtrique prælatis; sit concessa talis potestas iure communi, vel etiam diuino, secundum aliquos Doctores citatos à *Rodr. art. 1. & 6.* tamen concessa est, ordine hierarchico, ita vt minores pendeant à maioribus, vt ait Rod. *art 7.*

DVB. IX. An prælati regularium possint reseruare casus? I. Conclusio affirmatiua, declarauit enim Alexand. 6. Bul. 4. posse Generales, Prouinciales, ac Guardianos, reseruare casus: & quod ab illis sine istorum licentia absoluentes nil faciunt, sed incurrunt in excommunicationem latam in cap. Religiosis de priui. contra absoluentes à reseruatis. Et in nostro prædicatorum ordine Vicarij, in capite ac suppriores, in Sedevacante reseruant casus, cum succedant Priori in competentibus ei ex officio secundum dicta dub. 6.

2. Conclusio; olim dicti prælati poterant quos vellent reseruare casus: sed iam ex decreto Clem. 8. edicto 16. die Maij anni 1593 solos casus infrascriptos reseruare possunt. *Primo* veneficia, sortilegia, incantationes, *Secundo* apostasia etiam retento habitu quando eo peruenit, vt extra septa monasterij fiat egressio. *Tertio* nocturna ac furtiua egressio a conuentu licet non fiat animo apostatãdi. *Quarto* proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

Quinto, lapsus carnis voluntarius opere consummatus. *Sexto* occiso, vulnerato seu grauis percussus alicuius grauis personæ.

Septimo, malitiosum impedimentum, retardatio, vel apertio litterarum à superioribus ad inferiores, aut econtra. *Octauo* iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo. *Nono* auxilium, consilium, aut procuratio ad aborsum, post animarum fœtum etiam effectu non secuto. 10. falsificatio manus, aut sigilli officialis conuentus. 11. furtum de rebus monasterij in quantitate, quæ sit peccatum mort. & declaratum est ab eodem Papa esse intelligendum etiam de rebus applicatis ad vsum alicuius Religiosi, & addit Papa, quod si quod aliud pro Religionis conseruatione oporeat reseruare; id fiat de consilio capituli prouincialis, pro tota prouincia matura discussione, & consensu, & non aliter.

Item præcipit Papa superioribus regularium, ne confessiones subditorum audiant, nisi quando habent casum reseruatum, aut ipsi subditi id sponte petunt, & derogantur contraria priuilegia, consuetudines in memoriales constitutiones, vel ordinationes Apostolicæ etiam Concilij generalis, & constitutiones ordinum etiam à Papa confirmatæ.

DVB. X. An casus reseruati à prælatis regularium sint etiam reseruati, pro suis nouitijs? I. Conclusio probabilis est pars affirmatiua. Ita Cordu. lib. 1. q. 3. & Rod. in expositione Bullæ §. 9. numer. 26. quia cum nouitij sint exempti à iurisdictione Episcoporum, vt ait Silu. ver. Religio 2: §. 11. & 12. manebunt sub iurisdictione prælatorum sui ordinis.

2. Conclusio, multo probabilior est pars negatiua. Ita Lædes in su. c. 13. de pœnitentia dub. 14. quia ante professionem non sunt Religiosi, ergo nec sunt astricti legibus religiosorum. Secundo inter casus reseruatos prælatis Religionum solent aliqui reseruari, qui supponunt professionem, sicut peccata contra votum paupertatis, &c. quæ in nouitiis non imputatur ad culpam, ergo, si arguitur nouitij gaudent priuilegio *cap. si quis suadente diabolo, vt habetur in cap. Religioso de sent. excommunicationis*, si enim illos percurias excommunicaris, & gaudent alijs fauoribus, circa absolutionem a peccatis, & censuris reseruatis, ac si essent vere Religiosi, vt infra videbitur ergo ad hoc resp. quod nouitij, & si non sint Religiosi participant aliqua Religiosorum cum sint in via ad Religionem, & sic secundum ius gaudent fauoribus Religiosorum. In odiosis tamen cum non sint professi non se habent sicut Religiosi: & sic non sunt subiecti iurisdictioni prælatorum Religionum. Ex quo patet nouitios posse absolui à casibus Episcopo reseruatis, & commissis ante Religionis ingressum, & per confessorem ab Episcopo expositum, & per confessorem expositum a prælato sui ordinis. Et cum Bulla possunt absolui per confessorem approbatum ab ordinario, & per confessorem approbatum à solo prælato sui ordinis, sicut & alij Religiosi professi. Imo quando Religiosi professi ob aliquod speciale decretum Papæ non gaudent, Bulla Cruciatæ quo ad clausulam de eligendo confessorem non tamen debet hoc intelligi de nouitiis, qui in odiosis non intelliguntur nomine Religiosorum. Ita Lædes.

DVB. II. an prælati regulares possint sibi subditis concedere licentiam, vt dum sunt extra conuentum possint confiteri idoneo Sacerdoti seculari, aut alterius ordinis regulari. Et ratio dubitandi est, quia in constitutionibus minorum cauetur ne Religiosi istius ordinis præter quam suis prælatis, & de eorum licentia fratribus sui ordinis confiteantur.

Secundò in constitut. prædicatorum d. 1. cap. 14. in gloss. habetur non posse priorem con-

concedere sibi subdito licentiam confitendi Sacerdoti alterius ordinis, sed solus magister ordinis hoc potest concedere, quando non adest confessor ordinis. Per quod limitatur authoritas ordinaria istorum prælatorum iuxta dicta dub.8.

I. Conclusio prælati regulares possunt concedere sibi subditis, dictam licentiam. Ita concessit minoribus SIXTVS IV. BVLLA XXX. hoc tenore. Vt fratres vestri, vel aliorum prælatorum, & suorum, qui pro tempore erunt, licentia solummodo tamen, cum itinerauerint, vel extra conuentum fuerint, pro vt eis conceditis, confiteri possint, &c. Concedimus. *Secundò* INNOCEN. VII. Bulla vnica concessit prædicatoribus hoc tenore. Innoc. Episcop. &c. Nos igitur supplicationibus inclinati fratribus huiusmodi, quos itinerare, & per eorum superiores migrare mitti contigerit, vt si aliquem presbyterum idoneum, ex professoribus dicti ordinis habere non possint, quemcumque alium præsbyterum idoneum, & discretum Religiosum, vel secularem in eorum confessorem eligere valeant: qui confessiones eorum audire & eorum confessionibus diligenter auditis, pro commissis, eis debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem iniungere licite possit: nisi talia commiserint, propter quæ Sedes Apostolica sic merito consulenda authoritate Apostolica, tenore præsentium, indulgemus. Ex quo colligitur contra Rod. *in qq. regul. tom.* 1. *q.* 62. *articul.* 5. posse dictos prælatos concedere sibi subditis existentibus extra conuentum licentiam vt absoluantur, à sibi reseruatis: cum in hoc priuilegio solum excipiantur casus Papæ reseruati. Imò in eodem cum sola licentia itinerandi, aut existendi extra conuentum videtur concessa facultas confitendi, & absoluendi à prædictis sine alia speciali licentia prælati circa hoc. Et licet in isto priuilegio concedatur ista facultas confitendi extraneo Sacerdoti in absentia idonei Sacerdotis proprij ordinis: tamen in priuilegio Sixti 4. non limitatur hoc.

Not. idoneum Sacerdotem, pro Religiosis absoluendis reputari, quilibet Sacerdos alias non suspensus, aut excommunicatus. Ita *Diuus Antonius* 3. *p. titul.* 1. *capite* 7. *Siluest. verb. confessor.* 1. §. 3. *Soto distinctio.* 18. *quæstio.* 4. *articul.* 3. Et idem isti censebant de confessore idoneo, pro secularibus ante Concilium Tridentinum vbi iam *sesion.* 23. *capit.* 15. statuitur quod pro secularibus etiam Sacerdotibus ille solus idoneus reputetur, qui est parochus, aut ab ordinario approbatus. at pro Religiosis nihil ibi innouatur. ex dictis patet solutio ad rationes dubitandi, illæ enim procedunt secluso priuilegio.

2. Conclusio, in licentia data Religioso itinerandi clauditur virtualiter licentia confitendi: maximè si ex naturali obliuione non petitur licentia confitendi idoneo Sacerdoti. Non tamen poterit cum sola ista licentia, & secluso priuilegio. Imo nec cum expressa licentia confitendi cui vellet absolui à reseruatis. Iuxta c. si Episcopus de pœnit. & remi. vbi sic dicitur in generali concessione non veniunt, quæ non esset, quis vero similiter in specie concessurus. Et sic, si Religiosus existens extra conuentum, & habens peccata reseruata celebrare debeat respectu reseruatorum gerat se, ac si non haberet copiam confessoris. Ita quod licet teneatur illa confiteri cum aliis peccatis non reseruatis, & indirecte ab eis absoluatur sed tamen cum obligatione illa iterum confitendi legitimo confessori, quando adsit opportunitas.

3. Conclusio: Religiosi hospites in conuen-

uentibus sui ordinis possunt absolui etiam à reseruatis suo prælato, per priorem, seu præsidentem talium conuentuum. Ita concessit Prioribus prædicatorum ac eorum vicarijs Greg.II.& Clem.4. *vt patet in monu. ord.conc* 318.319.*&* 548. Et in prol.const.prædicatorũ habetur quod Vicarius prioris absẽte prior &possũt absoluere oẽs fratres ordinis etiã hospites à peccatis & censuris, tã à iure, quã ab homine generaliter latis exceptis Papæ reseruatis.Et vt dicitur *in c.14.distarum constit.d.*1.ista potestas non potest eis limitari per superiores prælatos,cum sit eis à Papa concessa,ex quo sequitur, quod cum ista potestas,& iurisdictio sit ordinaria vt pote ex priuilegio perpetuo obtenta iuxta dicta dubio octauo potest delegari cuiuisSacerdoti etiam à nullo ordinario approbato.Nec hoc est contra Concil.Triden. lo.cit.cum,vt dixi,loquatur de confessoribus regularium etiam Sacerdotum, relinquendo Religiosos dispositioni suorum prælatorum & statutorum.

IV.Conclusio prælati Ecclesiarum,& alij cõfessores extra ordinẽ non possuntReligiosorũ cõfessiones audire eorum superioribus inuitis. Ita concessit minoribus Sixtus 4. *Bul.* 14.& prædicatoribus *Bul.* 33.& Cistercienfibus Alexand.4,*Bul.*14.

DVB. XII. An Religiosi possint, fine licentia suorum superiorum vti priuilegiis eligendi confessorem?

Not. quod in aliquibus priuilegijs conceditur Religiosis,vt per confessorem à suo prælato deputatum absoluantur, sicut Sixtus 4. inter viua oracula concessit minoribus etiam nouitijs habentibus animum profitendi,ac sororibus Sanctæ Claræ,ac tertiaijs vtriusque sexus, & istorum famulis semel eligere confessorem de huiusmodi obseruantia,qui eorum confessione audita,absoluat eos ab omnibus peccatis, & censuris, ab irregularitate, homicidio voluntario, & mutilatione exceptis, & idem concessit pro articulo mortis.Secũdo idẽ Sixt. cõcessit prædicatoribus, & minoribus etiam nouitijs, plenissimam absolutionem à peccatis semel in vita,& in articulo mortis: per idoneum confessorem ordinis de licentia suorum superiorum electum. Ita habetur in monu.ord,concessione 360.*Ter*.Leo.X.inter viua oracula concessit monialibus S. Claræ, vt per confessorem à suis superioribus deputatum, quater in anno absoluantur ab omnibus peccatis,& dispensentur in omnibus votis,exceptis substantialibus, dum tamen sub spe huius gratię non peccent. *Quarto* idẽ Leo cõcessit dictis monialibus sub cura minorum obseruantiæ existentibus, vt in omnibus solemnitatibus Domini Sabaoth, B.Virginis,omnium Sanctorum B.Francisci ac Sanctæ Claræ earum confessores in absolutione suarum confessionum eas plenariè absoluant,ita in monu.ordi.conces.132.& idem concessit sororibus.B.Virginis sub curaminorum existentibus, pro dictis festis & pro festo sanctorum Apostolorum, Petri, & Pauli,& pro tota hebdomada maiori, vt patet concessione 137. De dictis priuilegijs non est difficultas cum postulent confessorem à Prælato deputatum,aut de eius licentia electum, quod de confessoribus ordinariè deputatis,à prælato etiam verificatur licet alias seclusis istis priuilegijs non possent absoluere à reseruatis ista enim priuilegia aliquid debent concedere, sicut absolutionem à reseruatis,nam alias; sine illis posset prælatus concedere absolutionem saltem à sibi reseruatis iuxta *dicta dubio octauo*, *&* 11.

In aliis tamen priuilegijs Religiosorum non ponitur quod confessio fiat confessori deputato à prælato,vel de eius licentia electo sicut Innocen. 8. id concessit pro articulo mortis, sine ista limitatione, vt habetur in priuilegio Benedictinorum, *& refertur à Rodr. qq.reg.tom.*1 *q.*62.*art.*6.Secundo Leo. 10. concessit minoribus quod in festo Sanctæ Catharinæ Martyris plenariè absoluantur.ita habetur inter viua oracula.

Ter,in Bulla Cruciatæ conceditur sumenti illam posse per Sacerdotem ab ordinario approbatum semel in vita, & in morte absolui à casibus Papæ reseruatis sola hæresi exce-

[illegible], & ab alijs casibus non reseruatis [illegible] opus sit [illegible], au [illegible] consilium [illegible] potuit [illegible].

I. *Conclusio* [illegible] quali [illegible] Clem. 8. [illegible] Bul. 13 [illegible] Crucitæ. Ter-[illegible] XIII. concessit, [illegible] Reli-[illegible], [illegible] Iubi-[illegible], [illegible] Apostolicarum [illegible] vel Pii [illegible], quod omnes [illegible] Societatis [illegible].

[illegible] Hiero-[illegible] Clem. [illegible] confessionale [illegible] superioris [illegible], [illegible] Religiosos, à nullo [illegible] potest, [illegible] concessa [illegible] sanct. Gregorij XI-[illegible] *Bar. in* [illegible] *Quarto* [illegible] 8. [illegible] 10. [illegible] frage [illegible] nerali.

[illegible] in Clem. 8. [illegible] 9. [illegible] concessionem Crucitæ, & [illegible] confessorem, & absolutionem a [illegible]

[illegible] Religiosis vtriusq; sexus locum non habere, [illegible] Papa nostræ intentioni esse [illegible] in prędictis, dispositioni [illegible], authoritate [illegible] perpetuo de-[illegible] Clem. 8. solum [illegible] cam-[illegible] tamen est [illegible], & [illegible] pro [illegible].

[illegible] Bullas Crucitæ [illegible] non posse Religiosos [illegible], aut con-[illegible], vt ex constitutione Greg. 13. [illegible] constat.

II. *Conclusio* probabile est, quod [illegible] per Bullam Crucitæ [illegible] Religiosi [illegible] Bullæ [illegible] Crucitæ [illegible] Greg. 13. [illegible] Bullas [illegible] confessarios [illegible] *Bar. in* [illegible].

III. *Conclusio* [illegible] Bullas [illegible] ab alijs [illegible] & sic

R[illegible] Bell[illegible]m Cruc[illegible] poss[illegible] c[illegible], & absolu[illegible] [illegible] [illegible] *tom. 1 fol. 44[illegible].* [illegible] *Luna.* [illegible]

[illegible]

D[illegible] [illegible]

[illegible]

postea idem S I X T V S [illegible]

[illegible]

riorum [illegible] se iurisdictioni Episco-
porum [illegible] Senensis,
quam [illegible] *lib. 1. cons. 13. tit. de privil.*
& [illegible] ex [illegible] 4. [illegible] 4. [illegible]
[illegible] pro prædicatoribus. Vbi in-
[illegible] Ecclesiarum, ac contra vo-
[illegible] prælatorum regularium [illegible]
[illegible] torum confessiones. Vbi [illegible]
[illegible] quod cum illorum [illegible] bene [illegible]
[illegible].

Circa censuras.

DVB. III. An [illegible] possint [illegible] ab [illegible]
[illegible] ac ab [illegible]
[illegible]

I. *Conclusio:* prælati regularium, non possunt [illegible] ab ex[illegible] casibus *Bullæ Cœnæ*, [illegible] Bullæ Cœnæ [illegible] & [illegible] Bullæ Cœnæ [illegible] & [illegible] [illegible] *D.* [illegible] *Palud.* [illegible] & [illegible] *cap.* [illegible] *num.* 114. [illegible]

II. *Conclusio:* [illegible] Bullam Cœ- [illegible] *q.* [illegible] [illegible] *cap.* [illegible]

[illegible] possit [illegible] Do- [illegible].

III. *Conclusio:* [illegible] Religiosos, [illegible] [illegible] c [illegible] ex [illegible] Bullæ [illegible] *Ex.* [illegible] *dispositio* [illegible] *dub.* 11. *concl.* 1.

IV. *Conclusio:* [illegible] eius Vicarios, & alios ex illorum [illegible] Bullæ Cœnæ [illegible] C. VII. [illegible] & alii ex [illegible] 4. & [illegible] V. [illegible]

V. *Confessio* [illegible] [illegible]

[illegible] pro [illegible] 15, & [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] C [illegible] Vicarij [illegible], aut aliorum [illegible] absentia tamen mor- [illegible] Vicarij [illegible] [illegible] 2. *de qua* [illegible] potestate [illegible] [illegible] *cap*. 4. Et h[illegible] concessionem [illegible] non [illegible] Vicarijs.

Secundò not[illegible] 4. in[illegible] vita ora pet [illegible] pro h[illegible] recit[illegible] septem [illegible] e[illegible] cum litania per an[illegible] [illegible] vna [illegible] ditio [illegible] tio erit nulla. Et [illegible] conceditur absolutio à peccatis, [illegible]

quam in [illegible] non penas [illegible] [illegible] [illegible] est absol- [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]

VI. *Confessio* [illegible] [illegible] tem[illegible] in pœnitentialium [illegible] as illæ pœnæ [illegible] illorum [illegible] verba [illegible] [illegible] *debent* [illegible] [illegible] [illegible] ti.

[illegible]

[illegible] dirimen[illegible] ad matrimoniu[illegible] gentis [illegible] matrimonium etiam [illegible] [illegible] post aliud intermediu matrimonium celebratum legitimetur: secundum Bart. [illegible] C[illegible] 10.4 p. cap. 6 § [illegible] n. 10. & [illegible] *frie. c. a.* [illegible] [illegible] habere [illegible] [illegible] [illegible] filius, [illegible] nec [illegible] [illegible] licet postea dispensatio [illegible] [illegible] matrimonium [illegible] eis contrahere [illegible] alias ante filij concepti [illegible] parentes ad matrimonium [illegible], [illegible] Co[illegible]. Sarmi[illegible] Silu. *ver. de* [illegible] *legitimis. q. 7.* & Le[illegible] *in* [illegible] *matrimon.*

At vero [illegible] [illegible] a Commendatarijs [illegible] Alcantaræ, & Calatrauæ, [illegible], nec legitimabiles per [illegible] matrimonium. Ad hæc [illegible] Do[illegible] quot refert & sequitur Rod. *in quæstion.* [illegible] *to.* [illegible] *q.* [illegible] *art.* [illegible] [illegible] esse [illegible] [illegible] gentos. Sed [illegible] D. *Thom.* [illegible] *q.* [illegible] *art.* 4. *ad* [illegible] [illegible] *dub.* [illegible] [illegible], quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *lib.* 5 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] modo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per se-[illegible]

[illegible] *Conclusio.* Illegitimi per professi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *vt patet ex ca.* 1 *de* [illegible]

[illegible] *Conclusio* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 4 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

in quæstion. [illegible] *to. 1. q.* [illegible] *art.* [illegible] mod[illegible] Sixt[illegible] contra illegitimos, [illegible] [illegible] [illegible] Ecclesiastici o[illegible] D[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *de quo etiam iterum* [illegible]

IV. [illegible] [illegible] dispensatio ob ple[illegible] [illegible] [illegible] d[illegible] [illegible] bonab[illegible] 14. conce[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iudicium [illegible] [illegible] [illegible].

V. *Conclusio* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 14. *conclusio* 1. [illegible] [illegible] [illegible] *in* [illegible] *numer.* 4 [illegible] *num* 3 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] *ad* [illegible] *eod.* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

VI *Con-*

[illegible] & P[illegible] [illegible] [illegible]bus [illegible] & ve[illegible] [illegible]

CAPVT VII.

De his quæ [illegible] religiosi [illegible] prædicare [illegible] [illegible]

D[illegible] religiosi [illegible]

[illegible]

II. [illegible]

D[illegible]

[illegible]



LIBER SECVNDVS,

DE PRIVILEGIIS REGVLARIVM.

PROLOGVS.



VAMVIS In primo libro multa sint regularium adducta priuilegia: quibus status religiosus maximè illustratur: in hoc tamen libro ad particularia descendentes, ex professo tractabimus de priuilegijs eorum naturam ostendentes: & specialiter explicantes multa priuilegia regularibus concessa, pro sibi & pro saecularibus tàm circa spiritualia, & sacramenta, quàm circa temporalia.

CAP. I.

De natura priuilegij.

DVBIVM I. quid sit priuilegium?

I. *Conclusio*: Priuilegiũ, (quod vt dicitur *in c. priuilegia, d.* 3. *&* in D.Th. 1.2. *q.* 96. *ar.* 1. *ad* 1. priuatorũ lex, seu priuata lex nuncupatur) est singulare ius contra ius commune indultum: ita Silu. ver. priuilegium, ex c. Abbat. de verb. signi. semper enim priuilegium operatur aliquid contra ius commune. Vt dicitur in l. fin. C. de inoffic. test. ff. de vsuris, & licet aliquando non tribuat aliquid contra ius commune, aut praeter ius commune, tamen vt vere dicatur priuilegium, sat est quod tribuat, clarius & facilius, idem ius quod tribuit ius commune & sic priuilegia continentia ius commune, hoc contra ius commune operantur.

II. *Conclusio*: priuilegium differt & à dispensatione in hoc quod priuilegium solet concedi sine causa: at dispensatio est prouida iuris relaxatio, seu moderatio, vtilitate sue necessitate pensata: ita Panormit. *in c. cum in cunctis* 1. *de electione* :, sic adeò, quod dispensatio facta sine causa etiam à Papa, circa legem pendentem à iure diuino, erit nulla, sicut dispensatio in votis, aut iuramentis, & tam dispensantes, quàm id procurantes peccant: ita Caie. 2.2. *q* 96. *ar.* 5. *& q.* 97 *ar.* 4. & Soto 1. *de iust. q.* 7. *ar.* 3. imo licet dispensatio circa legem purè humanam, sicut circa ieiunia, qualitatem ciborum, & circa impedimenta matrimonij facta à legislatore sine causa, sit valida, & dispensatus possit vti illa absque peccato saltem mortali, vt ait Soto 1. *de iust. quaest.* 3. Nauar. *in manu. cap.* 23. *numer.* 42. & Victo. *de potest. Papae n.* 15. *contra Caie.* tamen si talis dispensatio fit à praelatis inferioribus, taliter pẽdet à causa iusta, quod illa deficiente dispensatio erit nulla. Vt ait Naua. *in manu praelud.* 9. *n.* 13. *&* 14. quae tamen censeatur causa iusta in particulari arbitrio prudentium relinquitur: vt ait Sil. ver. *religio* 4. §. 1. *&* 2. omnis tamen causae iustitia est sumenda in ordine ad bonum commune. Nam cum lex iusta non sit, nisi ad bonum commune referatur, sic nec dispẽsatio circa eam. Et iuxta istam doctrinam numerantur in Conc. Trid. *sess.* 23 *c.* 1. *de refor.* quatuor causae vt praelatus licite dispenset in obligatione residendi de iure diuino & naturali cum

suis ouibus: quę omnes ad commune bonum referuntur, quarum *prima est*, Christiana charitas vt pro liberanda altera Ecclesia ab hæresibus: quibus proprius Episcopus resistere non valet, vel ad coñponenda desidia inter Episcopum & clerum. *Secunda*, vrgens necessitas Ecclesiæ, vel Episcopi. *Tertia*, debita obedientia, vt si vocetur à Papa, vel à Rege pro negotijs Regni, vt pro iurando, vel baptizando Principe: tunc potest Episcopus illuc accedere pro paruo tempore. *Quarta*, euidens Ecclesiæ, vel reip. vtilitas, &c. ex dictis sequitur, quod ex eo quod dispensatio requirit causam est strictius interpretanda, quam priuilegium, vt late ostendit Rebuf. citatus a Rod. *in qq. reg. to. 1. q. 22. ar. 2. vide dicta supra lib. 1. c. 6. dub. 18. conc. 5.*

DVB. 2. an priuilegium sit dandum in scriptis?

1. *Conclusio*: vt priuilegium in iudicio probetur, debet dari in scriptis alias si, viuæ voces oraculis eadem fides, quæ literis Apostolicis adhiberetur, multę fraudes passim euenirent.

II. *Conclusio*: scriptura, seu bullatio, non est de essentia priuilegij; ita in Clem. dudum de sepul. 1. fine cum glo. & Innocen. in c. constitutus de rescriptis, Archid. & Ioan. Andr. in proœ. sexti. Item Leo 10. inter viua ora. nu. 4. die 15. April. anni 1516. concessit, minoribus, quod vtantur secura conscientia omnibus concessis, a Sede Apostolica, & à Romanis Pontificibus, siue per bullas, siue per breuia, siue per viuę vocis oracula, prout in libris ordinis reperiuntur: ac si omnia tunc essent specifice expressa & pro maiori conscientiarum securitate omnia de nouo concedit: item, quod non sint minoris efficaciæ viuę vocis oracula, quam si per breuia, aut per bullam ad perpetuam rei memoriam essent concessa, *vide Silu. & Arm. ver. gratia.*

III. *Conclusio*: priuilegia regularium, siue facta in forma breuis, siue per supplicationes expedita, in quibus placuit, vt sola signatura sufficiat, eandem omnino habent efficaciam, etiam in iudicio ac si plumbeo sigillo essent signata: ita concessit Augustinianis Iul. 2. Bul 22. vbi sic dicitur. Præterea, vt omnia firmissima sint, &c. volumus, vt hæc nostra concessio, & quæcumque alia tibi, vel tuo ordini facta, siue per se, siue per communicationem cum alijs ordinibus, eandem vim & efficaciam habeant, tam in iudicio, quam extra, ac si plumbeo sigillo signatæ essent. Quod intelligi volumus, tam de his quæ in forma breuis, quam de his quæ per supplicationes expedita sunt, in quibus placuit vt sola signatura sufficeret. Quamobrem, tam omnia præmissa, quam quæcumque alia fuerunt tuo ordini, vtrumque concessa, siue per ipsa exemplaria, siue illorum transumpta ostendantur, prælati alicuius, vel publici notarij manu signata, vel etiam generalis ordinis sigillo firmata, eodem motu, scientia & potestate, mandamus eandem omnino, & vim esse & fidem adhiberi: ac si plumbi signum haberent, hæc Iuli. secundus.

DVB. 3. an ad valorem priuilegij, sicut & ad valorem legis sit necessaria eius promulgatio?

I. *Conclusio*: promulgatio est de ratione legis. Leges enim instituuntur cum promulgantur, *vt habetur in c. in istis, d. 4.* ita D. Tho. & communiter Thom. 1. 2. *q. 90. ar. 4.* & patet inductiue in omnibus legibus: lex enim naturalis satis omnibus promulgatur per lumen rationis, lex vetus fuit promulgata, *Exod.* 20. quando populus Israeliticus audiebat voces, videbat fulgura montemque fumantem, lex etiam Euangelica Christo etiam viueret, & in die Sancto Pentecostes, fuit Hierosolymis solemniter promulgata: & de legibus humanis, canonicis & ciuilibus experientia constat earum promulgatio.

II. *Conclusio*: vt lex humana dicatur satis promulgata non sat est, quod in curia promulgetur: nec requiritur, quod singulis notificetur, sed sat est, quod in locis insignioribus promulgetur. *Patet ex auth. vt factæ nouæ constitutiones.* vbi præcipitur, quod leges ciuiles proponantur, in omnibus prouincijs: &c

& quod post promulgationem non valeant, vsque post duos menses el[illegible] ipsos vt sic ad omnium notitiam perueniant: lex etiam Ecclesiastica debet promulgari in omnibus diœcesibus. Et hæc doctrina non tantum habet verum in legibus præceptiuis: sed etiam in legibus reuocantibus gratias & priuilegia, quæ nullam vim habent, quo vsque promulgentur, non tantum in prouincia, sed etiam in diœcesi: ita Soto 1. *de iust. q.* 2. *ar.* 4. Silu. & Armi. ver. gratia, Med. 1. *q.* 90. *ar.* 4. Rod. *in qq. reg. to.* 1. *q.* 21. *ar.* 10. Facta tamen sufficienti promulgare lex incipit: Obligare etiam ignorantes licet ob ignorantiam inuincibilem, à culpa & pœna excusentur.

An vero interposita supplicatione suspendatur obligatio legis: dum legislatori fit relatio de inconuenientibus obstantibus executioni legis. In hoc aliquibus viris doctissimis & timoratis visum est, quod sic: & ita obseruarunt absque scrupulo in motu de largitione munerum [illegible] pia explicato *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 5. Ad hoc tamen dico, quod licet executio literarum Papæ, aut alterius, etiam cum excommunicatione super aliquo negotio missarum, [illegible] interposita supplicatione, [illegible] literis, & allegando causas [illegible]: *vt habetur in cap. si quando de rescriptis, & ibidem Fel. Bart. & Innoc.* [illegible] est de legibus generalibus lat[illegible] pro [illegible] Ecclesiæ, vel [illegible] quia cum legis [illegible] consulere bono communi, & sit lata iuxta dictamen rationis vult Papa, et legislator, quod non suspendatur, e[illegible] executio interposita supplicatione, [illegible] ex illa [illegible] [illegible] particularium [illegible] particulares, secundum [illegible] proponentis: [illegible] ma[illegible]am relationem, [illegible] superior, quod [illegible] executio [illegible] sius, vt executionem mandet.

An vero efficacia legis pendeat ex eius acceptatione ad hoc [illegible], quod lex quæ reuocat gratiam aliquam, aut priuilegium, quale est decretum Papæ statuentis ne religiosi vtantur aliqua gratia bullæ Cruciatæ, verbi gratia, facultate eligendi confessorem in illa contenta, &c. non pendet ex acceptatione, Quia cum istæ gratiæ & priuilegia ex mera principis voluntate concedantur, ex eadem voluntate sine ordine ad acceptationem possunt in toto, vel in parte reuocari: lex tamē præceptiua vel prohibitiua non obligat dū non recipitur per maiorē partē reip. vt ait Nau. *in man. c.* 23 *n.* 41. & alij quos refert & sequitur Rod. *in qq. re. to.* 1. *q.* 6 *a.* 10. & dicitur lex nō recipi, vel quādo ignorante principe per decennium illi contrauenitur, vt ait Con. 2. *variarum n.* 6. aut quando sciente, & tacente Principe per binos, aut trinos actus illi contraueniatur: cum ad inducendum consuetudinem sufficiant illi actus: vt ait Panor. *ca. de treguа.* & pace, Bart. Casaneus & alij relati à Rod. *ar.* 12. imo sat est, quod isti actus fiant scientibus, & non contradicentibus auditoribus Regijs, & Principis correctoribus, si lex sit ciuilis: & si est Ecclesiastica scientibus Nuntio Apostolico & ordinario, vel superiore quibus incumbit prædicta executioni mandare: vt ait Burgos *in le.* 1. *Tauri, n.* 132. *&* 133.

III. *Conclusio:* non est necessaria notitia priuilegij in illo contra quem obtinetur, ad hoc quod suum effectum operetur, ita Barto *in l omnes populi, q.* 105. *par principalium.* 37. *ff. de iust. & iure.* Requiritur tamen scientia eius in priuilegiato, nisi oppositum constet de voluntate concedentis: ita Card. in proœ. Clem. *c.* 1. *de concessione præbendæ in* 6. Bart. & *communiter in l penul. C de curis lib.* 10. imo si quis per se, vel per alterum obtinet aliquod priuilegium, verbi gratia, ne ab ordinario posit excommunicari: statim bullato priuilegio incipit, Habere suos effectus: licet priuilegiatus ignoret tale priuilegium Nam tunc iam concurrit voluntas Papæ concedentis, & voluntas priuilegiati tale priuilegium acceptantis, per se, aut per alterum: ita *Silu. ver priuilegium n.* 14.

CAP. II.

De interpretatione legum & priuilegiorum.

DVB. I. quis possit leges & priuilegia interpretari?

I. *Conclusio*: iudicialis istorum interpretatio, soli legislatori reseruatur, in c. cum venissent de iudicijs. Et aliquando alijs à Papa committitur, sicut interpretatio dubiorum emergentium circa Conc. Trid. commissa est, Congregationi Cardinalium quorum declaratio, authenticata sigillo Congregationis, aut alio iuridico: obligat in conscientia & in iudicio. Habet enim dicta Congregatio authoritatem declarandi ista dubia: maxime, quia consulit Papam vt constat, ex commissione sibi data, relata à Rod. *in qq. re. to. 1. q. 11 a. 1. quæ est Six. 5. & talis est.*

Congregatio octaua, pro interpretatione & executione Concil. Trident.

DEo autem patri misericordiarum gratias agentes, qui in œcumenico Conc. Tri. Spiritus sancti lumine diffuso Catholicam veritatem omnibus patefecit, hæreses nostrorum temporum confutauit, mores & disciplinam restituit, eiusdemque Conc. decreta ab omnibus obseruari volentes: cum ad singularem Romani Pontificis authoritatem tantum modo spectet generalia Concilia indicere, confirmare, interpretari, & vt vbiq; locorum seruentur curare, & præcipere, eorum quidem decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent: interpretationem nobis ipsis reseruamus. Cardinalibus vèro prefectis interpretationi & executioni Conc. Trid. si quando in his quæ de morum reformatione, disciplina ac moderamine, & Ecclesiasticis iudicijs alijsque huiusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserint interpretandi facultatem, nobis tamen consultis, impartimur, &c.

I. *Conclusio*: doctrinalis declaratio legum & priuilegiorum, licita est doctoribus, & literatis, & iudicibus in tribunalibus, pro communi vtilitate: iuxta tradita in Conc. Trid *sess. 25. cap. 2.* de refor. qui sæpè per epicheiam temperant legum rigorem, iuxta præsumptam legislatoris interpretationem, vt docet Coua. *in regula possessor. 2. p. §. 6. nu. 2. Caie & alij communiter cum D. Thom. 1. 2. q. 97. & 2. 2. q. 6. ar. 5 Sot. 1. de iust q. 7. ar. 3.* & hoc ita expedit, maxime, quando superior adiri non potest pro interpretatione suæ legis.

Si obiicias, quia Pius 4. in bulla confirmationis Concilij, quæ incipit. Benedictus Præcipit prælatis sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ, & alijs sub excommunicatione, ne commentarios, glossas, scholia, vllumve interpretationis genus super ipsius Conci. decretis quouis modo edere, vel statuere audeant, etiam prætextu maioris corroborationis, vel executionis ipsius Conc. Ad hoc respondetur, quod in hoc decreto non vetamur facere annotationes, vel commentarios ad iuuandam memoriam, sed ne fiant ista commentaria & scholia ad publicandum, sicut qui imprimunt libros eo animo, vt ad omnium notitiam deueniant. Sic etiam Doctores licite in suis libris incidenter declarant, aliqua decreta Conci. cum hoc non sit edere commentarios, glossas, &c. super decreta Concilij.

DVB. 2. quis posit interpretari statuta & priuilegia dubia religiosorum?

I. *Conclusio*: Archiepiscopi & alij inferiores prælati, illud non possunt: ita concessit prædicatoribus & minoribus Clem. 4. *Bul. 13.*

II. *Conclusio*: generales ordinum possunt interpretari omnia dubia occurrentia in ordine, regula, statutis & consuetudinibus, & in omnibus alijs vt pote in priuilegijs; ita concessit Tertiarijs Clem. VII. *Bul. 5.*

Item, Iul. 3. viuæ vocis oraculo concessit magi-

magistro ordinis prædicatorum (qui tunc erat frater Stephanus Vlus mari-)vt quæcumque in capitulo Romæ an. 1553. per eum sint instituta, concessa, declarata, & approbata, pro reformatione & bono sui ordinis statu, valida sint, derogando pro hac tantum vice omnia oracula, & literas Papæ in contrarium: ita habetur inter acta istius capituli, & in virtute istius indulti, in secunda declaratione dicti capituli sic habetur. Declaramus nullum breue, vel oraculum Apostolicum esse ponendum in vsu, in aliqua prouincia, nisi de licentia magistri ordinis obtentum, & ab ipsa prouincia prius petitum, vel saltem postea acceptatum: & acta istius capituli, sunt acceptata in eodem anno 1553. à prouincia Hispaniæ in capitulo Burgis celebrato 22. Octobris.

III. *Conclusio*: prior prouincialis, de consensu maioris partis capituli prouincialis potest declarare, an sit abstinendum ab vsu alicuius viuæ vocis oraculi, & post talium declarationem, non possunt subditi, vti tali concessione ac si esset reuocata: ita concessit Leo 10. inter viua orac.

IV. *Conclusio*: vicarius generalis, cum aliqua persona in dignitate constituta: & duobus iuris consultis, potest interpretari dubia, circa leges & priuilegia exorta. Et religiosi subditi possunt securè stare illis declarationibus: ita concessit fratribus prædicatoribus Hispaniæ Innocen. 8. inter viua oracula.

V. *Conclusio*: in rebus dubijs, & scrupulosis conscientias minorum tangentibus: eorum generales, prouinciales & custodes, cum consilio aliquorum patrum si res sit magnæ importantiæ, possunt in his determinare. & istorum determinationi subditi secura conscientia possunt & debent stare: ita concessit minoribus Leo 10. inter viua ora. *num.* 14. Imo & *num.* 61. concedit, quod fratres nimis scrupulosi possint, in omnibus dubijs suas conscientias tangentibus stare declarationi, & determinationi sui guardiani, vel cuiusuis alterius prælati.

Ex dictis patet declarationem prælati in dubijs esse optimam ad quietandas timoratas subditorum conscientias: & religiosus debet captiuare intellectum tali declarationi acquiescendo; iuxta D. Tho. & Caie. 22. *q.* 147. *ar.* 4. & Nau. *in ma. c.* 21. *n.* 12. vbi ait imprudenter agere prælatus; qui dubitantibus subditis an ad ieiunia teneantur, hoc suis conscientijs relinquunt; & idem ait Caie. *de qualitate ciborum.*

DVB. 3. An sint aliquæ regulæ pro legum & priuilegiorum interpretatione?

I. *Conclusio*: multæ à iuristis dantur regulæ pro interpretandis legibus & priuilegijs: ex quibus communiores & magis necessarias referam.

Prima, quod attendatur intentio legislatoris: quæ ex proœmio legis, aut priuilegij indagatur: proœmia enim ista, causam finalem continent; ita in ca. Marciom. 1. *q.* 1. *& c. sedulo d.* 38. & c. intelligentia, & c. in his de verb. signi. & *in l. fin. ff de hæret. & in fi. & ibi* Bart. Bal. & Ange. Et huc tendit ista regula ab aliquibus assignata, scilicet, verba legum & priuilegiorum sunt intelligenda, secundum id ad quod principaliter proferuntur à legislatore; & sic verba posita ad vnum finem, in ordine ad illum sunt interpretanda; ita in ca. intelligentia, & c. fin. de verb. sign. Et sic quando in Conc. Trid. *sess.* 6. *cap* 4. diffinitur nos iustificari per gratiam & charitatem in cordibus nostris diffusam, non intenditur nos iustificari per habitus infusos, sed quod non iustificamur ab extrinseco per non imputationem peccati; vt dicebat Lutherus, sed per internam renouationem.

II. *Conclusio*: vna scriptura declaratur, & per vnam partem eius, & per alias partes omnino ab ea separatas: *ita August. 3 de doc. c.* 26. vbi ait cum verba scripturæ aperte in vno loco ponantur, ibi discendum est quomodo in locis intelligatur obscurioribus; & in cap. secundo requiris de appella. Dicitur vtriusque iuris argumenta nos docere ea quæ in principio ad medium, & ad finem, & quæ in medio ad finem & principium sæpè referri contingat. Quod firmat Bald. ibi, his

 verbis

verbis. Per media declarantur extrema, & per vnum extremum declaratur aliud.

III. *Conclusio*: voluntas legislatoris à vero simili indagatur: ita in l. non est verosimile, ff. de eo quod metus causa. Nam qui arguit à verosimili arguit à ratione naturali: cum simi[illegible] cognata naturæ: vt ait Bald *cons. 150. num.* [illegible] *vol.* [illegible] Et pro lege habetur, vt ait Oldradu[s] *cons.* 3. & Graueta *consi. 292. num. 6.* vbi refert eu[m] qui habet verosimile pro se, habere causam legis pro se: vnde verba generalia consti[tu]tionum ad verosimilia extenduntur, ista tamen regula de[fi]cit in legibus pœnalibus: nam pœnæ legum potius sunt mollie[n]dæ ex declaratione legum, q[u]am exasperandæ. Et sic primum casum non excedunt: *ita in le. in his ff. de condi. & demonst.* Secus est in alijs legibus, quia aliæ leges non pœnales taliter pendent, à ratione quod ratio legis dicitur, mens & anima legis. Et sic Panor. *in la. fin. de rescrip.* & Bald. in l. non dubium, C. de legibus, dicunt quod lex, non est aliud [illegible] ratio eius: ita quod vbi illa eadem ratio [illegible] ibi etiam eadem habeatur lex. At lex pœnalis non pendet omnino à ratione, sed ex legislatoris voluntate, in quantum certam pœnam decreuit: quia licet ex recta ratione procedat, quod crimina puniantur null[a] tamen ratio cogit: quod tale crimen tali pœna puniatur, sed hoc pendet ex sola le[gislat]oris voluntate.

IV. *Conclusio*: leges fauorabiles sunt ampliandæ, & odiose re[st]ringendæ, iuxta regulam vulgarem: & illa lex censetur fauorabilis, quæ principaliter intendit fauorem, li[cet] ex consequenti in alicuius da[m]num [illegible] ita glos. in cap. [illegible] constitu[tionem] de el[ec]. c. [illegible] Na[u]ar *lib. 3 cons 3[illegible]. de reg.* de qu[illegible] c. non [illegible] & [illegible]dum hæc lex quæ ex[commu]nicat pe[r]cus[sores] clericorum, est fauorabilis, quia intend[it] præcipue fauorem Ecclesiæ licet sit pœnalis d[e]linquenti.

I. Regula, lex taliter interpretetur, quod inutilis non reddatur: ita in l. non dubium, C. de legi. & sic licet lex sit pœnalis & consequenter stricte interpretanda, debet etiam ampliari ne inutilis & ridicula reddatur: & eius verba sunt proprie intelligenda, vt eius mens seruetur: ita Sarmiento *lib. 1 selec. c. 12. n. 7. & 8.* vnde licet in expositione legum pœnalium, semper præsumitur, pro parte per quam pœna vitatur, vt dicitur in l. proxime, ff. de his quæ in test. delin. non tamen, quando casus est clarus: vtpote quia si proprietas verborum importaret pœnam staremus proprietati: *vt dicitur in l cum lege, vbi Aret. ff. de regu. iuris*: & confirmatur ex doctrina Panor. *in c.* [illegible] *de consti.* vbi ait, quod licet in dubio præualeat interpretatio legis, quæ est benignior, tamen plurimum debet attendi verborum proprietas.

II. Regula, vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, nisi authoritate alterius legis: ita Bart. in l. vnica, C. quorum leg. quia c[onsti]tutio generalis per aliam specialem li[mi]tatur: ita Bart. *in l. quæsitum, § fur[ios]us ff. de fide instruc.*

III. Regula, lex non includit, id ad quod mens & ratio authoris non se extendit: *ita in l. cum pater, § dolo ff. de leg. 2.* & Panorm. *in c. suggestum, & in c. meminimus de appella.* & in dubijs mens Principis semper præ[su]mitur esse talis qualis de iure debet e[sse]. Vt notat Bald. *ex le. ex facto. not. 4.*

IV. Regula, verba legis intelliguntur, iuxta [su]b[ie]ctam materiam: vt dicitur in c. cum [illegible] gentia de verborum signif. [illegible] C[illegible] VI [illegible] ex[ce]pit, [illegible] religio[illegible] co[illegible] no[illegible] est nec[illegible] ta[illegible] vel [illegible] po[illegible]. [illegible] q[u]od [illegible] ordin[illegible] cat [illegible] li, vel [illegible] culi prout [illegible] co[illegible] in religio[illegible]. Conc[illegible] enim e[st] a P[illegible]. Bu. [illegible] li & [illegible] ordinis præd[icat]o[ru]m pos[illegible] qu[illegible] aut plu[illegible] tis [illegible] or[illegible] s [illegible] cis [illegible] to, [illegible] o[r]ari[illegible] publico pro [illegible] tri & [illegible] pris Apostolicis publicam, [illegible] pri-

priuatam vtilitatem dicti ordinis concernentibus.

V. *Conclusio*: aliæ etiam regulæ sunt specialiter pro interpretatione priuilegiorum.

I. regula sit, priuilegia recipiunt, interpretationem a supplicatis cum eminente enim supplicantis præsumitur, se conformare cōcedens: ita in c. inter dilectos, §. cęterum de fide instrumentorum cum glo. ibi.

II. regula, quando priuilegium est obscurum, & contrarius debet stricte interpretari; vt minimum quam possit deroget iuri cōmuni: *ita in c. cum dilectus de con[illegible] netu.* vt si [illegible] ordines, intelligendo [illegible] ordinibus [illegible] tantum, secundum Panor. *in cap. si quisquam de cohabitat. cleri. & mulie. Silu. & Armil. ver. priuilegium*: imo si non exprimitur causa concessionis, vel non fit ex certa scientia, vel motu proprio, non præsumitur de voluntate principis, l. 1. C. de peti. bonis: imo per importunitatem obtentum *per l. 1. C. de fundu limit.* & vult Bald. & alij in c. licet causam de prob. quod ponatur simul ex certa scientia & motu proprio: & [illegible] est de rescripto tollente ius [illegible]. Vt de priuilegio ad beneficia. Vt habetur in c. quamuis de preb. in 6. & hoc nisi consuetudo aliter interpretetur: *vt notatur in cap. quod dilectio de consang. & affin.* vel nisi verba aliud exprimant: quia ab illorum propria significatione non debemus recedere, nisi de mente aliter constet, *vt in cap. olim. & c. in his de verb. signif.*

III. regula, priuilegium [illegible] lędens Ecclesiam, aut alios, non valet nisi [illegible] mentio [illegible] ista enormi læsione: quia in dubio non præsumitur principem concedere aliquid cum alterius graui dispendio, *l. quoties, C. de praeben. in per o. fi.* & Pan. in c. cū ad hæc de cler. non resid. vnde priuilegium immunitatis ab oneribus, alicui concessum nō liberat eum ab oneribus, quæ potest leuiter & breuiter expedire: *vt est casus in l. decurio. C. de decurio.*

IV. regula, priuilegium large sumptum, pro omni concesso præter ius largissime interpretetur, in præiudicium concedentis: strictè tamen si est, in aliorum præiudicium: *ita in c. quia circa de priu. in glos. vlt.* & Innocen. *in c. olim de verb. signi.* sed non interpretetur ita stricte, quod nihil operetur, semper enim priuilegium debet aliquid operari: *ita in c. si Papa de priui. in 6.* & seruetur proprietas verborum: quia quando in priuilegio sūt verba lata, vniuersalia & [illegible], est late interpretandum, *secundum Anto. de Butrio in ca. olim de verb. signif.* & licet [illegible] olim non excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum nascitur: vt [illegible] Panor. *in d. cap. olim* vbi ait, quod priuilegium late est interpretandum, vbi verba hoc patiuntur, & quando priuilegium cōcessum personæ loquitur simpliciter, intelligitur secundum conditionem personæ: *ita c. si placuit & c. si viue. 16. q. 1.* & quando constat de mente legis, vel priuilegij debet seruari, *secundum Panor. in c. quanto in glo. fi. in dubio recurrendum est ad verba. reg. fi. de regu. iuris in 6.*

V. regula, priuilegium latissime interpretetur, quantum fieri possit de [illegible] dilectus, ff. [illegible] prin. l. be[illegible] præiudicetur [illegible] ius com[illegible]: *ita in c. dilectus de [illegible] §. penal. & fin. de [illegible]: ita Innocen. Bernar. Gose. relati à Silu. ver. priuilegium.*

VI. *Conclusio*: aliæ etiam regulæ solent specialiter [illegible] priuilegiis regularium. Prima regula, priuilegia [illegible] regularium, dubietate orta ex [illegible] guitate verborum, & ex [illegible] interpretatione [illegible] regularium sunt intelligenda ita concessit Camaldulensibus Leo 10. & [illegible] 1. Congregationi mōtis Oliueti, vt habetur in compe. Societatis, ver. priuilegia, §. 4. [illegible] hæc regula [illegible] tur a regularibus pro decisione [illegible] dubiorum.

VII. *Conclusio* statuta [illegible] nō ita rigorose interpretentur, vt ap[illegible]

le-

ſeruentur, ſed amoliari debent ex bono & æquo. Hoc eſt ſecundum naturalem æquitatem, non ad libitum, ſed ſecundum terminos iuris; *vt ait Bald. in rubr. C. de conſti. pecu.* quod humanæ æquitates in ſe vim ſtatuti minimè habent; niſi aliquo ſtatuto & conſuetudine legitimè perſcripta ſint munitæ; & ſic (ait) debent interpretari, quæ ad regulares pertinent, non ſecundum apices iuris, ſed ex bono & æquo ſecundum terminos iuris naturalis & gentium, & non ad libitum cuiuſque.

CAPVT III.

De ceſſatione priuilegij.

DVB. I. an gratia, vel priuilegium conceſſum, ceſſet morte concedentis? No. quod gratia, aut priuilegium dupliciter conceditur. Primò abſolutè. Secundò, cum limitatione vt pote ad beneplacitum concedentis, aut eius dignitatis, vel donec illud reuocet. Item, priuilegium aut gratia; alia dicitur facta, quæ ſcilicet perfectè conceditur ei, in cuius gratiam datur, & independenter, ab eo cui facienda committitur; alia dicitur gratia facienda quando non conceditur, abſolutè et in cuius fauorem datur; ſed dependenter ab alio cui facienda committitur; vt ſi in fauorem certæ perſonæ, cum qua diſpenſandum eſt, committitur alicui poteſtas diſpenſandi cum illa.

I. *Concluſio*: gratia conceſſa cum limitatione, vtpote ad beneplacitum perſonæ concedentis, eius amotione ſpirat; quia voluntas perſonæ morte perit, & conſequenter peribit gratia conceſſa, dum ea voluntas durauerit; ſicut etiam priuilegium conceſſum pro certo tempore, ceſſat elapſo tali tempore; & priuilegium conceſſum ex certa cauſa, ceſſat ceſſante cauſa, *iuxta c. ſuggeſtum de decimis*: vbi habetur, quod priuilegium conceſſum de decimis, non ſoluendis certis monachis ceſſauit, ex eo, quod poſtea creuerunt monaſteria illius ordinis; & conceſſum fuit ex eo, quod cum à principio eſſent, pauca monaſteria illius ordinis, paruum præiudicium ſequebatur, his quibus de iure competebant *ita Pano. cum communi in c. cum acceſſiſſent.*

II. *Concluſio*, gratia conceſſa etiam cum limitatione, ſed ad beneplacitum ſedis, vel dignitatis, ſcilicet, perpetuæ & habentis ſucceſſorem, non ſpirat morte concedentis; quia cum dignitas ſit perpetua, eadem reputatur in ſucceſſore. & ſic idem erit de gratia ad eius beneplacitum conceſſa: *ita in c. ſi gratioſe de reſcrip. in 6. de quo Sanchez lib. 8. de matrimonio, diſp. 28. numer. 49. & 59. to. 3.*

III. *Concluſio*: gratia abſolutè conceſſa, ſi eſt gratia facta, non ſpirat morte concedentis, etiam re integra, ſi tamen ſit gratia facienda perit morte concedentis re integra. Secus ſi res non eſſet integra. *patet ex c. ſi cui nulla de præb. in 6.* vbi habetur, facultatem alicui conceſſam concedendi beneficia non ſpirare obitu concedentis, etiam re integra, ſecus ſi detur poteſtas conferendi perſonis expreſſis, non in gratiam & fauorem conferentis, ſed eorum quibus beneficia conferenda ſunt, ea enim facultas ſpirabit morte concedentis re integra; & glo. dat rationem ex textu deductam; quia in primo caſu erat gratia facta & omnino perfecta nulliuſque executione egens reſpectu eius, in cuius fauorem conceſſa eſt, ſcilicet reſpectu collaturi beneficia: at in ſecundo caſu non erat gratia facta, ſed facienda. Mandabatur enim fieri in cuius fauorem conceditur; & ſic habet vim commiſſionis & mandati, quod perit morte mandantis re integra, *ita colligitur glo. Ancha. Bald. & alij quos refert & ſequitur Sanchez n. 64. Roſ. & Siluer. gratia, & Naua. in manu. cap. 27. num. [illegible]* & intelligitur primo niſi ſit gratia facienda ſub nomine dignitatis concedentis, vel ad beneplacitum ſedis; tunc enim non perit morte concedentis, etiam re integra, cum ſedes illa non moriatur. *Secundò* niſi poteſtas executoris, cui eſt facta commiſſio ſit acceſſoria gratiæ iam factæ; tunc non ſpirat morte con-

te concedentis re integra: sed sequitur naturam principalis gratiæ: *ita in c. super gratia de offic io deleg. in 6.* de potestate data executori ad exequendam gratiam à Sede Apostolica concessam: & datur ibi dicta ratio: & idem est de executore gratiæ ab aliis inferioribus concessæ: cum sit eadem ratio. *Tertiò* intelligitur, licet gratia facta tempore mortis concedentis non esset acceptata ab eo cui est facta, non spirat. *Sic Doctores quos refert, & sequitur Sanchez num.* 43.

Ex dictis sequitur primò, licentiam delegatam audiendi confessiones non spirare, mortuo, vel amoto delegante: *ita Frede. Ioan Andre. Panorm. & alij quos refert & sequitur Sanchez nu* 80. *Anche. Rose. Silu. Armi. Tabie. ver. gratia. & Naua lib. 5 conf. 1. de priuil.* quia licèt ista licentia, sit data in fauorem pœnitentium, cum non concedatur in fauorem personæ determinatæ, aut ad eius petitionem reputatur, potius gratia facta ipsis sacerdotibus, & in fauorem eorum. Et sic statim ac illis conceditur est perfectè concessa, & à nullius executione dependens & hac ratione potestas dispensandi cum personis incertis non spirat morte concedentis: quia cum in gratiam dispensaturi, sit concessa, est gratia facta, vt in simili casu de potestate conferendi beneficia personis incertis, *dicitur in c. si cui nulla de praeben. in* 6. Patet etiam ex vsu: mortuo enim Episcopo, confessores ab eo expositi, audiunt confessiones, sicut ante, donec licentiæ à successore, vel capitulo reuocantur.

Si arguitur iurisdictio contentiosa cessat morte delegantis re integra: quia delegatus non habet illam iure proprio, ac in se radicatam, ante eius vsum: sed ea est in delegante & censetur vna & eadem cum delegantis potestate: quæ cum eius morte spirat, sed idem est in nostro casu, quando tali potestate vti non ceperat ergo. Confir. licet iurisdictio vicarij sit ordinaria spirat morte Episcopi, ex eo, quod ab eo est participata, ergo à fortiori iurisdictio confessorum: cum sint quasi vicarij Episcopi. Ad argum. resp. illam non esse rationem adæquatã, sed supposita dispositione iuris statuentis iurisdictionem delegatam contentiosam spirare, morte concedentis re integra: doctores tradunt illam congruentiæ rationem: quæ non est applicanda his, in quibus est contraria iuris dispositio: vt contingit in gratijs iam factis, inter quas computatur licentia audiendi confessiones. *Secundò* resp. quod cum istæ gratiæ a tempore concessionis, sint iam omnino factæ transferunt ex tunc efficaciter potestatem in delegatum. Ad confir. resp. & eius vicarium constituere vnum & idem tribunal: & ita re etiam non integra perire potestatem vicarij cum morte Episcopi.

Si arguitur secundo, *quia cap. super gratiam de offi. dele. in 6. & c si cui nulla de preb. in* 6. agunt de gratijs à Papa concessis: qui ob supremam potestatem potest, priuilegia perpetua concedere: non sic autem Episcopus vel alius. Ob hoc, tenet oppositum Palud. *in 4. d. 17. q. 4. ar. vlt. D. Anto. 3. p. ti. 17. cap. 9. Naua. in su. Hispana, c. 27. n.* 264. solum excipit quando nomine dignitatis delegantis concessa esset. Sed ad hoc respondetur, idem esse de gratijs concessis à Papæ inferioribus: nec dicti textus innituntur supremę potestati Papæ, sed eo quod illæ gratiæ factæ iam sunt, quæ non pereunt morte concedentis: vt enim colligitur ex cap. si cui nulla de præb. gratia absolutæ, & sine temporis limitatione concessa: non spirat morte concedentis re integra: si tamen sit gratia facienda perit morte concedentis re integra: secus si res non esset integra, quæ verificantur de licentijs Episcopi pro audiendis confessionibus, cum inter gratias factas computentur: & idem est de licentia data alicui absoluendi à reseruatis: *ita Sa. ver. gratia, & Suarez de pæni disput. 26 sec, 3. n. 9.*

Secundo sequitur, licentiam datam sacerdoti audiendi confessionem pœnitentis determinati, & in illius fauorem spirare morte concedentis re integra, hoc est, quo ad confessionem nondum ante mortem inceptam: quia cum ista gratia sit concessa in istius pœnitentis fauorem, & nondum per-

fecta, sed per confessorem exequenda, non habet rationem gratiæ factæ, sed gratiæ faciendæ: quæ morte concedentis re integra spirat.

An vero licentia data à prælato, vel à valente eam iure ordinario concedere alicui eligendi confessorem spiret morte concedentis: *in hoc Panor. Ange. Silu. Cord. Feli. & alij citati à Sanchez tenent quod sic: at Sanchez n. 74. & 75.* tenet non spirare morte concedentis, etiam re integra. Quia (ait) ista facultas non tanquam delegatio, sed tanquam gratia facta reputatur, vt etiam contrarij fatentur: alias, etiam si esset a Papa concessa periret: & patet, quia in hoc casu non datur: directè facultas confessori, sed pœnitenti, & consequenter confessori electo indirectè: & sic statim ac conceditur censetur gratia absoluta & perfectè facta, respectu pœnitentis cui conceditur.

Si arguitur iurisdictio, non datur sacerdoti eligendo quousque actu eligatur: at quando eligitur non potest ei dari iurisdictio ab Episcopo mortuo, nec à pœnitente, qui solet esse laicus, ergo. Ad hoc resp. quod datur à concedente licentiam, cuius virtus moraliter manet, in priuilegio, vel gratia ita concessis: quia concedens istam facultatem ex tunc transfert iurisdictionem in alium quantum est, ex efficacia volnutatis quam tunc habet, quæ dum non retractatur à concedente, vel successore, sat est absque noua voluntate: & sola applicatio quasi materialis, ad talem personam deest, quæ sufficienter fieri potest virtute priuilegij permanentis. *Ista est sententia Naua. in c. placuit n 162. de pœni d. 6. Manu. Rod. in qq. reg. to. 2. q. 46. ar. 8. Enriq. lib. 7. de indul. c. 21. n. 9. Suarez de pæni. disp. 17. se. 4. n. 8. & 9. Sa. ver. gratia, n. 4. & alij quos refert, Sanch lo. cit.*

Tertio sequitur, licentiam celebrandi in priuato oratorio concessam ab Episcopo non spirare eius morte: cum sit gratia facta: ita Naua. *ex decis. Rotæ in c. placuit, nu. 163. de pœn d. 6. &* idem est de licentia faciendi, alias vetita: vt comedendi carnes non iciunandi, aut prædicandi. Istę enim sunt gratiæ factæ: ita Naua. *lib. 5. conf. 6. de priui.* item non spirat facultas dispensandi cum personis incertis & indeterminatis: quia cum in gratiam dispensaturi sit concessa, censetur gratia facta, vt in simili de potestate conferendi beneficia personis incertis statuitur, in cap. si cui nulla de præben. in 6. cum enim hæc non sit potestas ad iurisdictionem contentiosam exercendam, numeratur inter gratias factas: *ita Fred. Ioan. And. Panor. Feli. & alij quos refert & sequitur Sanchez nu. 80. Ange. Rose. Silu. Armi. Tabie. ver. gratia & Naua in Man. c. 27. n. 253.* idem etiam dicendum de licentia testandi concessa Episcopo monacho, est enim gratia facta: *ita Coua. Nauar. Enriq. Gutie. & alij quos refert & sequitur Sanchez num. 82.* & ob eandem rationem, idem dic de dimissorijs ad ordines concessis ab Episcopo, capitulo, vel prælatis religionum: *ita Doctores cit. & Ledesm. c. 8 de ordine.* Item, licentiæ ad omnia concessæ a quouis superiore absolute, & non ad certum vsum temporaneum, vel ad certum tempus sunt perpetuæ dum à concedente successore, vel superiore non reuocantur: cum sint gratiæ factæ: *ita Panor. Cardi. & alij quos refert & sequitur Sanchez, n 85.*

Et intellige prædicta stando in iure communi, & seclusis peculiaribus statutis, alicuius status, aut religionis: quæ semper erunt seruanda, sicut in religione Seraphica inter acta cap. generalis Toleti, celebrati anno 1583. cap. 16. §. de casibus reseruatis habet, quod gratia alicui à generali, vel prouinciali concessa pro absoluendo à casibus reseruatis, non spirat mortuo concedente, si alius eius loco non sit electus: itaque secundum hoc quando alius concedentis loco, sit electus spirat.

DVB. 2. an priuilegium cesset per non vsum?

I. Conclusio, priuilegium concessum Ecclesiæ, cessat per non vsum quadraginta annorum, secundum Innocen. *in cap accedentibus de priui.* Et contra Ecclesiam Romanam

nam est necessaria præscriptio, seu non vsus centum annorum.

II. Conclusio: contra monasteria, loca, personas, vel alia bona religiosorum non currit præscriptio, non vsus nisi post 40. annos: ita concessit Benedictinis Eug. 4. bu. 7. imo bu. 17. concedit Benedictinis Romæ: quod sicut contra Romanam Ecclesiam, non nisi centenaria currit præscriptio: ita dicto monasterio minoris temporis præscriptio non obstat. Et iam hoc priuilegium est ad totum ordinem extensum, ac alijs ordinibus communicatum *iuxta dicenda ca.4*

III. Conclusio: priuilegium concessum personæ priuatæ cessat, per non vsum decem annorum: *iuxta l.1. de nundinis, & Bald. in l. omnes populi ff. de iurisdic. Armi ver. priuilegium* & idem tenet Bart. cum communi de priuilegio concesso communitati, in cap. cum accessissent, secluso, scilicet, priuilegio circa hoc & stando in iure communi.

IV. Conclusio: vt currat dicta præscriptio requiritur. *Primo*, quod habeatur notitia talis priulegij, & voluntas non vtendi illo. *Secundo*, quod occurrat casus de quo loquitur priuilegium infra tempus talis præscriptionis: alias si non occurrat non amittitur priuilegium.

V. Conclusio: non potest prouincialis renuntiare priuilegio ordini cōcesso: *ita Sil. & Armi. ver exemptio & patet ex ca. cum tempore de arbi.* vbi dicitur exemptum non posse renuntiare, quando scilicet cedit, non tantum in suum fauorem, sed etiam in fauorem aliorum: & in constit. ordinis prædicatorum *d. 1. cap.* 18. in ponitur pœna grauioris culpæ, renuntianti alicui priuilegio ordini concesso: sine assensu capituli generalis: & ibi dicitur, quod renuntiatio sine tali licentia facta est nulla.

VI. Conclusio, quando Papa confirmat aliqua priuilegia hoc tenore, scilicet quatenus sunt in vsu, hoc est, quæ adhuc sunt in vsu per ista verba fit, quod si sint aliqui anni transacti pro præscriptione contra talia priuilegia incipiant, de nouo priuilegia ex instanti talis confirmationis: ac si tunc de nouo concederentur: & sic anni transacti nil deseruiunt præscriptioni: *ita Cord. in addi. ad comp ti. absolutio quoad seculares, 2. verf quod d* §. 15. Item si in confirmatione priuilegiorum addantur ista verba, scilicet, de nouo concedimus: intelligitur, de priuilegijs, alias non reuocatis: ita declarat Iul. 2. *Bul.9.* nisi alias addantur ista verba, scilicet, non obstantibus reuocationibus Apostolicis: tunc enim per ista verba viuificantur & de nouo conceduntur, etiam priuilegia reuocata: *ita Cord. & Panorm. in ca cum super de can pos. & propri & Ros. tit. absolutio 1.* §. 122. & 123 & multi Doctores Salmantini ita determinarunt, vt testatur *Rodri. in quæstionibus regul. tom. 1. quæ.* 8. *arti.* 2. alias illa verba, non obstantibus reuocationibus Apostolicis, &c. nil operarentur: cum tamen verba posita in literis Apostolicis, aliquid debeant operari.

DVB. 3. An priuilegium cesset per vsum contrarium?

I. Conclusio: stando in iure communi priuilegium cessat vnico actu contrario directè facto à habente potestatem renuntiādi priuilegio: sic enim censetur ille renuntiare, nisi alias fiat protestatio in contrarium, iuxta doctrinam Bartol. communiter receptam, in le. 1. C. de his qui spon. Et intelligitur conclusio. *Primò*, de priuilegio habente actum momentaneum, sicut in casu cap. cum accessissent de const. Si. n. alicui Ecclesiæ conceditur, non habere primiceriū, & canonici contrauenirent huic priuilegio, eligendo etiam semel primicerium: amittitur illud priuilegium. Non tamen intelligitur conclusio, de priuilegio habente actum successiuum: vt si conceditur alicui priuilegium non soluendi decimas, aut alia tributa, semel illa soluendo: etiam sine protestatione non amittitur priuilegium: *ita Bart. in l. fin. infra de constitut. principum, & Alexand. cons.* 193 *qui citat Bossium in pract. crim. ti de princil. & priui. n.* 320. Vbi etiam aduertit, quod siue priuilegium consistat in

faciendo, siue id non faciendo non amittitur quando potest capi alia coniectura, quam coniectura renunciationis priuilegij: secundum glo. communiter receptam in c. cum illorum de præben. *Secundò* intelligitur conclusio, de priuilegio concesso personæ priuatæ, non de concesso communitati, aut Ecclesiæ: *ita Armi. ver. priuilegium ex gl. in c. cum accessissent.* Etsi obijcias quia decisio istius cap. cum accessissent, procedit de priuilegio non eligendi primicerium concesso canonicis Ecclesiæ Tulingensis: quod tamen ibi decernitur amitti per vnam contrauentionem. Ad hoc respondetur, quod hoc priuilegium non est datum fauore Ecclesiæ, sed fauore & intuitu personarum, & sic amittitur vna contrauentione: *ita habetur ibi in glo.*

II. *Conclusio*: priuilegia religiosorum non amittuntur per vnam, aut plures contrauentiones: *ita concessit Benedictinus Eug. 4. bu. 9. & Celestinus bu. 11.*

DVB. 4. An priuilegia cessent per reuocationem?

I. *Conclusio*: affirmatiua & omnibus certa. Not. tamen, quod quando gratia seu priuilegium concessum reuocatur, non spirat ante certificationem de reuocatione: nisi quando Papa velit expresse, statim non valere: *ita Silu. ver. gratia, & Gemini. ca. 1. de concessione præben. in 6. & iuxta dicta cap. 1. dub 3.* Secundo not. quod gratia iam facta, seu dispensatio, aut priuilegium non tollitur per legem contrariam sequentem: etiamsi effectus pendeat à futuro euentu, sicut forma data pro testamentis faciendis non comprehendit, testamenta iam facta, licet nondum sint sortita effectum. Præterita enim perfecte acta non tolluntur, per dispositionem sequentem, etiamsi effectus eorum pendeat à futuro euentu: *ita Nauar. lib. 4 cons. 1. ti. qui filij sunt legi. cum Panor. Imola. Feli. & Bart.*

II. *Conclusio*: priuilegia regularium non reuocantur per generalem reuocationem omnium priuilegiorum: quia cum ista ob merita concedantur non reuocantur, licet in reuocationibus verba generalia & geminata ponantur: ita Mando. *in regula Cance. 3. quæst 8. num. 6. Secundò Leo 10 inter viua ora. num. 19. concessit minoribus die 15. April. anni 1516.* quod per reuocationem omnium priuilegiorum etiam mendicantium, non intelligantur, reuocata, vel suspensa priuilegia, indulta, vel gratiæ minorum: nisi de illis fiat expressa mentio specificè & nominatim, & ista concessio saltem quo ad illa verba, specificè, & nominatim tantum verificantur, respectu reuocationum priuilegiorum mendicantium ab eodem Leone promulgatarum, non respectu Pontificum successorum: iuxta modo dicenda.

III. *Conclusio*: ad hoc quod regularium priuilegia reuocentur, non est necesse, quod illorum fiat expressa mentio de ve bo ad verbum, licèt hoc in eorum concessionibus aliquando postuletur. Sat est enim quod eorum fiat mentio sub quauis forma generali. & iste est stylus Curiæ, nec in vllis fere reuocationibus priores literæ inseruntur. Nisi fortè aliquando ad abundantiorem cautelam: alias si hoc esset necessarium, manus Pontificum essent ligatæ ad reuocandum concessa à suis prædecessoribus: cum sit moraliter impossibile omnia scire: ad hoc, quod in literis reuocatorijs priores literæ inserantur: *ita Armi. ver. priuilegium. Et idem ait de testamentis reuocantibus, aliqua ex prioribus testamentis.*

DVB. 5. An priuilegia regularium reuocata à Leone 10. sint postea reualidata?

I. *Conclusio*: Leo 10. in Con. Latera. anno 1516. die 19. Decemb. (*& refertur à Rod. in compen bu. 45. inter bullas Leonis*) reuocat aliqua priuilegia regularibus antea concessa. *Primò*, Alexan. 4. Bu. 15. concesserat, quod pacta & conuentiones, factæ in præiudicium ordinum & suorum priuilegiorum, cum prælatis, rectoribus & clericis Ecclesiarum, aut cum alijs: sint irritæ sine licentia generalis vel prouincialis factæ, aut nisi acceptentur à generali, aut à capitulo generali: ita etiam concessit Honorius 4. *bu.* 1. & licet hoc sit postea reuocatum à *Bonifa.* 8. tamen post

hæc

hæc Iul. 1. *Bu.* 16. declarat nullas esse transactiones & concordias super funeralibus & quartis, etiam si fiant cum licentia prouincialis, vel vicarij generalis, sine consensu generalis, vel capituli generalis, aut sine confirmatione eorundem. Sed in Bu. 45. prædicta Leo. 10. statuitur, pacta & conuentiones factas inter curias & prælatos regulares valere: nisi per sequens capitulum generale, vel prouinciale refutentur, & talis refutatio sit debito tempore intimata. *Secundò* statuitur presbyteros seculares posse in Ecclesijs regularium deuotionis causa celebrare, & quod regulares libenter eos recipiant.

Tertiò quod religiosi non intrent processionaliter, cum Cruce in alienas parochias ad leuanda corpora defunctorum in suis domibus sepelienda: nisi vbi de hoc sit consuetudo, vel nisi clerici requisiti ad deferendum corpus id facere recusent, vt etiam concesserat Sixtus 4. inter viua orac.

Quartò, quod non possint religiosi absoluere laicos & clericos à sententijs ab homine latis. *sed de hoc cap. 7. du. 1.*

Quintò, quod religiosi ordinandi, possint per ordinarios examinari, & per eosdem si competenter respondeant libere admitti, ac in eorum domibus ab alio, quam à diæcesiano Episcopo, (nisi ipso, aut eius vicario super hoc cum debita instantia requisito, & sine causa rationabili contradicente, vel eo à diæcesi absente) ad dictos ordines promoueantur, *sed de hoc c. 8. dub. 1.*

Sextò, quod Ecclesiæ, aut altaria religiosorum consecrentur & benedicantur ab Episcopo diæcesiano: nisi bis, vel ter requisitus cum debita reuerentia, & instantia, venire recuset: & sic manet reuocata Bul. 1. *Vrba. 2. & bu. 5. Innocen. 8. concessa Abbati Cister. & communicata à Greg. 14. bu. 3.* alijs Abbatibus dicti ordinis: quibus poterant prælati regulares Ecclesias, altaria, etiam de nouo constructa, translata, restaurata, aut mutata chrismate sacro ab aliquo antistite Catholico recepto consecrare: *de quo cap. 5. dub. 9.*

Septimò, quod non possint religiosi sine consensu curatorum sponsos benedicere.

Octauò, quod religiosi sub pœna centum ducatorum, non pulsent campanas in Sabbato sancto: antequam campana Cathedralis, vel Matricis Ecclesiæ pulsetur: & nomine Matricis Ecclesiæ, intelligitur Ecclesia Cathedralis, *vt habetur in ca. venerabili de verb. signif.*

Nonò, quod religiosi maneant seculares, vt soluant decimas.

Decimo, quod conseruatores religiosorum sint in dignitate Ecclesiastica constituti, nec vllum reum trahant vltra duas dietas à loco suæ solitæ habitationis, *sed de hoc dicemus, c. 10. dub. 1. & 3.*

Vndecimo, quod excommunicati ob aliquod interesse, ordinem mendicantium intrare volentes, non possint absolui, nisi prægnia satisfactione procuratores, etiam o [illegible]rij, & famuli religiosorum subsint sententijs excommunicationis Episcoporum, *sed de hoc c. 5. dub. 4.*

Duodecimo, quod fratres & sorores tertij ordinis, mantellati, corregiati, pinchochere cordelati, & alij quouis nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes: non gaudeant priuilegijs collegialiter viuentium, & castitatem vouentium. Et post hæc idem Leo 10. bu. 44. apud Manu. Rod. quæ est posterior quam dicta bulla 45. *vt patet ex eorum datis*: ista declarat sic, quod dicti fratres & sorores, licet possint eligere sepulturam vbi velint tenentur tamen Eucharistiam in Paschate, extremam Vnctionem, ac alia sacramenta præter pœnitentiam, à proprio sacerdote recipere. Et tenentur ad alia onera laicorum nec sunt admittendi ad diuina, quando interdicto causam, vel [illegible] causam, dederunt auxilium, consilium, aut fauorem: ac collegialiter viuentes, ac mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto etiam simplici, vt ibi declaratur, & sub dicto habitu vitam ducentes [illegible]legijs quibus fratres or[illegible], cuius [illegible] regulæ h[illegible] ge[illegible] [illegible]re [illegible]. Proutin Conc. Late. c[illegible]tur, [illegible] ha-

bitent in proprijs, vel consanguineorum domibus.

Vltimò, in dicta Bul. 44. statuuntur alia quæ postea in Con. Trid. iterum renouantur: vt dicemus dub 6. *Primò*, quod Episcopi possunt visitare Ecclesias parochiales monasteriis vnitas. *Secundò* quod religiosi à prælatis requisiti vadant ad processiones solennes. *Tertiò*, qualiter religiosi debeant ordinariis præsentari, pro confessionibus sæcularium audiendis. *Quartò*, quod suis tantum famulis dum durant in eorum obsequio (cum limitatione dicenda dub. 6.) possunt viaticum, pœnitentiam, extremam vnctionem ministrare. *Quintò*, quod teneantur publicare & seruare in suis Ecclesijs, censuras ab ordinario in eius Ecclesijs promulgatas: quando ab eisdem ordinariis sint requisiti. Prædicta omnia statuuntur in dicta Bulla reuocando contraria priuilegia religiosorum. Et de istis dubitatur, an adhuc modo sint reuocata: & non procedit dubium de modo numeratis in Conc. Trid. reuocatis: de his enim, ac de aliis ibi reuocatis dicetur dubio sequenti, sed de solis reuocatis, aut moderatis in dicta bulla 45.

II. *Conclusio*: aliqua ex priuilegijs in dicta bulla reuocatis sunt postea à Pontificibus successoribus, iterum religionibus concessa in toto, vel in parte, *vt notabimus in suis locis*.

III. *Conclusio*: probabilissimum puto esse iam reualidata priuilegia à Leo. 10. in bul. 45. prædicta reuocata: & ad hoc moueor non propter rationes Man. Rod. *quibus in qq. reg. 10. I. q. 8. tenet & probat istam sententiam*, sed ex eo, quod multi Pontifices post Leonem diuersorum ordinum priuilegia confirmarunt excipiendo tantum, quæ per non vsum sunt reuocata, & quæ sunt contraria decretis Conci. Trid. ac sacris Canonibus eiusdem scilicet Concil. Trid. cum in illo decreta & canones contineantur: sic confirmat Greg. 13. bul. 1. priuilegia minorum. Eodem etiam tenore confirmat idem Greg. bul. 20. priuilegia Cisterciensium: & bu. 13. priuilegia sancti Hieronymi, Iesuatarum: & bul. 14. priuilegia Milit. æ Sancti Ioannis: & *Bul.* 15. priuilegia Præmonstratensium: & sic de aliis & excipiendo tantum quæ non sunt in vsu, & quæ sunt tantum contra Concil. Trident. firmat magis nostram conclusionem: nec valet dicere, quod dicta priuilegia erant reuocata saltem per non vsum: quia ad istam reuocationem per non vsum vt constat ex dubio tertio, est necessaria non vsus centum annorum. Quos certum est, non transisse à reuocatione Leonis, vsque ad primam confirmationem dictorum priuilegiorum: imo nec sexaginta. Item, per hoc quod Conc. Trid. reuocat aliqua ex priuilegiis reuocatis in dicta bulla Leo. 10. virtualiter insinuat, & vult alia non esse reuocata, sed in suo robore permanere; sicut ex eo, quod apponendo Pius 5. in suo proprio motu de censibus aliquas conditiones et appositis à Martino 5. & Calisto 3. in suis decretis de censibus omittendo alias, colligunt Theologi, istas conditiones omissas à Pio 5. non esse iam necessarias pro censibus.

Tandem ista conclusio efficacius comprobatur, cum ex quadam bulla Pauli 5. quæ incipit: Ad perpetuam rei memoriam. Data Romæ, 1. die Decemb. anni 1609. vbi confirmat & innouat, tàm pro foro conscientiæ, quam pro foro externo, omnes gratias, indulgentias, priuilegia, &c. minoribus etiam per communicationem cum alijs ordinibus concessa: ac etiam à Clem. 8. ex certa scientia antea confirmata, non excipiendo priuilegia, quæ non sunt in vsu, sed illa tantum quæ non aduersantur decretis Concil. Trid. & saluis etiam decretis ab eodem Clem. 8. conc[illegible]sis in fauorem fratrum reformatorum. Tum etiam adhuc fortius o[illegible]e[illegible]ditur conclusio ex quibusdam literis [illegible]tori[illegible]bus Auditoris Cameræ Apostolicæ ad fauorem & pro manutentione priuilegiorum ordinis prædicatorum, incipien[illegible] Ioannes Do[illegible]us Spinula, datis Romæ [illegible] Octob. anno 1612. Vbi fidem facit Pa[illegible]m s[illegible] [illegible] procuratoris generalis [illegible] [illegible]nere, & velle in suo robore manere omnia priuilegia, quomodo-

modolibet à prædecessoribus, etiam per viam communicationis dicto ordini concessa. Et præcipit ordinariis, & omnibus alijs sub grauissimis censuris excommunicatione, suspensione, &c. ne eos impediant quo minus eisdem priuilegiis, gratiis, immunitatibus & exceptionibus vti valeant: & signanter manutenent priuilegium Iulii.3. die decima Iulij anno 1551. in quo amplissimam facit communicationem ordini prædicatorum, priuilegiorum omnium ordinum. Et specialiter communicat dicto ordini, omnia priuilegia congregationi S. Mariæ Filiensis concessa, in quibus inter alia ab ordinario eximuntur, & immediate Sedi Apostolicæ subduntur, & a decimarum taliū, & exactionum aliarum solutione liberantur. Item, tollitur ab omnibus facultas interpretandi illorum priuilegia, & soli Papæ istorum interpretatio reseruatur. Deinde præcipitur ne quis per se, vel per alios audeat, istos religiosos, conuentus, Ecclesias, domos contra formam dictarum literarum Apostolicarum molestare, vexare, vel perturbare, aut in eos aliquam iurisdictionem vllo prætextu exercere, visitare, punire, corrigere, seu emendare aut de redditibus & bonis conuentus fratrū & monialium, aut receptis, & expositis eorumdem aliquam exigere rationem, &c. hæc & alia communicat Pau.5. in ista bulla ordini prædicatorum: & tam ista quæ omnia alia ab alijs Pontificibus concessa, sine exceptione aliqua vult in suo robore permanere. Vbi nota, quod licèt in hac bulla, sicut nec in Bul.26. Greg 13. vbi priuilegia Societatis Iesu confirmantur, non excipiantur priuilegia contraria Concil. Trid. tamen ex stylo Curiæ Romanæ semper ista priuilegia intelliguntur excepta. *Vt testantur Naua. & alij curiales.*

DVB. 6. an priuilegia regularium à Con. Trident. reuocata adhuc sint etiam pro foro consc. entiæ reuocata?

1. *Conclusio*: in Concil. Trident. multa decreta statuuntur, expressè reuocando priuilegia regularium cōtraria dictis decretis. Primo *in se.5.c.2. de ref.* præcipitur religiosis ne prædicent, etiam in suis Ecclesijs, sine suorum superiorum approbatione: & cum ista approbatione Episcopo se præsentent, & ab eo benedictionem petant. Et quod in Ecclesijs quæ non sunt suorum ordinum, non prædicent sine Episcopi licentia, nec in Ecclesiis suorum ordinum prædicent, contradicente Episcopo. [illegible] de hoc dixi lib.1. cap.7. dub.2. *Secundo ibidem dicitur*, quod si prædicator quis errores vel scandala disseminet, etiam in suo monasterio, Episcopus ei prædicationem interdicat: & si hæreses prædicet, secundum iuris dispositionem aut loci consuetudinum procedat, licèt prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio, exemptum se esse prætendat. *Tertiò in se.14.c.11. dicitur*, quod nullus superior regularium, etiam vigore cuiuslibet facultatis, religiosum alterius ordinis ad habitum, vel professionem admittat: nisi in ordine ad quem transfertur sub obedientia superioris in claustro perpetuo viuat. Et sic translatus etiam si sit canonicus regularis ad beneficia etiam curata incapax existat. *Quartò in se.22. decreto*, de obserua. in Missa præcipitur Episcopis, vel aliis ordinariis, ne patiantur Missam celebrari, etiam à regularibus in domibus priuatis: atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata, oratoria ab eisdem ordinariis designanda & visitanda. *sed de hoc dicitur c.5. dub. 7. Quinto, in se.23 c.10. dicitur*, quod non liceat abbatibus, aut aliis quantumuis exemptis infra fines alterius diœcesis, vel subditis alterius sed tantum suis regularibus tonsuram & ordines minores conferre. *Sextò, ibi c. 12. dicitur*, quod nullus ad subdiaconatum ante vigesimum secundum ætatis annum, nec ad diaconatū ante 23. nec ad Presbyteratum ante 25. promoueatur: etiam si sint regulares, nec sine diligenti examine ordinentur isti, non obstante quouis priuilegio. *Septimò ibi c.13. ibi dicitur*, quod nemini etiam regulari, duo sacri ordines eodem die conferantur, *Octauò ibi c.* 15.

15. *dicitur* quod nullus etiam regularis audiat confessiones sæcularium etiam sacerdotum, nisi sit parochus, vel ab Episcopo per examen si ei videatur, vel alias idoneus iudicetur. Et approbationem quæ gratis detur obtineat: & in omnibus prædictis expressè reuocantur regularium priuilegia, vt ibi patet.

Nonò in sess. 25. multa præcipiuntur regularibus reuocando eorum priuilegia in contrarium. *Primo, in c. 2. dicitur*, quod religiosi non habeant bona immobilia: imo nec mobilia, vt propria, vel nomine conuentus, sed conuentui incorporentur, & superiori tradantur, *sed de hoc dixi lib. 1. c. 3. dub. 2. Secundo, in c. 3. præcipitur*, quod non fundentur conuentus sine Episcopi licentia obtenta, *sed de hoc c. 9. dub. 1. Tertio, in c. 5.* vetatur egressus monialium à conuentu & ingressus ad eas, *de quo dixi, lib. 1. c. 5. dub 2. & 3. Quarto in c. 6.* ponitur modus seruandus in electionibus, scilicet, per vota secreta: & non supplendo absentium voces. *Quinto in c. 7.* ponitur modus seruandus in electione prælatæ monialium, scilicet, quod eligatur non minor annis quadraginta: & quæ octo annis post professionem expressam laudabiliter vixerit: & si nulla talis in conuentu reperitur, ex alio conuentu eiusdem ordinis eligi potest. Et si hoc incommodum præsidenti electioni videatur ex his quæ ibi annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem rectè vixerint: Episcopo, vel alio superiore, scilicet, monialium consentiente eligatur: & quod præsidens electioni, claustra monasterij non intret, sed ante cancellorum fenestellam vota singularium audiat, vel accipiat: *sed de hoc dixi lib. 1. c. 5. dub. 2. Sexto, in c. 10. dicitur*, quod Eucharistia intra chorum, vel intra septa monasterij monialium, & non in publica Ecclesia minime seruetur, non obstante quouis priuilegio. *Septimo, in ca 11 dicitur*, quod in monasterijs habentibus curam animarum, præter eas quæ sunt de eorum familia, regulares & sæculares istam curam exercentes subsint, immediate in pertinentibus ad istam curam & sacramentorum administrationem iurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi in cuius diœcesi sunt sita: nec ibi aliqui etiã ad nutũ amouibiles deputentur, nisi de consensu Episcopi & præuio examine per eum, aut eius vicarium faciendo. Excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus; & exceptis monasterijs in quibus capita ordinum sedem ordinariam principalem habent: & exceptis monasterijs vbi prælati regulares Episcopalẽ & tẽporalẽ iurisdictionẽ in parochos, ac parochianos exercent: saluo tamẽ Episcoporũ iure qui maiorem in dicta loca, vel personas exercent iurisdictionem. Vbi not. 1. non posse Episcopos visitare sacristias, paramenta, vasa sacra, altaria, Eucharistiam in Ecclesijs regularium, quibus non incumbit cura animarum sæcularium: ita declarauit Congregatio Cardi. in tempore Clem. 8. *vt refert Rod. in compendio. Secundo* not. quod religiosi & vicarij etiam sæculares Ecclesiarum monasterijs vnitarum in vacatione istarum Ecclesiarum: non sint vocandi ad concursum per edicta iuxta Conc. Trid. sed præsentati à prælatis religiosorum approbentur ab ordinarijs: ita concedit Sixtus 5. bu. 22. & in bu. 24. concedit, quod isti vicarij, seu parochi sint ad nutum amouibiles per monachos: & taxato eis seruientibus salario decenti reliqui fructus monasterio cedant. *Octauo, in c. 12. dicitur*, quod censuræ & interdicta etiam ordinariorum mandante Episcopo, à regularibus in eorum Ecclesijs & publicentur & seruẽtur, & dies festi ab Episcopo præcepti seruentur, etiã à regularibus. *Nono, in ca. 13. dicitur*, quod Episcopus amota omni appellatione componat regularium controuersias, etiam circa præcedentiam in processionibus exortas: & quod exempti omnes, tam clerici sæculares, quam regulares & monachi, ad publicas processiones vocati accedere compellantur: his tantum exceptis qui strictiori clausura perpetuo viuunt: & exceptis etiam illis qui distant à ciuitate per dimidium miliare vt declarauit Congregatio Card. in tempore Cle. 8. *vt refert Manu. Rod in compendio.*

Nono

Nono, in c. 14. dicitur, quod regulares extra claustra monasterij ita notorie delinquentes, quod populum scandalizant, instante Episcopo à superiore intra tempus ab Episcopo taxatum severè puniantur. Ac de punitione Episcopum certiorem faciat: sin minus à suo superiore ab officio privetur, & reus ab Episcopo puniri possit. *Decimò*, in c. 15. *dicitur*, quod professio regularium utriusque sexus non fiat ante decimum sextum annum expletum. Et nisi habitu suscepto per annũ in probatione steterit, alias professio sit nulla. *Vndecimò*, dicitur *in cap. 16.* quod renuntiatio novitij ut valeat, fiat de licentia Episcopi, aut eius vicarij: & infra duos menses proximos ante professionem. Ac non aliter suum effectum sortiatur, nisi professione secuta: nec ante professionem præter victum & vestitum aliquid à parentibus, propinquis, vel curatoribus ex bonis novitij monasterio detur: ne sic discedere nequeat, quia monasterium totam, aut maiorem partem suæ substantiæ possideat: nec facile si discedat recuperare possit. Et sub anathemate præcipitur dantibus & accipientibus, ne hoc ullo modo fiat. Et quod abeuntibus ante professionem omnia sua restituantur, & ad hoc per censuras si opus sit ab Episcopo compellantur, *sed de hoc dixi lib. 1. c. 8. dub. 3.*

Duodecimo, in c. 19. præcipitur regularibus, ne transeant ad laxiorẽ religionem: nec possit alicui concedi licentia ferendi occultè habitum suæ ordinis: de quo dixi, *lib. 1. cap. 7 dub. 4.* & statim *in cap. 22.* subditur hæc omnia & singula in superioribus decretis contenta præcepit sancta Synodus observari, in omnibus Cœnobiis, monasterijs, collegijs, &c. non obstantibus eorum privilegiis, &c. Ubi illa verba in suis superioribus decretis contenta loquuntur, de decretis istius sessionis non de alijs aliarum sessionum: & sic privilegia decretis istius sessionis contraria tantũ revocantur in illis verbis, nõ obstantibus eorum privilegiis: *ita Rod. in qq. reg. to. 1. q. 8. ar. 6.*

Decimò, in se. 25. c. 11. de refor. vetantur locationes bonorum Ecclesiæ anticipatis solutionibus, in damnum successorum. *Vndecimò; ibi cap. 13.* statuitur de quarta funera li solvenda Cathedralibus & parochialibus Ecclesijs, quæ solita est persolui ante annos quadraginta, sed de hoc dicetur latius *sup. ca. 9 dub. 5.* In prædictis ergo decretis expresse revocantur regularium privilegia. Et ista tãtũ privilegia sic revocata censẽtur cõtraria Con. Trident. de quibus fit sermo quoties in confirmatione privilegiorum regularium, excipiuntur privilegia contraria Conc. Trid. ita sentiunt multa sapientissimi quos refert & *sequitur Rod. in qq. reg. to. 1. q. 8. ar. 6.* Ex hoc sequitur, quod licet in eodem Concil. Trid. *sess. 23. cap. 8.* de refor. statuatur; quod ordines celebrentur temporibus à iure statutis: quia tamen ibi non revocantur regularium privilegia, quæ habent circa hoc, possunt religiosi iuxta illa ordinari extra tempora statuta pro ordinibus celebrandis: & ita declaratum est à Congregatione Card. in tempore Gregor. 13. *de quo Rod. in compen.* Nec ista & similia privilegia censentur contraria illi decreto, nec per illud revocari: tum lex generalis non revocet privilegium paucorum, quando de illo saltem in generali non fit expressa revocatio iuxta dicenda *c. 6 dub. 1.* & ita tenent *multi sapientissimi Theologi & iuristæ*, quos refert & sequitur Rod. quam sententiam, ait, secutus quidam Episcopus ordinavit extra tempora quosdam religiosos. Secundò sequitur, quod licet *in se. 24 ca. 4 de refor. statuatur*, quod non subdiaconus voce careat in cap. quia tamen ibi non revocantur privilegia religiosorum, nec eorum statuta, aut consuetudines, possunt religiosi, si circa hoc habent privilegium vocem habere prædictam, etiam non subdiaconi: & ita declaravit Congregatio Card. fratri Gaspari Parasolo generali minimorum, anno 1573. quod scilicet Conciliũ non contrariatur constitutionibus regularium: in aliquo ordine non subdiaconi de consuetudine, constitutione, vel privilegio ad actus capitulares admittantur.

DUBIUM, ergo præsens procedit de privile-

uilegiis modo explicato contrariis Concil Trid. an per illud sint adhuc etiam in foro conscientiæ reuocata vnde ad hoc sit.

II. Conclusio: prædicta priuilegia saltem pro foro externo, sunt adhuc reuocata in dictis decretis, & clarius in bulla Pau. 4. quæ incipit: In principis Apostolorum se le. *Secundò*, quia quoties Pontifices post Conc. Trident. confirmant priuilegia regularium addunt expresse. Dum tamen non sint contra Conc. Trid. ita confirmant priuilegia minorum Greg. 13. bul. 1. & Clem. 4. bu. 9. sic confirmat priuilegia Hie onymianorum *& bu. 10. priuilegia Præmonstratensium: & bu. 11. & 12 priuilegia Benedictinorum.* Et idem de alijs confirmationibus, vna excepta confirmatione Gregor. 13. *bul.* 26. priuilegiorum Societatis Iesu, de qua dixi dubio quinto. Nec obstat, quod Pius 5. bulla 7. quæ incipit: Et si mendicantium ordines, multa concedit religiosis ex priuilegijs in Concil. Tridentin. reuocatis: quia postea Greg. 13. *in bul.* 3. quæ incipit: In tanta rerum, & negotiorum mole statuit, de prædictis, & alijs literis Pii Quinti, de eisdem rebus pro quorumlibet regularium, ordinibus editis: eam dispositionem, ac decisionem haberi de cætero, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris decretis Conc. Trid. siue alias legitime ante editionem dictarum literarum erat: ac si ipsæ non emanassent, ad quam dispositionem illa omnia reducit.

III. *Conclusio*: certissimum puto, non posse religiosos vti etiam in foro conscientiæ priuilegiis modo explicato contrarijs Conc. Trid. Ista conclusio est contra Manu. Rod. *in qq. reg. to.* 1 *q.* 8. *ar.* 9. vbi suam sententiam probat ex quodam viuę vocis oraculo Pij 5. vbi Pius 5. confirmat priuilegia minorum pro foro conscientiæ, & consequenter aliorum religiosorum: etiam illa, quæ fuit contra Conc. Trid. Nec ista concessio (ait Manuel) reuocatur à Greg. 13. loc. cit quia ibi (ait) tantum reuocantur literę & constitutiones concessæ mendicantibus contrariæ Conc. Trid. ex quibus perturbatio inter Episcopos & religiosos solet oriri: at ex vsu eorum priuilegiorum vsu in foro tantum conscientiæ, nulla perturbatio oriri potest. *Secundò probat*, quia in dicta bulla Greg. non reuocantur (ait) viuæ vocis oracula, etiā cōtra Con. Tri. concessa: sed solæ literæ & constitutiones, ergo possunt religiosi in virtute viuę vocis oraculi Pij prædicti, vti priuilegiis sibi concessis etiam contrarijs Concil. Tridentin.

Sed istę rationes nihil conuincunt: quia *vt ait Lud Lop. in su.* 1 *p cap* 8. *de bul. Greg.* 13. *in sua bulla*, non tantum reuocat priuilegia scripta, & literas, sed etiam [illegible] indulta, etiam sine literis expedita. [illegible] quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumque alia nostris statuto, ordinationi & reductioni contraria: ecce quomodo abrogantur, quæcumque alia, &c. vbi per ista verba satis intelligitur reuocatum, illud viuę vocis oraculum. *Secundò*, quia Greg. 13. in dicta bulla etiam meminit confessionum audiendarum, pœnitentiarum iniungendarum à religiosis: quæ pertinent ad forum conscientiæ. Et etiam, quia non fiunt ista ita secretè quin factum in publicum prodeat, & ad aures Episcoporum deueniat: ex quo oriuntur turbationes & lites. Has cupiēs Papa vitare, & confessiones & iniunctiones pœnitentiarum, quæ in foro conscientiæ fiebant ex indultis Pij 5. contra decreta supra dicta, Conci. Triden. concessas: voluit reuocare illa: ex dictis patet nostra conclusio: & argumentorum Manuelis solutio.

DVB. 7. An priuilegia regularium suspendantur per bullam Cruciatę in regnis vbi ista bulla prædicatur?

Not. quod inter priuilegia regularium quædam conceduntur prælatis regularium pro sibi subditis: alia conceduntur religiosis pro sibi ipsis, vt quod tali die lucrentur tales indulgentias. Alia conceduntur religiosis pro sæcularibus, vt quod possint eos absoluere à talibus peccatis & censuris.

I. *Conclusio*: quando in bulla, vel alibi suspenduntur, aut reuocantur omnia priuilegia, intelligitur de priuilegijs similibus pri-

priuilegijs bullæ. Qualia sunt priuilegia assistendi diuinorum celebrationi in tempore interdicti, eligendi confessorem, lucrandi indulgentias, edendi lacticinia, &c Secus est de priuilegijs circa alias materias dissimilibus illis quæ in bulla conceduntur: ita Ang. ver. excommunicatio, *quinto casu* 31. *Fe. Pan. & alij quos refert & sequitur Man. Ro. in qq. reg to.1 q 13 ar.23.*

II. *Conclusio*: priuilegia concessa prælatis religionum pro sibi subditis, & quæ conceduntur religiosis pro sibi ipsis, non suspenduntur in bulla: sed potius ibi excipiuntur à generali suspensione priuilegiorum. Et Leo 10 *bul.*43 concessit, quod non intelligantur suspensa per bul. Cruciat. aut alias indulgentias indulta cõcessa, quoad personas minorũ.

III. *Conclusio*: priuilegia concessa religiosis pro sæcularibus, non suspenduntur in bulla: ita Rod *in qq. reg. to.*1.*q.*61.*ar.* 14. vbi retractat oppositum, quod docuerat in expositione Cruciatæ: & ait istam esse sententiam sapientissimorum: & patet, quia in bulla tantum suspenduntur gratiæ concessæ, aut concedendę alicui monasterio, hospitali, vel alteri loco pio, vniuersitati, confraternitati, aut alicui singulari personæ: sed priuilegia ista tertiæ conclusionis sunt concessa ordinibus in eorum fauorem & authoritatem, ergo non suspenduntur: sed possunt religiosi absoluere, secundum illa priuilegia à peccatis & censuris, dispensare & commutare vota & iuramenta, licèt sæculares absoluendi, aut dispensandi, careant bulla Cruciatæ. Sicut etiam per sua priuilegia, possunt religiosi in suis domibus ministrare Eucharistiam fidelibus, etiam carentibus bulla Cruciatæ: quia licet hoc & alia priuilegia cedant in bonum sęcularium, sed immediatius & principalius respiciunt, authoritatem & fauorem religionum. Si obijcias, quia in bulla tantum excipiuntur, à generali priuilegiorum suspensione priuilegia concessa superioribus regularium quo ad sibi subditos, ergo manẽt suspẽsa priuilegia illis pro sęcularibus cõcessa. Ad hoc respõdetur, quod illud dictũ bullæ exceptis grat.ijs, &c. cõcessis superioribus mendicantiũ, &c. non est exceptio gratiarum concessarum religionibus: cum istæ, vt dixi, non suspendantur in bulla, sed est exceptio suspensionis gratiarum, &c. concessarum monasterijs, verbi gratia, indulgentia plenaria concessa visitantibus nostras Ecclesias in die S. Dominici patris nostri, suspenditur pro sæcularibus, qui sine bulla illam non lucrantur, non tamen suspenditur pro religiosis, sed sine bulla lucrantur illam: & ita etiam declarauit Leo 10. inter viua ora. n.19. quod, scilicet, per bullam, aut alias indulgentias reuocantes generaliter, vel suspendentes alia priuilegia, etiam mendicantium, non intelligantur reuocata, vel suspensa indulta, priuilegia, & gratiæ concessæ quo ad personas fratrum minorum de obseruantia, & quo ad suspendendum interdictum, in festis Sanctorum sui ordinis: nisi de his specificè & nominatim fiat mentio, hoc autem quomodo sit intelligendum dixi dub. 3.

DVB. 8. an excommunicationes contra statuta priuilegia benefactores seruitores religiosorum sint validę & idem de alijs literis?

I. *Conclusio*: quęuis priuilegia & literę obtentę à Sede Apostolica contra religiosorum statuta, sunt nullæ: ita concessit Cistercienfibus Clem.4.*bu.*1.

II. *Conclusio*: censurę latę contra priuilegia religiosorum sunt nullæ: ita concessit Minimis Iul.2.*bul.*26.

III. *Conclusio*: excommunicationes latæ contra benefactores, vt sic religiosorum, vel quia communicant cum religiosis, aut ab eis Sacramenta recipiunt, a quocumque sint latę irritatur ab Eug.4.*bul.*9.

IV. *Conclusio*: familiares seruitores religiosorum molentes in eorum molendinis, vel coquentes in eorum furnis, aut aliter cum religiosis communicantes, non possunt excommunicari, in fraudem priuilegiorum religiosorum: & aliter factum est irritum: ita concessit Cistercienfibus Innocen.4.*bu.*26.

(*,*)

CAPVT IV.

De communicatione priuilegiorum.

DVBIVM. an omnes religiones communicent in priuilegijs, id est, an eo ipso, quod alicui religioni conceditur aliquod priuilegium censeatur alijs religionibus concessum?

1. *Conclusio*: omnes religiones, etiam non mendicantes, communicant in priuilegijs; Leo enim 10. bul. 33. communicauit, & de nouo concessit ordini prædicatorum & illius Ecclesijs & oratorijs, & ista loca visitantibus, & contribuentibus pro earum manutentione & ornatu & domibus ipsis, generali, prouinciali, priori, fratribus, sororibus, monialibus, conuersis, oblatis, ac vtriusque sexu personis de pœnitentia nominatis, & alijs personis eiusdem ordinis: omnes & singulas gratias, concessiones, indulgentias, remissiones peccatorum, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia & indulta spiritualia & temporalia qualiacumque illa sint, concessa ab ipso, vel à suis prædecessoribus: & concedenda ab ipso; vel à suis successoribus coniunctim, vel diuisim in genere, vel in specie ordini Minorum, Augustinianorum. Carmelitarum, Seruorum S. Mariæ ac Minimorum & eorum Ecclesijs & oratorijs, ac ipsas Ecclesias & oratoria visitantibus & domibus & præsidentibus, generalibus, prouincialibus & prioribus conuentualibus, fratribus, sororibus, monialibus, conuersis & oblatis, ac vtriusque sexus personis de pœnitentia, seu tertij habitus nuncupatis. Et licèt per hoc priuilegium tantum communicetur, ordini prædicatorum expressè priuilegia Minorum, Augustinianorũ, Carmelitarum, Seruorum B. Mariæ, ac Minimorum: tamen Clem. 7. bul. 2. communicat minoribus priuilegia & gratias concessas, & concedendas mendicantibus, & non mendicantibus: & sic prædicatorum ordo, ac alij quibus Minorum priuilegia communicantur, gaudent eisdem, per priuilegia communicationis cum concedantur eis priuilegia Minorũ, Augustinianorum, &c. qualiacumque illa sint in genere, vel in specie coniunctim, vel diuisim concessa & concedenda. Præterquam, quod Iul. 3. *Bul.* 3. concessit ordini prædicatorum, domibus, Ecclesiis ac alijs locis eius omnia priuilegia, ab ipso & prædecessoribus concessa: alijs mendicantibus, alijsque ordinibus, congregationibus, confraternitatibus, fratribus, & personis, Ecclesiis, monasteriis, domibus, & oratoriis, ac alijs locis pijs: hæc de priuilegiis communicationis Prædicatorum & Minorum.

Aliæ etiam religiones mendicantes habent similia communicationis priuilegia: ita concessit Augustinianis Alex. 6. bul. 12. & Carmelitis Sixtus 4. bul. 27. & 38. & Minimis Pius 5. bul 19 & 20. vbi numerat illos inter mendicantes. Et idem statuit ibi de ordine Seruorum B. Mariæ: & de ordine Iesuatarum B. Hieronymi, ac de ordine Societatis Iesu. Hos enim quatuor ordines facit mendicantes Pius 5 ibi: Et sic gaudent priuilegijs aliorum mendicantium, religiones etiam monachales, & alij non mendicantes: habent etiam similia priuilegia communicationis: *ita concessit Benedictinis Eug. 4. bul. 7. & Cisterc. Greg. 13 bu 3. & Carthusiensium Greg. 13. & Pius 5. vt refert Manu. Rod. in qq. reg. tom. 1. q. 5. art 8. & ordini S. Hieronymi Pius. 4. & 5. & Sixtus 5. vt refert Rod. loc. cit. ar. 9 & Adri. 6. bu. 4.* fecit amplam communicationem pro fratribus & monialibus SS. Trinitatis & Redemptionis captiuorum: & pro Mercenariis LEO 10. & SIXTVS 5. vt refert Rodrig. arti. 12. & refert in hac quæstione alia priuilegia communicationis pro aliis religionibus etiam militaribus. Item, moniales prædicatorum, vt constat ex priuilegio Leo 10. citato in principio: & moniales minoribus subiectę ex concessione Bonifac. 8. bu. 5. habent etiam similia communicationis priuilegia cum mendicantibus, & non mendicantibus, etiam si dictæ moniales sint ter-

tiæ

tiæ regularis ita concessit Leo 10. bu. 16.

II. *Conclusio*: communicatio priuilegiorum sic intelligitur, quod ea quæ conceduntur, v.g. magistro generali ordin. præd. censeantur communicata generalibus aliorum ordinum: & quæ conceduntur prouincialibus, vel prioribus, censeantur communicata similibus prælatis aliorum ordinum: & quæ conceduntur vni religioni, & festis eius, censeantur communicata alijs religionibus & festis eorum: ita declarauit & concessit predicatorū ordini Iul. 2. Bu. 18. & Six. 4. bu. 33. & sic priuilegia & indulgētiæ concessæ pro festis Sanctorum ordinis minorum, intelligantur communicata prædicatoribus pro festis suorum Sanctorum, non obstante quod plures Sancti in vno, quam in alio ordine celebrentur.

III. *Conclusio* in communicatione priuilegiorum non communicatur, vsus vel non vsus priuilegij, sed ius vtendi priuilegio: & sic licet vnus non vtatur priuilegio multis concesso: non præiudicat alijs vtentibus illo: ita Panor. In cap. cum accessissent de constit. & Silu. ver. priuilegium, §. 11. Vnde priuilegia vni ordini concessa, quæ per communicationem alijs ordinibus sunt communia, non amittuntur, nisi legitimo tempore contra illa præscribatur modo dicto *c.* 3 *dub.* 2. *vt habetur in c. accedentibus de priui.* Et cum cōtrariorū sit eadem ratio; si aliquis ordo vtitur aliquo priuilegio alius ordo, vbi contrarius viget vsus sufficiens ad præscriptionem contra tale priuilegium, non potest iuberi ex alterius vsu ad gaudendum priuilegio præscripto. Quod enim à Papa impetratur per viam communicationis & extensionis, est ius vtendi priuilegio. Non tamen vsus, vel non vsus, cum ista non in iure, sed in facto contingant.

Ex dictis sequitur. Primò, quod cum Pius 4. ad instantiam Catholicissimi & prudentissimi Philippi 2. Hispaniarum Regis, de quo *Ro. art.* 9. & Clem. 8. *Bu.* 19. priuilegia spiritualia & temporalia concessa vni monasterio D. Hiero, communicauerit toti ordini: & idem Clemens bu. 20. adem & eodem modo concesserit Præmonstratensibus: *& in Bu.* 21. *&* 22. gratiæ & priuilegia monasterij Mōtisferrati ordinis S. Benedicti, communicauerit toti ordini S. Benedicti, & ante hæc Iul. 2. bul. 16. concessa vni monasterio minimorum, toti ordini communicauerit: consequenter aliæ religiones per priuilegia communicationis eodem gaudent extensionis indulto, ac si eis specialiter concederetur: & sic priuilegium concessum vni monasterio nostri ordinis prædicatorum eo ipso ad alia extenditur monasteria eiusdem ordinis: priuilegia tamen singulis religiosis concessa, non communicantur alijs etiam eiusdem ordinis, alias tota religionis obseruantia funditus euerteretur: & sic quoad hoc manet in suo robore declaratio Leo. 10. quod fratres ordinis heremitarum gaudeant priuilegiis generaliter concessis congregationibus, personis & locis congregationum, non dominibus & personis particularibus congregationum, seu ordinum concessis: ita in supple. concess. 157. *& Ro. ar.* 8.

Secundò sequitur, omnes religiosos gaudere omnibus priuilegijs Societatis Iesu per priuilegia communicationis: cum in illis communicentur priuilegia concessa & concedenda. Nec obstat, quod quando Leo 10. & Iul. 3 concesserunt, verbi grat a, prædicatoribus priuilegium communicationis, ordo Societatis nondum erat fundatus: ratione cuius aliqui tenent communicationem istā, non extendi ad priuilegia concedenda ordinibus nondū fundatis; sed ad cōcedēda ordinibus iam tunc existentibus. Ad hoc respondetur, quod postea Pau. 4. bu. 1. pro minoribus: & Pius 4 *bu.* 2. *pro eisdem*: & Pius 5. *bu.* 7. *pro mendicantibus*: & Greg. 13. *bul.* I. *pro minoribus*: *& bu.* 10. *pro Cistercienfibus*: *& bul.* 13. 14. *&* 15. *pro alijs ordinibus*: *& Sixt.* 5 *bu* 14. 18. 19. *&* 20. *approbarunt & de nouo concesserunt priuilegia dictorum religiosorum*: quando iam ordo Societatis erat fundatus: & post hæc Gre. 14. bu. 3. determinauit ordinem Cisterciensium frui posse priuilegijs Societatis: dum ei concedit communicationem omnium priuilegiorum omnium ordinum: & vt refert *Ro.*

loc.cit.art 7. idem Greg. 14. specialiter concessit ordinem Crucifigerorum, vt fruantur priuilegijs Societatis. Et sic aliæ religiones gaudent ista concessione, cum communicent in priuilegijs Cistercienfium & Crucifigerorum. Ex quo patet, quod si ante Gre. 14. concessum fuit Societati Iesu aliquod priuilegium tollendo eius communicationem pro alijs ordinibus, tamen iam per dictam communicationem extensionem Greg. 14. manet communicatum: cum absolute à Greg. 14. concedantur & communicentur omnia priuilegia Societatis prædictæ absque vlla restrictione.

Tertiò sequitur, quod licet religiosi Societatis Iesu non possint vti suis priuilegijs, nisi à præposito generali, vel ab alio per ipsum deputato eis communicentur, prout illis concessit Greg. 13. cuius indulti tenorem refert Man. Ro. ar. 5. probabile tamen est posse vti talibus priuilegijs Societatis alios religiosos absque eo, quod a suis generalibus, vel ab alijs sibi communicentur: ita tenet *Rod.* & patet, quia Greg. 14. concessit Cisterciensibus & Crucifigeris communicationem priuilegiorum Societatis absolute: & absque dicta dependentia, & nobis etiam absolute, ac si essent nostra conceduntur, per communicationem sine restrictionibus quibus ab alijs ordinibus ob eorum peculiare regimen sunt à Papa impetrata.

CAPVT V.
De priuilegijs regularium circa Sacramenta.
Circa Baptismum.

DVB. 1. an religiosi possint baptizare, & non est sermo de baptismo in necessitate: certum est enim licere tunc cuilibet etiam infideli, & non baptizato viro, vel feminę baptizare: vt docet D. Tho. *3. p. q 67. ar. 3 & 4.* sed sermo est de baptismo extra casum necessitatis.

I. *Conclusio*: stando in iure diuino, cuilibet sacerdoti etiam monacho, competit ex officio baptizare: ita D. Tho. *ar. 2. & colligitur ex c. diaconos d. 93.* Et patet, quia soli sacerdotes consecrantur ad conficiendum Eucharistiam, quæ est sacramentum Ecclesiasticæ vnitatis, ergo ad solum sacerdotem spectat, conferre baptismum quo homo fit particeps Ecclesiasticæ vnitatis, & acquirit ius accedendi ad mensam Dei.

II. *Conclusio*: stando in iure communi canonico, soli parocho competit ex officio baptizare: *ita in cap. placuit 16. q. 1.* vbi dicitur hoc esse ministerium parochi, & non alterius etiam sacerdotis, ergo peccat mortaliter sacerdos qui baptizat inuito parocho & volente baptizare: cum vsurpet eius officium in re graui: ita Sot. cum communi *in 4. d. 5. q. 1 ar. 3. conc. 3.* non tamen est excommunicatus, vel irregularis cum nulla talis pœna imponatur in iure isti delicto.

III. *Conclusio*: cuilibet sacerdoti etiam monacho, imo & diacono potest a parocho committi, vt etiam extra necessitatem, & cũ solemnitate baptizet: *ita in c. diaconos, d. 93.* & si obijcias *quia in c. placuit 16. q. 1.* prohibentur monachi baptizare: ad hoc resp. quod intelligitur sine licentia parochi.

IV. *Conclusio*: religiosi Indiarum, possunt ibi omnia sacramenta infidelibus & nouiter conuersis ministrare: ita concessit Leo 10. *bul. 3.* duobus fratribus minoribus euntibus ad Indos. Et Adria. *6. bul. 1.* concedit prouincialibus & religiosis quibus ipsi commiserint, posse baptizare filios etiam Hispanorum: & alios citra necessitatem cum limitationibus ibi positis: vtpote concessit istis, vbi non sint Episcopatus creati, vel si creati sint intra duas dietas ipsi, aut officiales eorum inueniri non possint: ita a quo ad suos fratres & alios cuiusuis ordinis, vbi sint deputati, ac super Indos ad fidem conuersos, qua in ad alios Christi cola addictũ opus eo de mittẽtes, omnimodam authoritatem suam in vtroque foro habeant, tantam quantam ipsi, & per eos deputati de fratribus suis iudicauerint opportunam, & expedientem pro cõuersione dictorum Indorum & manutentione, ac profectu eorum & aliorum prefectorum in fide Catholica, & obedientia san-

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentium. Et quod dicta authoritas extendatur etiam quo ad omnes actus Episcopales exercendos, qui non requirunt ordinem Episcopalem. Idem postea concessit Pau. 4. inter viua orac. fratribus prædicatoribus de Mexico, de Chiapa, & de Peru: vt fidem fecit Cardinalis Alexandrinus, qui fuit postea electus Papa Pius 5. Et confirmauit omnia suorum prædecessorum priuilegia pro Indorum conuersione. Præsertim, quod possint fratres me dicantes omnia Sacramenta ministrare infidelibus & nouiter conuersis: & de nouo roborauit Apostolica authoritate non obstantibus, &c. & sic manent roborata priuilegia Leo. 10. & Adria. 6. & idem postea concessit dictus Pau. 4. inter viua ora. cuidam religioso ordinis minorum.

V. *Conclusio*: religiosi Indiarum non debent baptizare in aliena parochia, alias confunderetur Ecclesiasticus ordo contra sacros canones *in ca. peruenit* 11. q. 1. sed in suis Ecclesijs debent baptizare, nec aliter colligi potest ex dictis priuilegijs. Nunquam enim Papa in generali concessione, visus est alicui præiudicare, imo & Pius 5. bul. 4. concessit religiosis Indiarum, vt in suis monasterijs & locis sibi deputatis ibidem, possint baptizare, & alia Sacramenta, sicut parochi ministrare; quo priuilegio gaudent omnes prouinciæ Indiarum, & sic religiosi omnes in suis Ecclesijs, & locis suorum monasteriorum possint baptizare, non tantum Indos subditos, sed etiam non subditos: & ita est obseruatum vt testantur viri graues.

DVB. 2. an dicti religiosi possint vti in baptismo Oleo sancto & Chrismate antiquo?

I. *Conclusio*: licèt chrisma & oleum cathecumenorum & infirmorum sit, quotânis in die cœnæ conficiendum & vetus comburendum vt dicitur in c. literis de consec. d. 3. nô tamen debet vetus comburi quousq; nouum sit allatum. Nam præoccupante morte potest sacerdos veteri chrismate baptizare: nam licet sit peccatum mort. secundum Nauarr. *in man. c. 25. n. 75.* & glo. in c. quoniam de sententia excommunicationis vti dictis materiis veteribus ex natura rei, secus est in articulo mortis. Ex quo sequitur licere semper vti veteri chrismate in baptismo paruulorum, si nondum venit nouum: cum isti ob eorum teneram ætatem semper sint in periculo morti: & ob hoc mandatur iam quod in omni tempore anni possint pueri baptizari, quod olim non licebat extra tempora ab Ecclesia statuta, nisi in articulo mortis.

II. *Conclusio*: religiosi in Indis ex concessione Leo. 10. *bu* 3 possunt vti oleo & chrismate trium annorum, imo & quatuor annorum ex concessione Greg. 13. *vt refert Rod. in qq reg. to* 1 *q. 11. ar. 5.* quia in istis partibus oleum & balsamum difficile habentur.

Circa Eucharistiam.

DVB 3. an liceat religiosis Eucharistiam fidelibus ministrare, & non est sermo de articulo mortis: tunc enim absente parocho aut nolente eam ministrare, illud licet cuilibet sacerdoti non sacerdote deficiente, aut nolente Eucharistiam conferre, id potest diaconus: *ita Soto d. 13. quæstione* 1. *art. 4. quem sequitur Suarez 3. par. disput. 72. sec. 1. & Manu. Rod. in quæstionib. reg. tom. 1. q. 56. art 8. contra Card. & Silu. quos refert & sequitur Nauar. in manu. c. 21. n. 52.* sermo est hic de ministratione Eucharistiæ extra mortis articulum.

I. *Conclusio*: stando in iure diuino omni & soli sacerdoti competit Eucharistiam ministrare: *vt late probat D. Thom 3. p q. 82. ar. 3.*

II. *Conclusio*: stando in iure communi canonico soli parocho ex officio competit Eucharistiam ministrare: patet ex Clem. 1. de priui. vbi etiam excommunicantur religiosi Eucharistiam, extremam Vnctionem ministrantes. vel matrimonia solemnizantes, sine parochi licentia speciali, vel generali iuxta declarationem Eug. 4. vsu etiam comprobatam. de qua fit mentio in supple. concess. 4. 4. *Secundò*. quia Sacramentorum administratio (vt ait Soto) est actus iuridicus, ergo, qui administrat illa, debet habere iurisdictionê, ex iure cômuni, vel priuilegio, vel ex cômissione côcessâ in eos quib. illa ministrat.

III. Con-

III. *Conclusio*: religiosi ex priuilegio possunt vbique saltem extra tempus Paschæ Eucharistiam fidelibus ministrare: quia Nico. 5. *bu.* 2. & Sixtus 4. *bu.* 11. concesserunt minoribus, vt quorum confessiones audierint, eisdem Eucharistiam ministrent in omni tempore, excepto die Paschatis Resurrectionis. Et postea Leo 10. inter viua ora. extendit illam concessionem ad omnes religiosos sacerdotes. imo & postea Iul. 2. vt habetur in supplem. concess. 160. *de qua Rod. loc. cit. art.* 3. concessit minoribus, vt in suis Ecclesijs quoties opus sit ministrent, vel ministrare faciant Eucharistiam. Et sic sacerdotes sæculares de licētia religiosorum in istorum Ecclesijs, idem præstare possunt, quoties religiosis illud facere licet: *ita Med in su lib. 1. c.* 1. §. 13. *& Enriq. to. 2. de Euchar. lib.* 7. *c.* 55. *n.* 1. vide quando possunt religiosi vti istis priuilegiis, etiam extra sua loca *sup. c. 6 dub. 5. conc.* 5.

DVB. 4. An liceat religiosis ministrare in Paschate Eucharistiam fidelibus, & sumitur modo Pascha pro toto tempore ab Ecclesia taxato, ad communionem annualem, scilicet a Dominica in Ramis, vsq; ad Dominicam in Albis inclusiue?

1. *Conclusio*: licet religiosis ministrare, etiam in Paschate, & in articulo mortis, omnia sacramenta familiaribus & seruitoribus actualiter religiosis seruientibus, & intra monaste ia, aut loca religiosorum commorantibus: & sub eorum obedientia viuentibus, *patet ex concessione Cleme.* 4. *& Sixti* 4. *pro Benedictinis, vt habetur in monu. ord concess.* 315. *& confirmatur hoc à Con Tr. se.* 24. *c* 11. respectu istorū sic fermētum: vbi etiam a iurisdictione ordinarij eximuntur: licet sit ibi reuocata dicta concessio respectu familia ium extra septa, ac domos religiosorum commorantium, quia in dictis priuilegijs, etiam erat concessum recipere dicta sacramenta à religiosis tunc. *Secundò*, consulti Cardinales in tempore Greg. 13. *vt refert Manu. Rod. in compend.* an prælati regularium possint audire confessiones sæcularium qui sunt de sua familia, aut alias deseruiunt in eorum monasterijs, absque licentia & approbatione Episcoporum: & similiter confessores aliorum religiosorum idem possint, respondet sic Congr. Conc. censuit dictos religiosos audire posse confessores sæcularium, qui sint de sua familia & continui commensales, non tamen eorum qui deseruiunt in eorum monasterijs: & idem est de Eucharistia, & extrema vnctione, *vide c. 6. dub.* 1.

II. *Conclusio*: licet religiosis ministrare etiam in Paschate Eucharistiam fidelibus communicantibus ob deuotionem: nam quando in dictis concessionibus, excipitur communio Paschalis, sermo est de communione impletiua præcepti communionis: hæc enim siue fiat in Paschate, siue in aliis dies taxatos pro impletione præcepti communionis, debet fieri in propria parochia *vt ait Sua.* 3 *p. disp.* 81. *se.* 2 Secus sic de communione quæ fit ob deuotionem: hæc enim etiam in Paschate licite fit in Ecclesijs religiosorum: cont. a Nauar *in Manu c.* 21. *n.* 53.

III. *Conclusio*: licet religiosis ministrare fidelibus in suis Ecclesijs Eucharistiam in Paschate etiam ad implendum præceptum communionis: ita concessit fratribus de Guadalupe Nic. 5. & Iul. 2. vt habetur in cōpen. istius ordi. §. 2: & 6. & eisdem concessit Pau. 3. inter viua orac. quod tam intus, quam extra in oratorijs grangiis, & locis monasterij, non contradicente priore, vel vicario, in absentia prioris possint ministrare Eucharistiam, etiam in Paschate subditis monasterij, & ab eo dependentibus & illuc confluentibus vtriusq; sexus: licentia curatorum, vel rectorum, vel locorum diœcesanorum minime requisita, & sic Ecclesiæ præcepto satisfaciant, non obstantibus contrarijs quibuscumque, &c. ita in compend. istius ordinis, t. Eucharist. Sacrament. §. 6. Et cum hoc & alia priuilegia vni monasterio D. Hieron. concessa, sint toti ordini communicata: *vt dicta c.* 4. *aliijs ordinibus censentur communicata.*

Nec ista priuilegia sunt per non vsum reuocata: tum, quia priuilegia minorum, & cōsequenter aliorum ordinum, sunt a Pio 4. bu. 2. confirmata ex certa scientia, & de plenitudine

nitudine potestatis, quæ verba vt ait Rodr. *in qq. reg. to. 1 q. 8. art. 3.* confirmant priuilegia per non vsum reuocata, non tamen aliter reuocata, *iuxta dicta c. 3. dub. 2.* tum etiam, quia idem Papa non tantum confirmauit, sed & de nouo concessit dicta priuilegia : & sic de nouo concessit minoribus per communicationem priuilegia dicta Nic. 5. Iul. 2. & Pau. 3. Tum potissime, quia Pau. 5. confirmauit, & de nouo roborauit priuilegia minorum & prædicatorum, etiam per non vsum reuocata, *iuxta dicta c. 3 dub. 5.*

DVb. 5. An liceat religiosis ministrare Eucharistiam fidelibus in art. mort.

I. *Conclusio* negatiua: in sententia asserente nō licere religiosis ministrare Eucharistiam fidelibus in Paschate, eo quod talis communio est impletiua præcepti: cum etiā sumptio Eucharistiæ in articulo mortis sit etiam impletiua præcepti: *ita Suarez sec. 2 dub. vlt.* & ait esse communem sententiam, & refert priuil. P. u. 3. concessum Societati Iesu, vbi illis concedit posse Eucharistiam fidelibus ministrare, excipiendo communionem in Paschate, & in artic. mort.

II. *Conclusio*: in sententia asserente licere religiosis ministrare fidelibus Eucharistiam in Paschate: idem videtur dicendum de ministratione Eucharistiæ in artic. mort. maxime, quia Leo 10. loc. cit. dub. 3. tantum excipit communionem Paschatis.

Circa Missam.

DVB. 6. An liceat religiosis Missas celebrare ante horam & post horam ab Ecclesia statutam?

I. *Conclusio*. inter stitiū temporis intra quod est, Missa celebranda est ab initio auroræ, vsque ad meridiem : vt communiter docent Doctores cum D. Tho. 3. p. q. 83. ar. 2. ad 4. & initium auroræ est initium crepusculi diei, & prima lucis irradiatio, & adhuc moraliter taxetur : licet enim crepusculum non sit æquale in omni tempore, tamen in omni tempore licet incipere Missam hora & dimidia ante ortum solis *ita tenet Suar 3 p disp 8. sec. 4 & Led. q. c. 17 de Euchar.*

II. *Conclusio* Religiosi ex causa rationabili, possunt Missam celebrare ante horam & post horam ab Ecclesia statutam : ita concessit minoribus Sixt. 4. inter viua ora. & Pius 5. etiam inter viua ora. concessit generali minorum posse concedere suis religiosis licentiam celebrandi Missas per vnam horam ante auroram: & Alexan. 6. bul. 13. concessit Benedictinis Montisserrati, posse in suo monasterio celebrare Missas immediatè post duas horas post mediam noctem. Et Leo 10. inter viua ora. concessit minoribus posse de licentia suorum superiorum, illicò post matutinum Missam celebrare, & post meridiem, quando itinerando non potuerunt venire ad locum, vbi commode celebrent, vel Missam audiant, maxime in festis: item Eug. *bu.* 11. concessit Cælestinis itinerantibus posse Missas celebrare, vsque ad nonam exclusiuè. Imo inter viua ora. absolutè concessit minoribus posse Missas sine scrupulo celebrare, vsque ad nonam. Item Greg. 13. bu. 22. concessit religiosis Societatis posse Missas celebrare, de licentia sui generalis, vel alterius ab eo deputati, ante auroram circa lucem, & infra horam post meridiem, itineris, aut alterius legitimi impedimenti existente causa legitima.

DVB. 7. an liceat religiosis extra Ecclesiam celebrare?

I. *Conclusio* affirmatiua: *ita Soto d. 13. q. 2. art 3.* & de prædicatoribus & minoribus habetur in c. in his de priuilegijs.

II. Conclusio : licet religiosis Missas celebrare in grangiis, & alijs locis monasterij: ita concessit prædicatoribus Sixtus 4. bul. 33. & Iul. 2. bul. 20. & Innocen 4. bul. 24 & Alexand. 6. bul. 14. concessit Cisterciensibus posse in grangijs, & alijs locis monasterij capellas, Ecclesias & oratoria construere, vbi sine licentia ordinarij, vel alterius, possint Missas & diuina officia celebrare, & vasallorū, Colonorum, in colarum ibi commorantium, cōfessiones audire, pœnitentias iniungere, Eucharistiam & alia Sacramenta sine parochiæ præiudicio, per monasteriorum abbates, & suos monachos ad id deputatos

ministrare:& per parochiæ præiudicium in-telligitur, quoad exactione n decimarum & primitiarum,quæ solent clericis exhiberi. si enim in hoc nullum sequitur clericis præiudicium,possunt religiosi prædicta exercere: *ita declarauit Sixtus 4.vt habetur in li. monu. ord.conce.465.*

Si obijcias ex Con Tri. *se.22.decr de obser. in Miss*, vbi præcipitur Episcopis, ne patiantur Missas celebrari,etiam à regularibus ,in domibus priuatis, & omnino extra Ecclesiam & oratoria ad diuinum cultum dedicata,designanda & visitanda ab eisdem Episcopis.Ad hoc respondetur,quod ibi tantum intenditur,quod in domibus priuatis non erigantur oratoria, sine approbatione ordinarij,vbi Missa celebretur.Secus est de grangijs monasteriorum.vbi sicut in eorum infirmarijs erigi possint oratoria, & patet ex contex. dum dicitur non patiantur Episcopi vt Missæ celebrentur etiam a regularibus , omnino extra Ecclesiam. Oratoria enim & altaria portatilia in grangijs & [illegible] religiosorum erecta, non censentur esse omnino extra Ecclesiam [illegible] DD.communiter,nomine [illegible] monasterij intelliguntur: *ita Man.Rod.in qq.reg to.1 q 75. ar.1.*Et confir.quia E [illegible] pen Cister. [illegible] grangias sicut & Ecclesias [illegible], prauorum hominum incursu & violentia, debere esse liberas & quietas, ita vt nemo in eis possit hominem capere, spoliare & [illegible] exercere præsumat: & hoc in virtute Spiritus Sancti inhibendo statuit, ergo [illegible] debemus de istis grangijs iudicare, sicut de domibus priuatis: vbi Concilium vetat diuinorum celebrationem: cum domus priuata non gaudeat prædicta immunitate. & Leo 10. vt habetur in supple. concessione 186. concessit,quod infringentes,aut violentiam facientes,in Ecclesijs, aut locis religiosorum sint excommunicati,nec possint absolui, nisi à Papa, aut à conseruatoribus religiosorum: grangiæ autem inter loca religiosorum computantur.

III.*Conclusio*:licet religiosis in castris & arcibus,ad quæ obsidia confugiunt : altare portatile erigere , & ibi Missas & officia diuina celebrare, saluo iure parochialium Ecclesiarum, & cuiuslibet alterius: *ita concessit Cisterci Vrb 5 bu. 1.*

IV. *Conclusio*: Religiosi vbique etiam in priuatis domibus sæcularium, possunt Missas celebrare: *ita concessit minoribus Sixt. 4.bul.14.& Alexand 6 inter 3 maiora* concessit eisdem, posse Missas celebrare in cameris sæcularium,& in plateis dato, quod non videantur loca honesta. quia in cameris sæcularium dormiunt coniugati , & in plateis fiunt multa prophana.

Si obijcias decretum Conci.Tride. supra relatum:ad hoc Nana. *in Manu.c. 25. n.8.& aly dicunt*, dicta priuilegia esse reuocata per hoc decretum:at *Rod.in qq.reg.to.1.q.28.art.3.*tenet oppositum, sed ad hoc dico , quod Concilium [illegible] aliquo modo reuocat ista priuilegia:licet enim religiosi antequam ab Episcopo prohibeantur possint vti dictis priuilegijs,non tamen post monitionem : quia in Concilio sic dicitur,non patiantur Episcopi, quod sacerdotes etiam regulares in domibus priuatis,& omnino extra Ecclesiam,vel oratoria.&c.celebrent, ergo dum Episcopi illud non vetant,poterunt religiosi ibi celebrare. Secus tamen erit post prohibitionem eum ibi expresse reuocentur contraria priuilegia,etiam religiosorum ex dictis patet à fortiori licere religiosis celebrare iuxta dicta priuilegia in Ecclesia violata: nec hoc vetatur in dicto decreto Conci. Trident. sed celebratio in domibus priuatis & omnino extra Ecclesiam.

Nota quod Iuli.2.*Bu.28*.concessit generali [illegible] orum,qui tunc erat posse dispensare vt valeant collectæ promissis,vsque ad nouum,tam pro Ecclesiarum fabricis, quam pro alijs fratrum necessitatibus quæ nouiter et conuentus, ita grauatos multitudine Missarum,vt eas celebrare non possint, applicando etiã porrigentibus taliũ eleemosyne Missarum,alia suffragia beneficia & satisfactiones. Et postea Leo 10.anno 1513.in constitutione quæ incipit. Exposcit dilectorum: idem

idem extendit & concessit, cuilibet generali dicti ordinis pro tempore existenti, *vt refert Par.sellus in lib prius fol 45 & 58 Secundò not.* quod licet Greg.13 concesserit omnibus religionibus, posse celebrare solemniter cũ processione festũ SS. Corporis Christi in Domin. infra octauas eiusdẽ solemnitatis, renocando priuilegium P. 5. nostro prædicatorum ordini concessum: vbi soli nostro ordini illud concedebatur, vt videere est in bul.3. Greg. 13. tamen post hæc Clem.8. nostro ordini maximeaffectus, in bulla, quæ incipit Dum felicis recordationis Pius Papa, edita die .. Martij, anni 1592, & habetur authenticatum transumptum illius bullæ in cõnt ibus nostri ordinis renocat bullã Gr. & soli nostro prædicatorum ordini cõcedit, posse tunc dictũ festũ celebrare, & posse tunc deferre Eucharistiam per vicos & plateas, & per loca à nobis electa: & concedit indulgentiam plenariam astantibus tali solemnitati & merito hoc nostro ordini conceditur, ex eo quod noster Doctor Angelicus D. Thomas officium de SS. Eucharistiæ Sacramento, ab omni Ecclesia receptum, & decantatum, & tot diuinis refertum sententijs diuino numine in lucem protulit.

DVB.8. an liceat regularibus benedicere vestes sacerdotales & corporalia.

I. *Conclusio*: religiosi sacerdotes, possunt benedicere omnes vestes sacerdotales: ita concessit Sixtus 4. minoribus inter viua ora.

II. *Conclusio*: prælati regularium, & istis absentibus eorum vicarij, & qui habent principale regimen monasterij: possunt benedicere non tantum vestes sacerdotales, & alia ornamenta Ecclesiæ, sed etiam corporalia: ita concessit minoribus pro vestibus & corporalibus pro eorum vsu tantum Leo 10. bul.6. sed Pi.5. & Innoc. 8. pro Hier. idem absolute, & sine vlla limitatione concessit: *vt refert Rod. inqq reg. to 1.q 19 ar.2.*

Not. posse religiosos, etiam laicos, tangere calices & corporalia, cum reuerentia tamen: ita concessit Sixt.4. inter viua ora. possunt etiam lauare corporalia, & alia Ecclesiastica ex concessione Calix.3. inter viua ora. & idem Sixtus concessit etiam monialibus sub clausura, & in congregatione viuentibus, posse tangere corporalia & purificatoria prius à religiosis lota.

DVB.9. an liceat religiosis consecrare, calices benedicere & reconciliare Ecclesias & chrisma conficere?

I. *Conclusio*: prælati regularium possunt, consecrare calices & patenas suorum monasteriorum, grangiarum & beneficiorum: ita concessit Benedictinis Iul.2. bu. 25. imo iuxta concessionem Innocen.8. bu.5. factam abbati Cister. & alijs primis coabbatibus dicti ordinis, & iam communicatam per Gregor.14. bu.3. omnibus abbatibus dicti ordinis possunt consecrare calices etiam extraneos.

II. *Conclusio*: prælati regularium possunt in suis terris conficere chrisma ita concessit Vrb. ..*bu.*..N c hoc priuilegium, sicut nec alia primæ conclusionis, sunt reuocata per non vsum. Tum, quia vt priuilegium per non vsum reuocetur, requiritur notitia talis priuilegij, & non vlus centum annorum: *iuxta dicta ca 3. dub. 2.* Tum etiam, quia iuxta dicta cap.3 dub. 5. priuilegia per non vsum reuocata, iam sunt per Paulum 5. reualidata.

III. Conclusio: prælati regularium, possunt consecrare Ecclesias, vel altaria chrismate sacro ab aliquo antistite Catholico recepto: ita concessit Innocen.8. & Vrba. 2. locis cit. & licet postea Leo 10. *vt dixi c 3. dub.5.* statuit, quod Ecclesiæ, vel altaria religiosorum consecrentur & benedicantur, ab Episcopo diœcesano, nisi bis, vel ter, cum instantia & debita reuerentia requisitus, venire recusasset (per quod etiam reuocabatur priuilegium concessum Augustinis à Sixto 4. bul.34. & Eugen.4. bul 9. quod quilibet Episcopus absque diœcesani licentia, posset Ecclesias monasteriorum, & altaria consecrare) tamen iam Pau. 5. vt dixi loco citato & alij ante ipsum vt probaui, confirmarunt & reualidarunt priuilegia à Leo. 10. bul. 45. reuocata: & ad minus certissimum

mum est, non esse reuocatum priuilegium post Leo. 10. à Paul. 3. bul. 8. concessum pro religiosis Societatis, vt eorum Ecclesiæ & cęmiteria consecrentur, à quouis Episcopo si diœcesanus vltra quatuor menses illud facere differat: imo si diœcesanus iuster requisitus modo dicto venire recusasset, potest quilibet Episcopus iuxta priuilegium Sixti 4. & Eugen. 4. dictas Ecclesias & altaria consecrare, non spectatis dictis quatuor mensibus.

IV. *Conclusio*: prælati regularium, possunt reconciliare Ecclesias etiam consecratas, cæmiteria & oratoria quouis modo polluta: & hoc cum aqua ab eis bene dicta: maxime in locis remotis, vbi Episcopum per duas dietas audire non possunt pro aquæ benedictione: ita concessit minoribus Leo 10. bul. 6. & Iul. 2. idem concessit minimis, vt habetur in supplem. concel. 30. quod etiam intelligitur iuxta concess. Leo. 10. quando Episcopus non existat intra duas dietas: & vna dieta continet viginti milliaria, seu septem leucas, secundum S.I. ver. benefic. 2. §. 1. & Mandos. in Cancel. reg 3. q. 2. n. 20. imo secundum l. 8. ti. 3. li. 2. for. & l. 25. in preg. vna dieta continet decem leucas.

V. *Conclusio*: religiosi in terris infidelium, possunt Ecclesias erigere, & reformare vestes, corporalia, calices, cęmiteria (si Episcopus non adsit) benedicere, ac Ecclesias violatas reconciliare, & statuta necessaria facere, & ea mutare, & bis in die celebrare: ita concessit religiosis Societatis Iesu Pau. 3. *bu.* 8. & supra c. 5. *dub.* 1. concl. 4. adduxi priuilegium Adria. 6. concedentis religiosis ordinis minorum, in terris Indiarum omnem Episcoporum authoritatem, pro actibus non requirentibus ordinem Episcopalem cum limitationibus ibi positis.

CAPVT VI.

De priuilegijs circa sacramentum pœnitentiæ.

DVB. I. an religiosi cum sola licentia suorum prælatorum, & sine licentia ordinarij possint absoluere sæculares

I. *Conclusio*: religiosi cum sola licentia suorum prælatorum, possunt etiam in Paschate, & in articulo mortis ministrare sacramenta pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis, suis famulis qui in eorum morantur obsequiis: & possunt eos in suis domibus sepelire, & gaudent isti famuli in articulo mortis priuilegijs & indulgentijs religiosorum: ita concessit Augustinis Innocen. 6 bul. 1. & Carmelitis Sixtus 4. bul. 37. & Minimis Leo 10. bul. 41 & Congregatio Cardinalium, vt *refert Manu Rod. in compen. in tempore* Greg. 13 declarauit posse religiosos audire confessiones sæcularium, qui sunt de sua familia, & continui commensales, non tamen eorum qui deseruiunt in eorum monasteriis iuxta dicta c. 5. dub. 4.

II. *Conclusio*: religiosi omnes præter prædicatores & minores, non absoluunt valide sæculares, qui iuxta modo dicta non sunt de sua familia, si non habent licentiam ordinarij ipsorum sæcularium, patet ex Conc. Trid. *se* 23. *c.* 15. vbi dicitur, quod nullus sacerdos etiam regularis, audiat confessiones sæcularium etiam sacerdotum: nisi sit parochus, aut ab ordinario approbatus Non obstante quouis priuilegio, & consuetudine etiam immemoriali in contrarium. Dixi præter Prędicatores & Minores, nam de istis disponitur in Clem. dudum de sepul. quod electi à suis prælatis coram ordinario se præsentent: humiliter petentes, vt suo placito liceat sibi eorum omnium audire confessiones: & si ordinarius ex causa rationabili aliquem expellit, non potest confessiones audire: si tamen sine causa expellatur, non manet expulsus, sed à Papa tunc sibi conceditur ibi iurisdictio: imo si non spectata præsentatione dicta, ordinarius prænouens dicat, non præsentetis aliquos religiosos: quia non admittemus, secundum Cardinales ibi possunt qui erant præsentandi confessiones audire absque alia præsentatione. Nec reuocatur dicta Clementina in Conc. Trid. loc. cit. quia ibi tantum reuocantur mera priuilegia & consuetudines contrariæ,

trariæ, vt ibi exprimitur. At illa facultas Prædicatorum & Minorum est, inserta in iure communi illius Clementinæ, sicut aliæ leges Ecclesiæ, & iuxta morem loquendi Iuristarum, nomine priuilegij non intelligitur, quod est in corpore iuris insertum. Secundò, quod lex de nouo instituta non reuocat priuilegia in iure inserta, nisi de illis fiat expressa mentio, licet apponat quaslibet, non obstantias generales & reuocet omnia priuilegia, quia priuilegia in iure inserta vendicant sibi aliud nobilius nomen, & sunt iam leges communes: ita communiter Iuristæ in l. hæreses absens, ff. de iudicijs, Feli. c. 1. de rescrip. n. 12. Naua. l. b. 2. conf. 87. ti. de regu. Bart. ver. vel diuersius in authen. qua in prouincia, & alij quos refert & sequitur Manu. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 59. ar. 2.

Si arguas ex cap. licet de const. in 6. vbi habetur, quod princeps condens legem censetur abrogare priorem contrariam cum præsumatur habere totum ius in scrinio pectoris sui. Ad hoc respondetur, quod hoc decretum non intelligitur generaliter, ita quod ferente Papa aliquam legem negatiuam deroget, omnes affirmatiuas circa eandem materiam. Hoc enim est contra Doctores communiter sentientes, quod nulla lex posterior absolutè lata derogat legem specialem, vel priuilegia in iure inserta, si nulla sit istorum mentio. Sicut lex concedens nobilibus noctu arma deferre, non reuocatur per legem postea absolute præcipientem, quod nullus tunc arma deferat, fine reuocatione prioris legis: & patet hoc ex regula 34. de reg. iuris in 6. quæ sic ait, generi per speciem derogatur, idest, legi generali per specialem derogatur: & secûdum hoc ait Naua. *lib. 3. conf. 1. de clericis non residen.* quod leges generales limitantur per particulares: Intelligitur ergo illud decretum quando duæ leges contrariæ conduntur, & dicuntur contrariæ non quando vna est negatiua, & altera affirmatiua. Sed quando sunt incompatibiles, vt isti compatres, possunt contrahere matrimonium compatres, non possunt contrahere matrimonium. Tunc enim quando vna istarum legum editur, altera reuocatur, licèt non fiat mentio illius. Bene tamen compatiuntur inter se duæ leges, quarum vna est vniuersalis negatiua altera particularis affirmatiua. Vt ille nullus regularis sine approbatione ordinarij, audiat secularium confessiones fratres Prædicatores, & Minores, sine tali approbatione audiant sæcularium confessiones. Præterquam quod Concilium, tantum procedit contra audientes sæcularium confessiones ex consuetudine, aut priuilegio: vt patet ex tex. dum subditur, quibusuis consuetudinibus & priuilegijs in contrarium non obstantibus: quod est priorum verborum explicatio, non tamen loquitur contra fratres Prædicatores & Minores, qui ex iure communi dictæ Clem. dudum de sepul. cum sola præsentatione coram Episcopis modo ibi declarato, illud (vt iam dixi) præstare possunt.

III. Conclusio: Religiosi ab Episcopo approbati, etiam parocho renuente, possunt audire confessiones ouium talis Episcopi: ita concessit minoribus Alexan. 4. bu. 14. vbi eis concedit, posse prædicare, & confessiones audire assensu parochorum minime requisito. Et Clemens 4. bu. 10. concedit minoribus, quod si talis licentia prædicandi, & confessiones audiendi, detur eis à legatis Papæ: possint ea vti sine consensu inferiorum prælatorum & curatorum: & à Ioan. 22. bul. 1. damnatur Ioannes de Poliaco: asserens quod confessi religiosis expositis tenentur, iterum eadem peccata confiteri proprio sacerdoti, aut parocho: & Sixtus 4. *bu* 33. pro Prædicatoribus, committit inquisitoribus hæreticæ prauitatis hoc punire. Ex dictis patet, quod licet clerici ab Episcopo expositi cum limitatione ne confessiones audiant renuente parocho non possint confessiones audire parocho renuente, cum iurisdictio istorum sit à solo Episcopo, & sit ab eo limitabilis secus tamen est de religioso exposito cum eadem limitatione: quia dicta Pontificum priuilegia religiosis concessa hoc illis concedunt expressè, quæ concessio non potest ab Episcopo tolli, aut limitari.

DVB. 2. an religiosi cum sola licentia ordinarij & sine præsentatione facta per suos superiores possint audire confessiones omnium talis ordinarij?

I. *Conclusio*: religiosi nostri ordinis Prædicatorũ sine dicta præsentatione, etiam cum licentia ordinarij, non absoluunt valide. Cauetur enim in constitutionibus istius ordinis, ne isti religiosi audiant extraneorum confessiones, sine licentia & approbatione sui ordinis: ita in dis. 2. ca. 12. Et in cap. Romæ anno 1589. statuitur authoritate Apostolica, quod nullus admittatur ad confessiones [illegible] secularium, nisi per [illegible] examinatores: & vbi tot non suppetunt idonei patres per tres ad minus idoneus iudicetur: & præcipitur examinatoribus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub excommunicatione latæ sententiæ: vt per vota secreta sua dantes suffragia, seclusso omni particulari affectu insufficientes excludant, & sufficientes admittant tantum. Et in capitulo venetijs, celebrato anno 1592. idem etiam statuitur, & suspenduntur non approbati, vt supra, ab audientia confessionum, quousque per quinque examinatores per vota secreta sint approbati.

Secundò, in quadam bulla Iul. 2 intimata in capitulo generali Salmanticæ an. 1551. sub Francisco Romeo Castellionensi tunc Magistro generali, & in isto capitulo acceptata, annullantur omnes licentiæ obtentæ, & obtinendæ ab ordinarijs, per dictos religiosos ad confessiones audiendum sine licentia & [illegible] suorũ prælatorũ. ita etiam refert *Rod in qq. reg. to. 1. q. 60. ar. 3.* & licet aliæ religiones possint vti ista bulla per communicationem, cum contineat priuilegium concessum in fauorem iurisdictionis prælatorum regularium, ad quos spectat præsentare suos religiosos ab ordinario approbandos, si tamen tales prælati ista bulla non vtantur eorũ religiosi poterunt absoluere sæculares iuxta potestatẽ sibi ab eorũ ordinarijs cõcessã. Nõ tamẽ poterũt absoluere à casibus tali ordinario reseruatis: quia priuilegia Papæ concedentia religiosis posse absoluere à casibus ordinario reseruatis, supponunt quod sint ordinario præsentati per suos superiores: *ita communiter Doctores in 4. d. 17. Nau in Manu. c. 9. n. [illegible]. Enriq lib 3. de pœnit. c. 6. nu. 6 & idem sentit Manu. Rod de casibus Papæ reseruatis*: non enim est credibile Papam concedere absolutionem à suis casibus, & non à casibus Episcoporum.

II. *Conclusio*: taliter est necessaria omnibus religiosis dicta præsentatio, quod si semel per suos superiores præsentati, & ab ordinario examinati, iuridice & legitime per suos prælatos inhibeantur, & suspendantur ab audientia confessionum intentantes absoluere nihil faciunt: *ita Silu. ver. confessor. 1. §. 13. Lud. Lo. to. 2. c. 8. de bulla & Man Rod. ar. 2.* Et patet ex priuilegio Leo. 10. concesso prædicatoribus ad instantiam sui generalis Stephani Vsusmaris. Dato Romæ d. e 7. Ian. anni 1518. Vbi reuocantur licentiæ concessæ & concedendæ suis religiosis, ad confessores eligendum, & confessiones audiendum, quas ipse magister generalis reuocandas iudicauerit. & vndecunque emanaturas gratias, sine licentia superiorum concedendas annullat, nisi manu Papæ, aut Cardinalis protectoris sint signatæ: ergo religiosi ordinis prædicatorum, & alij etiam per communicationem, non faciunt confessiones validas contra prohibitionem iuridicam suorum prælatorum, dixi si iuridice inhibeantur: nam si per prohibitionem extra iudicialem interdicatur religiosus a suo superiore, ne audiat confessiones, peccabit illas audiendo, secundum Soto *d 18. q. [illegible]. art 3. circa fin. & Lud. Lop contra cano relec. de pœni. p. 5.* tamen confessiones erunt validæ. & ita [illegible] *Led c. 13. de pœn. dub. 12.* & patet quia [illegible] approbatione [illegible] bene & [illegible] ter omnia [illegible] non [illegible] priuati [illegible] confessores, nisi per sententiam latam in contrarium cum priuatio ista inter pœnas grauiores

com-

computetur : ergo per simplicem prælati prohibitionem non manet, religiosus dictis officio p[r]iuatus.

DVB 3. an approbatio regularium possit à bo[no] ordinario limitari ad certum tempus, locum & personas?

I *Conclusio*: si ordinarius sine rationabili causa limitat, regularium approbationem, manet limitata quantum ad iurisdictionem ab eo delegatam, non tamen quantum ad iurisdictionem ex priuilegio Papæ concessam ipsis religiosis semel approbatis, sed quantum ad hoc sunt habendi veluti absolute approbati: *ita Enriq. lib. 5. de pœnit. ca. 6. num 8.*

II. *Conclusio*: si ordinarius ex rationabili causa, sicut ex defectu scientiæ pro mercatoribus, &c. restringat regularium approbationem valet restrictio, nec potest religiosus etiam per bullam, aut sua priuilegia agere contra illam restrictionem: ita Angelos, *tr. confessor. 4 n. 25.* conceditur enim Episcopis in Clem. dudum de sepult. posse ex rationabili causa non approbare religiosum à suo prælato præsentatum, ergo à fort[iori], possunt limitare approbationem ex causa rationabili, ita vt sit approbatus ad certum locum & non ad alia, vbi maior scientia opus est, & sit approbatus ad certum tempus, vt iacet studijs. Ex quo patet quod sicut approbatus pro omnibus exceptis mulieribus ex defectu scientiæ, non est ab illis, etiam per bullam eligibilis in confessorem, sic nec approbatus pro omnibus exceptis mulieribus ex defectu ætatis est ab illis etiam per bullam eligibilis in confessorem, quia idoneitas confessoris consistit non tantum in scientia peritia, sed etiam in prudentia & morum venustate, modestia & discretione, vt colligitur ex CLEMENTE dudum de sepult. [...] regularis non reperitur [...] ita tenet Lud. Lop. 2. p c. 8. de bulla, & hoc reputat securius Ledes. c. 13. de pœnit. & Manu. Rod. [...] n. 4. licet alij aliter probabiliter sentiant, sicut Antolinez in expositione Cruciatæ, *Enriq. to. 1 lib. 6. c. 6. nu. 8 Vega to. 1. c. 62. casu 75. in fi. Et Sanch. to 3. de matrim. disput. 74 n. 16.*

DVB 4. an approbatio, seu expositio regularium ad confessiones audiendum sit perpetua?

I. *Conclusio*: sacerdos secularis, aut regularis expositus pro certo tempore, illo tempore finito, finitur eius expositio, nisi in casu, quo quis sit expositus, vsque ad Dominicã in albis, verbi gratia, & audita infra illud tempus alicuius confessione, oportet differre absolutionem per aliquot dies, tunc poterit ille sacerdos illum pœnitentem absoluere: etiam post Dominicam in albis: *ita Ledes. c. 12. de pœnit.* licet oppositum reputet securius, sed patet, quia confessor ille habuit tunc iurisdictionem ad audiendam illam confessionem, & differendam absolutionem pro tempore sibi viso conuenienti iuxta c. omnis vtriusque sexus de pœni. & rem. ergo potest postea perficere sacramentum, licet enim spirasset licentia audiendi nouas confessiones, non tamen licentia finiendi inceptas.

II. *Conclusio*: religiosi semel expositi ad confessiones audiendum in aliqua diœcesi si inde exeant & iterum reuertantur, non tenentur se iterum præsentare eidem Episcopo pro noua licentia: ita to[...] [...] Ange. 4. inter viua ora. de quo Soto *d* 18. *q*. 4. *art*. 3. & Naua. *in Man. c.* 27. *n.* 26. imo nec tenentur se præsentare Episcopo successori dum non reuocat eorum licentias, vt ait Silu. *ver. confessor* 2. *nu* 4. & Ange. *ver. confessor* 4. *n.* 25. & idem etiam est de quouis confessore, etiam seculari: *vt ait Ledes. & iuxta dicta à nobis ca. 3. dub. 1*

Maior difficultas est, an talis expositio possit reuocari, ab Episcopo qui exposuit, vel saltem ab Episcopo succedente, & ad hoc sit.

III. *Conclusio*: expositio regularium, non potest reuocari, ab Episcopo, qui exposuit, nec à capitulo in Sede vacante: ita concessit Clem. 4. bul. 4. potest tamen reuo-

à Concil. Tridentin. iam non fauent eis, vt patet.

DVB. 5. an expositio regularium pro vna diœcesi valeat pro alijs diœcesibus?

I. *Conclusio* negatiua: stando in iure communi: *ita Archidi. in ca perlectis 25. d. 17. Silu ver. confessor 1. §. 14. Soto d. 18. q. 4. ar. 3. & communiter: & quando in Con Trid se. 23 c. 15 dicitur*, quod confessarius sit ab Episcopo approbatus, intelligitur ab Episcopo eius cuius confessionem audit: nec est audiendus Cord. in addi. ad §. 16. vbi ait, quod regularis in vna diœcesi approbatus est pro omnibus approbatus: ex eo, quod Clem. 7. *vt habetur in compen. mendi. ti. absolutio quo ad sæculares* 1. §. 16. concessit minimis alicui Episcopo præsentatis, non debere iterum præsentari, licet ad aliam transeant diœcesim, sed ista concessio Clem. 7. est similis illi concessioni Eugen. 4. *de qua dub prace conc. 2.*

2. *Conclusio*: religiosi ex priuilegio possunt aliquando audire confessiones ouium diœcesis, vbi non sunt approbati. *Primò*, Nico. 5. bu. 1. & Leo 10. inter viua ora. concesserunt minoribus obseruantiæ, vt in diœcesi vbi sunt expositi, audiant confessiones quorumlibet fidelium. *Secundò*, Sixtus 4. inter viua ora. concessit minoribus posse audire confessiones sæcularium, vndequaque venientium ea authoritate quam habent ab Episcopo diœcesis vbi existant. *Tertiò*, Pau. 3. bu. 7. concessit presbyteris Societatis Iesu (alias, scilicet iuxta Conc. Trid. sess. 25. c. 15. approbatis ab ordinario) posse absoluere omnes fideles, etiam à reseruatis Papæ extra Bullam Cœnæ. Et not. quod licet ista concessio vniuersaliter loquatur de omnibus fidelibus, non tamen intelligitur de religiosis, quidquid aliqui improbabiliter dicant: cum illi ex vi suorum statutorum & priuilegiorum, non possint absolui sine licentia suorum superiorum, aut alio clariori indulto, *iuxta dicta li. 1. c. 6. dub. 11 & 12.* Nec in concessionibus generalibus vnquam Papæ videantur derogare statuta quæ ignorant: iuxta notata in c. ex parte de foro competenti: *ita Silu. ver. confessor. 2. nu. 6. Armi ver absolutio, nu. 23.* *Quartò*, Greg. 13. concessit confessoribus & prædicatoribus Societatis, semel ab aliquo ordinario approbatis, & à suis superioribus ad ista officia deputatis, vt quoties iter faciant in locis vbi ordinarij existunt, nisi cum eorum licentia; *ita in compend. ti. Societ. confessores §. 1.*

Quintò, in bulla plumbea Cruciatæ conceditur sumenti illam, posse eligere in confessorem ex regularibus semel tantum approbatum, hoc est, approbatum semel ab aliquo ordinario.

III. *Conclusio*: religiosi possunt vti dictis priuilegijs, etiam extra sua monasteria: quia secundum Panor. in ca. quarum, & in c. cum capella. de priuile. quando datur exemptio ratione loci, scilicet, ratione alicuius Ecclesiæ, aut monasterij, sicut sunt priuilegia concessa religiosis ad celebrandum in suis Ecclesijs in tempore interdicti, non habent locum, nisi in suis Ecclesijs: attamen quando detur exemptio ratione personæ, sicut priuilegia dicta supra, comittantur ipsam personam. Secundò quia Pius 4. bu. 3. & Pius 5. bu. 7. concesserunt religiosis, alias, scilicet, expositis, posse, vbique etiam extra conuentum ministrare fidelibus sacramentum pœnitentiæ & Eucharistiæ.

DVB. 6. an religiosi expositi, possint absoluere à casibus Papæ?

I. *Conclusio*: regularis, sicut & alius sacerdos ab ordinario approbatus, potest absoluere habentes bullam cruciatæ, à casibus Papæ (sola hæresi excepta) semel in vita, & in articulo mortis: ita habetur in bulla: vbi etiam conceditur, bis sumenti bullam intra annum posse bis in vita à prædictis (excepta hæresi) absolui.

II. *Conclusio*: regulares (*alias approbati, iuxta Conc. Trid. se. 23. c. 15.*) possunt, iuxta sua priuilegia absoluere quoties opus sit, omnes fideles à casibus, sententijs, censuris & pœnis Ecclesiasticis Papæ, extra bullam cœnæ reseruatis: *Ita habetur in priuilegio Pau. 3. bu. 7. de qua dub. prac. con. 2. & intelligitur satisfacta parte modo explicando cap. 7. dub. 1.* nec hoc

 pri-

priuilegium suspenditur per bullam iuxta dicta ca 3. dub. 7.

III. *Conclusio*: religiosi in terris infidelium remotissimis à Sede Apostolica, possunt omnes fideles absoluere, etiam à reseruatis in bulla Cœnæ: ita concessit religiosis Societatis Pau. 3. bu. 8. & Adria. 6. bu. 1. iam concesserat ad instantiam Carol. 5. imperatoris, quod prouinciales Indiarum & Fratres quibus ipsi commiserint, possint omnes Indos & omnes Christicolas comitantes ad opus conuersionis absoluere in vtroque foro, & Papę authoritatem quantam iudicauerint expedire pro conuersione Indorum, & manutentione ac profectu illorum, ac aliorum præfectorum in fide Catholica & obedientia Romanæ Ecclesiæ viuentium, *vide c. 5. dub. 1.*

DVB. 7. an religiosi expositi possint absoluere à casibus Episcopo reseruatis?

I. *Conclusio*: regularis sicut & alius sacerdos ab ordinario approbatus, potest quoties opus sit absoluere, habentes bullam Cruciatæ à casibus Episcopo reseruatis patet in bulla.

II. *Conclusio*: probabilius est posse religiosos, stando in solo iure communi & seclusso priuilegio absoluere à casibus extra ius commune Episcopo reseruatis: ita Dinus Ant. 3. p. ti. 17. *cap.* 11. S. l. *ver. casus, & ver. confessio nu.* 28 Tab. e. *ver dispensatio* §. 15. Armi. ver *absolutio. n.* 25. Panor. *in c. super specula ne cleri. vel monach.* Bonif. *in clem dudum de sepult.* & alij contra Nauar. *in man. c.* 27. *nu* 3 3. & contra alios: sed Conclusio patet, quia quando alicui conceditur priuilegium ad instar aliorum non limitatur isti, si postea alijs limitatur, sed in Clem. dudum de sepult. conceditur Prædicatoribus & Minoribus, & consequenter alijs religionibus per communicationem, iuxta dicta dub. 4. in fi. facultas absoluendi, à casibus à quibus curati de iure possunt absoluere: & ibi datur facultas curatis absoluendi ab omnibus, exceptis casibus in iure Episcopo reseruatis: ergo licet post hæc sit limitata curatis: ista potestas per Episcopum, vel Papam, non ex hoc limitatur religiosis, sicut è contra si extenderetur curatis, non ex hoc extenderetur religiosis, secundum Bonifa. loc. cit. Secundò; quia in dicta Clemen. datur religiosis à Papa tanta facultas, quanta in iure conceditur curatis: nec habuit Papa respectum ad statuta Episcoporum, quæ pro loco & tempore variantur: maxime, quia Episcopi tunc habebant alios casus, ex consuetudine sibi reseruatos, *vt patet ex extrau. inter cunctas de priuil.* quæ præcessit dictam Clem. dudum.

III. *Conclusio*: religiosi iuxta sua priuilegia, possunt absoluere ab omnibus casibus Episcopo, etiam in iure reseruatis. *Patet primò*, ex concessione Pauli. 3. cit. dub. 5. vbi conceditur religiosis Societatis, posse absoluere ab omnibus casibus, censuris & pœnis, solis casibus Bullæ Cœnæ exceptis. *Secundò*, Eug. 4. bu. 11. concessit Benedictinis, posse absoluere fideles ab omni peccato, excommunicatione, suspensione, ac interdicto, exceptis Papæ reseruatis: & inter viua ora. cōcessit confessoribus ordinis Prædicatorum, vt dum sunt in itinere, aut alibi: ita quod non possunt petere casus Episcopales, eo ipso possint vti plenarie authoritate Episcopi. Tertio, Vrba. 4. vt constat ex bu. 37. Sixti 4. concessit Carmelitis, posse audire confessiones fidelium, nisi talia commiserint, ob quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda. Et Eug. 4. vt constat ex eadem bul. Sixti concessit eisdem Carmelitis, eandem in hoc potestatem quam habent ex officio minores pœnitentiarij Romanæ Curiæ: nec obstat si Carmelitæ non vtantur, isto priuilegio, ad hoc quod alij religiosi illo vti valeant per communicationem: cum per communicationem non communicetur priuilegiorum vsus, aut non vsus, sed ius vtendi priuilegijs, *iuxta dicta lib. 1. ca. 4.* Ex dictis patet, quod licet Pius 2. & Sixtus 4 bu. 42. concesserit Benedictinis Valeoleti, posse absoluere saeculares in suo cōuētu à casibus Episcopi, tamē in dictis priuilegijs nulla ponitur restrictio: & sic religiosi possūt absoluere a cōcessis in illis, etiā dum existūt extra sua monasteria.

Si

Si arguas primò, quia videntur dicta priuilegia reuocari in Conc. Trid. *seß.14.c.7.* vbi declaratur, posse Episcopos reseruare casus, à quibus inferiores absoluere non possunt: ad hoc respondetur, quod in Conc. Tri. non reuocatur regulariū priuilegia, & multo minus: Clem. dudum de sepul. vbi Prædicatoribus & Minoribus, & consequenter alijs per communicationem conceditur, posse absoluere a casibus Episcopo extra ius reseruatis: cum non fiat expressa mentio istorum priuilegiorum, sicut fit semper quoties in aliquo decreto intenditur alicuius priuilegij reuocatio: *iuxta dicta c.3 dub.6* nec ista Episcoporum reseruatio est impertinens: tum quia est alias necessaria de lege ordinaria & efficaciam habens (secluso priuilegio: tum etiam, quia vim habet respectu non habentium priuilegium, scilicet, clericorum. Si arguas secundò, quia consultus Papa cum Congreg. Cardinal. an religiosi per sua priuilegia, possint absoluere à casibus Episcopi: resp. Grego.13. Romæ die 15. Septemb. anni 1577. quod non. Item, Episcopo Caiet. consulenti congreg. cardi. an per bullas ordinarias in quibus conceditur, posse absolui à casibus Papæ comprehendantur, etiam casus reseruati Episcopis & prælatis religionum. Respondent quod non nisi de eis fiat expressa mentio, ad hęc respondetur Gre. 13. die 10. Maij, anni 1583. declarasse, non esse mentis suæ, quod per dictam reuocationem fit derogata facultas religiosorum Societatis Iesu, eamque quatenus opus est confirmat: ita refert collector priuilegiorum Societ ti. absolut §.1. Ex quo sequitur religiosos istos, & alios cum istis communicantes, posse virtute suorum priuilegiorum absoluere à casibus Episcopi, *iuxta dicta c. 4. conc.3.* maxime in 2. corollario.

DVB. 8. an religiosi in sacramento pœnit. possint cum fidelibus dispensare in votis & iuramentis?

I. *Conclusio*: religiosi ad confessiones expositi ab ordinario, possunt dispesare in votis Episcopo reseruatis, quia Euge.4 bul.25. & Iul.2, bul.23. hoc concesserunt priori, seu præsidenti & quatuor monachis ab istis deputatis, vel ad nutum deputandis conuentus Benedictini Valeolerani: & licet istę concessiones petant talium dispensationem fieri debere: in istorum conuentu tamen Mart. 5. eidem eisdem sine tali restrictione concessit: *ita habetur in com. Soc. ti. de pæn.* §.10. imo licet religiosi non possint dispensare in votis Papæ reseruatis, scilicèt, in votis simplicibus absolutæ & perpetuæ castitatis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ & Compostellanę, quando sunt absoluta, bene tamen quando ista vota sunt pœnalia, aut conditionata, quia vt sic non sunt Papæ reseruata.

II. *Conclusio*: licèt qui etiam ex priuilegio, potest dispensare in votis possit illa à fortiori commutare: cum sit minus commutare quam dispensare, tamen vltra hoc possunt religiosi commutare in quoduis opus pium omnia vota præter illa quinque Papæ reseruata: *ita concessit Benedictinis Eug. 4. bul 11. & Paul.3 Societati bul.7. & Greg. 13. vt refert Manu. Rod. in qq. reg to.1. q.63. art. 5.* extendit prædictam concessionem ad vota iurata eiusdem materiæ, dum tamen non fiat commutatio in præiudicium tertiæ personæ, non tamen fit in præiudicium tertiæ personæ, quando iuramentum factum Deo, de dando calicem vni Ecclesiæ, commutatur, aut applicatur alteri Ecclesiæ: vt cum communi sententia tenet Naua. & ista concessio Greg. est peculiaris: quia licèt qui potest dispensare & commutare vota, idem possit circa iuraméta votiua, cum idem sit & simul reseruentur & concedantur, *vt ait Sot.8. de iust. q.1. ar.9.* non tamen potest ex hoc dispensare aut commutare vota iurata. Ob duplex vinculum voti, scilicet, & iuramenti: *ita Enriq. lib 7. de indulg ca. 30. lit. T & Manu. Rod. lo. ci.* Secundò, Sixtus 4. vt dicitur ca.7. dub.1. conc.1. inter alia concessit Minimis, posse omnia vota commutare & relaxare, sicut potest diæcesanus.

III. *Conclusio*: qui potest dispensare & commutare vota, melius faciet vitendo in hoc vtraque potestate, vt sic defectus in assignan-

signando sufficientem materiam pro commutatione, suppleatur per dispensationem: & causa sufficiens maior pro dispensatione, quam pro commutatione, suppleatur per commutationem.

IV. Conclusio: probabilis est sententia Nauar. *in Manu. c. 27. n. 27.* quod cui conceditur dispensare & commutare vota nō ex hoc possit dispensare & cōmutare iuramēta votiua: cum sint distincta vincula, & quando Papa hoc concedere intendit exprimit illud, tamen opposita sententia Sot. lo. cit. vt dixi, est etiam valde probabilis: quod pro certo tenendum est de religiosis: cum ex concessione Gre. vt dixi, possint dispensare & commutare vota iurata, cum limitatione prædicta.

DVB. 9. an religiosi ad confessiones expositi, possint cum coniugibus incestuosis, aut voto castitatis astrictis dispensare in petitione debiti.

I. *Conclusio*: est: religiosi ex commissione suorum prouincialium, possunt in foro tantum conscientiæ dispensare cum coniugibus qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius sui coniugis, vt possint petere debitum à suo coniuge: ita Pius 5. inter viua ora. imo & Iul. 2. bu. 13. iam concesserat, Priori seu Presidenti monasterij Benedictini Valeoletani, & tribus, aut quatuor monachis eiusdem conuentus per Priorem, seu presidentem deputandis, & ad nutum reuocandis, vt possint in suo monasterio cum predictis dispensare: & ista concessio vt in eadem bulla habetur, est iam extensa ad alia monasteria dicti ordinis: & consequenter alijs ordinibus communicata, iuxta dicta cap. 4.

II. *Conclusio*: dicti religiosi ab ordinario expositi, ex commissione suorum prouincialium, possunt in foro tantum conscientię, dispensare cum eo qui ante matrimonium vouit castitatem, vt possit a suo cōiuge petere debitū: ita cōcessit Pius 5. inter viua ora. Sed aduertāt confessores dispensato, quod si soluto matrimonio super vixerit, non potest aliud matrimonium contrahere, & si de facto peccando illud contrahat, non potest petere debitum à nouo coniuge sine noua dispensatione.

III. *Conclusio*: prædictorum dispensatio, non potest fieri sine causa legitima, & erit pro nunc causa legitima, si coniunges non se possunt continere. *ita Manu. Rod. in su. 1 p. c. 238.*

IV. *Conclusio*: religiosi ab ordinario expositi designati à suo generali, aut de ilstius licentia ab alio superiore dicto generali subordinato, possunt aperire literas sacræ pœnitentiariæ obsignatas & directas in foro conscientiæ Doctoribus in Theologia, vel iure canonico, & absoluere & dispensare iuxta earum tenorem: ita concessit Societati Iesu Greg. 13. bu. 33.

CAPVT VII.

De priuilegijs regularium circa censuras Ecclesiæ.

DVB. I. an religiosi expositi possint absoluere à censuris?

I. *Conclusio*: Religiosi ab ordinario expositi, possunt quoties opus sit absoluere ab omnibus censuris, etiam Papæ extra Bullam Cœnæ reseruatis: *patet ex dictis cap. 6. dub. 5. & 7.* consequenter possunt absoluere manifestos percussores clericorum, & nominatim excommunicatos & alijs sententijs latis ab homine ligatos: non obstante quod Leo 10. in bul. 45. *de qua supra c. 3. dub. 5.* decreuerat non posse religiosos absoluere sæculares à sententijs ab homine latis, reuocando contraria priuilegia: tum quia iuxta dicta ibi priuilegia in illa bulla contenta, iam sunt iterum per alios Pontifices, maxime per Paulum 5. confirmata & reualidata: tum etiam, quia alij Pontifices post Leonem, *vt patet ex c. 6. dub. 6. & 7.* absolutè concesserunt religiosis posse absoluere à censuris, nō excipiendo censuras ab homine latas, sed tantum reseruatas Papæ in bulla Cœnæ: & sic præter istas, alias à Papa, & alijs inferioribus latas tollere possunt, *iuxta dicta lib. 1. c. 6.*

6.6.du 15. Item, Six. 4. concessit Minimis posse absoluere ab omni excommunicatione, suspensione, interdicto, ac irregularitate, tam à iure, quam ab homine reseruatis, quoties opus sit, ac omnia vota commutare & relaxare, sicut potest diœcesanus: & quia posset dubitari an ista concedantur religiosis pro sæcularibus: ideo Iul. 2. in confirmatione ordinis Minimorum, ait quod d. cti Minimi quarumlibet personarum Ecclesiasticarum & sæcularium vbilibet possint audire confessiones, & ipsis auditis personas ipsas iuxta tenorem priuilegij Sixt. 4. Minimis dudum concessi ac confirmati absoluere & pœnitentiam salutarem illis iniungere possint: *ita refert Man. Rod. in qq. reg. to. 1. q. 61. ar. 3.*

11. *Conclusio* prædictæ absolutiones, sicut & absolutiones factæ per bullam cruciatæ, valent etiam pro foro externo præmissa satisfactione: & sine illa pro foro conscientiæ tantũ: *ita Med. in su li. 2. c. 12. Nau. li. 5. consi. 26. ti. de sent. excommu. Man. Ro. q. 61. ar. 6. contra Gutt. & Cou. ab eo relatos.* Et confir. ex declaratione Pij 5. in quodam iubileo ab eo concesso 15. Kalend. Nouemb. anni 1568. vbi sic ait: declarantes insuper tam præsentes quam alias quascumque concessione similium & dissimilium indulgentiarum, a nobis & prædecessoribus nostris emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas literas Christi fidelibus, ij sis . . si ad earũ effectũ in foro conscientiæ, & pœnitentiali consequendum dumtaxat, non tamen in foro contentioso, nisi satisfecerint, vllatenus suffragari: vbi duo insinuantur *Primò*, quod satisfacta parte, possunt absolui etiam à censuris ab homine latis etiam in foro contentioso. *Secundò*, quod possunt in foro conscientiæ absolui, sine satisfactione: maxime cum cautione de satisfaciendo cum commode fieri possit, sicut cum subscriptione pœnitentis, fideiussore, pignore, vel saltem p. æstito iuramento, si alia non sint possibilia.

Circa interdictum.

DVB. 2. an religiosi habeant aliquot priuilegia circa interdictum, & cessationem à diuinis, & an sint renocata?

1. *Conclusio*: religiosi in hoc habent multa priuilegia. Primò, in conuentibus separatis à populo, possunt religiosi in tempore interdicti generalis diuina celebrare alta voce, campanis pulsatis, ianuis apertis, exclusis tamen interdictis, scilicet specialiter, & excommunicatis, scilicet, non toleratis: *ita concessit Cisterci Vrba. 4. bul. 3. & iuxta hoc Iul. 2. bu. 9. pro minoribus concessit*, quod si in aliquo oppido pro nulgetur interdictum extendendo illud ad tria milliaria, vt sic comprehendat aliquod monasterium religiosorum: non teneantur religiosi illud seruare, nisi alias monasterium existat intra terminum ex more præscriptum, vt iuxta ius commune teneantur religiosi illud seruare. Secundò, Ecclesiæ religiosorum non possunt interdici specialiter, nisi religiosi dederint causam interdicto, vel nisi ille ad cuius instantiam interdicuntur, prouideat religiosis de victu: ita concessit minoribus Leo 10. bu. 29. *Tertiò*, religiosi in tempore interdicti, alias non Apostolici, possunt canere benedictionem mensæ, & gratias post refectionem, & facere processiones per claustra canendo hymnos, lytanias & alia quæ sunt in vsu. *ita in compen. tit. interdictum 1. §. 20.* *Quartò* in interdicto & cessatione, possunt religiosi bini, & plures extra Ecclesiã officiũ diuinum recitare: *ita ibi §. 18.* *Quintò*, in interdicto etiam Apostolico, possunt religiosi celebrare publice & solemniter, festa sanctorum ordinis etiam si talia festa in octauis habeant solam memoriam. Et etiam si ista festa sint translata, cum quibus etiam indulgentiæ pro illis diebus transferuntur: & intelliguntur ista, nisi alias Ecclesiæ religiosorum sint specialiter interdictæ, aut ipsi religiosi sint nominatim interdicti, vel dederint causam interdicti: ita concessit prædicatoribus Leo 10. *bu.* 34. Et idem concessit pro cessatione Iul. 2. *bu.* 15. idem concessit Leo. 10. *bu.* 38. & 39. cum dicta limitatione, & exclusis nominatim interd. ctis & excommunicatis non toleratis,

 pro

pro festo Conceptionis, Natiuit. ac Visitat. B. Virginis, & pro natiuitate S. Ioannis Baptistæ, & pro festis & octauis Patronorum suarum Ecclesiarum, & Sanctorum quorum corpora in eorum Ecclesijs sunt condita, & à primis vesperis Dominicæ in Ramis, vsq; ad Dominicam in Albis, & promissis nouis religiosorum à primis vesperis, vsque ad finitam Missam, & pro tempore quo religiosus, vel religiosa profitetur, aut velum accipit potest interdictum suspendi. Item, interdictum latum ab ordinario, potest suspendi in domibus religiosorum ad sepeliendum ibi religiosos, cum solemnitate & campanis: ita concessit minoribus Iul. 2. *bu.* 7. imo & per bullam concessam Benedictinis, *vt habetur in compen mendi. ti. interdictum* 1. §. 25. *& tit. interdictum* 2. §. 10, potest suspendi omne interdictum etiam Apostolicum & cessatio à diuinis, ad sepeliendos religiosos, etiam nouitios conuersos & famulos solemniter cum officio & Missa, exclusis specialiter interdictis & excommunicatis non toleratis. Quin etiam in festis in quibus religiosi suspendunt interdictum, possunt omnes fideles ibi cum dicta solemnitate sepeliri, ac alia fieri, ac si non esset interdictum exclusis iam dictis: *ita concessit Leo* 10. *loc. ci.* §. 7. *&* 11. & sic iuxta istam concessionem, possunt tunc in Ecclesijs religiosorum omnia sacramenta ministrari, vt ibi exprimitur: ita Cord. in quadam resolutione ab eo circa hoc facta. Vbi nota, quod quoties in domibus religiosorum suspenditur interdictum, aut cessatio, possunt clerici, & alij ibi solemniter omnia quæ religiosi exercere: *ita loc. cit.* §. 1. 2. *&* 3. *&*
r *Silu. ver. interdictum* 5. *q.* 5. §. 7.

Sextò, famuli, procuratores negotiorum religiosorum & operarij nó ligantur, interdicto, aut excommunicatione lata in personas, aut terras vbi religiosi habitant, & possunt audire diuina in interdicto, n. si sint excommunicati, aut specialiter interdicti, vel ei causam dederint. ita Alexan. 4. *bul.* 7. imo ex concessione Eug. 4. *bul.* 9. pro Benedictinis, omnes habitantes intra septa monasterij in interdicto, possunt non tantum audire diuina, sed & sacramenta recipere. Item, in interdicto & cessatione fratres omnes, etiam cõuersi, nouitij, donati, moniales, seruitores famuli & famulæ monasteriorum, possunt omnia sacramenta recipere: dum tamen Eucharistiam recipiant coram valentibus ex iure, aut priuilegio audire officia diuina: *ita in compen. mendi ti interdictum* 1. §. 4. *& interdictum* 2. §. 11. Item tertiarij, beatæ, serui, familiares, domestici, sindici, æconomi, procuratores, aduocati, officiales ordinarij, monasteriorum, religiosorum & monialium in interdicto generali, aut speciali interesse. possunt diuinis, & in domibus religiosorum sine pompa sepeliri, & ibi omnia sacramenta recipere cum cautela, cap. alma mater, dum tamen prædicti, nec sint excommunicati, nec dederint causam interdicto: & iuxta ius commune & religiosorum priuilegia familiares & domestici vocantur, qui in domibus religiosorum commorantur, & illorum bonis aluntur, licèt aliquando ob aliqua negotia absint à monasterijs: & sic ancillæ, & seruitrices monialium, & aliæ mulieres intra illarum monasteria existentes, licet sint portionistæ gaudent dicto priuilegio, *vt habetur loc. cit. ti. interdictum.* 3. & idem etiam est de operariis ob stipendium pro diebus operis, & de famulis operariis, & mercenariis residentibus in grangiis, aut aliis locis religiosorum, qui dicto gaudent priuilegio, quando veniunt ad domos religiosorum. Item, prælati regulares possunt eligere sex personas successiue, qui in interdicto speciali & cessatione, alias non latis à Papa, vel authoritate Apostolica, possint gaudere prædictis. ita concessit Nicol. 5. bul. 4. Et per aliam concessionem cum illam legati à latere, possunt eligere ad prædicta quindecim personas, dum tamen non sint excommunicatæ non toleratæ, vel specialiter interdictæ, nec dederint causam interdicto: *ita in compen. Cister. ti. interdictum* 1. §. 23. *&* 24.

Septimò ex concess. Iul 2. *loc cit.* §. 14. possunt religiosi facere in interdicto speciali: omnia quæ facere possunt in interdicto generali, &

li: & ista est magna concessio: quia iuxta ius commune, quando suspenditur iure dictum non suspenditur pro personis & Ecclesiis specialiter interdictis: & iuxta istam concessionem, quæ fiunt in interdicto generali in Ecclesijs religiosorum licite etiam fiunt in eisdem Ecclesijs, etiam specialiter interdictis, licet non coram personis specialiter interdictis. Et Leo 10. inter viua ora. concedit religiosis, vt eodem modo se gerant, etiam quoad familiares, & alios *de quibus supra in cessatione, ac interdicto*.

II. Conclusio: dicta priuilegia habent modo suam vim, nec sunt reuocata, etiam in Conc. Trid. *ita Medi. in su lib. 1. §. 13. Lud. Lo. 2. p. c. 21. & alij quos refert & sequitur Manu. Rod in expositione Cruciata §. 5. contra Naua. in Manu. c. 27. n. vlt. & patet cont. ex dictis c. 3. dub. 6.* Si objcias, quia in Conc. Trid. *se. 25. c. 12.* præcipitur religiosis seruare interdicta ordinariorum: & confirmatur, quia licèt Pius 5. bu. 7. declaret Conc. Trident. non intelligi in festis religiosorum & octauis, in quibus religiosi non obstante interdicto, possunt diuina solemniter celebrare: tamen postea Gregor. 13. bul. 58. reuocauit bullam Pij 5. & vult non habere vim in contrarium Conc. Trid. & licèt postea idem Greg. bul. 1. pro minoribus confirmet, & de nouo concedat, omne id quod non contrariatur Concil. Trid. & alias sit in vsu: tamen priuilegium non seruandi interdictum in dictis festis videtur contra Concil. Trid. ad hoc respondetur, Concilium tantum intendere, quod religiosi seruent interdicta ordinariorum, sicut de facto seruant: sed non reuocat dicta priuilegia, in quibus conceditur religiosis posse aliquando suspendere interdictum, & aliqua ministeria in interdicto exercere. Mens ergo Concilij est reuocare aliquarum religionum priuilegia, in quibus concedebatur eis, nulla inter dicta seruare, sicut fuit concessum religiosis Sancti Ioannis hospitalis Hierusalem per Anastasium 4. Alexan. 3 & 4. Vrba. 3. Clem. 3. & 4. & idem erat concessum minimis per Leo 10. hæc & similia priuilegia reuocantur à Con. Tri. lo. cit. Ex quo sequitur dicta priuilegia non esse reuocata cum non sint contra Conc. nec declaratio Pij citata est quoad hæc per Greg. reuocata: cum nec sit contra Concilium Tridentin.

DVB. 3. an per bullam Cruciatæ suspendantur dicta priuilegia?

I. Conclusio: bulla Cruciatæ non suspendit priuilegia in iure communi inserta, nec consuetudinem habentem vim legis: quia vt ait Birt. in extrau. 1. ad reprimendam, verbo, non obstantibus, ad hoc quod ista reuocentur, debet fieri expressa illorum mentio, sicut sæpè fit in Conc. Trid. & in bulla Cœnæ vbi priuilegia, & consuetudines immemoriales solent reuocari. *Secundò*, priuilegia inserta in iure communi pertinent iam ad ius commune: ex quo colligunt Doctores initiatos prima tonsura posse in interdicto interesse diuinis: cum hoc sibi in iure concedatur, secundum Naua. *in manu c. 27. n. 173.* & potestas prælatorum regularium ad concedendas literas fraternitatis, in quibus admittunt sæculares ad suffragia ordinis non suspenditur per bullam: & sæculares etiam sine bulla possunt illis frui, cum facultas ista sit de iure communi, secundum Nauarr. *de indulg. notabili 31. n. 21. & 22. ergo, &c.*

II. *Conclusio*: religiosi etiam sine bulla gaudent dictis priuilegijs: cum in bulla expresse excipiantur, priuilegia concessa superioribus mendicantium quoad sibi subditos licèt suspendantur quoad sæculares, & sic famuli & alij sæculares nominati dub. 2. imo & donati non habentes animum perseuerandi, non possunt in regnis vbi Bulla Cruciatæ prædicatur interesse diuinis sine tali bulla, nisi forte quis eorum sit necessarius pro adiuuando in Missa: tunc enim iste iuxta ius commune potest assistere.

III. *Conclusio*: religiosi etiam sine bulla rectè suspendunt interdictum iuxta sua indulta, & sæculares tunc etiam sine bulla, si alias non sint excommunicati, aut specialiter interdicti, aut dederint illi causam, licite assistunt diuinis: quia priuilegium suspendēdi tunc interdictū, etiā pro sæcularib. nō su-

spenditur per bullam *iuxta dicta c. 3. dub. 7.* Item Leo 10. inter viua o:a, n. 19. concedit minoribus, quod per bullam Cruciatæ, aut aliam gratiam generaliter reuocantem, omnia priuilegia etiam mendicantium, non intelligantur reuocata, aut suspensa indulta, priuilegia, aut gratiæ concessæ quo ad personas minorum, & quo ad suspendendum interdictum in festis Sanctorum sui ordinis, nisi de istis fiat expressa mentio, *de quo vide cap 3 dub. 4.*

An verò dicta priuilegia concessa pro tēpore cessationis, valida sint, etiāsi cessatio sit rigorosa, vt pote quando in Ecclesia non celebrantur diuina, nisi baptismus pro paruulis & sacramentum pœnitentiæ pro adultis. In hoc aliqui negant, sed licet hoc ita verum sit, respectu particularium personarum, vt in suis domibus, vel in altari portatili in Ecclesia audiant Missam: secus tamen est de priuilegijs, in quibus ista religiosis pro tempore cessationis conceduntur: quia religiosorum priuilegia sunt ample interpretanda, *iuxta dicta c. 2 dub. 2. & ita habet vsus.*

CAPVT VIII.

De priuilegijs circa sacramentum ordinis & officium diuinum.

DVB. 1. an priuilegia aliqua habeant religiosi circa sacramentum ordinis, & quæ sint ista.

1. Conclusio: religiosi circa sacramentū ordinis habent priuilegia. *Primò*, & si nonnulli alias non habentes beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad victum, iuxta Concil. Trid. *sess. 21 cap. 2. de refor.* & Pium 5. bul. 26. ad sacros ordines promoueri non possint, nec aliter promoti in altari ministrare valeant: tamen Greg. 13. bul. 25. hæc reuocat pro religiosis Societatis: & præcipit ordinarijs vt istos religiosos cum licentia suorum superiorum ordinent, etiam extra tempora in tribus festis continuis, & non seruatis interstitijs, & absque vlla ordinum functione, nec eos inquirant de cantu de officijs & ceremonijs Ecclesiasticis, vel de proprij ordinarij licentia, & parochi approbatione in vita & moribus. Et Greg. 14. bul. 2. concessit istis religiosis emissis votis simplicibus ad sacros ordines promoueri posse, quibus priuilegijs gaudent omnes religiosi, *iuxta dicta c. 1. conc. 3. in fine.* *Secundò*, religiosi possunt extra tempora ordines recipere, iuxta declarationem Cardi *de qua cap. 3. dub. 6.* cum in hoc habeant multa priuilegia, maxime priuilegium Greg. 13. modo citatum pro Societate Iesu. *Tertiò*, Et si in Con. Trid. *sess. 14. c. 2.* statuatur, quod quilibet a suo Episcopo ordinetur, aut si ab alio, cum dimissorijs proprij Episcopi, quod Greg. 13. voluit intelligi etiam de religiosis: imo & congreg. card. de mandato Sixti 5. & auditis procuratoribus circa hoc idem, ac Greg. 13. declarauit, tamen post hæc Sixtus 5. ex sententia congregationis dixit, regulares prælatos suis posse concedere dimissorias ad Episcopum diœcesanum, & isto absente, aut ordines non conferente, vel in sede vacante, de quo fiat mentio in dimissorijs, ad quemlibet alium modo ab isto, quoad doctrinam examinetur: *ita refert Manu. Rod. in compe. & Prosper. Farina deci. 240.* Postea autem Clem. 8. hoc ipsum absolute, & sine dictis limitationibus Sixt. 5. concessit Cistercienfibus, de quo Manu. Rod. in quæstionibus regul. tom. 1. quæst. 18. art. 6. & hoc ipsum prius concesserant Vrban. 2. bulla 1. Benedictinis, & Minoribus Alexand. 4. bul. 40. & Prædicatoribus Sixtus 4. bulla 33.

Quartò, ex concessione Eug. 4. bul. 9. pro Benedictinis, quilibet Episcopus absq; diœcesani licentia, potest in monasterijs monachos ordinare: sed ista moderantur in bul. 45. Leo. 10. *de qua supra cap. 3. dub. 5.* vbi quo ad ordines statuitur: Nullatenus in Ecclesijs, domibus, aut alijs locis religiosorum ab alio, quam ab diœcesano Episcopo, nisi isto, vel eius vicario super hoc cum debita instantia requisito, & absque rationabili causa contradicente,

dicente, vel eo à diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri debeant, scilicet, religiosi; sed vide supra lo. cit. an ista moderatio habeat modo suam vim.

Quintò, abbas Benedictinus potest suos subditos, etiam seculares, ad minores ordines promouere: ita concessit Gregor. 9. bul. 13 & Iul. 2. bul. 15. & hoc ipsum conceditur abbatibus, cap. quoniam dist. 19. nec hoc reuocatur in Conc. Trid. *sess 23 cap.* 10 pro sibi subditis regularibus, sed pro alijs. Item, Innocen. 8. bul. 5. concessit abbati Cistercien. Cabilonensis dioece. & alijs quatuor abbatibus aliorum conuentuum: & istorum successoribus posse suis subditis conferre, subdiaconatum & diaconatum ac alios ordines minores. *Sextò*, in monasterijs religiosorum ipsis inuitis, non possunt ordines celebrari, vel alia Pontificalia exerceri, vel Synodi, aut processiones, Missæ, &c. celebrari, nec aliæ causæ agi: *ita concessit Cister Eug. 4. bu.* 18 *& in bu 9 pro Benedictinis idem mandatur Episcopis & ordinarijs: ita etiam concessit August. Sixt. 4. bu.* 34.

DVB. 2. an religiosi habeant priuilegia circa officium diuinum?

I. Conclusio: Religiosi possunt mentaliter legendo intra se per librum recitare horas, & alia quæ in officio diuino & Missa præcipiuntur, dici secrete sub silentio, ita concessit minoribus Leo 10. *inter viua ora. n* 12.

II. Conclusio: Religiosi non valentes bene recitare in choro, ob defectum visus, vel auditus, si quid horarum sic omittant, satisfaciunt dicendo in fine horarum Pater noster, vel Aue Maria. ita concessit minoribus Innoc. 8. inter viua ora. & Leo 10. inter viua ora. concedit plenariã indulgentiã, & remissionem omnium defectuum humana fragilitate, & non ex malitia commissorum in diuinis horis, dicendo hanc orationem, scilicet, sacrosanctæ, ac indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati, & beatissimæ, ac gloriosissimæ Virgini Mariæ fœcunditati, seu integritati, & omnium Sanctorum vniuersitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisq; remissio peccatorum, per infinita sæculorum sæcula amen. Et beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt Christum Dominum. Et deinde Pater noster & Aue Maria pro fœlici statu suæ Sanctitatis Ecclesiæ. Et explicat idem Leo inter viua ora. num. 69. sat esse, dicere ista in fine plurium horarum vno contextu dicendarum. Et vt notat Naua. cap. 19. de oratione n. 89. ista priuilegia non intelliguntur de omittentibus aliquam partem notabilem, sed de omittentibus aliqua parua cum culpa veniali. Et ita etiam intelligitur aliud priuilegium minoribus concessum à Leo. 10. *de quo Manu Rod. in qq. regul. to 1. q. 41. art.* 12 quod, scilicet, satisfaciant præcepto recitandi horas, quando non integre pronunciant, ob negligentiam, imperitiam, malam pronuntiationem naturalem, ob defectum linguæ, aut aliter horas imperfectè dicendo, vel cum animi distractione, sensuum vagatione: dum tamen hoc non fiat ex malitia, & quod recitantes cum istis non teneantur iterum recitare, ab istis imperfectè dicta, vel non integrè audita, ob distantiam loci, ob strepitum, vel aliam causam.

III. Conclusio: Religiosi dum prædicant, vel confessiones audiunt, scilicet in aduentu, vel quadragesima, possunt officium feriale anticipare, & festa illis diebus seruare, quibus illos plus laborare necesse est: & non in fraudem officij diuini, sed vt liberius studio & consolationi spirituali fidelium vacent: ita concessit minoribus Leo 10. *inter viua ora. n.* 44.

IV. Conclusio: Religiosi extra sua loca existentes, possunt secum alijs regularibus & clericis conformare in diuino officio: *ita concessit minoribus Inno. 4. bu.* 11.

CAPVT IX.

De priuilegijs circa temporalia.

DVB. 1. an regulares possint noua loca

 & de-

& domos recipere, ac sua monasteria in alium locum transferre?

I. *Conclusio*: rel giosi mendicantes domos, vel loca recipientes, vel recepta mutantes, alienantes, vel differentes, sine licentia Sedis Apostolicæ excommunicantur in Clem. cupientes de pœni. & remi. & in . 1. de excessibus prælat. sed per priuilegia Minorum & Augustinorum, *vt habetur in const. prædicatorum. d. 2. cap.* 1. possunt de nouo loca recipere cum licentia tamen Episcopi: vt decernitur in Conc. Trid. *se.* 25. *c.* 3 & ex decreto Clem. 8. bu. 18. non possunt Episcopi dare istam licentiam, nisi vocatis & auditis prioribus vel procuratoribus conuentuum eiusdem oppidi, & alijs interesse habentibus cognito quod sine istorum conuentuum damno, possint illi commodè sustentari: & si super hoc ad Sedem Apostolicam fit appellatio, erectio nouorum conuentuum suspendatur, quousque à Sede Apostolica in eadem causa sit pronunciatum, alitèr factum sit irritum.

II. *Conclusio*: Prælati regularium possunt transferre monasteria fundata in locis sterilibus, & in aquosis, aut dominorum temporalium eorum bona occupantium ad alia loca, cum suis redditibus, fructibus & prouentibus: ita concessit Benedictinis Valeoletanis Pius 2. bu. 6. & minoribus Sixtus 4. bul. 14. & Prædicatoribus bul. 32. & Alex. 4. & bu. 7. & isti concesserunt posse secum bona deferre, & vendere ædificia, & solum, præter Ecclesias.

III. *Conclusio*: nullus ordo etiam mendicantium, aut alia persona prope domos Carmelitarum, infra spatium centum quadraginta cannarum, per aeream mensurandarum Ecclesiam, vel loca construat, aut de nouo recipiat: ita Sixtus 4. *bul.* 37. & Augustinis idem conceditur, respectu ordinum in paupertate fundatorum, per Bonifa. 8. *bul.* 6. uno & Prædicatoribus conceditur per Clem. 4. *bu.* 7. quod nullus ordo in paupertate fundatus, qui ex suis legibus extra sua monasteria nullas debet habere possessiones, possit prode Ecclesias Prędicatorum ad trecentas cannas octo p. lmorum, per aerem mensurandarum monasterium, Ecclesiam, vel oratorium construere, vel ex alio loco transferre: excipitur à prędictis ordo minorū per In. 2. *bu.* 10.

DVB. 2. an religiosi possint vnum monasterium alteri reunire?

I. *Conclusio*: Generales ordinum ac capitula generalia possunt monasteria & prioratus ordinis, etiam monialium vnire pauperibus monasterijs, sine licentia diœcesani, aut alterius, non obstantibus statutis Apostolicis, vel monasteriorum etiam iuratis: ita concessit Cistercien. Ioan. 23 bul. 1. & Pius 2. bu. 6. concessit Priori Benedictino Valisoletano, posse duo, vel tria monasteria, vbi ob exiguos redditus tres, aut quatuor monachi sustentari, non possunt cum consensu superiorum talium conuentuum in vnum monasterium vnire, vbi duodecim saltem monachi constituantur: imo Innoc. 8. *bul.* 3. concessit Prædicatoribus, quod conuentus non valens sustentare octo religiosos, possit alteri incorporari per vicarium congregationis cum diffinitoribus: dum tamen sine scandalo fiat, & in Ecclesia loci incorporati, non cesset cultus diuinus.

II. *Conclusio*: bona monasteriorum monialium destructorum minoribus subiectarum, licet non sint sui ordinis sunt applicanda minoribus vicinioribus: ita concessit Sixt. 4 *bul.* 14. & idem concessit *bul.* 33. prædicatoribus respectu monialiū sibi subiectarū.

DVB. 3. an religiosi sint exempti à legibus tributorum?

I. Conclusio: religiosi vtriusque sexus, non tantum ex iure communi sicut alij clerici. in cap. quanquam de censibus, sed etiam per multa priuilegia sunt exempti à legibus tributorum. *Primò* Alexan. 4. statuit, quod imponentes minoribus angarias, aut alias impositiones & exactiones, vel similia, sunt ipso facto excommunicati: et si contumaces ab hoc non desistant, non possunt absolui nisi a Papa: ita in monum. ordi. conc. 656. *Secundò*. Eug. 4. bul. 29. facit amplissimam exemptionem pro monialibus S. Claræ: *& in compen. Societatis, ver. exemptio.* §. 8. refertur alia

alia amplissima exemptio pro Camaldulensibus. *Tertiò*, Pius 5. bul. 7. eximit monasteria & collegia mendicantium à contributione pro seminarijs, quæ ab Episcopo exigitur, *iuxta Conc. Trid. se. 23. c. 18.*

DVB. 4. an religiosi sint exempti à decimis soluendis?

I. *Conclusio*: religiosi non tenentur decimas soluere de laboribus, quos suis manibus aut sumptibus colunt, nec de nutrimentis suorum animalium, vt concessit Benedictinis Benedict. 11. *bul. 1.*

II. *Conclusio*: Religiosi non tenentur decimas soluere, de suis bonis mobilibus, & immob. possessionibus, & prædijs præsentibus & futuris, etiam ab alijs conductis, dummodo tamen illa suis manibus, vel sumptibus excolantur, aut pro sustent[ation]e excoli faciant. Nec tenentur decim[as de] pratis, herbis, pascuis, nutrimentis animalium, ac pastorum eorundem: ita concessit fratribus de Guadalupe Greg. 11. Mart. 5. & Pau. 3. anno 1535. *vt habetur in compen. D. Hieron. tit. decimarum exemptio* 12. 15. *&* 16. Item, Sixt. 5. *bul.* 18. eximit religiosos S. Ioannis Hierosolymitani, vasallos, colonos, seruitores, &c. & ipsorum animalia, prædia, domos, molendina, & quæuis bona, à solutione decimarum, aurium, etiam synodalium, censuum & canonicarũ portionũ, seu charitatiui subsidij, aut iucũdi aduentus, seu quartæ & aliorũ onerũ: & præcipitur ordinarijs, ne in his eos molestẽt.

III. *Conclusio*: Religiosi iuxta cap. nuper. de decimis tenebantur decimare de possessionibus acquisitis post Concil. late si alias de istis possessionib. decimæ soluebãtur: sed iã ab ista decimarũ solutione liberantur per Pau. 3. bu. 8. vbi concedit Societati, vt de eorum domibus, prædijs, hortis, ac alijs locis quæ pro eisdem emendis ipsis pro tempore largiri, vel donari contigerit, & de alijs bonis ab eis possessis & obtentis, non soluant decimam, etiam Papalem, seu canonicam portionem, nec ad præstationem procurationum legatorum dictę Sedis, vel exactionũ collectarum, vel prouisionem quarumcumque, nec ad id per literas Apostolicas, possunt compelli, nisi istæ literæ de hoc indulto de verbo ad verbum, ac de Societate fecerint mentionem: etsi per sedem Apostolicam ex piis legatis dispositis, vel relictis aliqua pars alteri piæ, vel non piæ causæ sit concessa vel concedatur legata Societati, vel relicta, vel in fauorem eius disposita sub his concessionibus non comprehendantur, nisi de ipsa Societate & de hoc indulto, & de Pontificis voluntate fiat mentio in eisdem, & non per clausulas generales idem importantes: sed quomodo ista verba intelligantur de concedendis ab alio quam Papa hoc tenore ista cõcedente, *vide c. 3. dub. 4.* Item postea Pius 4. bu. 5. confirmauit exemptionem à quibusuis decimis, etiã Papalibus, prędialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuũ partibus, subsidijs, etiam charitatiuis & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles defensioneque patrię, ac alijs quomodolibet, etiam ab Imperatorũ & inferiorum principum impositis: & licet in ipsa impositione caueatur, quod nulla omnino exemptio cuique aduersus illa suffragetur: & idem postea etiam confirmauit Greg. 13. *bul. 21. expressè derogando dictum c. nuper de decimis.*

IV. Conclusio: religiosi non tenentur decimare, etiam de terris & possessionibus, alijs ad colendum traditis: imo ipsi possunt percipere decimas quas coloni tenentur alijs soluere, etiam si alij in possessione, vel quasi eas à colonis exigendi fuerint, ita concessit Cister. Bonifa. 8. bul. 10. & Ioa. 22. Carthusiensibus: vt habetur in compen. cister. ver. decima §. 4. & idem Bonif. 8. præcipit prę latis Ecclesiæ, vt cum censuris inhibeant suis subditis, ne à fratribus hospitalis S. Ioa. decimas exigere præsumant de noualibus, vel alijs terris quas suis sumptibus, vel per suos amendatario, vel cultore, ad tẽpus, & non in perpetuũ excoli faciunt, vel de animaliũ nutrimentis, vel aliorum à suis terris nascentium, vel de hortis, virgultis; & piscationibus, non obstante longa præscriptione, seu potius violenta supra dictis exactione eisdem fratribus irrogata: *ita in cõp.*

mendi. ti. decima §. 17. & Manu. Rod. in qq. reg. to. 2. q. 44. art. 4. Item, Cle. 7. bu. 10. concedit ordini Militiæ S. Iacobi amplum priuilegium circa hoc.

Ex dictis sequitur primò dicta priuilegia sinistrè interpretari, ab aliquibus iudicibus Ecclesiasticis dicendo, quod quando religiosi proprijs manibus, vel sumptibus dictas terras excolunt integram decimam recipere possint: si tamen illas excolunt per colonos, ex communi aceruo prius extrahatur redditus monasterio soluendus, & de residuo decima pars parocho soluatur, nisi alias per quadraginta annos religiosi integram decimam à colonis percepissent. Sed ad hoc dico, quod bona regularium per suum reale priuilegium eximuntur à decimis prædialibus, & non tenentur soluere decimam personalem, vel quotam, aut aliam partem: *vt probat Mandosius ad instar glo. 15 nu. 4.* Et cum sit priuilegium reale [illegible] ex litera priuilegiorum [illegible] priuilegio [illegible] ad colonos [illegible] clarius patet ex priuilegijs Societatis Iesu, & peritissimi iuristæ fatentur, concedere plenum ius exceptionis etiam colonis conducentibus religiosorum, grogi; & ita iudicatum est in multis tribunalibus in fauorem Societatis & colonorum, sicut Salmanticæ anno 1588. Beticæ, & Murciæ adductis executoribus Pontificijs mandatum est executioni, & contra confirmatorium interitia rei iudicatæ: *vt refert Enriq lib. 7 de indulg c 7. n 7 ar. 1.* & sic coloni debent soluere decimis monasterio. *Secundò* sequitur, quod vbi soluitur decima personalis, non tenentur seruitores monasteriorum eam soluere: alias monasteria illam decimam soluerent: cum seruitores carius operas suas locarent, si eam soluerent.

V. Conclusio: moniales eodem modo ac religiosi sunt exemptæ, à decimarum & primitiarum solutione: ita concessit monialibus S. Claræ Bonif. 8. bu 3. vbi eximuntur à solutione decimarum à contributione in procurationibus ordinariorum, legatorum, & nuntiorum Papæ, à collectis talijs, pedagijs & à thelonijs & alijs exactionibus, regibus, aut alijs soluendis, & idem eisdem concedit Leo 10. bul. 23. habentque moniales sua priuilegia communicationis, *iuxta dicta supra c. 4.*

DVB 5. an religiosi sint exempti, à solutione canonicæ portionis & quartæ funeralis?

Not. quod canonica portio dicitur, quæ à canonibus est approbata, & iure decretorum debita: & est duplex alia quæ debetur Episcopo ab omnibus Ecclesijs suæ diœcesis, *vt habetur c. de his 10 q* 1. vbi dicitur quod de terris, vineis, mancipijs, & peculijs Ecclesiæ à fidelibus oblatis tertia pars Episcopo fideliter deferatur: & intelligitur secundum Panor. quam refert & sequitur Armi. ver. canonica portio, & secundum communem sententiam de [illegible] ijs Episcopo immediate subiectis, & non [illegible] exemptis: quia ista portio debetur Episcopo ratione solicitudinis, quam de suis tantum Ecclesijs habere debet: vt dicitur in c. conquerente de officio ordinarij. Alia canonica portio debetur Ecclesiæ parochiali, de omnibus à suo parochiano relictis vel ratione funeris obuenientibus illi loco, vbi quis eligit sepulturam relicta sua parochia: *vt habetur in Cle dudum de sepul.* Et licet olim ista portio esset varia, nam modo erat medietas alibi tertia pars soluebatur, tamen ibi taxatur quarta pars, & sic communiter appellatur quarta funeralis.

1 *Conclusio*: stando in iure communi, & seclusis priuilegio, vel consuetudine, religiosi omnes etiam Prædicatores & Minores tenentur soluere dictam quartam funeralem, & non amplius: ita in Clem. cit. vbi habetur quod vltra dictam quartam, nil aliud valeant parochi exigere, nec religiosi amplius illis impendere teneantur, nec ad id ab aliquo cogantur, & reuocantur illic consuetudines & priuilegia illucusque concessi, & conuentiones, statuta & pacta in quantum alicui ex præmissis contrariatur.

II. *Conclusio*: Religiosi iam iuxta sua priuilegia non tenentur, soluere Episcopo, vel parocho dictam portionem nec de funera-

neralibus oblationibus, sepulturis, legatis vltimis voluntatibus, nec de alijs pro victu, ornamentis, aut alijs quomodolibet largitis: nec ipsi, nec qui eis illa soluunt, possunt ad illud coarctari: non obstante decreto Clementinæ dudum de sepul. & alijs statutis: *ita concessit post dictam clementinam Eug. 4. bu. 12. pro Benedictinis & Sixtus 4. bu. 14. pro Minoribus, & bu 37. pro Carmelitis.* Vbi etiam conceditur, quod si à Papa mandetur dari alicui causæ piæ aut non piæ de pijs legatis, non intelligitur de legatis relictis religiosis, nisi de eis fiat expressa mentio: item in bu. 16. Clement. 8. Carmelitæ discalciati post contradictorium iudicium, & ventilata causa, à solutione quartæ funeralis liberantur.

Si obijcias, quia in Conc. Trid. *se. 25. ca. 13.* de reformatione habetur, quod dicta quarta funeralis soluatur, vbi solita est persolui ante annos quadraginta, hoc est, de quarenta annos acá, non obstante quouis priuilegio. Ad hoc respondetur, Concilium loqui de monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ dictam portionem soluebant: & sic si aliqua monasteria sint fundata à quadraginta annis citra, hoc est, de quarenta annos aca, non tenentur soluere dictam quartam: ita declarauit Pius 5. *bu 7.* & [illegible] mstes, quod ista bulla est reuocata a Greg. 13. *bu. 3*[illegible]. & reducta ad terminos Con. Trid. Ad hoc respondetur. Primò quod in bulla illa Pij 5. & conceduntur quædam priuilegia, ex quibus sola ista reuocantur à Greg. quæ sint contraria Conc. Trid. modo explicato *dub. 6. c. 3.* & insuper declarantur aliqua decreta Conc. Tri. & istæ declarationes nō etiā reuocantur, ibidem à Greg. 13. cum non sint contra Concilium, sed potius eius declarationes, & alias ad Papam spectat declarare ius. Secundò respondetur, quod eadem omnino declaratio Pij 5. data etiam est, postea à Congreg. Card. quæ nec a Greg. 13. nec ab alio est reuocata, cuius declarationis tenor refertur a *Rod. in qq reg. to 1. q. 39 ar. 2.* & talis est Congr. Con. censuit non comprehendi in dictis verbis Concilij monaster. a ædificata à quadraginta annis citra, vel quæ in dies ædificantur, supposito quod ista monaster. a sint illius religionis cui à Sede Apostolica sit indultum, vt quartam funeralem non debeant soluere [illegible] scopo [illegible] & vt refert Veracruz in suo compendio orta lite circa hoc, inter religiosos & Episcopum de Guatimala, Archiepiscopus Mexicanus tulit sententiam pro religiosis: & hoc ipsum patet ex bulla cit. Clement. 8. pro discalceatis Carmelitis: & sunt alia innumera priuilegia religiosis ante & post Clemen. dudum de sepult. concessa, quæ consulto omitto cum nil aliud præter iam dicta contineant.

III. *Conclusio:* Religiosi quartam funeralem soluentes, iuxta tenorem prædictum Concil. Trid. adhuc non tenentur illam soluere de omnibus eis relictis, vt de missis, de candelis quæ dantur in manibus religiosorum: *vt habetur in bu. 14. Sixti 4.* pro Minoribus, sed de his tantum quæ cum corpore defuncti deferri solent: ita declarauit Pius 5. loco cit. & ita habet vsus, vt notat Cardin. in Clement. dudum de sepultur. §. verum Couarruu. *c. vlt. de testa n. 6. & 7. & Mon. de iust. trac. 2. disp.* 215.

IV. *Conclusio:* quidquid à fidelibus in monasterijs religiosorum offertur, monachis sibi seruientibus debet proficere, nec super hoc ab Episcopo, vel alijs presbyteris possunt religiosi molestari: *ita habetur definitum expressis terminis in c. 1 de statu mon. & c nimis iniquus de excessib. pral.* Et constat etiā ex dictis con. a. de quo etiā Sil. & Arm. ver. oblationes. Imo, si prælati celebrent in monasterijs religiosorum, non possunt sibi vsurpare, eis ibi oblata, sed tenentur ea monasterio dimittere: ita cōcessit Clē. Bon. 8. bu. 9. Ex quo patet non posse parochos sibi postulare candelas, aut alia oblata in Ecclesijs religiosorum, à mulieribus, puerperis suos filios domino præsentantibus, vt aliqui clerici perperam, & contra dicta decreta & priuileg. a ibi vsurpari contendunt.

Caput X.

De iudice conseruatore.

NOT. Religiosos per sua priuilegia posse creare iudices conseruatores, qui eos à suis molestatoribus defendant, etiam per censuras: ita concessit Prædicatoribus Sixt.4. *bu* 33. & sunt alia multa priuilegia pro alijs religiosis circa hoc, vt ex dicendis in hoc constabit.

DVB. 1. quæ personæ possint à religiosis creari in iudices conseruatores, & an adhoc munus creati à religiosis teneantur acceptare?

I. Conclusio: stando in iure communi cap.fin.de officio deleg. iudex conseruator, debet esse Episcopus, vel abbas, vel cõstitutus in dignitate Ecclesiastica in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata. Et Leo 10. bul.45. edita in Conc. Latera. de qua supra c.3. dub 5. statuit, quod conseruatores religiosorum sint, in dignitate Ecclesię constituti, & reuocantur contraria priuilegia. Ex quo tamen sequitur priores, & similes prælatos regularium, imo & vicarios conuentuum, non habentium priores, posse esse iudices conseruatores, cum sint in dignitate Ecclesiastica constituti: ita Sil. ver. deleg. n. 3. & Man. Rod. in qq. reg. to. 1. q.65. ar. 3.

II. Conclusio: conseruatores religiosorum vltra prædictos de iure communi, possunt esse canonici Cathedralium Ecclesiarum & vicarii Episcoporum in spiritualibus & eorum officiales generales vbilibet constituti: ita concessit Societati post dictam reuocationem Leonis 10. Gregor. 13. bulla. 18.

III. Conclusio: omnes prædicti (præter religiosos) requisiti a regularibus, tenentur sub excommunicatione acceptare iudicaturam, nisi alias sint legitime impediti, ita concessit Minoribus Iul. 2. bu 9. dixi præter religiosos: nam isti ex priuilegio non tenentur acceptare iudicaturas, & commissiones a Sede Apostolica, vel eius legatis iniunctas: ita concessit Prædicatoribus Honor. 3. bul. 6. & Minoribus Gregor. 9. bu. 1. & Innoc. 4. bu. 12 & Alexand. 4. bu. 9. & Eug. 4. bu. 7. pro Celestinis, & bu. 9. pro Benedictinis, & Sixt. 4. bu. 37. pro Carmelitis.

IV. Conclusio: semel nominato aliquo conseruatore & acceptante & inchoante, non potest alius pro eadem causa nominari, stando in iure communi cap. cum plures nisi nominatus infirmitate, aut alia iusta causa impediatur, vel si nolit, aut malitiosè in eo procedat: ex priuilegio tamen Societati concesso à Greg. 13. bu. 18. quilibet conseruatorum, potest prosequi articulum per alium inchoatum, licet qui inchoauit nullo sit canonico impedimento præpeditus.

V. Conclusio: stando in iure communi cap. fina. de offic. deleg. iudices delegati, morte concedentis extinguuntur: nisi quo ad negotia incepta. Secus tamen est de conseruatoribus regularium: quia isti eliguntur à religiosis virtute suorum priuilegiorum, quæ non sunt gratiæ personales, sed reales certo generi personarum concessæ, & consequenter perpetuæ, sicut & priuilegia concessa ciuitati, vel loco, iuxta l. forma §. quamquam, ff. de censi. & idem est de priuilegio concesso, ciuibus, vel religiosis iuxta l. 2. ff. de rebus dub. *& ita habet vsus secundum iuristas relatos à Manu Rod. q.65. ar.6.*

DVB. 2. an iudex conseruator possit delegare vices suas?

I. *Conclusio*: stando in iure communi cap. fin. de officio deleg. iudex iste non potest delegare vices suas, exceptis citationibus & sententiarum denunciationibus, nisi aliter eis specialiter committatur: & tunc non aliter nisi infra ciuitatem, aut diæcesim in qua fuerint deputati.

II. *Conclusio*: conseruator religiosorum potest ex priuilegio committere vices suas: concessit enim Minoribus Sixt. 4. *bu* 14. & Prædicatoribus bul. 33. & Aug bu. 34. & Carmelitis bu 57. vt eorum conseruatores conseruent eos per se & per alios contra iniurias: & idem concessit Societati Iesu Gr. 13 bu 18. debent tamen isti committere vices suas, illis qui alias iuxta dicta dub. 1. possunt esse

esse iudices conseruatores, conformiter ad id quod habetur in ca. fin. cit. *ita Manu. Rod. cum Ioan Andre loc. cit. art. 10.*

DVB 3. ad quantam loci distantiam se extendat conseruatorũ iudicii auctoritas?

I. *Conclusio*: stando in iure communi cap. fin. de officio deleg. non potest iudex conseruator procedere contra aliquem extra ciuitatem, aut diœcesim, vbi est deputatus, aut aliquem trahere vltra vnam dietam à fine talis diœcesis, computandam: & vna dieta secundum Doctores in capi. nonnulli de rescrip. & Sil. ver. beneficium 2. §. 1. & Mandos. in lance. reg. 3. q. 2. n. 2. continet viginti milliaria, hoc est, septem leucas, aut iuxta l. 8. ti. 3. lib. 2. fori, & leg. 25. in preg. continet decem leucas.

II. *Conclusio*: conseruator religiosorum, potest procedere vltra duas dietas, non obstante dicto cap. fin. de vna dieta, & bul. 45. Leo 10. de qua c. 3. dub. 5. de duabus dietis: dum tamen vltra dietas non trahant aliquem ad iudicium: ita concessit Cisterciensib. Greg. 13. bul. 3. post Leo. 10. & istæ dictæ computantur a fine diœcesis, vbi citandi morantur: *vt habetur in noua recop lib. 20. ti. 7. l. 1. iuxta decretum Bonifa. 8 in c. fin.*

III. *Conclusio*: quando conseruatos regularium non valet tutè accedere, ad loca vbi morantur, qui sunt citandi, monendi, vel inhibendi possunt, ista efficere per edicta publica, affigendo illa in locis publicis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad ipsorum citatorum, monitorum, & inhibitorum notitiam peruenire valeant: ita concessit Societati Iesu Greg. 13. bul. 48. citat.

DVB. 4. contra quos & quibus pœnis possit iudex conseruator procedere?

I. *Conclusio*: conseruator religiosorum potest procedere contra alios Religiosos, & Ecclesiasticos, contra collegia, vniuersitates, & communitates habentes etiam facultatē eligendi conseruatorem, non obstantibus quibusuis inhibitionibus sibi factis, etiam prætextu quarumlibet licentiarum, aut priuilegiorum concessorum & concedendorum: ita concessit Greg. 13. bu. 18.

II. *Conclusio*: conseruator iste potest appellatione postposita, procedere per censuras Ecclesiasticas quot es opus sit, & vsq; ad innocationem brachij sæcularis: patet ex priuilegijs cit. nec potest ab ordinario impediri, sub priuatione exercitij officij & iurisdictionis ipso facto incurrenda, & aliter attentatum est irritum: ita concessit Cister. Mart. 5. vt habetur in istorum compen. ti. bullæ conseruatoriæ §. 1. Vbi not. quod si conseruator nolit facere fidēm ordinario de suis literis, non potest eum nolentem exequi eius sententiam excōmunicare: quia delegatus non habet iurisdictionē supra ordinarium, nisi ordinarius sit ei rebellis dum non tamen dicitur rebellis petit fidem de sua commissione, cum sic petendo faciat quod sibi competit de iure: secus sit si ordinarius maliciosè asserat, se dubitare de commissione conseruatoris, maxime allegando falsitatem rescripti, tunc enim delegatus exequatur per se quod possit, *vt patet ex ca. ex literis de officio deleg.* & puniat ordinarium si constet maliciosè se opponere & potest eum damnare in triginta libras, *iuxta l. 2. C de legibus.*

DVB. 5. An conseruator regularium possit procedere cōtra debitores ex causa ciuili

I. *Conclusio*: cum Papa sit supremus administrator bonorum regularium & Ecclesiasticorũ potest per se & per alios procedere, contra illorum retentores, etiam laicos, vt sic illa recuperet, nec sic turbat regiam iurisdictionem, cum ista bona non sint laicalia: & hoc ita facere etiam creando ad hoc iudices conseruatores expedit, maximè cũ quia iudices sæculares solent esse negligentes in administrando iustitiam Ecclesiasticis, tum maxime ne Ecclesiastici ad tribunalia sæcularia trahantur, vbi causæ cum strepitu & ygura indicij tractantur, quæ omnia dedecent viros Ecclesiasticos.

II. *Conclusio*: conseruator religiosorum, potest procedere contra debitores ex causa ciuili, etiam laicos. Patet primò, quia in cap. fin. de officio deleg. conceditur istis conseruatoribus, posse cognoscere de mani-

manifestis iniurijs & violentijs, vbi iniuria non tantum sumitur pro contumelia, vel conuitio (quidquid dicat Gutierr. in pract. crim. lib. 3. q. 9.) sed pro omni isto quod fit contra ius & infert damnum monasterio. *Secundò* Pius 5. bul. 18. concedit religiosis militensibus, conseruatores iudices contra inferentes personis sui instituti, ac eorum seruitoribus & familiaribus iniurias, siue grauamina, vel damna in personas, res & bona: licet hoc, quod hic dicitur de familiaribus & seruitoribus, limitetur in Conc. Trident. *ses. 24. c. 11. de ref.* vt solis prosit seruientibus, alias intra septa domus commorantibus, ac sub regulari eum obedientia viuentibus, & his qui legitime, & secundum regulam professionem fecerunt, de qua ordinario constet, & reuocantur ibi priuilegia, etiam religiosorum in contrarium. Tertiò, Grego. 13. *bu.* 18. concessit Societati Iesu, quod possint in criminalibus, ciuilibus, & mixtis, & in fauorem suorum priuilegiorum, siue sint actores, siue rei, create iudices conseruatores cõtra quascunq. communitates, collegia, &c. alia etiam extant religiosorum priuilegia circa hoc, *de quibus vide Man. Rod in qq reg. to q. 65 art. 11.*

Si obijcias primò, *quia in l. 1. tit. 5. lib 1. noue recopilat.* præcipitur istis conseruatoribus, quod cognoscant tantum de iniurijs & offensis manifestis, contra monasteria, Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, secundum quod iura & Papæ disponunt, etiam si vberior potestas & iurisdictio eis concedatur, sub pœna amissionis temporalitatum & naturalitatis istorum regnorum: ergo in Hispania conseruator religiosorum, non potest compellere, debitores saltem sæculares ad soluendum monasteriis debita ciuilia.

Ad hoc respondetur, quod ista lex non est contra supra dicta: nam in eo, quod ait secundum quod iura & Papæ disponunt, iam se subjicit legibus Pontificum, qui successu temporis alia ampliora in fauorem religiosorum ordinant: & quando ibi dicitur non obstante quod vberior potestas eis concedatur, non est sermo de vberiore potestate à Papa, sed ab alijs inferioribus concessa, qui iuxta ius commune non possunt concedere conseruatorias.

Si obijcias secundò, *quia in cap. 1. de officio del. in 6. præcipitur* iudicibus conseruatoribus, ne cognoscant de exigentibus iudicialem indaginem, hoc est, causæ cognitionem, seu examinationem quando dubia sunt: ergo si debitum negatur a debitore alias legitimas exceptiones allegando, nõ poterit conueniri coram iudice conseruatore: cum sic debitum reddatur dubium, & requiratur indago. Ad hoc respondetur, quod post hæc, est iam concessa iurisdictio conseruatoribus religiosorum, in requirentibus iudicialem indaginem per Benedictum 12 ordinis Prædicatorum in fauorem Minorum: & per Eug. 4. in fauorem conuentus de Guadelupe: vt habetur in eorum compen. ti. bullæ conseruatoriæ. §. vlt. *de quo Rod. lo. cit. ar. 11.* & tandem per Greg. 13. bul. 18. conceditur conseruatoribus Societatis Iesu, quod procedant in requirentibus iudicialem indaginem summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, in aliis autem prout eorum qualitas exegerit.

DVB. 6. an religiosi pro debitis ciuilibus conueniri possint coram iudice conseruatore, vel ordinario?

1. *Conclusio.* Religiosi in claustro degentes, non possunt pro debitis ciuilibus conueniri, coram ordinario Ecclesiastico, hæc est contra Gutie. in pract. cri. lib. 1. q. 10. sed patet quia isti religiosi sunt exempti à iurisdictione Ecclesiastici ordinarii, *iuxta dicta lib. 1. cap. 6. dub. 5.*

Si obijcias quia in Conc. Trid. *ses. 7. c. 14.* dicitur, quod in causis mercedum & miserabilium personarum clerici sæculares & regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, & si certum iudicem in partibus habeant, in aliis autem si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tanquam in hoc à Sede Apostolica delegatis conueniri, & ad soluendum cogi possunt, non obstantibus &c. Ad hoc respondetur, Concilium loqui de regularibus extra mona-

mo[illegible] & sunt illi qui ex [illegible], vel speciali [illegible], habent do[illegible] extra sui monaste[illegible], qui iuxta [illegible] regularia [illegible] [illegible] vel alicui bene[illegible] & maxime qui ob prædicationes, confessiones, [illegible] vel ob alias [illegible] causas, extra monasterium [illegible] comprehenditur in isto decreto [illegible] non [illegible] proprie extra [illegible] sed ad tempus & [illegible] ita Nauar. in cap. non dicatis num. 76. [illegible] regulares [illegible] extra [illegible] concedit [illegible] extra monasterium [illegible] [illegible] Prælatis [illegible] legitime [illegible] coram [illegible] tales [illegible] coram ordinario, & [illegible] soluere [illegible], vt decitur in Conc. Trid. cit.

11. *Conclusio* [illegible] Religiosi non possunt conueniri pro debitis ciuilibus coram iudice conseruatore, quidquid aliqui improbabiliter dicant. Patet [illegible] ex priuilegio [illegible] à Nicol. 5. *& relato* *à [illegible] in quæstionibus reg. tom. 1. quæst. 65. art.* 13. [illegible] & [illegible] per communicationem non possunt [illegible] compelli [illegible] ces conseruatores. *Secundò*, quia religiosi [illegible] sunt [illegible] conseruatores perpetui [illegible] sed sunt ad nutum [illegible] & pro [illegible] causis creantur [illegible]. *Tertio*, quia iudex iste conceditur a Sede Apostolica [illegible] pro [illegible] & defensione a molestantibus ipsos. Debent ergo [illegible] a [illegible] coram [illegible] iudices ordinarij, & [illegible] recurrere ad prouinciales, vel generales, vel ad generalia, & prouincialia capitula [illegible] à religiosis, vel [illegible].

Ex dictis constat ordinarium [illegible] aliquando cogere religiosos, ad creandos iudices conseruatores [illegible] debitis cum reli[illegible] [illegible] exempti à iurisdictione o[illegible] vt patet ex lib. [illegible] c. 6. dub. 3. [illegible] a [illegible] communi [illegible] in isto casu [illegible] priuilegio [illegible] trarium [illegible] a Nicol. 5. in priuilegio [illegible] ad iudices conseruatores [illegible] aduertens Dio[illegible] [illegible] Victoria generalis [illegible] Toleti [illegible] Do[illegible] [illegible] vt [illegible] iudices [illegible] Nicol. 5. & alijs [illegible] exemptionibus [illegible] cessauit, & [illegible] deuoluta est ad Reuerendissimum Magistrum Fratrem Iosephum Gonzalez a [illegible] confessionibus Serenissimi Principis Hispaniarũ Philippi Dominici Victoris, qui tunc erat Prior Prouincialis eiusdem ordinis.

Si obijcias quandam declarationem Cong. eg. Cardi die 19. Iunij anni 15[illegible]3. [illegible] habetur, regulares non posse [illegible] a suis [illegible] coram Episcopo, bene tamen coram suis con[illegible] in casibus [illegible] Conc. Trid. *sess. 14. c.* [illegible] refert [illegible] Ad hoc respondetur, [illegible] in isto loco [illegible] a [illegible] in illo loco regulares & [illegible] personæ & tantum [illegible] manere, quæ [illegible] *sess. 7. c.* [illegible] *causas mercedum & [illegible] personarum [illegible] supra.*

D[illegible] conseruatore [illegible] suam [illegible] & [illegible] ad [illegible] am [illegible].

1 *Conclusio* [illegible] excedere [illegible] et per[illegible] qua [illegible] a be[illegible] *in [illegible] glo. & in c. [illegible] d. 3[illegible] quia [illegible] in lib. [illegible] nona [illegible] priuatur temporalitatum, & naturalitatum [illegible]* & [illegible] tenebantur & [illegible]

simulat..t, licet in foro externo, vt scientia valeat debet probari, quia iuxta regulā 48. iuris, præsumitur ignorantia, vbi scientia nō probatur: imo & ignorantia affectata est probanda, vt valeat, *vt habetur in lege gener. C. de tabul. lib. 10.*

11. *Conclusio* pars quæ procurat, quod conseruator iudex excedat suam potestatem, excommunicata manet ipso facto, nec potest absolui, quousque integraliter satisfaciat de ... *ita in cap. fin. de offic. io deleg.*

Lenetat Nauar. in manu. *cap. 27. num. 125* quod non incurritur ista excommunicatio ab illo qui non est pars in iudicio, Et si procurasset talem excessum, si iudex aliàs non excessit: quia lex quæ excommunicat operantem aliquid, regulariter non comprehendit consentientem, etiam si mandet, consulat, foueat, aut auxilietur, ante quàm hæc, nisi ex eius tenore, aut ex tenore aliarum legum id expresse, aut tacite colligatur, vt ait ... *ver. excommunicat. c. 47. not. ab. 5 & Nau. in manu. c. 27. n. 51.* Hæc ad laudem & gloriam Iesu Christi Domini nostri, Beatissimæ Matris eius, ac Beati Dominici Patris nostri, nec non & Angelici Doctoris D. Thomæ A... dicta sufficiant.

INDEX NOTABILIVM.

A.

TRACTATVS

DE CASIBVS RESERVATIS,

IVXTA REGVLAM DECRETI

A FOEL. RECORD. SANCT. D. PAPA CLEMENTE VIII. REGVLARIBVS
præſcriptam;


OMNIBVS NON TANTVM REGVLARIVM SVPERIORIBVS, Confeſſarijs, ac Pœnitentibus neceſſarius, verùm & quibuſlibet alijs Eccleſiaſticis perſonis apprime vtilis:

AVCTORE
R. P. FRANCISCO A CORIOLANO, ORDINIS MIN.
S. Franciſci Capuccinorum Romæ ſacræ Theologiæ olim
Prælectore.

Nunc primùm in Germania editus.




COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCHIVM ſub Monocerote.
ANNO M. DC.XVIII.



ADMODVM R. P. P. F.

PAVLO A CESENA RELIGIONIS FRATRVM MIN. SANCTI FRANCISCI, CAPVCINORVM VIGILANTISSIMO, AC MERITISSIMO Generali, F. Franciscus à Coriolano S.



NTIQVA ferè omnium populorum vsu, ac consensu recepta ea consuetudo fuit (Adm. R. P.) vt cùm primùm Rex aut Princeps in aliquam Regni partem, vel Ditionis prouinciam aduentat; protinus qui ad ipsius gubernacula sedet, in obedientiæ, ac subiectionis argumentum, eidem vrbium claues offerat: nec non in grati animi significationem, munus aliquod Regio conspectu dignum paret. Id cùm non modò ipsum ius gentium, sed natura quoque ipsa dictare videatur, quæ vt sublimioribus potestatibus subiectos esse docet, ita & subiectionis signa exhiberi non renuit. Idipsum & mihi non tam ex gentium iure, ac populorum vsu, quàm ex Sanctiorum Ecclesiasticarum Regularum, & Religiosarum Constitutionum præscripto præstandum fuit, cùm primum ad nos, nostramq; hanc Sancti Danielis Prouinciam visendam, non quidem temporalis Regni Rex, aut Politicus Princeps; sed Sacri cœtus ac Franciscanæ Capucinorum familiæ Præsul, Pastor, ac Generalis Minister aduenisti. Cum.n.in hac Prouincia moderāda per annū, & amplius laborassem; in qua Prouincialis munere (licèt imparibus meritis) functus fueram, tunc quidem in perfectæ, ac debitæ subiectionis, & Religiosæ obedientiæ signum, pro vrbium clauibus, Prouinciæ sigillum obtuli, id summoperè a te efflagitans, vt in exantlati laboris solatium illud mihi daretur, vt tandem à Marthæ sollicitudine absolutus, in humili Cœnobio, ac humiliori Cellula ad pedes Domini Iesu curis perfunctus vacarem.

Cæterum cùm mecum ipse perpenderem, quo munere meam in te obseruantiam, ac grati animi significationem omnibus testatam redderem; etsi non ignorarem, penus mei egestatem eam esse, quæ nihil tuo conspectū dignum ex se proferre posset; illud tamen animo occurrit, me superioribus annis cum Romæ in Conuentu nostro S. Bonauenturæ Theologicam facultatem profiterer, & post Theologorum ac Scholasticorum, ac Præsertim Commentariorum Seraphici Doct. S. Bonauenturæ in Magistrum sententiarum, in quibus illustrandis, & ad proprios sensus euocandis multam me

me operam, atque in ſcribendo laborem conſumpſiſſe fateor; quod reliquum tempus ſupererat, ad moralis, ac practicæ Theologiæ ſtudium contuliſſem: inter cætera nonnulla circa Decretum illud fœl. record. Clem. VIII. pro caſuum reſeruatione, quod quotidie præ manibus verſabatur, meo tantùm vſui apta paraſſem: quæ breuem quidem, ſed dilucidam earum rerum, quæ ad caſus reſeruatos ſpectant, doctrinam complecterētur. Hæc cùm nonnulli huiuſce noſtræ Congregat. graues, ac docti viri fortè perlegiſſent, plurimum hortati ſunt, immo & rogarunt, ac etiam compulerunt, vt ea ad commune omnium, (Regularium potiſſimum) commodum extra domeſticos parietes prodire, atque euulgari permitterem. Diu reluctatus ſum. Sed cum frequens, ac planè improba illorum poſtulatio eſſet: id tandem mihi ab ijs perſuaſum fuit. Ea tamen haud priùs in hominum manibus verſari paſſus ſum, quàm tua non modò paterna benedictione firmentur, verùm etiam nomine ac tutela protegantur.

En igitur pauperis munuſculum, quod pro tenui mea facultate tibi (Adm. R. P.) parandum curaui, quod etſi minùs tuis oculis dignum ſit, multis tamen tibi nominibus debetur. Atque imprimis id ipſa huius libelli natura poſtulat, qui cùm ex quam plurimis Theologorum, & Canoniſtarum, & iuris vtriuſque præceptis compactus ſit, is certè non alteri præterquam tibi debebatur, qui cùm in vtroq; iure Pontificio, & Cæſareo in ſæculo non mediocriter verſatus eſſes, vtpote vtriuſque iuris Doctor inſignis, ac laureatus; vnde & præclara Magiſtratus munera ſumma cum laude iam obieras: Cùm primùm te ad nos contuliſti, vtriuſque iuris peritiam aſſiduo labore, & incredibili ingenij magnitudine comparatam fœliciter cum Theologica facultate copulaſti: quo fit, vt ad ea, quæ in hoc libello pertractantur, diiudicanda, præter eam auctoritatem, quam Deus Opt. Max. in hac noſtra Religione tibi ſummam eſſe voluit, ipſa diuinarum ac humanarum legum peritia te omnibus præſtantiorem reddat.

Altera quoque id ratio perſuadet, quam ipſe libelli Titulus adminiſtrat, qui de reſeruatis conſcientiæ caſibus inſcribitur. Nam cùm tui muneris ſit, Religioſorum huiuſce noſtri Ordinis vitam optimis moribus inſtruere, ac ſalutiferis legibus eorum conſcientias imbuere, hinc ad te iure optimo referri debet, quidquid de conſcientiæ legibus, ac vinculis in Religione, aut ſcribitur, aut alijs ſequendum proponitur: Et quidem abſque Apoſtoli iniuria ea Pauli verba tibi accommodari poſſe exiſtimo, quæ is ad Romanos ſcribens, ita auſpicatur: *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus. ſegregatus in Euangeliū Dei.* Nam ſi Paulus ille, & tu quoq; Paulus. Paulus ille Saulus aliquando fuit, atq; Eccleſiæ hoſtis: At tu nunquā Saulus, ſed ſemper Paulus Chriſtianæ Eccleſiæ fidem, ac Religionem ab incunabulis hucuſq; vbique profeſſus es. Paulus ille ſeruus Ieſu Chriſti idcirco appellatus fuit, quòd non hominum, ſed Dei duntaxat placita ſequens, vniuerſa propter Chriſtum ſtercora, ac detrimenta eſſe arbitraretur: Tu quoque Paulus ſeruus Ieſu Chriſti tunc primùm euaſiſti, cùm mundum ac terrena omnia, honores, gradus, opes, commoda, generis, ſplendorem, quibus egregiè locuples eras, ſumma animi fortitudine calcans, ad Crucis vexillum impiger euolaſti, & cum Chriſto abiecto, ac paupere & abiectus pòtius humiles Capuccinorum caſas habitare elegiſti, quàm commorari in tabernaculis peccatorum. Paulus ille Apoſtolus vocatus fuit, cum Eccleſiæ cœleſti doctrina ædificandæ à Deo poteſtatem accepit. At vero te velut ſuum Apoſtolum tota Capuccinorum familia colit, ac veneratur, quem ad ſupremum huius Religionis optimis legibus, ac cœleſtis doctrinæ præceptis inſtruendæ munus à Deo vocatum eſſe non ignorat: Poſtremò ſi Paulus ille Gentium Apoſtolus ſegregatus fuit in Euangelium Dei, vt vas electionis fieret, & Chriſti nomen ac fidem coram Regibus, ac Principibus deferret: An non tu quoque

Roman. 1.

Pau

Paulus si non Gentium, saltem Capuccinorum familiæ Apostolus, ad disseminandum Dei Euangelium præclaro inter cæteros munere es segregatus? Quæ enim ex Italiæ vrbibus insignis fuit, quæ te prædicantem non audierit? quis nobilissimarum Ecclesiarum suggestus est, cui ad disseminandum Dei verbum summa cum nominis tui laude, atque audientium vtilitate non insederis? Testes sunt Roma, Neapolis, Venetiæ, Mediolanum, Ianua, Florentia, atque aliæ quamplurimæ Italiæ vrbes, quæ te & Paulum, & Chrysostomum, & nouum Latij Apostolum prædicarunt.

His tandem omnibus singularis quoq; ratio accedat, quòd etsi communi cum cæteris huius nostræ Congregationis alumnis titulo tibi plurimùm debeam; attamen ob ingentia beneficia, quibus abundè à te cumulatus sum, hæc sanè ac multò maiora atque ampliora à me tibi debentur. Et vt vno verbo absoluam, me meaque omnia tibi debeo. Quamobrem, vt aliqualem grati animi significationem, ac maximam meam erga te obseruantiam aliquo testimonio declarem, hoc munusculum offero, ampliora aliquando oblaturus, si animum auxeris, ac tenuem libellum humaniter exceperis. Vale adm. R. P. quem Deus benignissimus in annos Nestoreos nobis incolumem seruet. Datum Coriolani decimoseptimo Cal. Septembris, 1615.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

PEr tractaturus in hoc opusculo de casibus reseruatis, duo imprimis præstabilienda volui, quæ Lectorem minime ignorare decet. Primum, Quid Casus vox, ac nomen præ se ferat. Secundum, Quid Reseruatio indicet. Id enim ipsa operis ratio postulat, quo earum rerum, quæ in eo tractantur, tum planior, tum facilior cognitio haberi possit.

Casus imprimis vox à cadendo dicta est, inde enim, & Angelorum, & hominum casus nuncupatur, cum primum à Dei gratia in peccatum lapsi, vt [illegible] gradu ad ima ceciderunt. De Angelorum casu agit Isaias, capite 14.
sub Regis Assyriorum nomine, illis verbis: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè
Isai. 14 oriebaris? De hominum vero casu apud eundem, cap. 64. legitur: Cecidimus quasi foliū
Isai. 64. vniuersi & iniquitates nostræ, quasi ventus, abstulerunt nos. Hoc loco de Angelorum
casu non agimus, cum ijs post casum nullus pœnitentiæ locus relictus fuerit. De hominum casu hic tantum nobis pertractandum est, quibus post lapsum ex Dei benignitate adhuc resurgendi spes affulget.

Nec tamen hic communem omnium hominum lapsum, vel singulorum casus, aut peccata, quæ primum illud sequuta sunt, discutienda amplectimur: sed eorum duntaxat hominum casus explicandos suscepimus, qui ab hominum vulgo diuina vocatione semoti, perfectius Religiosæ vitæ genus sub Regularis disciplinæ forma institutum profitentur. Quibus haud incommode aptari possunt priora illa Isaiæ verba, quibus Angelorum casum describit: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? Siue enim Luciferum sidus illud diei nuncium accipiamus, siue supremum illum olim Angelum, nunc Cacodæmonem, qui Lucifer nuncupatur, interpretemur: vtrumque Religiosi hominis casum summis lacrymis deflendum animo contemplanti nobis obijcit.

Quid enim Religiosæ vitæ statum (si priorem sensum prosequi libet) magis apud Scripturas commendat quam ipsum fulgentis syderis, seu Luciferi nomen? Equidem Apostolos Religiosam vitam professos, ac Religiosorum institutores fuisse, testis est Matthæus, cùm Petrum
Matth. 19. omnium Apostolorum nomine dixisse commemorat: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te; Hæc enim verba sunt, vt ait D. Bernardus in declamat. quæ voluntariam persuasere hominibus paupertatem, ac Monachis claustra, & deserta Anachoretis repleuere: eos tamen Christum præclaro illo titulo exornasse nemo ignorat, vt non tam sydera, quam or-
Matth. 5. bis lucem apud Matthæum appellauerit: Vos estis lux mundi, atque eos vsque adeo, syderum instar, operum fulgore emicare voluit, vt præclara quoque virtutum exempla velut lucem in alios effunderent: Sic luceat, inquit, lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Hoc plane ipsum, & Regularis vitæ professoribus à Christo demandatum opus minime dubium; vt qui Apostolicam vitam, & institutionem profitentur, sydera, ac Luciferi [illegible] ferentes Orbem clarissimis virtutum fulgoribus illustrent, ac cælestis gratiæ diem hominibus annuncient.

At si forte acciderit, vt qui ad sublimem Religionis statum euectus est, in aliquod graue crimen prolabatur, eidem non sine lacrymis illud dici potest: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Eo siquidem [illegible] Christianum Luciferum [illegible] sydus obte-

dus obtenebratur, ac cœlestis Religionis professor velut Apocalypsea illa stella quam è cœlo cadentem olim Ioannes conspexit, è Religiosæ perfectionis æthere delapsus in iminam culpæ denuditur: ita vt qui nunc per vigilantissima virtutum studia, ac Regularis obseruantiæ lumen sibi, & alijs oriebatur, post occasum extincto gratiæ lumine, in peccatorum cœno volutetur.

Si verò iuxta alterum sensum Luciferum præcellentem illum quondam Angelum exponamus, profectò haud dissentaneum erit, Angelicum Religiosorum statum eo significari; cùm Religiosum virum nihil minùs, quàm carneum Angelum esse deceat, quem Angelica mentis puritate, Angelicis studijs, Angelicis moribus Angelica conuersatione, Angelica denique vita ornatum esse oportet, vt Angelicum & Euangelicum in eo hominem statum commendet. Is verò cùm primùm ab Angelica hac vitæ institutione excidit protinus in Dæmonem degenerat hoc ipso Saluatore de Iuda attestante, qui vix ab Apostolicæ vitæ fastigio lapsus est, statim à Christo audiuit: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus est? Quod etiam Augustinus confirmat contra Donatistas his verbis. Sicut difficile expertus sum meliores, quam qui in Monasterio profecerunt: ita non sum deteriores expertus, quàm qui in Monasterio ceciderunt.

Ioan. 6.
Augustinus cont. Donatist.

Neque tamen mirandum est, Regularis disciplinæ professores interdum è sublimi Religionis statu corruere, & in grauiora crimina nonnunquam prolabi. Id enim, & humana fert imbecillitas, & non rarò hoc ipsum ex arcano Dei consilio nonnullis contingit, ne plus æquo erigantur; sed cum timore, & tremore, iuxta Apostoli consilium, propriam salutem operentur. Qui enim nubes sibi attingere videbantur, ac se in tuto positos existimabant, mox in terram prolapsi casum timere discunt, nec non meritas suæ elationis pœnas luunt. Porrò si inter Angelos, qui præstantiori natura præditi sunt, Deus prauitatem reperit, cùm ex his non pauci è cœlo deciderint: atque in tam exiguo duodecim Apostolorum numero vnus Diabolus inuentus est; quid de hominibus, qui velut vasa vitrea, ac testea inuicem angustias patiuntur, iudicandum erit? Aut cur in tanta perfectorum virorum multitudine, vnum aut alterum à Regula excessisse admirabimur? Num immobilem, ac perpetuam nobis solis in eodem semper gratiæ, ac diuinæ amicitiæ statu constantiam pollicebimur? Hinc sapienter D. Augustinus Donatistis respondet: Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo tamen sum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quàm Arca Noë, vbi tantùm inter octo homines vnus reprobus inuentus est. Aut melior sit, quàm domus Abrahæ, cui dictum est: Ejice ancillam & filium eius. Aut melior sit, quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est; Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Aut melior sit, quàm domus ipsius Iacob, vbi lectum Patris Filius incestauit. Aut melior sit, quàm domus ipsius Dauid, cuius filius cum sorore concubuit. Aut melior, quàm cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen, si inter omnes bonos habitaret, non diceret, foris pugnæ, intus timores. Aut melior, quam cohabitatio ipsius Christi, in qua vndecim boni perfidum, & furem Iudam tolerauerunt. Aut melior sit postremò, quàm cœlum, vnde Angeli ceciderunt.

Augustinus contra Donatist.

Quòd si Augustinus id de sui instituti viris iudicauit, quid miramur, quòd cæteris quoque aliarum familiarum alumnis id interdum accidat, quod & Angelis, & Apostolis olim accidisse exploratum est: atque ij nonnunquam in grauiora peccata ruant quæ maiorem superiorum diligentiam, ac prouidentiam exigunt, ne illorum familiaritas, ac consuetudo grauem cæteris perniciem, ac damnum ferat.

Atque inde Casuum reseruatio orta est (quod postremò est explicandum:) Nam cùm quædam grauiora crimina reperiantur, quæ præclarum Religionis statum labefactant, & corrumpunt; nec non Regularis obseruantiæ professores ab instituto Euangelicæ perfectionis gradu reuocant: ij quibus cuiuslibet Religiosæ Reipublicæ curandæ prouincia demandata

est.

est, in eo maximè laborare debent, vt optimum Religionis statum sartatectum seruent, & paulatim [illegible] vitiorum semina (quoad rectè fieri potest) euellant. Eò fit, vt grauiora huiusmodi [illegible] absoluenda reseruent: quo ijs grauiores pœnas taxent, peccatis sui vultū [illegible] ope, & auxilio [illegible] omnibus ferant, & tandem facinus perditos homines, si qui sint, horum reseruatione, quasi fræno ab ijs perpetrandis coërceant.

Quamquam enim quilibet Sacerdos simul atque sacri Sacerdotij ordine insignitus est, potestatem ad remittenda quælibet peccata accipiat, illius tamen vsum in vllum priùs exercere non potest, quam iurisdictionis potestatem à legitimo Superiore assequutus fuerit, qui eam potestatem (quandoquidem ad iurisdictionem spectat) in cæteris quidem peccatis liberam extendere, in quibusdam verò contrahere potest: nisi à Superiore potestate prohibeatur. Atque inde Casuum, ac peccatorum reseruatio ortum habet, quæ tam à diuino, quàm à positiuo iure commendatur. A diuino quidem, vt perspicuum est Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: *ac prætereà* Luc. 10. Qui vos audit, me audit. *A positiuo verò Ecclesiæ, quæ cùm totam iurisdictionis potestatem in Christi oues in Summo Pontifice acceperit, hanc Ordinum rectoribus confert; quam fel. mem. Clemens VIII. Pontif. Max. non pridem Apostolico decreto communiuit, ac Regulis nonnullis conclusit, vt in tractatu explicabimus.*

Ioan. 20.

Luc. 10.


De his ergo casibus, qui apud Regulares reseruantur, (Deo fauente) hic noster tractatus erit, eo planè consilio à nobis compactus, non vt cum hæreticis, qui non tam casuum reseruationem quàm ipsum pœnitentiæ Sacramentum negant, manum consererem; aut ex Catholicis vnum aut alterum redarguerem, qui Casuum reseruationem potestatis abusum vocant, quos satis temeritatis arguit Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. Can. 11. sed vt nonnihil commodi ijs adferrem qui cùm audiendarū confessionum oneri incumbunt, atque eis per otium non vacat, aut Canonica iura, aut grauiores Auctores, qui hoc argumentum multis pertractant, reuoluere, libellum præ manibus habere possint, quo familiariter vtantur.

Durandus in 4. dist. 17. q. 15.

Concil. Trident. sess. 14 c. 7. Can. 11.

Vniuersum porrò hunc tractatum, quò clariùs ab omnibus intelligatur, in duas partes diuidimus. Prima ea complectitur, quæ ad personas pertinent, ad quas Casuum, vel reseruatio, vel absolutio spectat: quapropter ea tres Sectiones continet: in quarum prima de ijs omnibus agitur, quæ circa Casuum reseruationem à Superioribus obseruari debent. In secunda de ijs, quæ in Casuum reseruatorum absolutione Confessarij præstare debent. In tertia de ijs, quæ ad pœnitentes casu aliquo reseruato irretitos instruendos spectant.

Altera verò pars Casuum reseruatorum, qui in Decreto Clementis VIII. præscribuntur, tantummodò declarationem continet. Omnia verò S. R. E. Iudicio submissa sunto.



INDEX
ARTICVLORVM, ET DVBIORVM, QVAE IN PRIMA PARTE TRACTANTVR.


SECTIO PRIMA.

SECTIO II.

SECTIO III.

XIV. An

XIV. An Nouitij teneantur ad se præsentandum.
XV. An Religiosi iuuenes teneantur confiteri Superiori domus.
XVI. An Religiosi possint ad libitum mutare confessarium, absq; licentia.
XVII. An si id faciant, licitè absoluantur. An sic absolutus valeat absolutio.



INDEX CASVVM, ATQVE DVBIORVM, QVAE IN SEcunda parte tractantur.

I.

DE veneficijs, incantationibus, & sortilegijs.

II. De apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento. An liceat deferre habitum coopertum. An liceat exire de Religione ad subueniendum parentibus? An liceat Religioso egredi de sua Religione, & aliam intrare.

III. Nocturna è Monasterio, seu Conuentu egressio etiam non animo apostatandi facta. An fugiens sæuitiam Superioris, dicatur Apostata, & incidat in casum reseruatum.

IV. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. An qualibet proprietas sit peccatum mortale. Quænam proprietas constituat peccatū mortale. An quodlibet præceptum Regulæ S. Francisci sit votum. Quanta debeat esse proprietas, vt sit peccatum mortale.

V. Iuramentum falsum in iudicio regulari, & legitimo. An qui vi tormentorum confessus fuerit falsum de se, peccauerit?

VI. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto. Vtrū censeri debeat homicida, si dubitauerit de fœtus animatione.

VII. Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterij, aut Conuentus.

VIII. Casus, furtum de rebus Monasterii, aut Cōuentus, in ea quantitate, quæ sit peccatū mortale. Quæ quantitas faciat peccatum mortale. Vtrum incidat in excommunicationem qui furatur res sacras, aut Ecclesiæ. An liceat furari intuitu pietatis.

IX. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. Vtrum qui cogitat turpia aduertenter, & se delectans in illis, in pollutionem labitur, incidat in casum reseruatum. Vtrum cubans cum alio, deuenit ad actum propinquum operis ex[...]endi, & cum sentiret se semen emissurum, disiunxit se, & extra vas seminauit, incurrat in peccatum reseruatum. Vtrum Sodomita patiens incidat in hunc casum.

X. Casus, occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ. Vtrum associans & adiuuans, ex qua associatione, ac adiutorio alter commisit homicidium, incidat in casum reseruatum. Vtrum qui mortem aliter euitare non potest, nisi occidendo, incurrat in casum reseruatum. Vtrum percutiens Nouitium incurrat in casum reseruatum. Vtrum Prælatus, qui ita in correctione excessit in subditum, vt inde mors secuta sit, incurrerit casum reseruatum. Quidnam facere debent Religiosi, quando ad inuicem se percutiunt. Dubitatur de absolutione fratrum, qui se mutuò percusserunt in Claustro. Vtrum Superior possit absolui à subdito, quando alium subditum percusserit. Quid faciendum, quando Religiosi diuersi ordinis se percutiunt. Vtrum qui semetipsum vulnerauerit, incurrat casum reseruatum.

XI. Casus, malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum, à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. Vtrum aperiens, & non legens, incidat in hunc casum.

INDEX AVCTORVM IN TOTO HOC TRACTATV CITATORVM.

DECRE.

DECRETVM SANCTISSIMI DOMINI nostri Papæ Clem. VIII. super casuum reseruatione, ab omnibus Regularium Superioribus obseruandum.



Anctissimus Dominus noster, qui iam pridem accuratè perpendit, & re ipsa comperit, quod reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderate illa vtantur, nonnullos inferiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem. I.

Quocirca, vt huic malo Sanctitas sua opportunè prouideret, decreuit vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint. II.

1. Veneficia, incantationes, sortilegia.

2. Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio.

3. Nocturna, & furtiua e Monasterio seu Conuentu egressio, etiam, non animo apostatandi facta.

4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

5. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

6. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum etiam effectu non secuto.

7. Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterij, aut Conuentus.

8. Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus, in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

9. Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.

10. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ.

11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur; id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura discussione, & consensu.

Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet spontè, aut proprio motu id ab ipsis petierint. III.

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios, pro subdi- IV.

 torum

torum numero maiori, vel minori: ij qui sint docti, prudentes, charitate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant: & quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis confessarius iudicauerit.

Tam Superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur. V.

Liceat tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis a Confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij etiam Generalis decretis: nec non consuetudinibus ab immemorabili etiam tempore obseruatis: aut regulis in Generalibus seu Prouincialibus Capitulis editis, statutis, & constitutionibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis priuilegijs, indultis & concessionibus quibuscunque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit: ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, die 26. Maij, 1593.

VI.
VII.
VIII.

Andreas Sorbolongus Secretarius Visitationum.



PRIMA AE



PRIMÆ PARTIS
SECTIO PRIMA:

In qua tractatur de pertinentibus ad Prælatos, continens articulos 25.

ARTICVLVS PRIMVS.

Concil. Trident.



N Prælati possint sibi reseruare casus? Respondeo quòd sic: est enim definitum in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 7. cuius hæc sunt verba: *Magnopere verò Sanctissimis Patribus nostris visum est, vt atrociora quædam, & grauiora crimina, non à quibusuis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus absoluerentur. Vnde meritò Pontifices maximi pro suprema potestate sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo poterunt peculiari iudicio reseruare.* Et in can. 11. sic habetur: *Si quis dixerit, Episcopos non habere ius reseruandi sibi casus, nisi quò ad externam politiam, atque ideo casuum reseruationem non prohibere, quominus sacerdos à reseruatis verè absoluat, anathema sit.* Ex quibus verbis sequitur.

Pontifex Summus potest sibi reseruare casus respectu omnium.

PRIMO, quòd Pontifex summus possit sibi reseruare casus respectu omniũ, siue sint Episcopi, siue alij quicunque Prælati: quod est certum de fide ex vsu Ecclesiæ, & ex suprema potestate Summi Pontificis. Et ratio est, quia omnis iurisdictio, quæ est in Ecclesia, tam ordinaria, quàm delegata, manat à Summo Pontifice.

Episcopus potest reseruare sibi casus circa suos subditos.

SECVNDO sequitur, posse Episcopum respectu Parochorum sibi subditorum reseruare casus: hoc constat ex vsu Ecclesiæ, & ex Concilio Tridentino vbi supra.

TERTIO sequitur, alios, qui in Ecclesia habent iurisdictionem ordinariam similem, seu proportionatam Episcopali, posse etiam reseruare sibi casus respectu suorum subditorum: hoc constat ex vsu Ecclesiæ, & vltimo ex Decreto Clemen. VIII. posito in principio.

Delegati possunt sibi reseruare casus respectiuè.

QVARTO sequitur, delegatos posse etiam id facere: sed iuxta tenorem delegationis eis datæ, & non ad libitum: ratio est, quia iurisdictio necessaria in Sacramento Pœnitentiæ manat à Superioribus Ecclesiæ Prælatis ad inferiores ministros, & ideo potest iuxta illorum arbitrium esse magis, & minus limitata. Vnde generaliter hæc potestas, delegandi sc. est in his, qui habent ordinariam iurisdictionem: & cum delegatio sit voluntaria, sicut potest omninò non fieri; ita etiam potest tantum ex parte fieri, id est, circa quasdam causas, & non circa alias: quæ proinde reseruatæ manent: ille enim, cui delegatur iurisdictio, ex se non habet ius ad illas, & ab alio libere datur, vnde fit vt maior, & minor possit dari voluntariè.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Prelati Religionũ [illegible] suis subditos habent iurisdictionem quasi Episcopalem.

QVO [illegible] *respõsio* [illegible] Regularium [illegible] [illegible] omnium q[illegible] *recepta,* & [illegible] Cle[illegible] [illegible] quam Cardin[illegible] [illegible], dicens, eam [illegible] ordine, & quod ipse [illegible] *superioris* [illegible] *col* [illegible] quòd [illegible] P[illegible] [illegible] quam [illegible] ordine, pos[illegible] [illegible] in subditos [illegible], quæ Episcopi in [illegible]: Vide Nauar. *lib.* 5. *consil.* 13. [illegible] ait, posse Prælatos Regularium [illegible] excommunicare [illegible] *cap. transf.* & *cap.* [illegible] *de off. ord.* Suarez [illegible] *tom.* [illegible] *sectio.* 2. [illegible] s. ait, de [illegible] autem Prælatis [illegible] iurisdictionem Episcopalem habentibus, vt sunt [illegible] exempti, & [illegible] *n.* 6. refert velle Congregationis Cle[illegible]: Sed in hoc [illegible] non comprehenduntur [illegible] habentes iurisdictionem ordinariam, & [illegible] quasi Episcopalem, sed [illegible]. *Et tamen* [illegible] esse dicendum, de Prælatis Regularium respectu suorum subditorum, qui [illegible] Episcopi, [illegible] iurisdictionem, quasi Episcopalem. [illegible] *in principio*, [illegible] Generales, & Provinciales [illegible] plenariam iurisdictionem [illegible] suos subditos. Idem iam tenet Rodriquez [illegible] summa, *tom* 1. *cap.* 19. *num.* 3. [illegible], & Provinciales, quasi [illegible] Episcopalem, [illegible] quasi Episcopi [illegible] eamdem potestatem [illegible] [illegible], cum sint [illegible] *cap.* & *si Cleric.* §. *de adulter. num.* 13. *de iudi-cijs.* Quod [illegible] Rodriquez, vt in *tom.* 1. *qq. regular.* dicat, sicut hæreti-

Cardin.

Nauar.

Prel. Reg. possunt [illegible] suos subditos.

Suarez.

Rodriquez.

[illegible]

can[illegible] dicentes, Episcopos non posse sibi reseruare casus in foro interiori; ita etiam hæretici [illegible] videntur negantes istam authoritatem Prælatis Regularium. Quæ omnia congessimus propterea, quia vel negant vel dubitant de hac iurisdictione quasi Episcopali Prælatorum Regularium erga suos subditos.

ARTICVLVS III.

AN [illegible] *prædicta competat Prælatis* [illegible], *vel* [illegible]? Respondet [illegible] Rodriquez [illegible] *tom. qq. reg.* [illegible] *art.* 2. [illegible] Episcopali [illegible] non cum ad [illegible] Summum Pontificem spectet verum Religionem approbare, vt [illegible] Theologi, & tradit [illegible] 2. *conf.* 1. *art.* 1. *dub.* [illegible] *concl.* [illegible] Pontifex [illegible] potestatem Prælatis [illegible] ad eam gubernandam, vt [illegible] Theologi probant relati à Bannes vbi supra [illegible].

Rodriquez. Ad Summũ Pont. item spectat Religionem approbare.

Bannes.

Iure diuino conuenit potestas Prælatis, vt sibi reseruent casus.

Alij vero [illegible] Theologi addunt, quod [illegible] iure diuino conueniat potestas [illegible] extensiori Prælatis Regularium [illegible] Medina *in lib. de* [illegible] *c.* 24. [illegible] docti [illegible], nullus [illegible] sed possunt citari Sotus [illegible] *quæst.* 5. *art.* 1. Rodriquez, [illegible] vbi supra, & *alij.* Sed [illegible]

Medina.

Sotus.

Rodriquez.

Suarez.

PRIMO, quia potestas iurisdictionis, quæ [illegible] illis verbis Matth. 9. *Dic Ecclesiæ.* [illegible] *Ecclesiam non audierit &c.* Est potestas Prælatorum, nam per (*Ecclesiam*) eo loco Prælati intelliguntur secundum communem interpretationem, præcipue vero Chrysostomi. At Prælati Regularium sunt vere Prælati, vt [illegible] in [illegible] culo: ergo iure diuino habent potestatem & iurisdictionem.

Chrysost.

SECVNDO, quando Christus dixit Matt. 18. *Quæcumque solueritis super terram, &c.* non solum locutus est cum Apostolis,

sed

sed etiam cum omnibus Prælatis, vt Doctissimus Roffensis ait *in art. 2. contra Lutherum.* tradens illis iurisdictionem in vtroque foro, vt insinuat Sotus *in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1.* 2, vel in foro exteriori tantum, vt asserit Turrecremata *lib. 2. cap. 27.* ergo cum præfecti Religionum sint Prælati, illis data est potestas iurisdictionis iure diuino.

Roffensis. *Sotus.* *Turrecr.*

TERTIO, Episcopi habent potestatem iurisdictionis extra Sacramentum immediatè à iure diuino, vt probant Victoria *de potestat. Eccles. quæstion. 2. num. 28.* Castro *lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 24.* & contra hæret. *verbo Episcopus,* & Sotus *lib. 10. de iust. & iur. quæst. 1. artic. 4.* Sed Præfecti Religionum Generales, & Prouinciales sunt similes quò ad iurisdictionem ipsis Episcopis, vt in præcedenti articulo probatum est; ergo Prælati Religionum habent suam potestatem immediatè à CHRISTO sicut & illi.

Castro. *Sotus.*

Prælati tria possunt sibi reseruare; personas, tempus & crimina.

Hic autem notandum est, quod Prælati omnes in vniuersum tria possunt sibi reseruare.

PRIMO, personas quasdam, puta camptores, & mercatores: quod etsi non videatur in vsu fieri, tamen potest, non tantùm respectu curatorum, cùm curati sint iudices ordinarij fori interioris suorum parochianorum: & ratio est, quia ad effectum ligandi, atque soluendi requiritur tum potestas clauium, quæ datur in recipiendo ordinem, tum materia debita, scilicet subditus, qui habetur ex iurisdictione. Hæc autem iurisdictio vel est ordinaria, & eo ipso, quo quis admissus est ad parochiale beneficium, effectus est confessor, vt habetur in Concilio Tridentino: vel est delegata, sicut ille, cui committit Episcopus hanc potestatem: quare sicut potest committere in totum, ita illam limitare, vt scilicet audiant omnes, excepto tali genere personarum.

SECVNDO, possunt reseruare tempus, scilicet exceptuando aliquas festiuitates, vel dando eis delegationem ad tempus, ad annum, ad semestrem. Dixi (delegationem) nam hic non est sermo de Curatis, qui perpetuam habeat authoritatem, sed delegatis, quibus potest limitari tempus.

TERTIO, possunt & debent Prælati reseruare sibi crimina quædam grauiora, & atrociora. & hæc tam respectu delegatorum, quàm etiam curatorum, *vt tenet glossa in Clement. dudum de sepult. & glossa in cap. 2. de pœnitent. & remission. vbi Francus num. 10. dixit,* quòd ordinaria potestas Sacerdotum curatorum concessa eis à iure communi, potest per Episcopum arctari, & restringi quo ad absolutionem: nam sicut secundum ius naturæ, & diuinum periculosiores infirmitates doctiori, & peritiori medico reseruandæ sunt ad curam; ita maiora, & atrociora crimina reseruanda sunt Episcopis.

ARTICVLVS IV.

AN omnes Prælati Religionum possint sibi reseruare casus? Respondeo, quòd ante Decretum Clement. VIII. licebat omnibus Prælatis, etiam Guardianis, vt constat ex priuilegio Alexand. VI. & pariter poterant ad libitum reseruare sibi casus; nunc autem limitata est facultas, tum quò ad personas, tum etiam quò ad casus: nam quò ad personas, Guardiani simpliciter non possunt reseruare casus, quia ante Decretum de iure eis non competebat, & post Decretum apud eos remanet facultas reseruandi, apud quos ante Decretum de iure erat talis facultas: & quantum ad Prouinciales & Generales, possunt, sed eo modo, quo ponit Decretum, nempè vt pro toto Ordine Generalis id faciat in Capitulo Generali, cum consensu vocalium ibi pro electione facienda congregatorum: & pro Prouincia Prouincialis in Capitulo Prouinciali, cum eiusmodi consensu vocalium: hæc sunt verba Decreti: *Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione: aut pro conscientiæ puritate reseruandum vid. Litur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in*

Ante Decretum omnes Prælati poterant sibi reseruare casus. *Post Decretum limitata est potestas.*

tota ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discußione & consensu.

Quoad casus verò, etiam est limitata facultas: nam solùm illos possunt reseruare, quos ponit Decretum, vel omnes, vel aliquos, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

Ex quibus verbis colligitur, non relinqui potestatem Superioribus Religionis, vt pro aliquo particulari Conuentu casum aliquem reseruent: sed tantùm pro tota Religione, & tunc (vt dictum est) potestas non conceditur Generali, aut Prouinciali de per se, sed cum consensu Capituli Generalis, aut prouincialis. nihilominus existimo cum Suarez, si ad bonum regimen alicuius Monasterij, seu Conuentus expediret specialiter in eo aliquem casum reseruare; posse superiorem cum consensu Capituli Prouincialis huiusmodi casum, vel casus reseruare, quia Pontifex ibi non præscribit, vt peccatum necessariò reseruandum sit pro tota Religione, aut tota Prouincia: sed solùm ait, si peccatum aliquod graue pro Religionis conseruatione, aut conscientiæ puritate, reseruandum videbitur. Potest autem pertinere ad conscientiæ puritatem, vt in vno loco fiat reseruatio, quamuis non fiat in alio, vt, verbi gratia, si locus fuerit expositus maioribus periculis, & ideo necessarium sit aliquid in eo seueriùs præcipi, & obseruari: requiritur autem tunc consensus Capituli Prouincialis, quia Summmus Pontifex nec soli personæ alicuius Superioris, nec soli Capitulo vnius domus, seu Conuentus hanc potestatem committit.

ARTICVLVS V.

AN talis reseruatio posit fieri indifferenter de omnibus peccatis? Respondeo, quod circa hoc simpliciter responsio est negatiua: nam quantum ad numerum casuum, seu quantum ad casus ipsos, non possunt reseruari, nisi illi casus, qui in Decreto ponuntur, vel omnes, vel aliqui: prout magis expedire videbitur: & quantum ad circumstantias casuum, qui reseruandi erunt, hæc sunt notanda. *Casuum reseruatio non potest fieri indifferenter.*

PRIMO, quod reseruatio est medicina quædam, tum pro Religione, tum pro Religioso: & pro Religione est medicina præseruatiua: nam multi si non virtutis amore, saltem ex hoc retardantur, ne talia peccata committant, quia scilicet sunt reseruata: vnde rectè possumus dicere, quòd casus reseruati sunt sepes Religionis: pro Religioso verò sunt medicina curatiua. *Reseruatio casuum est medicina præseruatiua & curatiua.*

Quando ergo reseruatur casus, hoc non solùm fit, vt superior cognoscat suas oues, sed etiam, quia in magnis morbis peritiores medici adhibentur: & quia superiores præsumuntur esse peritiores, & prudentiores; propterea ad ipsos recurrendum est pro remedio, & medicina. Cuius optima figura fuit id, quod consuluit Iethro Moysi, vt scilicet constitueret super populum Tribunos, qui iudicarent populum omni tempore, & subdit: *Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent.* & infra: *Constituit eos Principes qui iudicabant plebem omni tempore. quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes.* Et sic ad propositum, confessarij ordinarij, & deputati ordinarios casus, & peccata diiudicant: maiores verò, & atrociores, qui reseruati sunt, ad superiores referre necesse est. *Exod.*

Ex

Ex hoc infero, quòd in talibus sic attendendum est ad remedium pro Religione, vt cum hoc attendatur etiam ad infirmitatem Religiosi, ne scilicet, ob difficultatem magnam, seu rigiditatem nimiam superioris despiciet infirmus, iuxta illud Prouerbiorum: *Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.*

Prouerb.

SECVNDO, est notandum, quòd casus reseruatus debet esse certus, non dubius, seu æquiuocus: vnde Emanuel Sa in suis Aphorismis titulo, Casus, ait: *Casus in dubio non præsumetur reseruatus.* Cui adeo, quòd Casus non expressus in textu Decreti, habetur pro omisso, & casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis. *l si cùm dotem. ff. solu. matr. in principio.* Hinc est, quod si aliquis casus potest habere plures significationes, vnam propriam, & alteram impropriam, quòd debet assumi propria, & omitti impropria.

Casus reseruatus debet esse certus.

Attamen verum est, quòd quando Confessarius dubitat, an id, quod proponitur, sit casus reseruatus, non priùs absoluere, & iudicare esse reseruatum, debet & non absoluere, quam ipse resoluat se, vel legendo per se libros, qui casus conscientiæ tractant, vel doctiores consulendo, alias enim peccaret vel exponendo se periculo absoluendi illum, quem non potest absoluere ex defectu iurisdictionis, quando iudicat non reseruatum, cùm sit reseruatum: vel exponens se periculo iniiciendi alteri scrupulum, & saltem opinionem, iudicando esse reseruatum, cùm non sit reseruatum, sicut *in capite, Si quis autem, de pœnitentia, distinctione septima, numero ducentesimo septuagesimo.* dixit in simili Nauarrus, peccare iudicem, qui in dubio fert sententiam, antequam animi dubietatem deponat.

Nauarrus.

TERTIO, notandum est, & sequitur iam ex dictis, scilicet, quod illi tantùm dicuntur casus reseruati, qui secundùm iuris dispositionem seruata proprietate vocabuli comprehenduntur in litera; & non per extensionem Doctorum, cùm reseruatio sit odiosa, & vt ita dicam, pœnalis ad instar statuti, & consequenter pœnæ sunt restringendæ, iuxta regul. iuris: *Odia sunt restringenda, fauores sunt ampliandi. de regul. iur. in 6.* vt tantum in [illegible] habeat locum ius verborum.

In casibus reseruatis seruanda est proprietas vocabuli, nō extensio.

QVARTO, notandum, quòd reseruatio casuum debet fieri de actibus exterioribus cum effectu, & non de interioribus. sic Palud. vnde homicidium est casus Episcopo reseruatus, & tamen illud cordis non reseruatur Episcopo: cuius ea assignatur ratio, quia sicut Ecclesia non cognoscit de actionibus, quæ in solo intellectu sunt, aut voluntate, cùm solus DEVS sit scrutator cordis; ita etiam non punit. *Anton. Tabul. Sylu.*

Casuum reseruatio debet fieri de actibus exterioribus.

Hinc primò infertur, quòd non potest fieri reseruatio de peccatis merè interioribus, id est, de his, quæ in opus externum non exeunt per se, neque per accidens, vt dicunt Theologi: qualis est omnis consensus, & delectatio voluntatis de malo mortaliter, vt consensus in turpem fornicationem: quia in Doctrina morali Theologica id dicitur posse, quod iure fieri potest, & è contra, id non posse fieri, quod ritè & legitimè non fit: & cùm reseruatio interiorum actuum numquam cedat in commodum animarum, & multoties in damnum, quia multa essent dubia, & dubia inextricabilia. & quod Ecclesia non fecit huc vsque, etiam in grauissimo merè mentali, incongruum est, vt aliquis alius faciat. Vnde Sotus tractans de hoc, ait, respondeo duo: Primùm loquendo de absoluta potestate, reseruari quidem posse (scilicet peccata interiora mentis) quia illud non est iurisdictionem exercere in actus mentis, sed illam non alteri

De peccatis merè interioribus non potest fieri reseruatio.

Sotus.

teri conferre: nihilominus secundo dicimº, quòd esset error illa reseruare, quia peccata cordis sunt tùm frequentissima, tùm etiam occultissima, vt vix homo secum discernere possit, consenserit necne? Et ideo intollerabile est cum huiusmodi scrupulis ad Papam, vel ad alios superiores recurrere: quamquam opinio quorundam Canonistarum dicentium hæresim mentalem esse reseruatam Papæ, & excommunicationi subiectam, falsissima est, & inopinabilis: *Sic Sotus, quem sequuntur omnes.*

Hinc sub casu de homicidio Episcopo reseruato non comprehenditur mandans fieri homicidium, quia intelligitur casus de homicidio exteriori cum effectu à se, & non ab alio. Nec obstat textus *in capit. mulieres in fine. de sentent. excommun.* quia ille textus loquitur quò ad peccatum mortale, & sic quò ad finem conscientiæ, vbi magis consideratur animus; quam factum; at in casu verè ille non facit; ergo non incidit in casum.

Attentās, & non consummans actū, nō comprehenditur in casu reseruato Ioan. Andr. Infertur etiam, quòd nullus comprehendatur sub casu reseruato, attentans aliquem actum, nisi ad consummationem deueniat, iuxta doctrinam Ioannis Andreæ, qui voluit, quòd nemo incidit in pœnam, quæ ipso iure delinquenti pro delicto infligitur, si id delictum cogitauit, aut aliquid egit attentando, sed non consummauit, etiam si per ipsum non stetit. Quod intellige quantùm ad pœnam legis positiuæ, quia quò ad Deum, iam mortaliter peccauit: nam egit contra conscientiam. Et Geminianus *in cap. vnico. §. fin. num 3. quòd metus causa in 6. cum glossa in verbo (extorsit)* vbi habetur, quòd quando lex imponit pœnam actui perfecto, non incurritur talis pœna, licèt quis fecerit præambula actus: si ipsum actum non consummauit: pro hoc vide Baldum, qui consuluit, quod statutum puniens adulterium, non militat in eo, qui attentauit, & fecit quod potuit. *Geminianus*

Circa mortalia tantū, Ad hæc addo, quod casus intelliguntur reseruati de peccatis mortalibus, seu in materia, quæ contrahit mortale peccatum, & non circa venialia: nam nullo modo venialia possunt esse materia reseruationis, cùm quis non cogatur ea confiteri. *non venialia fit reseruatio.*

Et nec de quibuscunq; mortalibus debet fieri reseruatio, sed de grauioribus, ac atrocioribus, prout præcipit, & ordinat sacrum Concil. Trident. in sess. 14. capite septimo, vbi habetur *(atrociora quædam, & grauiora crimina)* ergo non debent quælibet mortalia reseruari: nam ex hoc venit postea contemptus, & præsentatio redditur, plus quàm est odiosa apud quosdam. Facit ad hoc id, quod decreuit Congregatio S. R. E. Cardinalium in die nono mensis Ian. 1601. in hæc verba. *Et ne locorum Ordinarij, quibus ius reseruandorum casuum competit, plurium, quàm opus sit, reseruatione, subditis, aut Confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi; monentur omnes, vt paucos, eosque tantùm, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem, pro cuiusuis diœcesis statu, & qualitate necessariò reseruandos esse iudicauerint, reseruent.* *De mortalibus grauioribus fit reseruatio. Concil. Trid. Sacra Congregatio Cardinaliū.*

ARTICVLVS VI.

AN *Superiores Religionum possint sibi reseruare absolutionem ab excommunicatione à se lata?* Respondeo, quòd hæc difficultas rationabiliter fit propter Decretum Clement. VIII. qui videtur id prohibere: Vnde pro parte negatiua videtur id nō posse fieri sine consensu Capituli Prouincialis, quia omnis casuum reseruatio est Superioribus interdicta, nisi eo modo, quo in articulo tertio explicuimus: Et hic reseruatur absolutio ab excommunicatione, quod videtur esse contra Pontificis intentionem. Suarez verò licet dicat, quòd positio ista supradicta sit virorum Doctorum, ipse nihilominus oppositum censet probabilius, nimirùm hanc potestatem non esse ablatam Prælatis Regularium, quia decretū Clementis VIII. expresse loquitur de reseruatione culparum: verba decreti sunt: Ne- *Suarez. Superior potest sibi reseruare absolutionem ab excommunicatione.*

nio

mo ex regularium Superioribus peccatorum absolutionem sibi reseruet, exceptis ijs, &c. In casu autem posito non reseruatur peccati absolutio, sed cēsuræ, quæ longè diuersa est, & ad diuersum forū, & iurisdictionem spectat: nec satis est, quòd per se loquendo, non potest dari absolutio à peccato non ablata censura; hoc enim accidentarium est: nam sufficit, quòd non sint idem, vt ab vna ad aliā non sit prohibitio extendenda, præsertim cùm respectu Superiorum sit onerosa, & vsum iurisdictionis restringens.

Hæc doctrina Suarez vera est, & benè fundata; nihilominus in quodam Capitulo generali nostræ Religionis Romæ celebrato, & in quo ipsemet fui vocalis, fuit propositum tale dubium, & resolutum fuit à Diffinitorio, prout retulit, & publicauit tūc admodum R. P. F. Anselmus Monopolitanus Magister meus (postea Illustrissimus Cardinalis) quòd licèt Superior posit hoc facere, & sic præcipere, nihilominus Capitulum Generale id prohibet facere.

Ex qua determinatione remanet soluta quęstio proposita, scil. quòd licèt Superior possit sic præcipere, & præcipiendo tenet reseruatio: nihilomin⁹ nō debet reseruare talē absolutionē. Vnde consulerē ego, vt in Capitulo, vel Generali, vel Prouinciali determinaretur, vt Superiores possint in aliquib. casibus grauioribus liberè reseruare absolutionem ab excommunicatione a se lata.

ARTICVLVS VII.

QVæritur, *apud quosnam resideat facultas absoluendi à casibus reseruatis?* Respondeo, quod circa hanc difficultatem non defuerunt, qui putauere, absolutionem a casib. reseruatis ad Guardianos pertinere, eò quod in Decreto dicitur (vt aiebant) *Superiores locorum*: tales enim sunt Priores, Rectores, Guardiani, & similes; sed falsa est hæc sententia: nam in primis in Decreto non repeRiuntur talia verba (*Superiores locorum*) sed reperiuntur benè hæc (*Superiores Regularium*) Deinde dicimus, ad eos pertinere absolutionem à casibus reseruatis, ad quos pertinet reseruare casus, eius enim est soluere, cuius est ligare: porro si ligare non pertinet ad Guardianos, vt visum est supra: sed ad solos Prouinciales cum cōsensu Capituli Prouincialis, & ad Generales cum consensu Capituli Generalis; sequitur, quòd apud ipsos resideat facultas absoluendi à casibus reseruatis.

Reseruatio ad illos pertinet, ad quos anni [marginal note]

Decretum de iure pertinebat. [marginal note]

Sorbus. [marginal note]

Vnde Pater Sorbus in suis annotationib. ad Compendium Priuilegiorum, ait, sibi factam fuisse declarationem à Summo Pontifice, quòd absoluendi facultas à supradictis casibus ad illos Prælatos pertinet, ad quos priùs ante Decreti Clem. VIII. publicationem spectabat. Resolutiue ergo ad hoc dicimus, quòd si ante præfatā publicationē absolutio à reseruatis spectabat ad Prouinciales, ad ipsos etiam spectat modo. Si verò ad Abbates, vel ad Rectores, Priores, seu Superiores locorum; ad illos etiam modò spectat.

ARTICVLVS VIII.

QVis modus seruandus in recursu ad Superiores pro absolutione à reseruatis? Respōdeo, quòd circa hanc difficultatem ponam primo ea, quę habet Nadarrus, deinde ea, quę obseruantur in nostra Religione. Nauarrus ergo *in cap. 1. de pœnit. §. cautus sub num. 10. & deinceps ait*: Quando pœnitens habet aliquod peccatum, à quo nequeat absoluere Parochus secundùm sententias receptiores, & vsum ab Ecclesia receptum, potest & debet facere vnum de infrascriptis.

Nauarrus. [marginal note]

Habens casus reseruatos ad quid teneatur. [marginal note]

PRIMO, adèat Superiorem, Episcopum, vel Proepiscopum, vel alium, ad quem ea res pertineat, puta Pœnitentiarium Romanum, & confiteatur omnia peccata sua, à quo ab omnibus absoluetur.

SECVNDO, si ille Superior nolit audire omnia peccata, confiteri debet sola ei reseruata, & post ea etiam omnia alia confiteatur proprio confessario: qui poterit eum absoluere ab omnibus, etiamsi Superior à reseruatis non absoluisset, secundùm Palud. receptum, & qui testatur ita seruari in Ecclesia Romana.

TERTIO, si priùs adierit inferiorem, qui nequeat eum à reseruatis absoluere, omnia illi confiteatur, qui absoluet eum, à quibus potest, si modò non est excommunicatus: & pro absolutione casus reseruati remittet ad Superiorem, cui confitebitur solum illum reseruatum, & ab eo solo absoluetur.

QVARTO, potest & ipse pœnitens per se, vel per alium, Superiorem adire, & ab eo impetrare commissionem secretam verbo, vel scripto, qua generatim ipsius pœnitentis confessario, quicunque ille fuerit, facultatē faciat eum ab illo peccato absoluendi. Sed hic modus periculosus esse potest, quoniam peccatum extra confessionem detegitur.

QVINTO, potest pœnitens suo confessario confiteri omnia peccata sua, & absolui ab eo de ijs, quæ suæ subsunt potestati, & deinde confessarius per se, vel per alium, seu per epistolam petere à Superiore, vt faciat sibi facultatem ad absoluendum quendam hominem in genere, nullo penitùs expresso, qui confessus est tale peccatum, cuius absolutio est illi reseruata: quam facultatem, qui noluerit facere Superior, rarus erit, & plus satis morosus: si quis tamen adeò difficilis reperiatur, vtendum erit modo secundo. *Hæc Nauarrus*.

Sotus. Nauar. Est benè notandum circa hunc secundum modum prædictum: quod tam Sotus, quam Nauarrus ipse docent, non esse grauamen pœnitenti, si de reseruato cogatur bis confiteri. At secundùm Medinam, non debet cōfiteri, nisi cætera, quæ non fuerunt confessa, non autem reseruata, de quibus iam a Superiore est absolutus: sed vtraque sententia est probabilis, & potest teneri. Nec obstat, quod confessio semper est integrè facienda vni Sacerdoti, quia per pœnitentem non stetit, quin integrè confiteretur, sed per Superiorem, qui cùm maioribus causis communitatis aliquando sit impeditus, & longas subditorum confessiones non valeat audire, potest tantùm reseruata audire, & Sacramētaliter absoluere: & semel legitimè absoluta non sunt necessariò iterum confitenda, & integritas confessionis non est de peccatis legitimè absolutis, sed eorum, quæ non fuerunt absoluta.

Circa tertium verò modū sciendū, quòd si prius pœnitens confessarium adierit, qui a reseruatis facultatem non habet absoluendi, integrè confiteri tenebitur, tam scilicet reseruata, quàm nō reseruata, ne dimidiata sit confessio. Confessarius autem absoluet eum, à quibus potest, non autem à reseruatis Superiori, cùm non habeat facultatē, alioquin absolutio nulla esset. Ad Superiorem ergo mittat pœnitentem pro reseruatis, de quo pœnitens firmum propositum debet habere: quòd si hoc facere nollet, nec à non reseruatis posset absolui, cùm non sit paratus integrè confiteri. Qui pœnitens sic absolutus cū onere se præsentandi, non debet esse morosus, sed habita opportunitate, absolutionis beneficiū prædictum procurare debet: nam dum est in mora, vt puta habendo opportunitatem, & absolutionē nō procurat, semper manet in culpa. Superiorem autem quādo adibit, non est necesse, vt ei confiteatur omnia peccata, quę confessario confessus est, sufficit enim, vt tantum illi reseruata confiteatur, vt ab illis absoluatur: nisi fortasse vbi confessarius solùm audierit peccata, & non absoluerit, tunc enim integrè tenetur Superiori confiteri, quia à confessario in nullo fuit absolutus.

Si dicas cum Durand. *in 4. dist. 17. q. 15.* & cum Adriano *q. 4. de conf.* absolutionem Sacramentalem de peccatis alias non absolutis diuidi nō posse, quia vnū peccatum sine alio remitti non potest secundùm fidem; ideò necesse est, vt Sacerdos absoluat peccatorē, aut ab omnibus peccatis, aut à nullo. quia gratia facit, vt anima sit Dei amica: & simul & semel non potest anima esse amica, & inimica: Vnde si non absoluit ab omnibus; ergo non facit, vt anima sit amica Dei. Non ergo potuit inferior confessarius absoluere à non reseruatis, & Superior a sibi reseruatis, sed alter eorum necesse est, vt ab omnibus absoluat, quia absolutio dimidiari non *Obiectio. Durandus. Adrianus.*

potest:

Respondeo. Henric. Thom. Bonau. Ricar. potest. Respondeo, quòd contra prædictos est Henric. Thom. Bonau. Riccar. & multi alij *in* 4. *distinct.* 17. qui asserunt absolutionem Sacramentalem posse in casu dimidiari, & per partes impendi: nam vt rectè ait Sotus *in* 4. *distinct.* 18. *quæstione* 2. *articulo* 5. duplex est meditatio confessoris, per se, & per accidens. Per se est, quando quis malitiosè tacet aliquod peccatum, & non vult illud confiteri: Per accidens verò est, quando hoc simpliciter non intendit, sed quia aliter non potest fieri, euenit per accidens, vt dimidietur, puta quando quis non confitetur aliquod peccatum, vel aliquam circumstantiam, propter aliquam iustam causam, qualis est, vt verbis Nauarr. in Man. *capite* 19. *numero* 15. vtar, verisimiliter credere quòd confessio peccati ipsum confessarium ad peccandum alliceret, vel induceret in notitiam alicuius peccati, & peccantis, quorum notitiam ipse habet per confessionem. Et Sotus, *vbi supra ad quartum* ait: Quando aliqua circumstantia mortalis aggrauans vergit in infamiam alterius personæ, adhibenda est diligentia, ne fiat confessio illi Sacerdoti, qui illam nouit, petendo facultatem confitendi alteri.

Sotus. Nauar.

Tacenda est circumstantia in confessione, quando ex illa cõfessarius venit in cognitionem complicis.

Si verò necessariò facienda erit confessio ei, qui personam agnoscit; tunc si ex hoc, quòd pœnitens confiteatur circumstantiam alterius personæ, aliquod periculum illi imminet, vel mortis, vel notabilis infamiç, tunc tacenda est circumstantia: vt si quis accessit ad vnicam sororem, vel matrem, & confiteatur proprio fratri, qui id improperabit matri, vel sorori, reuelando scelestum, vel flagitium vlciscetur in illis; tunc prætereunda est talis circumstantia: Et, vt exemplificem etiam de Religiosis, quando quis v[illegible]um peccatum solùm audit in confessione, & de hoc Superior factus est certior, si postea talis confessarius petit facultatem a Prouinciali pro aliquo casu reseruato, statim veniet in cognitionem de persona: vnde melius est tunc differre illam petitionem, seu repræsentationẽ ad aliud temp⁹ magis opportunũ.

Sotus. Subdit Sotus *vt loco citato*: Sunt quidam, qui articulum mortis excipiunt, scilic. quòd tunc non obstante tali periculo infamiæ alienæ, debet moriturus circumstantiam illã complicis confiteri, nam tenetur ille criminis socius illud periculum famæ pati propter salutem morituri. Sed (inquit Sotus) rationem huius exceptionis non video: nam si ad salutem pœnitentis est necessaria illa explicatio circumstantiæ; [illegible]t, vt etiam extra articulum mortis sit necessariò explicanda. Si verò non est vsq; adeò necessaria, in articulo mortis etiam est tacenda: imò tunc plus tenetur infirmus consulere famæ alterius. At si nullum timetur periculum huiusmodi, sed hoc tantùm, quòd confessarius fecit personã, quam nouit, deliquisse, seruabit tamẽ secretum, tametsi deinceps non tanti ęstimabit personã illam, tunc hoc nõ obstante, explicanda est circumstantia: & hæc est sententia S. Thomæ *in* 4. *dist.* 16 *q.* 3. *ar.* 2. *gloss.* 5. *ad quintum*, *S. Bonau. dist.* 31. *in* 1. *part. art.* 1. Durandi, *dist.* 16. *q.* 4. & recentiorum omnium. D. Thom. D. Bonau. Durand.

Ex dictis infertur primò, quòd aliquando confessio nõ integra, vt est hæc, quæ fit superiori de solis reseruatis, sancta est, & Sacramentalis: nam licèt per se, & formaliter confessio integra esse debeat, alioquin non esset confessio, sed confessionis simulatio, per accidens tamẽ, & materialiter poterit partialis confessio esse salutifera, vt est in casu nostro, quando scilic. Superior tantum reseruata, & non alia vult Sacramentaliter audire. *Confessio nõ integra aliquando est sancta. Duplex integritas per se & per accidens.*

Infertur secundo, quod aliquod peccatũ aliquando bis sit confitendum, vbi scilicet proprio confessario integrè confessum est, & ob defectum plenariæ autoritatis super omnia peccata, iterũ peccatum Superiori reseruatum, confiteri necesse est, si confessario auctoritatem non conferat Superior.

In nostra verò Religione aliter seruatur circa præsentationẽ casuũ reseruatorum: statutũ est .n. vt quilibet confess. deputatus audiat omnia peccata sui pœnitentis, tã reseruata, quam nõ reseruata: & ostenso ei onere, quod habet, de se præsentando Superiori, si illud acceptat, absoluat eum tam à reseruatis, quàm a non reseruatis.

Si ob-

Si obijcias, quòd huiusmodi modus præsentationis improbatur a Soto, *vbi supra*, in illis verbis: Secundus modus dicendi est, quòd inferior audit totam confessionem, & de omnibus absoluit: remittit tamen eum ad Superiorem, non quidem absoluendum a peccato, sed vt exerceat obligationem præcepti, quo tenetur se præsentare Superiori, cui reseruatur cognitio talium peccatorum: Hic vero modus longiùs, & priùs distat à veritate: nam si inferior ab illis peccatis absolueret, non propriè dicerentur reseruata. Hæc ille.

Ad hoc dico, quòd non est similis modus noster cum modo a Soto relato: nam apud Sotum inferior non habet auctoritatem absoluendi a reseruatis: et in modo nostro inferior habet facultatem à Superiore sibi delegatam, absoluendi scilicet inferiorem a reseruatis, cum onere se præsentandi Superiori; ergo non est eadem ratio de vno, ac de alio. Videatur Suarez *in 10. 4. disp. 31. sect. 2. num. 4. & sect. 3. num. 2.*

Suarez

Modus qui seruatur in Capuc. Religione pro reseruatis, est conformis Decreto & sacris Canonibus.

Et præterea cum modus, qui in nostra Religione seruatur, non sit contra aliquod ius, immò conformis sacris Canonibus, & Decreto Clem. VIII. sanctissime institutus est a nostris Patribus, tum ne peccatores videantur sæpe quærere Superiorem cum nota infamiæ, tum etiam, vt quotidie possint celebrare, vel sæpius sacram communionem sumere, sicut laudabiliter, & fructuose simul fit.

Quilibet potest se obligare ad cõfitendum iterum peccatum suum. Nauarrus.

Et quibus addo etiam, quòd talis modus tenendus, ordinatus est in Capitulo Generali, in quo omnes Primores Religionis conueniunt, & à quibus talis modus receptus est: & quia vnusquisque potest ex suo consensu obligari ad confitendum iterum peccatum semel legitimè confessum, vt Nauar. ait *in c. fratres, num. 30. de pœnit. dist. 5. & per text. satis apertum, in extrauag. inter cunctas, de priuileg. & cap. vlt. de pœnit. dist. 6. num. 2 & idem Nauar. in Man. cap. 9. in principio:* & constat Religiosum, qui consentit seruare statuta suæ Religionis, in quibus id determinatur, consentire etiam obligationi, si quam illi imponunt, ad confitendum bis idē peccatum, vel ad se præsentandum Superiori post confessionem factam confessario deputato. Ideò talis modus laudabilis, & omninò amplectendus est. Vide Nauar. *lib. 3. consil. de stat. Monach. consilio primo.* Sed de hoc fusè in sequenti articulo.

Nauarrus.

Concludo igitur hunc articulum, & dico, quòd pœnitentes Regulares hęc remedia habent, quando reseruatis casibus sunt grauati, primò, vt per se recurrant ad Superiorem, si præsens est, & hoc de iure. Secundò vt per se, vel alium, seu etiam per confessarium impetrent facultatem a Superiori. Sed quid faciendum, quando confess. promittens se præsentaturum pro pœnitente moritur ante præsentationem factam, & hoc peruenit ad notitiam pœnitentis? Respondeo, quòd tūc debet ipse pœnitens se præsentare, vel procurare hoc per aliam viam: est enim debitū contractum, & ideo semper petit solutionē. Vt autem omnib. sit manifestum, quod modus, quem tenet nostra religio circa recursū ad Superiores pro casibus reseruatis est conformis sacris Canonibus, & præcipuè Decreto fœlicis record. Clem. VIII. placuit hic inserere scripturam quandam ab admodum R. P. Clem. de Noto Procuratore Generali in curia Romana ad omnes Prouincias missam, quæ de hoc fidem facit plenissimam, & est talis.

Fidem facimus nos Frater Clemens à Noto Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capucinorum, quòd cum per Reuerendiss. Commissarium sanctę Inquisitionis in hac curia degentem, fuerit anno 1613. dum habebantur Romæ nostræ Comitiæ Generales, Patribus Generali, & diffinitoribus simul eo tempore conuenientibus impositum, vt statuerent, ac decernerent modum in Religione seruandum, quo dirigerentur confessarij in absoluendis casibus, quorum absolutio Generalibus seu Prouincialib. reseruatur, iam per dictos Patres fuit obeditum, determinantes illum modū, qui positus in scriptis, fuit tenoris sequentis.

QVONIAM in nostra Congregatione Fratrum

Fratrum Minorum S. Francisci Capucinorũ, iuxta Seraphici Patris Regulam cap. 7. casus, non Superioribus localibus, sed Prouincialibus, aut Generalibus pro tempore existentibus, referuantur, qui cùm absentes vt plurimùm sint, atque adeò occurrente casu reseruato, Pœnitentes pro absolutione, aut confessarij pro absoluendi licentia, recurrere ad eos non facilè possint; idcirco nos infrà scripti, Generalis, & diffinitores præsentis Capituli Generalis ad Decretum sanctissimi D. PP. Clemen. VIII. super casuum reseruatione respicientes, ac simul bono cõmuni Religionis, & quieti conscientiæ Fratrum consulentes, decernimus, vt iuxta antiquam nostræ Religionis consuetudinem, & probatorum Doctorum communem sententiam, confessarij à Superioribus deputati ad audiendas Fratrum confessiones, eos etiam à casibus reseruatis absoluere valeant, ea tamen lege, vt si confessarius iudicauerit Pœnitentem debere Superiori præsentari, teneatur Pœnitens habita opportunitate, ad talem Superiorem recurrere, vel vt iterum Sacramentaliter absoluatur, vel vt remedium salutare recipiat.

Si vero id non expedire cõfessario visum fuerit, liber omninò à tali obligatione Pœnitens remaneat, ita tamen, vt confessarius ipse, tempore congruo, ad Superiorem recurrat, & saluo confessionis sigillo, ac sine aliqua Pœnitentis nota, se à reseruatis illum absoluisse manifestet: tum vt hinc Prælatus in communi statum Religionis agnoscat: tũ vt de salutarib. remedijs, si opus fuerit, confessarium instruat.

Illud etiam addimus, vt quotiescunque Pœnitens aliquem confessarium ex deputatis elegerit, iuxta nostrarum constitutionũ ordinationem, sua sponte illum mutare, ac alium sibi eligere, absq; Superioris licentia minimè possit.

Fr. Paulus à Cesena, Generalis.
Fr. Clemens à Noto, Diffinitor.
Fr. Michael Angelus, Ariminens. Diffinitor.
Fr. Hieronymus Narniensis, Diffinitor.
Fr. Laurentius à Brundusio, Diffinitor.
Fr. Sanctes Romanus, Diffinitor.

Insuper, cùm modum istum à Patribus præscriptum, sacræ Congregationi Cardinalium sancti Officij iudicandum obtulerim*, eo fine, vt si sit expediens, nec aliquid contineat iuribus, & Decretis Pontificum contrarium, comprobaretur: sin minus, corrigeretur, & ad debitam formam sacræ Congregationi bene visam reduceretur; dicta Congregatio, post debitam discussionem, & maturam in his omnibus considerationem censuit, modum istum, vt iacet, tanquam iustum comprobandum esse, & de facto comprobatum fuisse, Illustriss. Bellarminus vnus ex Cardinalib. dictæ sacræ Cõgregationis à nobis requisit* differuit, & certiores nos fecit.

Hinc notum facimus confessarijs, ita se gesturos in futurum, cùm dicti casus occurrerint, sicut in præteritis est* consuetum, cùm modus olim habitus, vt iustus, & rationabilis, & ad mentem sacræ Congregationis sit comprobatus. Vnde in horum fidem præsentes fieri decreuimus manu nostra subscriptas, & sigillo Officij nostri munitas. Datum Romæ die 6. mensis Martij, 1615. ** Fortè censitum.*

Fr. Clemens à Noto Procurator, & Commissarius Generalis.
Locus sigilli.

ARTICVLVS IX.

AN *sit licitum statutum, quo Religiosi pœnitentes obligãtur iterum confiteri Superiori peccatũ reseruatum, aliàs ritè confessum?*

Respondeo, quòd circa hoc multa disputant Theologi, An scilicet, possit Ecclesia hoc præceptum imponere: aliqui enim absolutè affirmant, vt Henr *quodlibet.* 10 *quæst.* 1. & Maior, *dist.* 17. *quæst.* 6. & Syluester, *verbo confessio, quæst.* 9. Imò non defuerunt qui dicerent, *ex vi cap. Omnis vtriusque sexus*, obligari de facto fideles ad hoc, si infra annum aliqua peccata confessi fuerint non proprijs Sacerdotibus, sed alijs ex priuilegio: verum talis sententia falsa est: alij ergo absolutè negant potestatem esse in Ecclesia ad imponendum hoc præceptum. Diuus Thomas quodlib. *Henric. Maior. Syluest.* *Ecclesia non potest præcipere, vt quis*

Confiteatur bis peccatum suum

D Thom. Durand. Almain. Palud. Nauarr.

quodlib. 1. art. 11. Dur. *dist.* 17. *q.* 15. Almain. *quæst.* 1. Palud. *quæst.* 5. Nauar. *in Man. cap.* 9. *in principio*, cuius hæc sunt verba: Præmittimus primo conclusionem esse ab omnibus Catholicis receptam *in 4. distinct.* 17. peccatū semel ritè confessum non esse necessariò iterum confitendum sola lege diuina, & canonica: imò neque lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget absq; proprio vniuscuiusque consensu, iuxta veriorem S. Thom. *quodlib.* 1. *art.* 11. & 12. sententiam, & aliorum quam plurium, scilicet Gerson. *in lect.* 2. *sup. Marc.* Palud. *in 4. dist.* 17. *quæst.* 5. *col.* 1. Almain. *ibi. col.* 44. Dion. quem Maior & Almain. sequuntur, & Adr. *in 4. de cōfess. quæst.* 5. *col.* 3. quos *in c. Fratres. num.* 30. *de pœnit. dist.* 5. & *in cap* 5. *num.* 11. *de pœnit. dist.* 6. secuti fuimus: *sic Nauarr.*

D. Thom. Gerson. Palud. Almain. Dion Adrian.

Sed placet hîc transcribere de verbo ad verbum id quod dicit Suarez *in 4. tom. disput.* 22. *sect.* 3. vbi ait: Ego breuiter sentio duob. modis posse intelligi hanc obligationem, primo propter obintegritatem, & perfectionem Sacramenti; secundò ob aliquem vsum eius propter rationem aliquam religiosam, & honestam. Priori modo, fine dubio videtur dicendum, non posse eam obligationem imponi, vel quia materia non pertinens ad essentiam Sacramenti ex Christi institutione non potest per alterius hominis voluntatem fieri de substantia, vel perfectione Sacramentali: vel quia illa caussa iam terminata est, & ideò non potest ad perfectionem iudicij iterum per se pertinere: vel denique, quia aliàs posset semper peccatorum omnium iterum confessio exigi, etsi millies fieret, quia non est maior ratio de secunda, quam de tertia, vel qualibet alia repetitione: illud autē perabsurdum est.

Suarez.

De posteriori autem modo potest esse nōnulla dubitatio, & ideo iterum distinguendum est, quia duobus modis potest intelligi hæc obligatio, primò ex absoluta voluntate alterius præcipientis: Secundò ex suppositione aliqua, quæ includat voluntatis consensum, & quasi pactum initum cum ipso pœnitente: de hoc modo posteriori non dubito, quin possit hæc obligatio suscipi à peccatore, primò per votum: potest enim aliquis voto se obligare, verbi gratia, ad generalem confessionem faciendam, vel totius vitæ, vel vnius anni, etiamsi sæpiùs ritè confessus sit, quia talis vsus Sacramenti bonus est, & potest esse in consilio: actus autem huiusmodi potest esse materia voti. Deinde ratione status voluntariè assumpti, quasi sub hac obligatione potest esse eadem obligatio, vt si in aliqua Religione sit statutum generaliter confitendi semel in anno de rebus illius anni, vt referunt authores citati, esse in Religione Cisterciensi, etiam sub obligatione ad mortale: in quo non video repugnantiam, quamuis non iudicem esse consulendum, quia est plus periculosum, quam vtile: vnde satis est, si proponatur, vt regula conferens ad perfectionem. Præterea hoc modo est vsitatum in Ecclesia, vt in casibus reseruatis detur facultas pœnitenti, vt propter necessitatem aliquam possit cōfiteri Sacerdoti inferiori sub conditiōne comparendi postea coràm Superiore, ad quem per se talis casus pertinebat.

Peccator potest se obligare ad iterum confitēdum peccatū semel ritè confessum.

At verò priori modo dicendum est, secluso consensu, & voluntate pœnitentis non posse hanc obligationem absoluto præcepto imponi: ratio potissima est, quia hæc est propria materia consilij, & ideò per se non cadit sub præceptum humanum. Item, quia est res valde difficilis, & nullus potest esse finis, vel necessitas, propter quam expediat tale præceptum imponere. Hæc Suarez.

Sine suo consensu non potest obligari pœnitens ad bis confitendum idem peccatum.

In quibus verbis ponderanda sunt primo verba illa (*sub conditione*) nam propriè non est conditio illa, quæ imponitur pœnitenti, vt se præsentet, cùm in absolutionem nulla conditio cadat, potius est onus, & debitum contractum, & ideò soluendum, & quo ad vsque non soluitur, semper remanet obligatio. Secundò ponderanda est in vniuersum talis doctrina, per quam fit satis illi dubitationi, quam multi faciunt de modo, quem seruamus nos Capuccini circa casus reseruatos, ac si non esset conformis iuri, & rationi, & nihilominus est ipsis conformissimus.

Vltim.

Vltimò animaduertendum est, quòd consensus in prædictis potest esse, vel expressus, vel tacitus: expressus, quando quis expressè vouet, vel se obligat ad seruandum tale statutum, obligans ad repetendam confessionem peccati, vel ad se præsentandum Superiori, etiam post absolutionem culpæ habitam à confessario, cum onere se præsentandi. Tacitus verò consensus est, cùm quis sæpè audit legi statuta suæ Religionis, quæ in tot Capitulis sint confirmata, & non reclamat, vel si reclamat tanquam singularis, in communi nihilominus acceptatur statutum, tunc videtur, quod tacitè illud probet, & sic illud, seu illa seruare tenetur. Sic ergo fit in nostra Religione, vt quando quis habet casus reseruatos, absoluatur à confessario deputato ab omnibus peccatis, etiam à reseruatis, & solùm remanet ei obligatio se præsentandi suo Superiori, cui Sacramentaliter confitebitur suum peccatum, & ab eo recipiet absolutionem.

Idem etiam dicimus de statuto aliquarum Religionum, quo obligantur in fine anni, vel quando ex itinere reuertuntur, confiteri scilicet Prælato peccata alias ritè confessa: sic Henriquez, & citat Nauar. sic etiam Pater Politius in expositione nostræ Regulæ, capite septimo.

Henriq. Nauar. Politius.

Hoc benè est notandum, quòd qui ob impedimentum fuit indirectè absolutus à reseruato per inferiorem, tenetur quærere absolutionem cessante impedimento, & tunc directè absoluetur: at qui ex solo statuto, & voto implicito tenetur repetere eadem peccata, satis est, si ea dicat postea suo Prælato extra confessionem. Quemadmodum qui in mortis articulo directè absolutus est à reseruatis habentibus annexam excommunicationem, satis est, vt si conualescat, sine confessione se repræsentet, & peccata manifestet Prælato Superiori, quia cùm in mortis articulo sit directè absolutus à culpis, non tenetur iterum ea subijcere confessario, vt absoluatur. Verum est tamen, quod Henriquez vbi suprà tenet, quod de facto tale statutum non obligat ad mortale, vt scilicet repetantur peccata, quia apud Cistercienses, apud quos tale statutum est, iamdiu consuetudo confitendi sic Prælatis cessauit, prout fatentur ipsimet Patres Cistercienses: immò Prælati renuunt audire confessiones, nedum Religiosos reos puniunt.

Aegrotus ab solutus in mortis articulo ab excommunicatione, & reconualescês, tenetur se præsentare Superiori nō autem pro casu reseruato. Henriq.

Addo ego omnibus his, quod modò extat Decretum Clement. VIII. quo præcipitur, vt nullus Superior possit obligare subditū, vt sibi confiteatur peccata sua, nisi ipse subditus spontè id velit facere, vel nisi habeat reseruata.

ARTICVLVS X.

AN *Superior teneatur audire peccata reseruata simul cum non reseruatis, vt subditum absoluere possit à reseruatis?* Respondeo ad hoc cum Caietano, *in summa. verb. confessio.* Soto, *distinct.* 18. *articulo* 5. Nauarro, *in cap. Sacerdos.* §. *quantus, de pœnitent. distinct.* 5. *numer.* 12. quòd (vt etiam nos diximus supra in articulo septimo) Superior potest audire peccata tantùm reseruata, & ab eis pœnitentem absoluere, & remittere ipsum ad confessarium inferiorē, siue ordinarium, siue alium, vt talis confessor auditis peccatis pœnitentis non reseruatis, ab eis Sacramentaliter eum absoluat. Rodriquez verò putat contrariam opinionē secundùm Theologiam esse veriorem, scilicet, dictum Superiorem eam diuisionem facere minimè posse, & sic necessariò debere audire peccata reseruata, & non reseruata, prout tenet Ledesma. 2. *part. quæst.* 4. 8. *artic. dub.* 3. *concl.* 5. Durand. *dist.* 17. *quæst.* 15. Syluest. *verbo confessio.* 1. *quæst.* 19. Adr. *quæst.* 4. *de confess.* 7. sed dubium. & Victoria, *de confessione num.* 162. Et fundamentum huius opinionis est, quia integritas confessionis est de iure diuino, in quo dictus Superior minimè potest dispensare, nulla præsertim existente necessitate, cùm ipse Superior possit remittere suum subditum ad confessarium inferiorem cum authoritate, vt ipsum ab omnibus absoluat,

Caiet. Sotus. Nauar. Rodriquez. Ledesma. Durand. Syluest. Adrian. Victoria.

Nihilominus prior sententia omninò est amplectenda,& ratio oppositæ sententiæ nõ cogit, cùm diuisio confessionis non fiat per se, sed per accidens, vt supra dictum est, & praxis id habet, nam vt plurimùm Superiores sunt alijs negotijs Religiosis impediti. Itaq; Superiores possunt.

PRIMO audire, & quantum in eis est, debent procurare, vt integram confessionẽ faciant pœnitentes tunc, quando ad eos se præsentant: ipsosq; absoluere integre, absque eo, quod remittant ipsos ad confessarios inferiores.

SECVNDO possunt audire in confessione solum reseruata, & de illis absoluere, & pro non reseruatis remittere ad inferiorem confessarium, qui reseruata etiam debet audire, vt à culpis etiam alijs pœnitentem absoluat simul cum culpis reseruatis.

TERTIO, possunt audire reseruata extra confessionem, remittendo absolutionem ad inferiorem confessarium. Quòd si faciant, tenetur nihilominus seruare sigillum confessionis, cùm reuelatio peccati ipsi facta ordinetur ad confessionem, prout ait Ledesma *vbi suprà*, qui cùm Adriano, & Durando affirmat, quod Pœnitentiarij Papæ, quando sic faciunt, non diuidunt confessionem, sed tantùm absoluunt a censuris Papę reseruatis, non potentes maximis negotijs implicati integras pœnitentium confessiones audire: & sublatis censuris, iam peccata non remanent reseruata: Papa enim solum peccata cũ censuris reseruat.

Hic vero sciendum, quod confessio Religiosi, quæ fit iteratò Superiori, si fit Sacramẽtaliter, oportet vt ipse Superior absoluat pœnitentem Sacramentaliter, & per talem absolutionem confertur pœnitenti noua gratia Sacramentalis, vt tradit Sotus, *distinct.* 18. *quæst.* 5. *art.* 5. quia vt docet Nauar. *lib.* 5. *consil. de regular. consil.* 75. *num.* 60. potest dici nouum Sacramentum propter nouam confessionem peccatorum reseruatorum: cum etiam peccata semel confessa, & legitime, ac penitus absoluta, possunt esse iusta materia Sacramenti Pœnitentiæ, sicuti & venialia secundùm omnes Doctores. Soto. Nauar.

ARTICVLVS XI.

QVæritur, quando subditus confitetur Superiori habenti potestatem ordinariã ad absoluendum à casibus reseruatis, & ab illo simpliciter absoluitur ab omnibus peccatis, ipse tamen per obliuionem inculpabilem omisit peccatum reseruatum: *an subditus liber maneat à præsentatione, & reseruatione, ita vt confiteri possit illud cuicunque confessario deputato?* Circa hoc dubium est sententia valdè communis, affirmans tunc auferri reseruationem peccati. ita tenet Gabr. *dist.* 17. Adr. *quæst.* 4. *de confess.* Sylu. *verbo, confessio.* 1. *quæst.* 4. Angel. *confessio.* 1. *num.* 21. Nauar. *in cap. consideret.* §. *cautus. num.* 32. *& in man. cap.* 26. *num.* 13. Couar. *in cap. Alma mater. part.* 1. §. 11. *num.* 12. Ledesma 2. *part.* 4. *quæst.* 8. *artic.* 1. *dubit.* 8. Cano, *in relect. de pœnit. part.* 5. *& alij.* Fundamentum solum est, quia Superior absoluens tollit omnia peccata, etiam reseruata, & hoc ipsum intendit formaliter, vel virtualiter; ergo tollit reseruationem, etiam eorum, quæ oblita erant. Gabr. Adr. Sylu. Angel. Nauar. Couar. Ledesmà Cano.

Sed distinctione vtendum est; nam primò peccata reseruata, vel habent annexam excommunicationem, vel non. Secundò distinguendum est de modis confitendi Superiori; duobus enim modis id fieri potest, vnus est ordinarius, ad communem confessionem faciendam de peccatis communiter occurentibus absque vlla mentione, vel intentione speciali casuum reseruatorum. Secundus modus est, quando confessio specialiter fit Superiori, vel habenti iurisdictionẽ eius ad hunc finem exonerandi omninò conscientiam, & consequenti absolutionem peccatorum reseruatorum, si quæ fortasse pœnitens habeat. *Peccata reseruata, vel habẽt annexam excommunicationẽ, vel non.*

Quando ergo pœnitens posteriori modo confitetur, & suam intentionem manifestat Supe-

Superiori, & bona fide dicit illi omnia, quæ memoriæ occurrunt, quamuis aliquis casus reseruatus per obliuionem taceatur, liber manet à reseruatione. Et quò ad absolutionem à censuris est etiam hoc certissimum, quòd præcipuè docuit Palud. *dist.* 18. *quæst.* 5. *art.* 3. *cont.* 4. quia ad absoluendum a censura per se, & directè, non est necesse distinctè, & in particulari cognoscere causã censuræ, sed sufficit voluntas vniuersalis soluẽdi ab omnibus, etiam reseruatis, quam profectò habet Superior in illo casu.

In visitatione Superiorũ qui habet intentionem, vt ab omnibus censuris absoluatur, etiam ab oblitis absolutus est.

Sic à simili in visitatione Superiorum, quando absoluunt ab omnibus pœnis, & censuris, sufficit tunc habere intentionem absolui de omnibus, nam si postea aliqua cẽsura in memoriam venerit, iam est ablata, & absoluta. Sic quoque in tempore Iubilæi plenissimi, quando datur facultas pro omnibus casibus reseruatis, & censuris: tunc enim si per obliuionem non recordatur quis de aliquo casu, vel cẽsura; potest, & sufficit, quòd confiteatur peccatum Sacerdoti deputato, nam amplius non est in illo casu reseruatio, con censura aliqua.

Si verò confessio fit Superiori, nulla facta mentione vel intentione casuum reseruatorum; tunc inquit Suarez *tom.* 4. *disp.* 31. *sect.* 4. *asser.* 2. *ibi. Quartum punctum.* Non satis est, vt peccatum oblitum, quod antea erat reseruatum, postea maneat non reseruatum, & sine onere confitendi illud Superiori.

ARTICVLVS XII.

AN *quando idem peccatum pluribus modis reseruatum est, ablata vna reseruatione auferantur & reliqua?* Respondeo, quòd in hoc dubio possumus agere de ablatione reseruationis per absolutionem directam ipsius culpæ reseruatæ, vel per alium modum. De priori modo nulla potest esse dubitatio, regula enim est semper vera, scilicet, peccatum per directam absolutionem validam semel remissum, simpliciter & absolutè non manere amplius reseruatum, quia iam non est materia necessaria confessionis. Potiùs ergo oportet inquirere, quando peccatum habet plures reseruationes, quid necessarium sit ad tollendam reseruationem, ita vt absolutio valida sit.

Reseruatio vel fit cum censura, vel sine censura.

Pro quo aduertendum est, quòd reseruatio vel fit sine censura, vel cum censura: si priori modo, existimo in primis, si reseruationes factæ sint ab eodem Superiore, licèt videantur plures, in re tamen non esse, nisi vnam repetitam: ideoque per vnam facultatem absoluendi à tali peccato tolli omnẽ reseruationem huiusmodi. Voco autem eundem Superiorem, non solùm per identitatem personæ, sed etiam per identitatem potestatis, seu Prælationis, vt si vnus Prouincialis reseruet vnum peccatum per vnum statutum, & successor eius per aliud statutum, vel per declarationem ab homine.

At verò si idem peccatum sit reseruatum à duobus Superioribus subordinatis, vt à Prouinciali, & à Generali, tunc clarum est, facultatem Prouincialis non sufficere ad tollendam reseruationem simpliciter respectu Generalis, quia non potest inferior restituere iurisdictionem, quam Superior abstulit, sibique reseruauit.

Ablata reseruatione Papali auferitur, & Episcopalis.

E contrario autem Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num* 261. ait, quòd ablata reseruatione Papali, aufertur & Episcopalis: & ad propositum nostrum, ablata reseruatione Generalis aufertur & illa Prouincialis. Hoc autem non placet Suarez *in* 4. *tom. disput.* 31. *sect.* 4. *in fine.* Vterque tamen verum dicit adhibita distinctione: nam vel Papa tunc vult auferre omnem reseruationem respectu illius casus, vel solùm suam: primo modo verum dicit Nauarrus. Secundo modo verum dicit Suarez, & sic ad propositum de Generali, & Prouinciali. Casus autem iste potius est excogitatus, quàm moraliter contingens.

Si verò circa vnum peccatum sunt plures reseruationes respectu censuræ, quia scilicet tam Superior, quàm inferior non solùm reseruarunt sibi casus, sed etiam cum censura, tunc ablata vna censura, non aufertur alias; & opus est, vt quilibet tollat suam censu-

ram, vel per se ipsum, vel per alterum delegatum.

ARTICVLVS XIII.

AN liceat aliquis vsus notitiæ acquisitæ in confessione, & quomodo? Respondeo, quòd circa hoc distinguendum est, de vsu nam aliquis vsus est, ex quo sequitur aliqua suspicio, & est vsus, ex quo nulla sequi potest. De priori regula est certa, vt eius huius non est cum maiori periculo reuelationis directæ, vel indirectæ, nunquam est licitus, vt verbi gratia, est Superior, qui audit confessionem ... ex vi illius non potest illum ita gubernare, vt aliquis possit iudicari de peccato illius ... neque etiam in genere, vt auferendo illi ministerium aliquod, vel ... Hic vero occurrunt nonnulla dubia.

Pœnitentiã publicam pro peccatis occultis non licet imponere pœnitenti, nisi ex consensu ipsius.

Primum est, An liceat imponere pœnitenti pœnitentiam publicam in satisfactionem peccati commissi, etiamsi inde sequatur reuelatio indirecta, id est, suspicio alicuius criminis grauis, vel in particulari, vel in generali talis pœnitentis. Ad quod dicimus, id non posse, nisi ex spontanea acceptatione pœnitentis, quia omnis reuelatio indirecta repugnat sigillo: quando verò pœnitens voluntariè acceptat, iam non est reuelatio confessionis, sed ipsemet pœnitens se prodit.

Sed difficultas maior est, quando confessor id iniungit non tantùm in punitionẽ peccati commissi, sed in remedium cauendi simile peccatum, aut tollendi scandalum, vel aliquid simile. In quo casu, si supponatur, medium illud esse necessarium, potest inprimis confessarius illud præcipere pœnitenti, vt, verbi gratia, quod dimittat officium, vel hanc domum, seu monasterium, aut aliquid simile, & ipse tenebitur obedire. Quod si noluerit, ... poterit sine absolutione, & ita nulla est fractio sigilli, vt inquit Suar. *to. 4. d. pœn. 33. sect. 7.* quia si aliud fit, totum est medio consensu, & voluntate pœnitentis: neque est grauamen, aut onus contra sigillum, quod ille consensus per præceptum, aut per comminationem negandi absolutionem extorqueatur, quia supposita vera necessitate, illud præceptum non tam imponitur a Sacerdote confessario, quàm declaratur pœnitenti obligatio, quam in ipso habet: & ideo comminatio illa iusta etiam est, imò & necessaria, quia non potest aliter confessarius debito modo fungi suo munere.

Suarez

Sed vlterius restat dubitatio. Si sit in potestate confessarij auferre talem occasionem pœnitenti, An possit ipso inuito illam auferre, non obstante suspicione, quæ moraliter inde timetur? Exemplum commune est, si confessarius sit Superior Religionis, qui potest mutare officium, vel locum subdito, ex quo pendet talis occasio: aliqui enim affirmarunt, & solet tribui hæc opinio Gabrieli, tribuitur etiam Henrico *quodlib. 8. quæst. 20.* qui solùm hoc significat in eo casu, in quo suspicio solùm timetur apud aliquẽ, respectu alicuius, qui iam nouerat peccatum pœnitentis. Vera tamen sententia est, cum tali suspicione hoc nunquam licere, quia esset indirecta reuelatio, quæ semper est illicita, etiam respectu vnius, cui sunt notæ res talis pœnitentis: nam ei saltem nota fit confessio: quòd semper est prohibitum, etiam in peccatis publicis. *Gabriel. Henric.*

At verò si Superior id posset facere sine vlla suspicione respectu aliorum, & res sit talis, quæ pendeat ex arbitrio eius, multorum sententia fuit, posse Superiorem talem rem auferre & mutare, vt occasionem peccandi auferat, non verò aliàs: sic habet S. Thomas *quodlibet 5. art. 13. & in 4. dist. 22. quæst. 3. art. .* qui dicit, *posse Superiorem Religionis priuare subditum aliquo munere, hac de causa, quando talis mutatio fieri potest solo arbitrio Superioris: nam si officium habeat certum tempus determinatum, & auferri non soleat extra illud, nisi propter aliquam causam, tunc non posset hoc fieri, quia esset reuelatio confessionis & idem est, quandocunque in particulari timeretur talis suspicio.* *D. Thom.*

Idem tenet S. Bonauentura *in 4. dist. 2. in 2. part. art. 2. quæst. 1. ad vltimum,* dicens: Superior *D. Bonau.*

perior debet ei persuadere voluntariam cessionem & quòd ipse petat absolui ab onere officij. Quòd si non vult, non debet eum absoluere, sed debet eum [illegible] ut [illegible] talis Religio in qua subditi possint transmutari, vel transferri sine diffamia nota.

Scotus. Scotus idem confirmat *in 4. d. 21. quæst. 2 ad penult.* his verbis: *Si in Collegio est consuetudo communis ut sine nota qualibet extra monasterium existens habens [illegible] trahens, reuocetur pro [illegible] residentia, vel etiam non passim pro libito, sed quandoque pro alia causa honesta, ut nunc iste quiescat in claustro, nunc laboret cum Martha in exteriori ministerio, & nunc ille, prout utile visum fuerit Præsidenti; tunc dico, quod monachum confessũ de crimine commisso in aliquo loco extra monasterium, vbi moratur, potest Abbas ad monasterium reuocare, quia in hoc in nullo peccatum commissum prodit, licèt aliquis dixerit, quòd confessor nullo modo potest habere aliter ad cõfessum ratione confessionis quantum ad quemcunque actum extra forum illum quam si penitus nihil audisset. Si autem est consuetudo in Collegio, quod non transferatur monachus sic de loco forinseco ad claustrum, nisi ratione dilecti, vel insufficientiæ illius loci: non videtur tunc licitũ Abbati confessũ ad monasteriũ reuocare.*

Verba verè aurea Scoti. *Si dicas, Non apponit remedium omnino ad salutem. Respondeo, consulat sibi in foro pœnitentiæ meliori quo poterit, vt [illegible] locum periculosum dimittat. Si noluerit, Non attentet esse Deus sed defectus occultos sibi secũdum iustitiam incorrigibiles, Dei correctioni dimittat.* Idem habet Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 4. art.* .

Ponam hic verba Decreti Clem. VIII. de quo sup[ra], ait enim sic: *Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorũ peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur: atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit.*

ARTICVLVS XIV.

Nauar. QVæritur hic, quænam occasio peccati necessariò est euitanda? Respondeo cum Nauarro in Man. cap. 3. num. 13. quòd [illegible] aliqua occasio [illegible] peccare, & id necessariò vitandus sit, [illegible] satis est, vt penitens, & confessor credant, quod nisi pœnitens [illegible] ea, numquam in [illegible] oportet id credere, vt [illegible] iuxta Innocentium in cap. omnis vtr. de pœnit. & remiss. [illegible] teneatur [illegible] tempus op[ortuni] numquam [illegible] taliter peccaturum. Vnde sciendum quòd occasio propinqua huiusmodi, à qua pœnitens necessariò debet abstinere, [illegible] statuere, se nunquam ea vsurum, vt a confessario absolui possit, est omnis illa, & ea sola, quæ est peccatum mortale: aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere cõfessarius, vel pœnitens, numquam, vel raro se vsurum ea sine peccato mortali, benè perpensis eius circumstantijs. Itaq, quatuor debent concurrere, vt quis non cogatur relinquere occasionem peccandi. PRIMVM, vera pœnitudo præteritorum. SECVNDVM, verum propositum non peccandi, cùm se inuenerit in ea. TERTIVM, credulitas, quòd Deo iuuante non peccabit, cùm in ea se inuenerit. QVARTVM, quòd subsit aliqua rationabilis causa non se separandi ab ea. Sic Nau. vbi supra, & infra num. 17. ait: Rectè faciunt Confessarij absoluendo multos adolescentes, qui versantur inter mulieres emendo, vendendo, laborando, & conuersando, absque cohabitatione illarum in eadem domo, licet non proponant perpetuo abstinere ab occasione peccandi; quia id illis præbet, quamuis sæpius peccent voluntate, verbis aut tactibus impudicis, & etiam copula: quia occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum, neque huiusmodi, vt ferè semper faciat mortaliter peccare eos, qui ea vtũtur. Hæc & alia multa habet Nauar. in prædicto loco, ex quibus confessarius Religiosorum potest elicere ea, quæ pro se faciunt pro fugienda occasione peccati.

Q[uæ] [illegible] pœnitens necessariò debet cauere.

Quatuor requisita vt quis non teneatur relinquere occasionem peccandi.

Nauar.

ARTICVLVS XV.

Vſus ſ[illegible] in con[illegible] ne sequiſita aliquando poteſt eſſe licitus.

QVid faciendum, quando ex vſu confeſſionis nulla ſequitur reuelatio? Reſpondeo, quod quando ex tali vſu neque in[illegible] refte, neque moraie periculum eius ſequitur, non eſt per ſe malus talis vſus, imo poteſt ſæpe eſſe honeſtus, & licitus, niſi ſpecialiter prohibeatur. Ita docent omnes Doctores citati in art. 13. quia illa actio non eſt contra ſigillum, quandoquidem [illegible] mo [illegible] eſt contra [illegible] vnde poteſt ex confeſſione [illegible] in confeſſione [illegible] aliquam interrogationem facere neceſſariam, vel vtilem pœnitenti, tali modo, vt alius non intelligat, vnde Confeſſarius [illegible] ad interrogandum, vt notat [illegible] verb. confeſſor. 3. quæſt. 26. & Nauar. in Man cap. 8. num. 17. Et poteſt ipſe confeſſarius [illegible] cuſtodire rem propriam, vel aliquid ſimile, quia nullus omnibus, nec pœnitenti, nec Sacramento fit iniuria ex dicta hypotheſi, quod nulla [illegible] reuelatio.

Sylueſt. Nauar.

Clem VIII.

Dixi, niſi ſpecialiter prohibeatur, propter [illegible] Clem. VIII. in ſuo Decreto, quæ [illegible] articuli 13. quæ prohi[illegible] pro regularibus, & [illegible] & ita obſeruãda ſunt: [illegible] & exem[illegible] vt patet [illegible] verborum ipſius Decreti.

ARTICVLVS XVI.

Propter ſcientiam in confeſſione habitam poteſt negari ſuffragium alicui.

D. Thom. D. Thom. Sot. Sylu. Sotus Nauar.

AN [illegible] propter ſolam [illegible] habitam negare [illegible] reputatur dignus, [illegible] indignum? [illegible] Doctores affirmant [illegible] bere, quando [illegible] tiam [illegible] D. Thom. [illegible] Sot. Syl[illegible] art. 11. & Nauar. in cap. Sacerdos [illegible] diſſuadet [illegible] electione ob ſolam [illegible] ſcitam per confeſ-ſionem: dummodo ita rem gerat, vt nullo modo peccatum ipſius vlli prodat. Et ibidem num 146. ait Si ſint latæ aliquæ pœnæ, vel cenſuræ ipſo iure contra eligentes in[illegible] dignum, eas incurrere electorem, qui eligit indignum in ſola confeſſione cognitum: & ibi citat cap. cum in cunctis, de elect. & cap. perpetuo eodem tit. in [illegible] ſpecia[illegible] pertinens ad ſigillum [illegible] generalis prohibitio, [illegible]

Eligens indignum incurrit in pœnam ſi qua eſt poſita, etiam ſi ſciat ex confeſſione illũ eſſe indignũ, ex Nauar.

Ratio vero [illegible] quia eligere indignum eſt intrinſece malum, & tunc poteſt vitari hoc malum ſine incommodo Sacramenti. Hæc ſententia limitanda eſt, vt ſcilicet non procedat, quando ſuffragia publice feruntur, quia tunc periculum eſt [illegible] manifeſtationis, vel ſuſpicionis, [illegible] ſuppoſita [illegible] perſona publice digna. Secundo limito, vt etiam in occultis electionib. nulla incurratur pœna, vel cenſura eligendo indignum, quicquid ſit de culpa, vt [illegible] Sotus in 4. diſt. 21. quæſt. 3. vbi citat Palud. [illegible] imponentes [illegible] pœnas [illegible] loquuntur, ſecundum ſcientiam communem, & cognitionem humanam.

Sotus.

Palud.

Denique addo, probabilius mihi videri nullam committi culpam eligendo dignum in publica fama, etiam ſi per ſolam confeſſionem cognoſcatur indignus, quia propter reuerentiam Sacramenti poteſt quis [illegible] non vti illa ſcientia, [illegible] reete[illegible] nihil [illegible] per ſe regula talis ac[illegible] Quod vero non teneatur quis [illegible] propter dictorum [illegible] auctoritatem, & ſententiam, quæ [illegible] eſt, vt ſæpe dixi, [illegible]

Non incurrit in aliquã pœnam eligens talem. Verior ſententia.

Palud.

Circa hanc materiam annotat Paludanus vbi ſupra, [illegible] qui eligit indignum, quem [illegible] talem eſſe [illegible] non [illegible] de [illegible] cap. [illegible] quod [illegible] Adrianus, [illegible] litum [illegible] §. [illegible] ter indignum in po[illegible] git indignum, & tali ſcientia [illegible] quæ

[illegible]

Palud.
Ab.
Clem V [illegible]

[illegible]

ARTICVLVS XVII.

A [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ARTICULUS XXV.

AN [illegible]

[illegible]



PRIMAE PARTIS SECTIO SECVNDA,

IN QVA TRACTATVR DE PERTINENTIBVS ad confessarios, continens articulos 22.

ARTICVLVS I.

Idoneitas confessariorum quæ.



N quilibet Sacerdos sit idoneus ad confeßiones audiendas? Respondeo quòd circa idoneitatẽ confessariorum placet hic apponere eam normam, quam de talibus tradit Conciliũ Coloniensẽ scilicet vt sit vir integer, studiosus, peritus, taciturnus, vt sit instructus bonis considerationibus ad instruendum pœnitentem, quem Deus illi obtulerit instruẽdum, vt sit compositus interiori, exterioriq; modestia, & habitu, & egregia prudentia insignitus sit, oportet, vt nouerit peccata ordinaria, eorumque applicare remedia, vt nouerit interrogare pœnitentem de his, quæ verisimiliter omittit confiteri, vel quia ignorat, vel quia pudore corripitur. Ex quo infertur, quòd ad prudentiam spectat confessarij, quando pœnitentes, qui ei confitentur, sunt docti, & de inhonesta cogitatione confitentur, non sunt interrogandi, an de coniugata, an de soluta, an verò de Virgine cogitauerint. quia si id opus esset exprimere, illud ipsi non tacuissent, & præsertim hoc intelligitur, quando talis eorum confessio est de peccatis venialibus.

Concil. Colō.

Ad prudentiam confessarij spectat in iniungendis pœnitentijs eum modum obseruare, qui congruat & qualitatibus peccatorum, & personarum conditionibus; nam peccata carnalia maceratione carnis sunt punienda, ieiunijs nempe, vigilijs, flagellis: & Religiosis non est imponendum, vt peregrinationes asserunt, cùm non sint sui iuris: nec vt eleemosynas elargiantur, cùm nihil habeant de proprio: itaque in iniungenda pœnitentia prudens confessarius animaduertat qualitatẽ peccati, & etiam qualitatẽ personæ, & tunc vt ubi medicus peritus medicinã tribuat. Et iuxta cõsiliũ D. Augustini, prudentia confessarij exigit, vt perditissimi, & magni peccatores in principio mitiùs, & blandiùs tractentur, quousque ad Deum pertrahantur, exhortando illos ad frequentationem confessionis, & recitationem Rosarij, Coronæ, vel huiusmodi, ad cõsiderationem mortis, iudicij & malitiæ peccati.

Religiosis nõ sunt imponẽdæ peregrinationes, vel vt eleemosynas faciãt.

Prudentis confessarij officium est, non cauterizare cõscientias pœnitentium infirmas, vel extinguere lignum fumigans, eligendo opiniones rigidiores, & magis austeras: quia satis est, vt dicemus, dummodò pœnitens licitè possit absolui, & confessarius opinionem probabilem Doctorum sequatur. Prætereà ad eius prudentiam attinet, summam cautelam adhibere sigillo confessionis seruando, vt nihil mutire audeat, per

quod vel pœnitens, vel tertia persona illa detecta peccans prodatur, vel aliquid, per quod confessio illa facta noia, vel minus amabilis.

Medina. Hic verò notandum, quod Medina *in sua Instruct. conf.* ait, si tam imprudenter se gesserit confessor circa pœnitentem, quod in confessione dixerit ei, vt sibi reuelet complicem, alias abiturum inabsolutū, eo quòd non possit, nisi reuelet, absoluere eum: tunc talis confessor denunciandus est necessariò, quia hæresis est affirmare, quod quis tenetur eam circumstantiam confiteri, ex qua talis persona venit infamia notanda. Quæ opinio nimis dura videtur Fratri Ludouico Lopez *in sua Instruct. consil. 1. cap. 20.* & Petro Nau. *lib. 2. de resti. cap. 2. num. 283.* nam licèt sit hæresis dicere, non esse illicitum infamare proximum, nihilominus controuertitur inter doctores, an hoc sit proximum infamare, quando scilicet diceretur confessario complex in aliquo peccato. Vnde licèt hanc opinionem, scilicet propalandi complicem in confessione (loquendo speculatiuè) [illegible] eam pro falsa & loquēdo practicè [illegible] ad vitium illius, teneam eam etiam pro scandalosa, & offensiua aurium [illegible]. Nihilominus non teneo eam pro hæretica, & ideo licet toleretur, vt in scholis [illegible], non toleratur tamen, vt in confessionalibus de ea tractetur, cum detegere complicem non sit medium efficax, vt peccator emendetur, vt benè docet Bannes 22. *quæst. q. 33. art. 7.*

Lopez. Petrus Nauar.

Bannes.

Nauar. [illegible] Quantum verò ad sufficientiam confessarij, dico cum Nauarro *in capite quarto suæ Summæ, num. 2.* quòd sufficienter confessarius [illegible] debet peccata, quæ communiter [illegible] pœnitentes, ac circumstantias [illegible] contenta, & casus habentes annexam excommunicationem, & restitutionem famæ, vel bonorum, & casus reseruatos: & [illegible] Clericum, oportet eum scire irregularitates, vel saltem de his dubitare sciat, vt quando casus occurrerit, peritiores consulere possit, & hæc sufficientia satis est.

D. Ant. SCIENDVM verò hic quòd D. Antonino tribuitur sententia quædam illis, nempè quòd inter confessarios distinguendum est, quando est sermo de eorum sufficientia: nam vel est iussus à suo prælato, vt audiat confessiones, vel ex se ad id muneris spontaneè se offert. Nam qui iussus est à Prælato, audiens confessiones satis est, si prædicto modo sciat dubitare; at si ex se ad id muneris se obtulit, tenetur de omnibus à pœnitente sibi propositis iudicare. Sed meritò refellitur à Nauarro vbi suprà hæc doctrina, nam siue in vno, siue in altero modo quis audiat confessiones, sufficit, vt sciat saltem dubitare: & [illegible] hæc sententia Nauarri habet locum in Religiosis, qui [illegible] per iubentur à Superioribus, vt tale munus exerceant: & propterea non indiget tanta scientia ille, qui audit confessiones Regularium, & personarum Deo seruientium, qui vt plurimùm veniales culpas committunt: neque qui audiunt confessiones, vbi sunt multi literati, quos possunt consulere.

Imperiti qui audiunt confessiones non excusantur à mortali. Benè verum est, quòd non excusantur à mortali confessarij expositi, neque qui eos exponunt, quando id sciunt: si tales confessarij nesciant casus, à quibus possunt, vel non possunt absoluere: vel si nesciant differentiam excommunicationis maioris, & minoris, vel peccata mortalia communia, vel voluntatem deliberatam ad mortale, esse mortale: vel si quamcumque superbiam, & inuidiam iudicent esse mortalem culpam, quia secundùm Nauarrum, *vbi suprà numero quarto*, confessarij, qui hæc ignorant, neque communiter nota à confessarijs, nouerunt.

Imperiti confessarij excusantur à mortali au- Excusantur verò à mortali imperiti confessarij in multis casibus. PRIMO, quando audiunt peritos pœnitentes, eos de sua ignorantia admonentes, scilicet

vt

Audiendo confessiones in tribus casibus.

vt confessiones minus sæpe pœnitentis petito suam ignorantiam, ad hæc, vt pœnitens explicet, quando peccatum est mortale, & quando non. SECVNDO, Cum audiunt regulares pœnitentes, tantum peccata venialia habentes. TERTIO, cum audiunt in articulo mortis constitutum, neque suppetit illius, qui tunc possit eius confessionem audire. QVARTO, Cum audit Christianos inter Saracenos captiuos, vbi non est copia proprii sacerdotis.

ARTICVLVS II.

QVam opinionem sequi debeat confessarius, suamne? an pœnitentis? De hac materia videantur fuse quæ habet Sayrus *in sua claui Regia, tom. 1 lib. 1. capite 7. 8. & 9.* Azorius *in primo tomo, libro 1. cap 16.* Corduba *in suo quæstionario, libro secundo, quæstione 3. dicto 4.* Gregor. de Valent. *in 3. tomo, disputatione quinta, quæstione septima, puncto quarto.* Medina *in 1. 2. quæstione decima nona, articulo sexto, dubio antepenultimo.* Nauarrus *in Manual. capite vigesimo sexto, numero quarto, & alij.* In hac difficultate distinguendum est de pœnitente, & confessore; nam vel pœnitens est ignarus, & confessor doctus, vel è contra, pœnitens est doctus, & confessor indoctus: vel certe æquè sunt docti.

Sayrus. *Azorius.* *Corduba.* *Valentia.* *Medina.* *Nauar.*

Pœnitens ignarus debet sequi opinionem confessarij.

Si primo modo, nempe quòd confessarius est doctus, & pœnitens est ignarus, tunc regulariter tenetur pœnitens sequi opinionem confessarij: quòd si noluerit, dimittendus est sine absolutione; nisi pœnitens ignarus consuluerit antea peritiores, & tunc confessarius poterit sequi opinionem illorum peritorum, quos pœnitens consuluit.

Confessarius ignarus debet sequi opinionem pœnitentis docti.

Si verò pœnitens est doctus, & confessarius indoctus: tunc potest sequi confessarius opinionem pœnitentis. Si verò æquè sunt docti confessarius potest, & debet absoluere pœnitentem secundum suam opinionem. Itaque resolutiue dicimus, confessarium quemcunque absoluere posse pœnitentem sequentem opinionem probabilem, relicta sua opinione probabiliori; ratio est, quia confessarius denegare non potest absolutionem, nisi malè disposito: at pœnitens eo ipso quòd sequitur opinionem probabilem, non est malè dispositus, ergo confessarius absolutionem illi denegans, iure suo illum spoliat. Id quod tàm de ordinario, quàm de extraordinario Confessore procedit: est tamen differentia; nam Ordinarius confessarius cum ratione sui officij subditis [illegible] ministrare teneatur, nisi [illegible] aliquod impedimentum inueniat, & in hoc euentu nullum sit impedimentum ex parte pœnitentis, vt diximus; non solum tenetur ipsius confessionem audire, sed etiam post auditam confessionem ipsum absoluere. Confessarius autem extraordinarius, seu ex commissione, quamuis [illegible] confessionem illius audire [illegible] do [illegible] sequi suam opinionem, nullam [illegible]: [illegible] confessionem, ad absolutionem [illegible] dispositum, [illegible] absolutionem [illegible] non tamen existimarem eum semper peccare mortaliter non absoluendo, siquidem nonnunquam excusatur confessarius tam proprius, quàm alienus, si propter opinionem propriam pœnitentes absoluere noluerit, dummodo bona fide, & ex causa iusta id faciat.

In plurimis confessarius debet sequi opinionem probabilem pœnitentis.

Superior debet se remittere Confessario, quando est doctus & prudens est.

An verò confessarius sequi debeat suam opinionem probabilem, & innixam solido fundamento, vel graui Doctori, an verò sequi debeat opinionem Superioris alter sentientis? Hanc difficultatem ponimus, quia aliquando potest occurrere casus, quòd Superiores difficiles se exhibent in danda sua auctoritate pro reseruatis, & nihilominus Confessarius iudicat sibi dandam

dam esse facultatem, quid tenendum? Respondeo, quod standum est opinioni cõfessarij, non solum quia sic probabiliter iudicat, vel habet aliquem Doctorem ex suâ parte: verum etiam, quia sic habet Decretũ Clem. VIII. ait enim in numero quinto: *Et quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam sibi debere committi, ipse in primis confessarius iudicauerit.* Ergo si confessarius iudicat, Superiorem teneri ad dandam ei facultatem absoluendi ab aliquo casu reseruato; tunc Prælatus tenetur ei dare facultatem.

ARTICVLVS III.

Confessarij non possunt absoluere à reseruatis simpliciter, sed iuxta formam Decreti Clem. VIII.

AN *confessarij deputati possint absoluere ad libitum à casibus reseruatis omnes suos pœnitentes?* Respondeo quòd circa hoc non defuerunt, qui dicerent facultatem absoluendi à reseruatis modò residere penes ipsos confessarios deputatos, adeò vt ampliùs non sit necesse recurrere ad Prouinciales. Quod conantur asserere ex verbis Decreti Clem. VIII. *num.* 5. vbi dicitur sic: *Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori: qui que sint docti, prudentes, ac charitate prædit, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam committatur absolutio reseruatorum, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis confessarius iudicauerit.* Ergo inquiunt opinantes, cum confessarijs committatur facultas, ad Ministros non est ampliùs recurrendum.

Sed profectò hallucinatur; nam Decretũ nõ dicit, vt simpliciter committatur facultas talis ipsis deputatis; sed præcipit, vt cõmittatur, *quando casus occurrerit, in quo ipse confessarius in primis iudicauerit* nõ esse expediens, vt pœnitens ad Superiorem recurrat personaliter; ergò si tunc debet committi facultas, & vtique à Prouinciali, patet, quòd ex verbis Decreti non potest rectè elici, vt confessarij deputati talem facultatẽ simpliciter habeant. Quod etiam clarius patet, ex determinatione facta à *Sanctissimo D. N. Papa Paulo V.* qui hodie fœliciter viuit & regnat, & de qua fecimus mentionem suprà *in.1 sect. art.17. in fine*: ponderentur, quæ ibi dicuntur à sua Sanctitate, & sic opinantes desistant ampliùs taliter opinari.

Deputatio confessariorum fit multipliciter.

Circa deputationem Confessariorum modò est animaduertendum, quòd talis deputatio multipliciter fit, iuxta diuersos ritus Religionum; nam apud aliquos deputantur non solum confessarij pro communibus peccatis; verùm & aliqui particulares, quibus absolutè datur facultas, vt à casibus reseruatis absoluant quoscunque ad ipsos accedentes: apud aliquos etiam deputantur confessarij, qui vtramque facultatem habent: aliqui verò etiam id faciunt, scilicet quòd deputati absoluunt à non reseruatis, & pro reseruatis recurrunt ad Superiorem, quod vtique facere possunt; nam Prælatus, qui habet facultatem, domi est: diximus enim *in 1. sect. in art. 7.* quòd si reseruare casus ante Decretum pertinebat ad Abbates, vel ad Priores, seu Rectores Domus, quod apud ipsos modò residet facultas absoluendi. Ergo si Superior Domus habet hanc facultatẽ, ad illum debet recurrere confessarius, antequam absoluat, nisi aliter constitutum sit in sua Religione. Apud nos Capuccinos etiam varia est dispositio confessariorum deputatorum, iuxta diuersitatem Prouinciarum; nam in aliqua Prouincia deputantur à Capitulo, in aliqua verò ipse Prouincialis solus id facit, in aliqua verò ipsis Guardianis loci datur facultas, vt possint deputare: vnde seruandus est mos, & ritus cuiuscumque Prouinciæ.

Ex dictis patet, quòd cauere debent confessarij deputati ab absolutione reseruatorum, nisi specialiter id eis committatur, vel nisi ipsi imprimis iudicauerint, sibi debere committi, alioquin absolutio data nihil valet. Videatur pro hoc Concilium Tridentinum *in sess.* 14. *cap.* 7. vbi statim in ipso principio Capituli declarat nullius momẽti esse eam absolutionem, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdele-

delegatam non habet iurisdictionem. Hæc sunt verba Concilij: *Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.* Hucusque Concilium. Quod autem absolutio data super casibus reseruatis a non habentibus auctoritatem sit nulla, & nullius roboris, vel momenti, habetur nedum in præallegato Concilio Tridentino, sed etiam *ext. de pœnit. & rem. cap. omnis vtr. sex.* & etiam in Concilio Florentino, sub Eug. 4. *ibi, de ministro pœnitentiæ*, & in Catechismo Romano, ibi, *de ministro Sacramenti pœnitentiæ*, & apud D. Thom. *in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 3. sub art. 3. ad 1. & dist. 14. quæst. 3. art. 2. ad primum & communiter apud Theologos in 4.* Et ratio ipsorum est, quia confessio non solùm est medicina, sed etiam est ad instar actus iudicialis, vt pariter dicit Concilium Tridentinum: sententia autem (cuiusmodi est absolutio à peccatis) à Iudice non suo lata, nulla est: & idcirco etiam absolutio tradita super peccatis, aut alias super reseruatis à non habentibus iurisdictionem est nulla, & cassa.

Absolutio à reseruatis data à non habentibus auctoritatē, nulla est.

Concil. Triden.
Conc. Flor.
D. Thom.

ARTICVLVS IV.

Cum in nostra Religione confessarij deputati absoluant etiam a reseruatis, licèt cum onere se præsentandi, vt dictum est in 1. sect. in art. 8. quæritur hic; An hoc intelligatur de delictis secretis an verò quando delictum aliquod publicum occurrerit, poterit confessarius absoluere delinquentem in foro conscientiæ, & remittere postea ad Superiorē ea, quæ supersunt? Respondeo quòd quantum ad peccata reseruata secreta potest & debet id facere: sed quantum ad delictum publicum, & notorium, non potest, antequam à Superiore absoluatur: ratio est, quia cùm peccatum sit publicum, iam amisit famam, imo scandalizaremtur adstantes, si antequam absolueretur iuridice à Prouinciali, viderent illum vel fungi sacerdotio, vel aliter communicare. Facit pro hoc doctrina Philippi Franci *in cap. solet. de sent. excom.* dicentis, quòd *cap. ex parte in 1. de verb. sign.* vbi dicitur quod pro manifesta iniuria nullus est absoluendus, nisi satisfactione læsæ partis præmissa, debet intelligi, quando quantitas satisfactionis est liquida. quòd si liquidanda est, tunc reus poterit absolui, datis fideiussoribus, vel pignoribus. Secundò debet intelligi, quando satisfactio est possibilis: nam quando non est talis, tunc absolutio potest dari. *sic Francus.*

Confessarius non potest absoluere pœnitentem à reseruato, quando delictum est publicum.

Præterea *in dist. cap. ex parte* dicitur, quòd nullus est absoluendus ab excommunicatione, pro iniuria manifesta, nisi reali satisfactione præmissa. Per quem textum dixerunt Innocentius, & Io. Andreas *in cap. solet. de sent. excom. in 6.* quòd si petenti absolutionem opponatur de manifesta offensa, non absoluatur. Vltimo dico, quòd quando duo Religiosi se percutiunt publicè, tum Fiscus acquisiuit ius super eos. vnde oportet prius recurrere, & satisfacere Fisco, antequam sacramentaliter absoluatur. Benè verum est, quod non est necesse, vt personaliter eant: nam sufficit quod per epistolam Superior fiat certior, qui potest committere absolutionem, cui magis ei libet. Carcerarius verò potest cum talibus sic excommunicatis conuersari ex necessitate, non autem alij Religiosi, cùm sint excommunicati.

Innocent. & Io. Andr.

Religiosi percutientes quid facere debent.

Carcerarius potest cū excōmunicatis conuersari ex necessitate.

ARTICVLVS V.

An *Confessarij deputati, qui aliquando à Superioribus habent facultatem circa casuum reseruationem, possint illam alijs committere?* Respondeo quod Nauarrus in Man. *cap. 27. num 45. ex cap. fin. de offic. ordin.* tenet quod sic: nam simplex ministerium absoluendi potest delegari, etiam à delegato Ordinarij, & à subdelegato delegat: Pa-

Simplex ministerium absoluendi potest delegari.

dam esse facultatem, quid tenendum? Respondeo, quòd standum est opinioni cõfessarij, non solum quia sic probabiliter iudicat, vel habet aliquem Doctorem ex sua parte: verum etiam, quia sic habet Decretũ Clem. VIII. ait enim in numero quinto: *Et quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam sibi debere committi, ipse in primis confessarius iudicauerit.* Ergo si confessarius iudicat, Superiorem teneri ad dandam ei facultatem absoluendi ab aliquo casu reseruato; tunc Prælatus tenetur ei dare facultatem.

ARTICVLVS III.

Confessarij non possunt absoluere à reseruatis simpliciter, sed iuxta formam Decreti Clem. VIII.

AN *confessarij deputati possint absoluere ad libitum a casibus reseruatis omnes suos pœnitentes?* Respondeo quod circa hoc non defuerunt, qui dicerent facultatem absoluendi á reseruatis modò residere penes ipsos confessarios deputatos, adeò vt ampliùs non sit necesse recurrere ad Prouinciales. Quod conantur asserere ex verbis Decreti Clem. VIII. *num.* 5. vbi dicitur sic: *Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori: iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam committatur absolutio reseruatorum, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis confessarius iudicauerit.* Ergo inquiunt opinantes, cùm confessarijs committatur facultas, ad Ministros non est ampliùs recurrendum.

Sed profectò hallucinãtur; nam Decretũ nõ dicit, vt simpliciter committatur facultas talis ipsis deputatis; sed præcipit, vt cõmittatur, *quando casus occurrerit, in quo ipse confessarius in primis iudicauerit* nõ esse expediens, vt pœnitens ad Superiorem recurrat personaliter; ergò si tunc debet committi facultas, & vtique à Prouinciali, patet, quòd ex verbis Decreti non potest rectè elici, vt confessarij deputati talem facultatẽ simpliciter habeant. Quod etiam clarius patet, ex determinatione facta a *Sanctissimo D. N. Papa Paulo V.* qui hodie fœliciter viuit & regnat, & de qua fecimus mentionem suprà *in 1. sect. art. 17. in fine*: ponderentur, quæ ibi dicuntur a sua Sanctitate, & sic opinantes desistant ampliùs taliter opinari.

Deputatio confessariorum sit multipliciter.

Circa deputationem Confessariorum modò est animaduertendum, quòd talis deputatio multipliciter fit, iuxta diuersos ritus Religionum; nam apud aliquos deputantur non solùm confessarij pro communibus peccatis; verùm & aliqui particulares, quibus absolutè datur facultas, vt à casibus reseruatis absoluant quoscunque ad ipsos accedentes: apud aliquos etiam deputantur confessarij, qui vtramque facultatem habent: aliqui verò etiam id faciunt, scilicet quòd deputati absoluunt à non reseruatis, & pro reseruatis recurrunt ad Superiorem, quod vtique facere possunt; nam Prælatus, qui habet facultatem, domi est: diximus enim *in 1. sect. in art. 7.* quòd si reseruare casus ante Decretum pertinebat ad Abbates, vel ad Priores, seu Rectores Domus, quod apud ipsos modò residet facultas absoluendi. Ergo si Superior Domus habet hanc facultatẽ, ad illum debet recurrere confessarius, antequam absoluat, nisi aliter constitutum sit in sua Religione. Apud nos Capuccinos etiam varia est dispositio confessariorum deputatorum, iuxta diuersitatem Prouinciarum; nam in aliqua Prouincia deputantur a Capitulo, in aliqua verò ipse Prouincialis solus id facit, in aliqua verò ipsis Guardianis loci datur facultas, vt possint deputare: vnde seruandus est mos, & ritus cuiuscumque Prouinciæ.

Ex dictis patet, quòd cauere debent confessarij deputati ab absolutione reseruatorum, nisi specialiter id eis committatur, vel nisi ipsi imprimis iudicauerint, sibi debere committi, alioquin absolutio data nihil valet. Videatur pro hoc Concilium Tridentinum *in sess.* 14. *cap.* 7. vbi statim in ipso principio Capituli declarat nullius momẽti esse eam absolutionem, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdele-

delegatam non habet iurisdictionem. Hæc sunt verba Concilij: *Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.* Huc usque Concilium. Quod autem absolutio data super casibus reseruatis à non habentibus auctoritatem sit nulla, & nullius roboris, vel momenti, habetur nedum in prællegato Concilio Tridentino, sed etiam *ext. de pœnit. & rem. cap. omnis vtr. sex.* & etiam in Concilio Florentino, sub Eug. 4. *ibi, de ministro pœnitentiæ*, & in Catechismo Romano, ibi, *de ministro Sacramenti pœnitentiæ*, & apud D. Thom. *in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 3. sub art. 3. ad 1. & dist. 14. quæst. 3. art. 2. ad primum & communiter apud Theologos in 4.* Et ratio ipsorum est, quia confessio non solùm est medicina, sed etiam est ad instar actus iudicialis, vt pariter dicit Concilium Tridentinum: sententia autem (cuiusmodi est absolutio à peccatis) à Iudice non suo lata, nulla est: & idcirco etiam absolutio tradita super peccatis, aut alias super reseruatis à non habentibus iurisdictionem est nulla, & cassa.

Absolutio à reseruatis data à non habentibus auctoritate, nulla est.

Concil. Triden.

Conc. Flor.

D. Thom.

ARTICVLVS IV.

CVm in nostra Religione confessarij deputati absoluant etiam à reseruatis, licèt cum onere se præsentandi, vt dictum est in 1. sect. in art. 8. quæritur hic; An hoc intelligatur de delictis secretis, an verò quando delictum aliquod publicum occurrerit, poterit confessarius absoluere delinquentem in foro conscientiæ, & remittere postea ad Superiorē ea, quæ supersunt? Respondeo quòd quantum ad peccata reseruata secreta potest & debet id facere: sed quantum ad delictum publicum, & notorium, non potest, antequam à Superiore absoluatur: ratio est, quia cùm peccatum sit publicum, iam amisit famam, imo scandalizarent, & instantes, si antequam absoluerentur iuridicè à Prouinciali, viderent illum vel fungi sacerdotio, vel aliter communicare. Facit pro hoc doctrina Philippi Franci *in cap. solet. de sent. excom.* dicentis, quòd *cap. ex parte in 1. de verb. sign.* vbi dicitur quod pro manifesta iniuria nullus est absoluendus, nisi satisfactione læsæ partis præmissa, debet intelligi, quando quantitas satisfactionis est liquida: quòd si liquidanda est, tunc reus poterit absolui, datis fideiussoribus, vel pignoribus. Secundò debet intelligi, quando satisfactio est possibilis: nam quando non est talis, tunc absolutio potest dari. *sic Francus.*

Confessarius non potest absoluere pœnitentem à reseruato, quando delictum est publicum.

Præterea *in dist. cap. ex parte* dicitur, quòd nullus est absoluendus ab excommunicatione, pro iniuria manifesta, nisi reali satisfactione præmissa. Per quem textum dixerunt Innocentius, & Io. Andreas *in cap. solet. de sent. excom. in 6.* quòd si petenti absolutionem opponatur de manifesta offensa, non absoluatur. Vltimo dico, quòd quando duo Religiosi se percutiunt publicè, tum Fiscus acquisiuit ius super eos vnde oportet prius recurrere, & satisfacere Fisco, antequam sacramentaliter absoluatur. Benè verum est, quòd non est necesse, vt personaliter eant: nam sufficit quòd per epistolam Superior fiat certior, qui potest committere absolutionem, cui magis ei libet. Carcerarius verò potest cum talibus sic excommunicatis conuersari ex necessitate, non autem alij Religiosi, cum sint excommunicati.

Innocent. & Io. Andr.

Religiosi percutientes quid facere debent.

Carcerarius potest cū excōmunicatis conuersari ex necessitate.

ARTICVLVS V.

AN Confessarij deputati, qui aliquando à Superioribus habent facultatem circa casuum reseruationem, possint illam alijs committere? Respondeo quod Nauarrus in Man. *cap. 27. num 45. ex cap. fin. de offic. ordin.* tenet quod sic: nam simplex ministerium absoluendi potest delegari, etiam à delegato Ordinarij, & à subdelegato delegati Pa-

Simplex ministerium absoluendi potest delegari.

pæ, quamuis non possint delegare suis iurisdictiones, quorum ratione id eis competit. Intellige autem quòd possit delegari simplex ministerium, non cuicunque Religioso, sed illi tantùm, qui approbatus est ad audiendas confessiones. Vide Grassium in 1. parte decis. lib. 1. cap. 10. num. 15. Et addit Nauarrus, quòd hæc delegatio quotidiana est.

Grassius. Nauar.

In commentarijs autem *sup. cap. placuit, num. 71.* idem tenet, sed sibi ipsi facit quasdam obiectiones, & soluit, quas de verbo ad verbum transcribere placuit, ait ergo sic: Contra hanc conclusionem facit cap. 11. §. cæterum de officio delegati, vbi habet, pœnitentias [illegible] potestatem etiam à Papa concessam subdelegari non posse. SECVNDO facit quod delegatus ab Ordinario non subdelegat. *l. à iudic. C. de iud. cap. cum causam de appell.* TERTIO, quod Syluest. *in verbo excommunicatio. 7. casu 14. dub. 1.* tenet contrarium in eo, quod dixi, de Vicario ad modicum tempus à rectore constituto. Facit & contra quòd Richardus *in quodlib. ait.* sacerdotem habentem auctoritatem ordinariam, posse eam alteri delegare: posse quoque si habet commissam à Papa iurisdictionem: non autem si nudum officiū, seu ministerium habet, velut audiendi confessiones. Posse item si habet commissionem ab [illegible] Episcopo, vel huiusmodi ad [illegible] causarum, vt officialis, vel [illegible] pœnitentiarius, potest pariter [illegible] committere, nisi fuerit ei [illegible] aliter [illegible]. Si vero habet [illegible] commissionem, non potest: ex quibus infert sacerdotem, qui conductus Ecclesiæ parochiali deseruit, cum non sit ordinarius [illegible] Ecclesiæ parochialis [illegible], *& ita dicit cap. fin. de off. deleg. in §. cæterum interpretandum esse.*

Syluest. Riccar.

Ad horum primum respondeo, §. *cæterum*, agere de [illegible] delegandi potestate in [illegible] pœnitentiarijs, [illegible] vero de eligenda [illegible] licentia, vt cui [illegible] confiteri. [illegible] casu a [illegible] subdelegatur potestas, in hoc vero nulla: nam facultas illa eligendi confessarium non est potestas, quæ residet in ipso, qui [illegible], & quæ transferatur de illo in confessarium, sed quæ [illegible] declaratio, qua declarat, se nolle vti iure, quod ad se pertinebat. SECVNDO dico, §. illud procedere, quando [illegible] negatur subdelegari potestas, propterea quòd personæ industria videtur electa in causa [illegible] agendo, sed in eo, qui ea [illegible] plenè committit, vt circa S. [illegible] administrationem [illegible], quæ ipse potest.

Ad secundum concedo, tam [illegible] ab inferiore, quàm Principe [illegible] posse: [illegible] non sequitur ex hoc, [illegible] hanc licentiam dare non posse, et [illegible] concederetur, illum Vicarium esse delegatum, quia dare hanc, de qua loquimur, licentiam, & delegare vel subdelegare, separata sunt, & ideo ab altero non infertur efficaciter. *l. Papinianus. §. ff. de* [illegible]. *cap. 2. de translat. Prælatorum.*

Ad tertium respondeo, Syluestrum, tametsi mihi semper visus sit doctus, & resolutus auctor; tamen non esse apud me tanti, vt ipsius me contra rationes efficaces trahat auctoritas, præsertim cùm mihi Adriani viri vtique doctissimi iuuet determinatio. Secundo respondeo, Syluestri dictum procedere posse, quando qui ad modicum tempus Vicarium posuit, non erat ea mente, vt concederet suas vices, etiam cùm oporteret, ad delegandum, & vocandum alios coadiutores, non autem quando de huiusmodi mente, vel per coniecturas, vel [illegible] hoc, vel aliorum pristinam [illegible] satis appareret.

Ad ea Riccardi respondi potest primò omnia illa de subdelegatione procedere, nostra vero de cōcessione licentiæ rei longe ab illis diuersæ. Potest secundò responderi, quemadmodum secundo modo fuit ad primum responsum. Ex quo infero, quòd si rector accersiat aliquem Sacerdotem, vt se iuuet in audiendis confessionibus, is non poterit eiusmodi licentiam tribuere, quia de præ-

de [illegible] & per regulares [illegible] tacite videtur agi [illegible] per illud § [illegible] Nau.

Ex [illegible] quod [illegible] loquendo, in [illegible] Religione confessarius [illegible] ad audiendas confessiones, non potest [illegible] se ad audiendam confessionem [illegible], nisi ad hoc habeat specialem concessionem a [illegible]. Ratio est, quia [illegible] prohiberet, vt nemo [illegible] confessarium eligat absque licentia Superioris: & multo minus poterit hoc cum licentia deputari confessarius, nisi quando ad hoc nullam habet a Superiore facultatem, imo per statuta prohibetur, [illegible] dictum est. Secundo, quod [illegible] Guardiani ipsi, qui ordinarij [illegible], possunt [illegible] facere extra suam Guardianiam: quod si aliquando delegant facultatem audiendi confessiones, illis delegant, qui alias sunt admissi à Prouinciali ad audiendas confessiones: nam si non sunt admissi, non possunt deputari à Guardianis, nisi hi specialem ad id habeant facultatem. Tertiò neque Pœnitentiarij Sancti Petri talem facultatem habent: nam propterea semper recurrunt, vel ad Sanctissimum Dominum, vel ad Maiorem Pœnitentiarium, vel ad Regentem Pœnitentiariæ, pro concedenda facultate alicui absenti, vt possit sibi eligere confessarium, a quo possit libere absolui ab omnibus censuris, & reseruationibus: nam si tali potestate gauderent, delegandi scilicet ministerium cuicunque, ad Superiorem vtique non recurrerent, prout [illegible] à Patre Benedicto Iustiniano Rectore Collegij Pœnitentiariorum Iesuitarum, pro Ecclesia Sancti Petri Romæ.

ARTICVLVS VI.

Casus occurrere potest, qui proponitur, & resoluitur a Rodriquez in 1. tom summa, cap 35 numero 5. Q[illegible] [illegible] Chr[illegible], seu [illegible] a Prælato [illegible] facultatem ad absoluendum quendam suum pœnitentem, [illegible] vult illam concedere, [illegible] communicare. Et vt venit [illegible] temporis, [illegible], qua [illegible] conuenerant ad communionem [illegible] confessario præ[illegible] facultatem, quam mihi [illegible] petiit. Quod fecit [illegible] occasione, quia pro breuitate temporis putauit confessarium vocaturum illum Religiosum ad absoluendum illum, & sic cognosceret illum. Confessarius verò sagax & prudens non debet in [illegible] vocare iuuenem pœnitentem, sed sufficit, quod quando dicitur confessio (scil. Confiteor [illegible]) pro sacra communione sumenda ab omnibus simul, absoluat illum ab omnibus peccatis, quæ audiuit, licet pœnitentem nesciat hanc absolutionem. Sic Rodriquez.

Sed ego consulerem, vt postea capta opportunitate temporis, serò absoluat eum: nam licet absolutio ab excommunicatione possit dari non solum absenti, verum & ignoranti, non tamen hoc fieri potest in absolutione a peccatis. Ideo puto, quod in similibus casibus melius esset ire ad communionem, ad [illegible] scandalum, & notam, habita prius contritione, ac si ibi non esset copia confessarij, & postea cum opportunitate temporis facere ea, ad quæ tenetur. Et eò magis hoc dico, quia in illa absolutione, quæ fit ante sumptionem Sacramenti Eucharistiæ, non datur, neque dicitur propria forma absolutionis, scilicet, Ego te absoluo, sed ibi tantum fit deprecatio, Misereatur tui, Indulgentiam, &c. & nihil aliud: ergo ille talis pœnitens non potest dici absolutus, neque à peccato, neque à præsentatione. Nisi dicatur, quòd antea iam absoluerat eum a peccato, & promisit confessarius se petiturum licentiam a Superiore pro præsentatione: & in hoc est etiam [illegible] facultas [illegible] melius est, & cautius, vt post [illegible] illam serò conciliatur, vt patet [illegible] est.

Rodriquez.

Absolutio ab excommunicatione potest dari absenti, non autem absolutio à peccatis.

ARTICVLVS VII.

Palud. Syluest. Nauar. *Facultas eligendi confessorem finitur per vnũ actum cõpletum: quando facultas datur determinatè.*

AN *facultas eligendi Confessarium finiatur per vnum actum, id est, per electionem vnius confessarij?* Respondeo quòd hunc casum tractan Paludanus *in 4. dist. 17 quæst 3.* Syluester, *confessor. 1. quæst. 7.* & Nauarrus *in cap. placuit, num. 167.* & hi omnes absolute diffiniunt, non finiri. Aduertendum tamen est, hanc facultatem interdum expresè dari solùm ad semel faciendam confessionem de peccatis, cuicumque pœnitens voluerit, & tunc clarum est, facultatem finiri per vnum actum: oportet tamen illum esse completum, quia nec priuilegium extenditur vltra id, quod in ipso exprimitur, neque etiam finitur ante completum vsum eius. Vnde si quis virtute Iubilæi eligit confessarium, cui confiteri cœpit, vel etiam integrè confessus est, non est tamen absolutionem consecutus, vel casu aliquo; vel quia confessarius ei absolutionem denegauit; nihilominus potest alium confessarium eligere, quia prior actus non fuit consummatus: & quia illa facultas ad hoc præcipue conceditur, vt absolutio obtineatur; ideò prior electio: quæ ad absolutionem non pertinuit, tanquam nulla reputatur, ac proinde potest alius confessarius eligi, dummodo id fiat intra tempus in priuilegio præscriptum, si fortasse in illo limitatur. Atque eadem proportione iudicandum est de hac facultate, quando exprefse ad certum tempus, seu numerum confessionum, aut personarum cõceditur.

Non finitur vero quando datur sine limitatione.

Quando verò datur indefinite & sine aliqua limitatione, clarum est non finiri vnico actu, neque electionem factam de vno confessario esse immutabilem, sed posse fieri nunc vni, postea alteri, pro arbitrio eius, cui facultas est data.

ARTICVLVS VIII.

QVid si moriatur, vel amoueatur ab officio Prælatus, qui ad id fecit potestatem? Respondeo quòd vel dedit facultatem indefinité, vel cum limitatione: si indefinité, simpliciter expirat concessio & facultas a tali Superiore data. Si verò cum limitatione, expirat simpliciter, si eam dedit pro vna vice, & antequam mortuus sit, iam qui incœpit confiteri, potest prosequi & absolui pro illa vice: si verò non sit incœpta, debet recurrere ad successorem.

ARTICVLVS IX.

Superior dãs facultatem pro reseruatis, non dat eam pro censuris

AN *Confessarij deputati, qui aliquando habent facultatem absoluendi à casibus reseruatis, etiam à repræsentatione, habeant quoque illam pro omnibus censuris?* Respondeo hic plura.

PRIMO, quòd Prouincialis concedendo casus suos, siue sibi reseruatos, non videtur concedere absolutionem a censuris sibi reseruatis, quoniam à diuersis non fit illatio, vt dicitur *in lib. Papinianus. ff. de minor. & cap. ad audientiam, de decimis.* Et aliud est peccatum reseruatum Prouinciali, aliud censura ei reseruata.

Nec concedit absolutionem, aut dispensationem votorũ, aut irregularitatum.

SECVNDO, Nec concedendo absolutionem a suis casibus & censuris videtur concedere absolutionem, aut dispensationem votorum: aut irregularitatum, à quibus ipse potest, quia nec sunt casus, nec censuræ ipsi reseruatæ.

Nauar

TERTIO, Prouincialis concedendo alicui omnem suam facultatem ad audiendam confessionem, & absoluendum aliquem, non videtur concedere casus sibi reseruatos [illegible] in Man. *cap. 27. num. 261* licet [illegible] gat, quanquam oppositum credo, quia concedit omnes suos casus. *Nihilominus* in nostra Religione praxis est in contrarium,

[illegible]rium; nam quando Pontifex [illegible] dat vel pœnitenti, vel confessario [illegible] facultatem, & [illegible], tunc intelligitur data potestas absoluendi [illegible] ab omnibus sibi [illegible] obseruetur. vnde non absoluitur [illegible] reseruato [illegible], quod [illegible], vel confessarius [illegible] vestra [illegible] li[illegible] concedit, non [illegible].

Quarto, Si vero Pontifex [illegible] dicat Concedo tibi omnem [illegible] facultatem, excepto tali casu reseruato, tunc potestatem dat pro omnibus aliis reseruatis [illegible] circa [illegible] posita, [illegible] contrariam c. dominus. 32. quæst. [illegible] de quo Panorm. in cap. quartum, de conni. [illegible].

c[illegible] vel [illegible] mutantur, non quidem v[illegible] futuræ, sed [illegible] in præsentis [illegible] & licentiæ tacitæ. Et Salus [illegible] 4. dist. [illegible] quæst. 4. art. [illegible] quod [illegible] ratihabitio, [illegible] consensus [illegible] interpretatiuus. Et Emanuel Sa in suis aphorismis [illegible] numer. 6. a[illegible]. A[illegible] ratificationem, [illegible] tionem [illegible] placet. S[illegible] o Suarez [illegible] probare [illegible] n[illegible] [illegible] num. 4 [illegible] r sub numer. [illegible] dist. 27. sect. 4. in 4. dist. [illegible] tatione [illegible] facultatem [illegible] præ[illegible] [illegible] eadem est [illegible] p[illegible] concordat M[illegible] C[illegible] de pœn. & peccar. dist. [illegible] art. 1. quæst. 3.

Sot. Emanuel Sa. Suarez.

ARTICVLVS X.

AN sufficiat ratihabitio, vt absolutio sit valida? Respondeo [illegible] hoc cum distinctione; nam ratihabitio potest esse duplex, vel de futuro, vel de præsenti. Si ratihabitio est de futuro, vt si S[illegible] absque iurisdictione absoluat aliquem [illegible], credens quod Plebanus vel Episcopus eius cum sciuerit, ratum habebit; tunc manifestum est, nullum esse Sacramentum, quoniam cum Sacramentum tunc conferat gratiam, quando applicatur absolutio, neque vllo pacto ex futuro pendere, sed tunc debent concurrere omnia, quæ sunt de essentia Sacramenti, atque adeò iurisdictio sacerdotis; qua[illegible] si tunc illam non habet, nec ratihabitio futura refert. Si autem ratihabitio sit [illegible] præsenti [illegible] sic Hostiens. in summa. de pœnit. & remiss. §. cui confitendum numero 14. Sylu[illegible] confessor. [illegible] cap. §. 6. ver. 8. Nauar. in cap. placuit. dist. 6. num. [illegible]5. vbi ponit exemplum de duobus Parochis, seu Curatis, qui adeò sunt familiares, & amici, quod vterque illorum tam vult, vt quis alteri confiteatur, ac sibi; nam eo casu confessio, & absolutio impensa parochianis vnius, qui alteri Parocho confitetur absque li-

Ratihabitio est duplex.

Ratihabitio de futuro nō facit vt absolutio teneat.

Ratihabitio de præsenti tenet. Hostiens. Syluest. Nauar.

ARTICVLVS XI.

AN quando confessarius [illegible] ad Pro[illegible] [illegible] lem pro [illegible], sed [illegible] pœnitentem, sufficiat [illegible] [illegible] auctoritate? Respondeo quod [illegible], ratio est, quia [illegible] confessarius [illegible], quod Prælatus debet ei dare facultatem [illegible] Decreto Clem. VIII. Imò D. Thom[illegible] in 4. [illegible] 17. quæst. in 4. vbi supra a[illegible], [illegible], [illegible] dicat, [illegible] rationabilem [illegible] illam facultatem, vt pastor [illegible] illam [illegible] illum exponat periculo maioris mali. Nec etiam debet eum cogere, vt causam in particulari explicet, quia vel potest ad ipsummet pastorem pertinere, vel potest esse ita connexa cum peccato, vt necesse sit illud explicare, ad quod [illegible] n[illegible] [illegible] pœnitens. Sic Suarez tom. 4. dist. 27. sect. 4. num. 2[illegible]. Benè v[illegible] est, quod Prælatus potest discurrere cum confessario circa qualitatem peccati, & assignare pœnitentiam, [illegible] semper manente sigillo [illegible] hoc est satis conforme Decreto Clem. VIII. vbi suprà in Decreto, numero 7.

Clem. VIII. D. Thom.

Superior non debet cogere confessarium, vt explicet causam in particulari.

Suarez.

Superior potest discurrere cum cōfessario de qualitate peccati.

ARTICVLVS XII.

Confessarius debet explicare onus de se præsentando pœnitenti [illegible] est.

AN necesse [illegible] confessarius disertis verbis [illegible] pœnitenti onus de se præsentando Superiori? Respondeo ad hoc, quod vt plurimum debet, maxime si pœnitens fuerit simplex, seu ignarus: at si tale onus non fuerit ei a confessario expositum, modo ipse pœnitens absolutioni consenserit, tenetur se præsentare: dum enim ipse cognoscit, cōfessarium non habere auctoritatem a reseruatis absoluendi, nisi ligando pœnitentem ad se præsentandum Superiori, dum absolutionem petit, seu absolutioni consentit, tacite ad reconciliandum Superiori voluntarie se [illegible], atque obligatus, sicut qui expresse hoc promisit, sufficit enim tacitus cōsensus ad obligandum pœnitentem, vt annotauit Nauarrus *in cap. placuit, num.* [illegible].

ARTICVLVS XIII.

Triplex conditio [illegible] est apponi in cō[illegible].

AN absolutio data à confessario cum tali onere de se præsentando, censeatur data cū conditione? Respondeo quod triplex conditio potest apponi in absolutione, vna est de præterito, verbi gratia, si ita fuit, Ego te absoluo. Altera est de præsenti, verbi gratia, si ita est, Ego te absoluo. Tertia de futuro, verbi gratia, Ego te absoluo, si hoc feceris. Cùm vero dependens est absolutio à tertia persona, scilicet Ego te absoluo, si Episcopus postea consenserit, simpliciter absolutio cum ratihabitione. Ad quæstionem ergo respondeo, quod nulla conditio est apponenda in absolutione. Nauar. *in Man. capite* 26. *num.* 12. nisi ratione alicuius dubij, vt cum dubitat, an dederit absolutionem, necne, poterit dicere ratione dubij, Si non es absolutus, ego te absoluo.

Nulla conditio est ponēda in confessione.

[illegible] tamen conditiones apponenda non sunt: differenter tamen, quia si duæ priores apponantur, valet absolutio, [illegible] conditione posita, sed male facit confessarius, tamen si tertia ponatur, nihil valet: nam effectus deberet expectare impletionem conditionis, [illegible] periit, non enim [illegible] possit differre effectum positionis absolutionis. Concluditur ergo, quod confessarius non debet apponere talem conditionem, intendendo sic conditionaliter absoluere.

Si qua conditio ponenda, non [illegible] in forma.

Cùm tamen aliqua conditio est ponenda, non debet esse in forma [illegible] pœnitenti [illegible], quam si acceperit, absolute est absolutionis. [illegible] Prælatus Superior dat facultatem absoluendi [illegible] alicui confessario cum conditione, vt eum postea mittat ad ipsum, tunc confessarius nō debet apponere conditionem in forma, sed obligare pœnitentem, vt eat ad Superiorem, quod si acceptauerit, absolute est absoluendus, vt rectè docet Toletus in [illegible] *lib.* 3. *cap.* 12. Si vero talem modum, seu obligationem se repræsentandi ad Superiorē non acceptauerit, non debet eum audire, si ante confessionem id sciuerit, nec a reseruatis absoluere, si post confessionem sciuit. sic Nauar. *vbi supra.*

Tolet.

Resolutio.

Ad rem ergo dico, quòd dum confessor absoluit pœnitentem habentem casus reseruatos, & ei ostendit onus, seu obligationem, quam habet de se repræsentando, & pœnitens acceptat talem obligationem; tunc nullam imponit conditio[nem] in absolutione, sed tantum ostendit debitum, quod contraxit pœnitens, quod si acceptat, absoluit simpliciter.

Absolutio nō est danda, nisi post impositam, & acceptatam pœnitentiā.

Hic vero admonendum censeo confessarium, non esse dandam absolutionem, nisi post impositam, & acceptatam pœnitentiam [illegible] Toletus *vbi supra.* Nihilominus cum probabiliter scit confessarius, pœnitentem acceptaturum, non est inconueniens, præcedere absolutionem: semper tamen melius est, quod pœnitentiæ impositio præcedat, nisi confessarij obliuio intercedat.

* * *

AR-

[illegible] cor[illegible]ssoris [illegible] c[illegible] conditione [illegible].

ARTICVLVS XIV.

AN si [illegible] det [illegible] & [illegible] pœnitens [illegible], ab[illegible] R[illegible] 3. [illegible] 15. [illegible] pœn[illegible] non [illegible] ad co[illegible] Superiore etiam si post a[illegible], [illegible] obligatur qu[illegible] & [illegible] suo co[illegible] tur. & n[illegible] [illegible], qu[illegible] [illegible] valida fuit, nec re [illegible]. A[illegible] [illegible] est al[illegible] ca-su, [illegible] si no[illegible] acceptare on[illegible]s, ad quod [illegible], illam ab[illegible] fu-isse validam, ideoque [illegible] obligationem te-neri [illegible] Superiori, qua[illegible] tenebatur. R[illegible] est, qu[illegible] [illegible] non est data iurisdictio, n[illegible] sub ea conditione, ergo illa non ex[illegible], [illegible] non [illegible] iuris-dictio quò ad talem a[illegible] ma[illegible], quia [illegible] tus [illegible] formam sibi in commissione [illegible], [illegible] ope-ratur, *vt dicitur in cap. vener. [illegible] de leg.* quia non habet [illegible] iurisdictionis [illegible] n[illegible] com[illegible] est [illegible] iurisdictio sub [illegible] forma, & modo, ergo non seruans illam [illegible] fecit. Et con-firmatur [illegible] nam si [illegible] co[illegible] pronũciet cõ[illegible]onem subdito, & ipse nol-let eam acceptare, & [illegible] sal[illegible] à sacerdote, confessi[illegible] nulla, ex de[illegible] iurisdictionem, propter [illegible] conditionem: & si [illegible] subditus deci-peret confessarium, [illegible] con-d[illegible]m, [illegible] ,aut com-parendi c[illegible] Superiori, [illegible] data à sacerdote [illegible] bona fide [illegible] parte illius esset nulla, pro[illegible] à fortiori, [illegible] dat[illegible] pœni-tens acceptet [illegible] quam illi proponatur, siue hoc fuerit ex malitia, siue ex [illegible] cor[illegible]ssoris [illegible] conditione [illegible].

Pœnitens [illegible] non acceptans [illegible] de se [illegible], [illegible] absolu-tus Suarez.

Con[illegible] pos[illegible] Suar[illegible] 20. quod [illegible] uan[illegible] ante absol[illegible] pœ[illegible] so[illegible] s ad [illegible] les[illegible] li[illegible] expedio, [illegible] ex [illegible] p[illegible] [illegible] de ex [illegible] s i[illegible] Quæ [illegible] r[illegible] m[illegible] fuit d[illegible].

A[illegible] *[illegible] dif. [illegible] 15.* [illegible] ab-solu[illegible] ipsam a[illegible], [illegible], & i[illegible] co[illegible]. Quod [illegible] [illegible] G[illegible] *[illegible] a Nauar.* [illegible] Abso-lu[illegible] a pecc[illegible]s, ve[illegible] a [illegible].

Nauar. [illegible] pœni[illegible] à [illegible] ris [illegible] ca [illegible].

R[illegible] vero [illegible] N[illegible] il-lam [illegible] est, [illegible] absol-[illegible] a [illegible] vel [illegible] vel [illegible] confes-sarios [illegible] qu[illegible] rejicit, & [illegible] *Nauar. in cap. q[illegible] de pœnit. [illegible] sub n[illegible] 7. [illegible] 25. ait Nauar.* [illegible] absolutionem à ce[illegible], [illegible] pœnitens est [illegible] atus, ad [illegible] a[illegible] con[illegible] st[illegible] [illegible] est tamen ne-cess[illegible] confessarius v[illegible] est tali [illegible] in-[illegible]dat[illegible]. Q[illegible] o ve[illegible] [illegible], [illegible] pœnitens [illegible] s fit [illegible] praecep[illegible], sed con[illegible] tratur esse, ab[illegible] scilicet eum ad

 vau-

cautelam [illegible] pru- dens confessarius [illegible] absoluere ab excom- municatione [illegible], vel [illegible], [illegible] [illegible], ad quam sua potestas se ex- tendit.

Notanda est hæc absolutio pro confessionibus quotidianis.

Totum hoc intelligitur regulariter, & communiter pro omnibus pœnitentibus, aliquin si confessarius videt confessionem [illegible], & [illegible], vt plurimum non habere nisi venialia, & quæ [illegible] in hebdomada confitentur, tunc non est necesse, vt in omni confessione absoluat talem prius ab excommunicatione, quam proba- biliter pœnitens non incurrit; sed sufficit, vt in talibus quotidianis confessionibus sic absoluat a peccatis, & hoc etiam breuiter, imo aliquando expedit solum dicere: *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, nec absolu- tio longius protrahatur, quam fuerit to- ta confessio: [illegible] accidit, quod con- fessio fit [illegible], & pro vno defecticulo veniali, [illegible] pro verbo otioso, pro ali- qua distractione inuoluntaria, & huiusmo- di: & tunc vt quid consumere tempus, & dicere: *Misereatur tui. Indul. Dominus no- ster Iesus Christus te absoluat, absoluo te a sen- tentia excommunicationis maioris, minoris & interdicti, in quantum possum, & indiges. De- inde ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis*, & [illegible], [illegible], absolutio bona, & opti- ma, sed quæ nihilominus in talibus casibus potest, & debet dimitti, & solum dicere: *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in no- mine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, Amen.

ARTICVLVS XV.

AN Confessario liceat loqui de rebus in con- fessione auditis de licentia pœnitentis? Re- spondeo quod circa hoc inueniuntur duæ o- piniones. Prima negat licere ex facultate pœnitentis loqui. Ita Sotus *in 4. dist. 12. quæst. 2.* Durand. *quæst. 4.* Maior. *quæstion. 3.* Gabriel *art. 3 dub. 4.* Almainus *4. s. quæst. 19.* [illegible] *lib. 2.* [illegible] & Angelus [illegible] *num. 5.* & ratio [illegible] quia Confessarius [illegible] nouit [illegible] potest illi pœnitenti [illegible], vt loquitur vt homo [illegible] & etiam [illegible] lum est præceptum [illegible] potest pœnitens [illegible] etiam [illegible] non [illegible].

Scotus. Durand. Maior. Gabriel. Almain.

Angel.

Melius [illegible] quod [illegible] de rebus [illegible] audit[illegible].

Nihilominus contraria sententia est [illegible] communis, & verior, quam tenet [illegible] Bonauentura *in 4. dist. 21.* [illegible] *quæst. 2.* D. Thom. *dist. 21. quæst.* [illegible] *art.* [illegible] *4. quæst. 1.* [illegible] *art. 12.* Adr. *quæst. 4. de confess.* [illegible] *et 7. quæst. 26.* S[illegible] *dist. 21. quæst.* [illegible] Sotus *dist. 18. quæst. 4. art.* [illegible] Victo. *in relect. de pœnit.* [illegible] Mel. [illegible] *quæst. de liceritis pœnitentis ad reuel.* [illegible] Armilla [illegible] *part. tit. 2.* §. 1. Nauar. *in Man. cap. 8. num.* [illegible] & *cap. 18. num. 12.* & *in cap.* [illegible] *num.* [illegible], & est communis, etiam iuris Canonici pe- ritorum sententia Archidiaconi, & Alexan- dri, *in cap. ipsi Apost. 2. quæst. 2.* Cardinalis *in cap. sacerdos de pœnit. dist. 6.* Abbas *in cap. significasti, de adult.* Felin. *in cap. testi- monium de testibus.*

Bonau. D. Thom. Ricar. Palud. Adrian. [illegible] Scot. Sotus Petr. de Soto. Medina. Armil. Nauar. Archid. Alexand. Cardin. Abbas. Felin.

Ratio est, quia hoc sigillum quamuis sit sacrum, continet tamen [illegible] naturam se- creti, & eius naturam, ac [illegible] partici- pat. Est autem hæc natura secreti, vt eius v- sus pendeat ex voluntate committentis, sic- ut depositum ex voluntate deponentis, vel sicut promissio ex voluntate [illegible], cuius est fa- cere; ergo sicut in alijs secretis, & in exem- plis positis licet ex voluntate [illegible] talis vsus, ita & in præsenti. Et ratio [illegible], quia hoc cedit in fauorem pœnitentis, & consequenter [illegible] pœ- nitenti necessarium, vt confessarius loqueretur, vel confessio [illegible], si propterea cogeretur [illegible] extra con- fessionem [illegible]. Imo addit Nauarrus *in dist. cap. sacerdos, numero 11.* [illegible] in extre- mo [illegible] pœnitentis [illegible] confes- sionem [illegible] ciam [illegible] probandam.

Fa[illegible]

Fundamenta autem [illegible] facile diluuntur. Ad primum enim dicimus, confessarium non ita scire vt Deus, [illegible] sciat vt homo, & ita loqui possit. Ad secundum dicimus, ha[illegible] non in præcepto diuino, [illegible] materiæ [illegible] consensus [illegible], vt hoc secretum seruetur iuxta voluntatem committentis, & ita nulla interueniat dispensatio. Ad tertium respondetur, hoc præceptum sigilli præcipue [illegible] positum in fauorem pœnitentis, ideoque ipsum posse iuri suo renunciare.

Ille cui reuelatur peccatum de licentia pœnitentis, debet eum tenere sub sigillo.

Hoc benè animaduertendum est, vt ille, cui reuelat confessarius delictum pœnitentis, sub sigillo teneatur, [illegible] intelligunt omnes Doctores [illegible] ita posse dari hanc facultatem, vt maneat sigillo integro in omnibus alijs, sub eodem extenditur consilio ad alium: manet ergo ille obligatus sigillo.

Dices, tertia illa persona, cui confessarius peccata pœnitentis [illegible] de licentia eius, non tenetur tamen in obligationem sigilli acceptare, cùm re vera in confessione nõ audiat. Respondeo posse quidem non audire rem illam, vt in cõfessione reuelatam, sicut potest [illegible] confessarius non audire confessionem, & tunc cogitur pœnitens aut omnino non communicare cum illa tertia persona peccatum suum, aut alium modum manifestationis permittere; nihilominus si tertia illa persona acceptat, seu consentit audire illam rem ex notitia confessionis, facultate a pœnitente data; velit, nolit, obligabitur sigillo, quia hæc obligatio non oritur ex nouo pacto, sed ex ipsa confessione, [illegible] licentia pœnitentis tollit hanc obligationem, [illegible] sed [illegible] tollit iniuriam, seu offensionem ex parte sacerdotis reuelantis.

ARTICVLVS XVI.

AN in articulo mortis poßit quilibet sacerdos absoluere a casibus reseruatis, absque eo, quod imponat pœnitenti onus seu obligationẽ recurrendi [illegible] *Respondeo quod si* [illegible] ibi copia alicuius [illegible] qui [illegible] absoluere non solum a peccatis venialibus & a [illegible] reseruatis, & ab ex[illegible] & si [illegible] eccle[illegible] rat [illegible] pro alijs casibus reseruatis [illegible] quia in tali articulo [illegible] tur [illegible] ex[illegible] communicatione [illegible] Doctores, & [illegible] in Concilio Tridentino *seß. 14. cap. 7.* [illegible] *In Ecclesia Dei* [illegible] *vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusuis peccatis & censuris absoluere possent.* [illegible] Quod etiam decreuerant iura *cap. non dubium de sent. excom. & extr. Sixti 4. cap. & si dominici de pœnitent. & remiss.* [illegible] quidem si determinatur, quia cum agitur de periculo æternæ salutationis, [illegible] ab hac luce exeunti non vult pia mater Ecclesia, vt [illegible] absolutionis remedio quicunque pœnitens carere possit, & ideo in mortis articulo nulla extat culpa reseruata, quæ absolui non possit, omnisque sacerdos, etiam excommunicatus, suspensus, degradatus, [illegible] modo hæreticus non sit) erit legitimus confessarius, vbi proprius haberi non possit.

Conc. Tridem.

Hic vero animaduertendum, quod circa hoc particulare coram Congregatione Illustrissimorum Cardinalium super Concilio fuit quæsitum; An pœnitentes in articulo mortis constitutos, & casib. reseruatis [illegible] queatos, possit ab eis quilibet sacerdos, [illegible] excommunicatus, & denunciatus absoluere, vt tenet Nauar. *in Man. cap.* [illegible] *num.* [illegible] *& cap. 26. num. 26.* & C[illegible] censuit *sacerdotem excommunicatum & denunciatum* [illegible] *posse quia* [illegible] *detur illa quod tales excommunicati* [illegible] *denunciati non possint* [illegible] *etiam in* [illegible] *casu necessitatis. Nec* [illegible] *Tridentinum seß.* [illegible] *cap.* [illegible] *bet integri communibus* [illegible] *te Ecclesia vincentibus,* [illegible] *ad eos*

Nauar.
Congr. Concil.

Conc. Tridem.

[illegible] de quibus [illegible] Concomitantes [illegible] prohibent in pœnitentem [illegible] vel [illegible] potest [illegible] [illegible] tenenda, vt [illegible] [illegible], alio [illegible] vnitate Ecclesiæ [illegible] posset absoluere in tali [illegible] [illegible], [illegible] non habeat neque ordinariam, neque delegatam potestatem. Ideo videtur probabilissima opinio N[illegible] citata, quam etiam sequitur Suarez *in to. 4. disput. 2[illegible]. sect. 4. sub num. 5.*

Primum Dubium. Periculum mortis & Articulus mortis distinguuntur. Articulus mortis quid. Periculum mortis quod.

Circa hunc articulum tria explicanda sunt. PRIMVM, quid debeat necessitas pœnitentis, & præsertim quæri solet, an sufficiat periculum mortis? Aliqui enim auctores [illegible] inter periculum, & [illegible], quando mors [illegible] est certa, & [illegible] periculum [illegible], & frequenter solet [illegible] mors [illegible] vt est actuale bellum, longa nauigatio, [illegible] & similia. Dicunt ergo [illegible] auctores, [illegible] periculū mortis [illegible] *18. quæst. 4. art. 4.* Canus *[illegible] pars. 5. & Conc. in cap. alma mater [illegible] num. 8.*

Sot. Canus.

Periculum mortis sufficit.

Respondeo tamen dico sufficere morale periculum mortis [illegible] *in cap.* [illegible] *§. præterea de offic. ordin. & cap.* [illegible] *de pœnit. & remiss.* & [illegible] Nauar. *in summa cap.* [illegible] *num.* [illegible] *num.* [illegible] *de pœnit. quæst.* [illegible] *dist.* [illegible] *quæst. 5. art.* [illegible] *art.* [illegible] *de confess.* [illegible] *quæst.* [illegible] *si quis* [illegible] excipi [illegible] [illegible] [illegible] morale periculum [illegible] & in malis [illegible], nam propter [illegible] extrema.

Navarr. Medina. Palud. [illegible]

SECVNDO explicandum est, An excommunicatus consideranda sit ex parte [illegible] [illegible] Ad quod [illegible] tur affirmatiuè, [illegible] est, vt [illegible], vel delectione [illegible] propter [illegible], qui [illegible] plex [illegible] articulo mortis [illegible] vt possit [illegible], & [illegible] *præsertim [illegible] quæst. 6.* [illegible] *[illegible] extrema necessitas [illegible]* [illegible] expositum, [illegible], & [illegible] esse, etiam si [illegible] habeat, [illegible] habens, si [illegible] sacerdos [illegible] sacerdotes [illegible], non hæretici, possint [illegible] mortis absoluere. Circa quam [illegible], quicquid sit modò de excommunicatis, [illegible] quantum ad reliquos [illegible], scio sic tenere Suarez, qui *in tom. 4. disp. 30 sect. 3 sub num. 1.* ait, [illegible] diuer[illegible], [illegible] *mortis nullam esse reseruationem* [illegible] est, in [illegible], quia [illegible] nulla est vera [illegible], [illegible] [illegible] sacerdotes [illegible], [illegible] Toletum *lib. [illegible] summæ cap. 15. § 5.* variat. Præterea [illegible] excommunicat [illegible] absolui [illegible] potest [illegible], non [illegible] simplex, [illegible] absolui [illegible] *cap. & [illegible] excommunicat [illegible] excom.* [illegible]

Opinio Suarez.

Opinio Toleti.

tene-

[illegible] conualescens, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quando [illegible] fieri potest. Sic [illegible] in Manual. *in ca. 26. num.* [illegible] in articulo mortis quilibet [illegible] non prælatus [illegible] potest quolibet etiā reseruatis, & à quolibet censuris, si copia Superioris [illegible].

Primo Nauar.

In articulo mortis etiam præsente proprio sacerdote, & Superiore potest quilibet sacerdos absoluere infirmū. Emanuel Sâ. Nauar.

Nihilominus [illegible] altius inspecta videtur aliter dicendum, nempe quod in articulo mortis, [illegible] morali mortis, non solum in absētia proprij sacerdotis, seu Superioris, verum & [illegible] adest, potest qui[illegible] in extremum [illegible] absoluere. Sic Emanuel Sâ *in suis aphorism.* [illegible] *absolutio*, & Nauar. *in 2. part. consil. de pænitent. & remissio. consil. 3. num. 3.* vbi ait: Nunc verò attentius inspecta videtur contra istam limitationē facere verba præfati Concilij Tridentini scilicet, *In articulo mortis nullam esse reseruationem:* & paulo inferius, ATQVE IDEO OMNES SACERDOTES *quoslibet pænitētes a quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt.* Per quæ verba patet, quod omnes sacerdotes habent talem facultatem in periculo, seu in articulo mortis. & sequitur Nauarrus: MOVEO Retiā, quia nullus Classicus Doctor posuit hanc limitationem vsque ad Syluestrū, qui obscure loquitur, Innocētius verò non loquitur de articulo mortis, sed de alijs impedimentis non tam priuilegiatis, & verba concilij Tridentini non solùm sunt generalia, sed etiam vniuersalia, ibi: OMNES SACERDOTES; & ibi: QVOSCVNQVE POENITENTES, & ibi: QVIBVSVIS PECCATIS, & ita generaliter, & vniuersaliter sumenda [illegible]. Propter [illegible] conclusionem prædictam [illegible], si [illegible] præfata limitatione post Concilium Tridentinum, quod determinat, [illegible] mortis nulla est reseruatio. [illegible] fauorabilis est [illegible] [illegible] [illegible] credere, consulere [illegible], qui præsente suo Parocho, vel superiore [illegible] ab eo absoluit [illegible] Nauarro. Itaque concludendus [illegible], & [illegible] quod ex [illegible] pro quo [illegible] quam [illegible] debet [illegible] [illegible] periculo [illegible] quod confiteatur [illegible]. Itaque nulla est necessitas ex [illegible].

TERTIO explicandum est, [illegible] habet sacerdos [illegible] responderur, aliqui [illegible] eos [illegible] habere ex iure diuino. sic Dur. *in 4. dist. 19 quæst. 2. ad 4.* Palud. *dist. 20 quæst. 1. art. 2.* Can. [illegible] *de pæn.* Rocca dus *in art. 3.* & Armilla *verbo absolutio* Fundamentum esse potest, quia perpetua Ecclesiæ traditio, [illegible] iuris diui iuxta D. Augustin. *lib. 4. de baptismo c. 24.* Contrariam sententiam existimo veram, nempe hanc esse traditionem ortam ab ipsa Ecclesia, & ad summum esse Apostolicā: ita tenet D. Tho. *d. 19. quæst.* [illegible] *art. 1* D. Bonau. *ibid. art. 3. quæst. 1.* Maior *quæst. 1.* Soto *dist.* [illegible] *quæst.* [illegible] *art.* [illegible] Ledesma *2. part. 4 quæst 3 art. 6.* Med. *Cod. de pænit.* [illegible] *de confess. altero sine licentia.* Pet. de Soto *lect. 5. de confess.* Victor. *in summa. num. 156* Couarruuias *in* [illegible] *alma nostri. §. 6. num.* [illegible] *part.* [illegible] & [illegible] à Concilio Tridentino *vbi supra*, dicente, ne aliquis periret, custoditum semper in Ecclesia fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis. Nam si nulla est reseruatio, ergò manent illa peccata pro illo articulo sub eo foro, vt sic dicā, sub quo sunt cętera: at in articulo mortis omnes sacerdotes habent iurisdictionē delegatā ad absoluendū directè à peccatis mortalib⁹; ergo talis iurisdictio cadit etiā in hæc peccata, quæ extra illum articulum sunt reseruata.

Tertium dubium.

D. Thom. D. Bon. Maior. Soto. Ledesma. Med. Pet. de Soto. Victoria. Couarr. Conc. Trid.

Interrogabit verò aliquis, si in eo articulo, seu periculo mortis adsit sacerdos, qui ex priuilegio habet iurisdictionem ad absoluendum a casibus reseruatis, an debeat ille præferri alijs tantum habentibus communem

Dubitatio.

nem iurisdictionem, si enim in articulo mortis, vt [illegible] peccata non sunt reseruata [illegible] necessarium. Respondeo [illegible] hoc non est necessarium, [illegible], vt qui habet talem facultatem [illegible] non habenti, nam reseruatio non obligat in illo articulo, vel potius non comprehendit illum: est tamen ad bene esse.

ARTICVLVS XVII.

AN *extra articulum mortis* occurrentibus alijs necessarijs casibus, in quibus necesse est aut [illegible] praeceptum annuae confessionis, vel [illegible] in nostra Religione si non bis in hebdomada, si item occurrente aliquo magno festo communicare, aut facere sacrum, ita vt non possit omitti sine graui scandalo, aut infamia, & [illegible] non patet aditus ad Superiorem. An [illegible] possit celebrare, vel [illegible] absque confessione, [illegible] quod tenetur [illegible] vel [illegible] tem [illegible] cum obligatione? Respondeo quod circa hoc sunt tres opiniones.

Prima opinio [illegible] PRIMA simpliciter negat posse hominem [illegible] eo casu absolui ab inferiore. sic R[illegible] *dist.* [illegible] *quaestion.* 8. Adrian. *quaest.* 4. *de confess.* Durand. *dist.* 17. *quaest.* [illegible] Dicunt tamen isti auctores, in eo casu posse hominem accedere ad communionem, vel ad faciendum sacrum, cum sola contritione, tanquam qui non haberet copiam confessarij.

Secunda opinio. [illegible] SECVNDA opinio simpliciter affirmat, [illegible] 4. *part.* *quaest.* [illegible] *memb.* [illegible] *Conf.* [illegible] 13. [illegible] *con-fes.* [illegible] *Confess.* [illegible] *de* [illegible] *quaestion.* [illegible] *con-fiteri* [illegible] *ret* [illegible] Apostolica ex-[illegible] habeat [illegible]

Tertia opinio. TERTIA opinio distinguit [illegible], si peccatum reseruatum [illegible] absolui poenitens [illegible] nicatio [illegible] sit, qua [illegible] in eo casu & [illegible] mo est [illegible] ita Cano. [illegible] Lede[illegible] *quaest.* [illegible] *art.* [illegible] *art.* 1. *dub.* 3. qui [illegible] posse [illegible] occulte excommunicatus sit, accedere ad communionem [illegible] scandalum.

[illegible] Mihi placet [illegible] opinio, [illegible] in [illegible] casu [illegible] poenitenti, [illegible] obstante excommunicatione, recipere Eucharistiam vel sacrum facere, & [illegible] confiteri, quia excommunicatio [illegible] obstat, quo minus a sacerdote [illegible] quasi peccata illa reseruata [illegible] excommunicationem [illegible], non impedit absolutionem. Et confirmatur [illegible] a [illegible] scandalum, vel [illegible] vitandum licet excommunicato se ingerere communicationi diuinorum, [illegible] potest contingere, vt ad [illegible] infamiam, vel scandalum, necessarium sit confiteri; ergo tunc ex parte poenitentis erit licita confessio, & ex parte absoluentis non deest potestas, quia excommunicatio poenitentis non priuat sacerdotem iurisdictione in omnia peccata, ergo poterit [illegible] absoluere, & valide, & licite. Quod intelligo, a peccatis tantum, & cum obligatione recurrendi ad Superiorem, quando primum fieri poterit.

ARTICVLVS XVIII.

CAsus [illegible] potest occurrere [illegible] Religiosus [illegible] fuit deputatus a [illegible] ad audiendas confessiones [illegible] de casibus superiori [illegible] Patri, [illegible] sub poena [illegible] Do-[illegible], in quo debet [illegible] confessionem, talis Religiosus [illegible]

[illegible] facultatem Iubilæi [illegible]. Dubitatur [illegible], an absolutio [illegible], cum pœnitentes [illegible], illum habere facultatem? [illegible], dato quod absolutio [illegible], & [illegible] nec absolutio [illegible] casibus, & censuris. quæritur, an elapso tempore Iubilæi, comperto errore, possit [illegible] a sacerdote deputato absolui, etiam [illegible] reseruatis, & a censuris, cum ab omnibus absoluti fuerint tempore Iubilæi ab illo, qui putabatur se habere facultatem, & non habebat. Respondeo quòd in hoc casu duo casus [illegible].

Primus casus.

Tempore Iubilæi nō habens auctoritatem non potest audire confessiones.

Primus est, *vtrum tempore Iubilæi, qui non habet auctoritatem ab Ordinario ad audiendas confessiones, possit illas audire?* [illegible] respondetur negatiuè, & ratio est, quia indulgentiæ tantum valent, quantum sonant: sed in Iubilæo expressè dicitur, quod possint eligere vnum ex confessariis ab Ordinario approbatis, & iste [illegible] confessarius non est talis; ergo non potest audire confessiones, etiam tempore Iubilæi. Secundò quia ad audiendas confessiones requiritur, quòd confessarius habeat iurisdictionem: sed qui est prohibitus ab Ordinario nullam habet iurisdictionem, ergo non potest audire confessiones, & per consequens omnes confessiones illi factæ post prohibitionem sunt nullæ, & inualidæ, & propterea reiterandæ, si cōstet pœnitentibus, se fuisse confessos sacerdoti prohibito, etiam si bona fide fuerint tali confessi, quia quamuis huiusmodi bona fides in hoc casu excusat à peccato, non tamen excusat ab obligatione reiterandi confessiones; & in hoc primo casu nullam puto esse controuersiam inter Theologos. Solum [illegible] absolutio, quando pœnitens haberet facultatem liberam eligendi sibi confessarium quemcunque [illegible] quod sit, vel non sit approbatus ab Ordinario: sed si [illegible] confessio ipso iure est nulla: & hæc de primo casu.

Secundus casus.

Secundus casus est: *Vtrum possint isti pœnitentes absolui a casibus reseruatis, & a censuris ab aliquo alio sacerdote deputato, & auctoritatem habente ab Ordinario post elapsum tempus* [illegible] respondetur [illegible] negatiuè. [illegible], & [illegible] a casibus reseruatis, & [illegible] est [illegible] tempus Iubilæi, ergo [illegible] nullus habet [illegible]. Secundò, [illegible] ne absolu[illegible] confessio [illegible] confessarius [illegible] & censuras: ergo [illegible] dum [illegible] Iubilæi [illegible] a casibus reseruatis, & [illegible] est concessa [illegible] confessione, vt cōstat ex [illegible] Iubilæi, in qua dicitur, quod [illegible] pœnitens possit sibi eligere confessarium, qui eum absoluat ab omnibus censuris, & casibus reseruatis, ergo nullo modo manet absolutus, nisi confiteatur confessario auctoritatem habenti, & intra tempus datum in Iubilæo. Quartò, quia fictio, fraus & dolus nemini debet patrocinari, ita nec deceptio confessarij: sed iste [illegible] fuit deceptus, putans se potuisse absolui a censuris, & a casibus reseruatis in prima, vel in secunda confessione: at in prima certum est, quòd non potuit absolui, cum nulla fuerit: neque in secunda, quia secunda confessio non plus habet auctoritatis, quàm prima; ergo, &c.

ARTICVLVS XIX.

Absolutio irrita ida multipliciter eueniri potest.

AN *confessarius male absoluens pœnitentē teneatur ad aliquid?* Respondeo quòd [illegible] casus [illegible] potest [illegible] absolui sine [illegible] intentione absoluendi [illegible] pœnitentem [illegible], vel non [illegible] verecundiam, ac [illegible] negare absolutionem. Vel [illegible] confessarius [illegible] pœnitentis, vel si absoluit [illegible]

eum ad restitutionem [illegible] vere tenebatur, vel ut se præsentet, vel tollere occasionem [illegible] moralem peccandi, vel quid simile.

Primus modus. Circa priorem modum variè loquuntur Doctores: [illegible] dicunt, interdum posse confessarium supplere defectum per se ipsum, nihil dicendo pœnitenti, sed tantùm supplendo id, quod defuerat, verbi gratia, intentionem, vel iurisdictionem, petendo illam a Superiore, & cum his requisitis repetendo absolutionem, dirigendo illam ad pœnitentem, vbicumque fuerit: nam et ab illo inscio habebit in eo effectum, si sit dispositus: quòd [illegible] indic[illegible] debet confessarius. *Anton.* Ita Antoninus *in tertia parte, titulo decimo septimo, capite decimo,* referens hunc modum [illegible], & supplendi defectum placuisse multis Patribus in Concilio Basileensi, & plures [illegible] Nauarrus *in Manual. in capite vigesimo sexto, numero decimoquarto.* *Concil. Basil. Nauar.* Putat tamen [illegible] authores absolutionem sacramentalem posse fieri in absentem. *ne qua re in [illegible] art.* nunquam præcesserit materia, nihil puto [illegible] esse, quod impediat talem absolutionem. Cum ergo confessarius [illegible] absoluendo læserit pœnitentem & [illegible] modo damnum resarcire [illegible] commodo, ad id faciendum tenebitur.

[illegible] Vtrum supradicta doctrina potest habere [illegible], quando pœnitens habet ex[illegible] [illegible]

Absolutio ab excommunicatione potest dari ab[illegible]

nam licet pœnitens [illegible] priorem absolutionem, [illegible] hanc posteriorem, [illegible] rit, non tamen potest [illegible] solutum ab [illegible] peccatis, [illegible] nem habet absolutionis.

Secunda sententia. Est [illegible] casu [illegible] re & relinquere [illegible], vt per contritionem, vel alias confessiones validas iustificetur, quia per hoc non fit graue nocumentum pœnitenti, nam omnia peccata, quæ per priorem absolutionem [illegible] remissa non fuerunt, per subsequentem [illegible] lenne, saltem indirectè, quod satis est ad salutem pœnitentis. Hanc opinionem indicant Nauarrus *vbi sup.* & Syluester *vbi sup.* saltem quando [illegible] dium, quod nos improbabilius applicari non posset, & si pœnitens [illegible], sequitur [illegible]. *Nauar. Syluest.* Et Medina *in quæst. trigesima nona,* [illegible] licentia proprij absoluere refert hanc opinionem placuisse nonnullis Patribus in Concilio Basiliensi, licet ipsi non placeat: *Medina. Concil. Basil.* affirmat enim in eo casu teneri confessarium ad admonendum postea pœnitentem, quod etiam tenuit Soto, *dist. decima octaua, quæstione quarta articulo sexto.* Cord. *in summa. quæstione septima.* Nauar. *in capite primo, de pœnit. numero sexto, distinct. sexta.* Syluester *Confessor.* [illegible] *10.* *Soto. Nauar. Sylu.*

Resolutio. Respondendo ergo [illegible] prædicta dicimus, quod hæc vltima opinio [illegible] loquendo [illegible] documento [illegible] fuerit [illegible] tum necesse [illegible] confessio [illegible] pœnitentem [illegible] de peccatis [illegible] & in ea confessione [illegible] de omnibus præcedentibus doleat, [illegible]

... quandam ... vt ... hac ... fide ... Quod si hac ... vt ... correpit, quando ... ex parte ... vel quando non potest ... vt ... iterum ... tunc ... admonendus est de priori errore, vt emendetur.

Hoc autem intelligendum est, quando sine scandalo, & graui incommodo fieri potest, quomodo etiam id fatetur Syluester, & Nauarrus: interueniente enim morali scandalo, aut graui incommodo, excusandus est Sacerdos ab hoc onere.

Dubium. Sed quid tenetur facere confessarius, quando absolutio non ... data, licet iniquè data? Ad quod breuiter respondeo,

Respondeo si inde non pendet damnum tertiæ personæ, regulariter ad nihil teneri, nisi ad pœnitentiam agendam, quia pœnitens non tenetur illam confessionem iterare, ... per attritionem potest supplere defectum, si aliquis fuerit, ex parte eius.

Dico autem (regulariter) quia si confessarius decipit pœnitentem in re aliqua pertinente ad salutem animæ eius, ex qua pendet, vt maneat in occasione peccandi; tenebitur illum monere, vel illuminare iuxta regulam charitatis & prudentiæ, vitando scandalum, quoad fieri potest.

Dubium. Difficultas verò est, quando intercedit damnum tertij, quia, verbi gratia, confessarius ... vt pœnitentis non ... restituere: ... Syluester

Respons. Sylu. *Confessor. 2. ... decima*, distinguit inter C... ex ... & ... facit: ... ad ... primo ... si ex ... culpa ad ... ac ... tenetur etiam ex ... culpa, quia ipse se immiscuit ... A ... Doctores ... confessarium, si vel ... vel ... *decima*

Refellitur.

Gabriel. *Nauarrus.* *Angel.*

quarta. questione ... articulo tertio ... Nauarrus in Manual. capite decimo ... numero ... Angelus ... restitutio. ... numero quinto

Verò responsio. Ego verò censeo hanc leuitandam esse sententiam, Primo vt ex parte confessarij intercedat grauissima culpa, alias non tenebitur, nec ratione rei acceptæ, nec iniustæ acceptionis: De-

Prima limitatio.

Postrema limitatio. inde limito, tantum teneri, quando confessarius positiuè consuluit, vel induxit ad non restituendum, quia tunc vera tunc committit iniustitiam contra alterum, siue id faciat ex malitia, quod est euidens; siue ex graui negligentia, quia ex iustitia tenetur non ita temere vti suo munere cum detrimento alterius. At vero si confessarius sit tantum negligens omittendo, quia videlicet non monuit pœnitentem; tunc respectu tertij non existimo teneri ex iustitia, quia illud peccatum non fuit contra iustitiam, respectu illius, sed contra Religionem, sacrum ministerium negligenter exercendo: ergo non tenetur restituere, quia nec ratione acceptionis, nec ratione rei acceptæ tenetur.

Addo etiam, in priori casu non teneri simpliciter ad restitutionem, sed ad monendum pœnitentem, & tollendam deceptionem, dummodò hoc fiat opportuno tempore, ita vt propter illius moram non sit pœnitens factus impotens ad restituendum: tunc enim illi imputabitur: at verò si ... tunc ...

[illegible] vere tenebatur, vel [illegible] collere occasionem [illegible] peccandi, vel quid simile.

Primus modus. Circa priorem modum variè loquuntur Doctores: quidam dicunt, interdum posse confessarium supplere defectum per se ipsum, nihil dicendo pœnitenti, [illegible] supplendo id, quod deficit, verbi gratia, intentionem, vel iurisdictionem, petendo illam a superiore, & cum his requisitis repetendo absolutionem, dirigendo illam ad pœnitentem, vbicumque fuerit: nam et an illo inscio habebat in eo effectum, si sit dispositus. [illegible] vel aliis indicijs [illegible] confessarius. *Anton.* [illegible] Antoninus *in tertia parte, titulo decimo* [illegible], *capite* [illegible] *decimo*, refertque hanc [illegible] absoluendi, & supplendi defectum placuisse multis Patribus in Concilio Basileensi, & placet [illegible] Nauarro *in Manual. in capite vigesimo sexto, numero decimoquarto.* *Concil. Basil. Nauar.* Potest [illegible] absolutionem facere [illegible] in absentem. *de qua re in seq. art.* [illegible] quod impediat talem absolutionem. Cum ergo confessarius male absoluendo læserit pœnitentem, & possit hoc modo damnum resarcire [illegible] incommodo, ad id faciendum tenebitur.

Refellitur. Verum supradicta doctrina potest habere [illegible], quando pœnitens habet ex- [illegible]

A[illegible] [illegible]

nam licet pœnitens [illegible], & [illegible] priorem absolutionem, [illegible] hac posteriorem, [illegible] lutum ab aliis peccatis, nullam [illegible] nem habet [illegible].

Secunda sententia. Est [illegible] in casu [illegible] confessarium, [illegible] re, & [illegible] vt per confessionem, vel aliis [illegible] validas [illegible], quia per hoc [illegible] graue nocumentum pœnitenti; nam omnia peccata, quæ post priorem absolutionem [illegible] fuerunt, [illegible] subsequentem [illegible] saltem indirectè, quod satis est ad falsam [illegible]. Hanc opinionem indicant Nauarrus *vbi sup.* & Syluester *vbi sup.* *Nauar. Syluest.* saltem quando primum illud remedium, quod nos improbauimus, applicari non potest, & si pœnitens [illegible]. Et Medina *Medina.* *in quæst. trigesima nona*, [illegible] sine licentia propria absoluere, refert hanc opinionem placuisse nonnullis Patribus in Concilio Basiliensi, *Concil. Basil.* licet ipsi non placeat: affirmat enim in eo casu teneri confessarium ad admonendum postea pœnitentem, quod etiam tenuit Soto, *dist. decima octaua, quæstione quarta, articulo sexto.* Cord. *in summa. quæstione septima.* Nauar. *in capite primo, de pœnit. num. vero sexto, distinct. sexta.* Syluester *Confessor* [illegible] *in principio.* *Soto. Nauar. Syluest.*

Resolutio. Respondendo [illegible] prædicta dicimus, quod hæc vltima opinio vera est per se loquendo, [illegible] sine graui incommodo [illegible] & [illegible] id fieri [illegible]. Et quando [illegible] tunc [illegible] confessionem [illegible] de peccatis [illegible] priorem [illegible], & in ea [illegible] omnibus præcedentibus doleat, [illegible] esse [illegible]

c[illegible] [illegible], vt [illegible] a[illegible] [illegible] illam superiorem [illegible], quæ in [illegible] verbo [illegible] hanc partem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quando [illegible] etiam [illegible] ex parte pœnitentis, vel quando [illegible] [illegible], vt [illegible] iterum [illegible]; tunc clarius admonendus est de priori errore, vt emendetur.

Hoc autem intelligendum est, quando sine scandalo, & graui inconmodo fieri potest, quomodo etiam id fatetur Sylvester, & Nauarrus: [illegible] enim morali scandalo, aut graui nocumento, excusandus est Sacerdos ab hoc onere.

Dubium. Sed quid teneatur facere confessarius, quando absolutio non fuit nulla, licet iniquè data? Ad quod breuiter respondeo, si inde non pendet damnum tertiæ personæ, regulariter ad nihil tenetur, nisi ad [illegible] [illegible], quia pœnitentis non tenetur illum confessarem monere, vnde per actum [illegible] potest supplere defectum, si aliquis fuerit, ex parte [illegible]. Respondeo.

Dico autem (regulariter) quia si confessarius decipit pœnitentem in re aliqua pertinente ad salutem animæ eius, ex qua pendet, vt maneat in occasione peccandi, tenebitur illum monere, vel [illegible] iuxta regulam charitatis & prudentiæ, vitando scandalum, quoad fieri possit.

Dubium. D[illegible] tas verò est, quando intercedit [illegible] tertij, quia, verbi gratia, confessarius [illegible] [illegible], vt pœnitens non [illegible] [illegible] [illegible] : [illegible] [illegible] Sylvester

Respons. Sylu. Confessor. 2 [illegible] decima, dicit [illegible] [illegible] C[illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] fuit: et [illegible] [illegible] teneri ad [illegible] [illegible] [illegible] proximo [illegible] si ex [illegible], vel [illegible] contra id commisit. [illegible] [illegible], teneri etiam [illegible] [illegible] [illegible], quia ipsi se commisit. Refellitur.

Sed [illegible] [illegible] [illegible] fundamento. A[illegible] D[illegible] [illegible] [illegible] confessarium ad [illegible] [illegible] [illegible], si vel [illegible], vel [illegible] [illegible] [illegible] intercessit. [illegible] Gabriel, distinctione decima quinta quæstione secunda, articulo tertio, dubio quinto. Nauarrus [illegible] Manual. capite decimo sexto numero [illegible] secundo. Angelus restitutio. vii. numero quinto. Secunda responsio [illegible] batur.

Gabriel. Nauarrus. Angel.

Ego vero censeo hanc limitandam esse sententiam, Primò vt ex parte confessarij intercedat grauissima culpa, aliàs non tenebitur, nec ratione rei acceptæ, nec ratione acceptionis; Deinde limito, tantum teneri, quando confessarius positiuè consuluit, vel induxit ad non restituendum, quia re vera tunc committit iniustitiam contra alterum, siue id faciat ex malitia, quod est euidens, siue ex graui negligentia, quia ex iustitia tenetur non ita temere vti suo [illegible] cum detrimento alterius. At verò si confessarius sit tantum negligens omittendo, quia videlicet non monuit pœnitentem; tunc respectu tertij non existimo teneri ex iustitia, quia illud peccatum non fuit contra iustitiam, respectu illius, sed contra Religionem, sacrum ministerium negligenter exercendo; ergo non tenetur restituere, quia nec ratione acceptionis, nec ratione rei acceptæ teneatur. Vera responsio. Prima limitatio. Postrema limitatio.

Adde etiam, in priori casu non teneri simpliciter ad restituendum, sed ad monendum pœnitentem, & tollendam [illegible], dummodò hoc fiat opportuno tempore, ita vt propter illius moram non sit pœnitens factus impotens ad restituendum, tunc enim illi imputabitur: [illegible] vero si [illegible]

 mone-

moneat, [illegible] cum documenti, quam afferat, & [illegible] eff[illegible]us illi non imputatur.

ARTICVLVS XX.

Absolutio an absenti.

AN absolutio possit dari absenti? Respondeo [illegible] circa hoc fuit hucusque dubia, & opinabilis quæstio ex vtraque parte [illegible] qui dicebant, in casu aliquo necessarium posse confessionem fieri absenti sacerdoti, & ab eodem absente posse absolutionem dari. Sic Palud. *in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 1.* S. Antoninus *tertia part. tit. 14. cap. 19. §. 9.* quod refert in Concilio Basilie. [illegible] tractatum esse [illegible], quid faciat sacerdos, qui [illegible] confessione audiuit confessionem, & absoluit pœnitentem; multosque [illegible] posse postea petere iurisdictionem, & absoluere illum vbicunque sit, de quo in præcedenti articulo diximus. Eandem opinionem tenet Syluester *confessor. quæst. 13. confessio. tertio in principio confessor. quarto. §. 6.* Armilla *confessio. num. 23.* Tabien. *confessio. 2. num. 5.* & Petrus de Soto *in instit. sacerdotum, lect. 11. de confessione* hanc [illegible] dicit posse securè teneri, quam [illegible], inquit, plures nostrum. Nauarrus *in summa cap. 21. num. 36. & in cap. quem pœnitet. num. 4.* Azor. *in 4. materia de confess. quæst 1. & aliq.*

Prima opinio.

Palud. S. Anto. Concil. Basilien.

Syluest.

Armil. Tab. Petrus de Soto.

Nauar. Adrian.

Alij verò negant sacramentum hoc confessionis [illegible] inter absentes, etiã si extrema necessitas [illegible], & consequenter sacerdotem non posse absoluere, nisi quem præsentem [illegible] Caiet. *in summa verbo confessio conditione [illegible]* Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 6.* [illegible] *secunda part. 4. quæst. [illegible] art. 3. dub. 1.* [illegible] *de pœnit. part. [illegible]* Toletus *in sua summa lib. [illegible] cap. [illegible]* Valentia *4. part. disp. 7. quæst. [illegible] puncto [illegible]* Et denique [illegible] tat determinatio Clem. VIII. cum censura [illegible] his verbis: *Ret [illegible] & [illegible] consideratis, hanc propositionem [illegible] licere per literas, seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter*

Secunda opi. [illegible] vera

Sot. Caiet. [illegible] Toleto [illegible] Valentia determinatio Clem. VIII.

talia [illegible] *& ab eodem absente absolutionem [illegible] ad minus vt falsam, temerariam & scandalosam damnauit [illegible], præcepit [illegible] deinceps ista propositio [illegible] priuatis [illegible] lectionibus, concionibus, [illegible] sibus doceatur [illegible] tanquam [illegible] casu probabilis defendatur [illegible] praxim [illegible] modo deducatur. Et [illegible] ex communicatione [illegible] incurrendam, & sibi reseruata contra [illegible] hoc decretum, præter alias pœnas arbitrio suo iniungendas.*

Pœna iniungitur.

ARTICVLVS XXI.

AN inferior possit commutare pœnitentiam à Superiore taxatam in absolutione casus reseruati? Respondeo quod glossa canonica *in cap. tempora 26. quæst. 6. super verbo, iudicio,* habet, Episcopum posse [illegible] sanare pœnam etiam a Papa impositam: quod probat illud capitulũ, quatenus habet, posse Episcopum minuere pœnitentiam per legem Papæ impositam [illegible], id conuenire pœnitenti. Contra quod [illegible] dicit Cardinalis, scilicet Sixti, *in d. cap. tempora num. 4.* quatenus ait, inferiorem non posse minuere pœnitentiam a Superiore pro peccato sibi reseruato impositam, quia alioqui frustranea esset reseruatio, cum absolutus post habitam absolutionem posset statim adire aliquem inferiorem, qui minueret pœnitentiam, confitendo ei iterum. Fatetur tamen Cardinalis, quòd ob necessitatem, vel vtilitatem posset id facere inferior, quia [illegible] est credendum [illegible] tacitè voluisse cõmittere [illegible] inferiori, quãdo talis necessitas, vel vtilitas occurreret.

Sed distinctione opus est; nam vel loquimur de absolutione à peccato, vel a pœnitentia taxata pro casu reseruato: & primum potest inferior, posterius verò nequaquam, [illegible] Nauarrum *lib. 5. consil. de pœnit. & remiss. consil. 21. num. 1. & 2.* Itaque quantum ad pœnitentiam taxatam pro peccatis [illegible] [illegible] confessarius sequẽs, siue ille sit inferior [illegible] æqualis, iusta de causa potest mutare pœnitentiam a præcedenti confessario

Inferior potest commutare pœnitẽtiã à superiore [illegible] pro culpis, non autem pro casu reseruato.

Nauarrus

impo-

[illegible] eo, quod [illegible] confessario [illegible] nec tempore [illegible] quò ad forum conscientiæ, licet quo ad forum externum. Vide Nauar. lib. [illegible] 6. & Suar. tom. 4. disput. 3[illegible]. sect. [illegible] per totum.

Nauar.

ARTICVLVS XXII.

AN confessarij sollicitantes pœnitentem ad peccatum carnis sint subiecti [illegible]?

Respondeo, quod sic, ratio est, quia male videntur sentire de sacramento Pœnitentiæ. Hic Doctor Franciscus Pegna, qui fuit Decanus Rotæ Romanæ in suo commentario super Director. Inquisitorũ *part. 2. quæst. 56.* ait quod contra confessores, qui in sacris confessionibus confitentem ad libidinem prouocauerint, cum male de sanctissimo Pœnitentię sacramento sentire videantur, eo abutentes, vti de hæresi suspectos iure optimo hodie procedunt hæreticæ prauitatis Inquisitores, ac ita in Inquisitionis Tribunalibus obseruatur, attestatur Ignatius Lopez in *addit. ad Diaz in prax. crimin. cap. [illegible] 2.* quod & iustissime ordinauit, ac decreuit Pius Quartus Pont. Maximus quadam sua constitutione: cuius tenorem fideliter desumptũ ex Archiuis sacræ Inquisitionis Generalis Olyssiponæ copiam libri, in quo continebatur sibi faciente Reuerendissimo Domino Antonio de Noronna Episcopo Eluensi, & Generali Inquisitore Sanctæ Inquisitionis Regnorum Portugalliæ, refert Rodriquez *tom. 1. suarum qq. regular. quæst 5?. art. 4. & est vt sequitur.*

Pegna.

Lopez

Pius Quartus.

Rodriq.

DECRETVM.

VEnerabili Fratri Archiepiscopo Hispalensi, in Regno Hispaniæ hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali Pius Papa IV. Venerabilis Frater, salutem, & apostolicam benedictionẽ.

Cum sicut nuper [illegible] dudum [illegible] tes in [illegible] niarum, atque etiam in ciuitatibus & diœcesi[illegible] animarum habentes sine eam pro aliis [illegible] bus [illegible] prorumpere [illegible] pœnitentiæ in actu [illegible] & quin [illegible] ac Domino Deo, & Saluatori nostro Iesu Christo [illegible] iniuriam facere vereantur, mulieres [illegible] inhonestos, dum earum audiunt confessiones allicere [illegible] & prouocando, seu allicere & prouocare tentando, & procurando ac loco [illegible] per sacramentum [illegible] Creatori nostro reconciliationis, grauiorum peccatorum mole eas onerando, & [illegible] Diabolo tradendo in Diuinæ maiestatis offensam & animarum perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum. Nos animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide catholica recte sentiunt, sacramentis ab Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant. Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino cõfidimus, per præsentes committimus & mandamus quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos sacerdotes dictorum Regnorum, ac illorum ciuitatum & diœcesium de præmissis quomodolibet diffamatos, tam sæculares, quàm quorumuis, etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectorum Ordinum Regularium cuiuscumque dignitatum, status gradus ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam super præmissis, quàm super fide catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, ac de hæresi quomodolibet suspectos a Sede Apostolica concessarum cõtinentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, excessuum suorum qualitatem prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis curiæ arbitrio puniendos tradendo. Non obstant. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 16 Aprilis, anno Domini [illegible] Pontificatus nostri anno secundo.

Am[illegible] Cons[illegible]

Quæ conditio [illegible] conti a [illegible] ex con- textu [illegible] M[illegible] debeat & [illegible] tamen [illegible] fuerit, vel- le [illegible] Tam quia [illegible] ostiectio [illegible] fa contentur etiam [illegible] casu [illegible] fortiori, seu maiori ratione in hoc casu procedi- re debet, cum multo grauius sit hoc crimen: Tum quia hæc constitutio loquitur de his, quæ communiter eueniunt, non excludens pr[illegible] hoc alia, quæ raro contingunt, sed [illegible] Ro- dri[illegible] *loco citato, & latius tom.* [illegible] *quæst 36. art.* [illegible] *3.*

Rodriq.

Vide in 1.

Et nos pro huius ampliationis corrobora- tione [illegible] obiectioni [illegible] [illegible] & [illegible] interpretationem [illegible] quis [illegible] ex hoc [illegible] ex- [illegible] *ex glos.* [illegible] *in verb.* [illegible] ca[illegible] [illegible] ad [illegible] quis, qui [illegible] maio- ris [illegible] stum [illegible] mitte[illegible] Accu[illegible] quod [illegible] a- rum [illegible] maiora peccata [illegible] in pœnis [illegible] est ex [illegible] ex communi Doctorum [illegible] ex alle- gatis per Iason. in *Auth. [illegible] actiones, numer. 25. capit. de sacrosanct. Eccles.*

[illegible]

PRIMAE PARTIS SECTIO TERTIA;

IN QVA AGITVR DE HIS, QVAE PERTINENT ad pœnitentes, Complectens articulos 17.

ARTICVLVS I.

QVAS *conditiones debet ha- bere confessio, vt sit valida?* R[illegible] quo [illegible] huic ar- ticulum ponimus in hoc pri- [illegible] loco pro sacer[illegible] [illegible] quibus [illegible] [illegible] gra- [illegible] con- fessio- nis, [illegible] versibus.

Sit [illegible] humilis [illegible] pura fidelis,
At [illegible] verecunda.
[illegible] acceler ata,
Fortis [illegible] parata.

Compl[illegible]

Prima [illegible] Simplex, id est, sine admixtione historiarum, & alia- rum impertinentium secundum Armill. Aut secun- dum Caietanum, sit simplex, id est, [illegible] vt non artificiose narrentur pec[illegible] vt no ponderentur a [illegible], vel [illegible] [illegible] eloquentiæ. Secun- dum Nauarrum sit simplex, [illegible] vt sic specifice proponantur [illegible] peccata, vt quod mortale quod veniale sit, possit intel- [illegible] à confessario.

Secunda conditio, quod sit Humilis secun- dum Caietanum [illegible] se recognoscat [illegible] peccatorem [illegible] ad [illegible] & [illegible] corã sacerdote [illegible] bus, verbis humilibus [illegible] seculum [illegible] confitendi [illegible] ret peccatũ, Accuso me occidisse (si [illegible]

[illegible] pertinentia vel [illegible] art[illegible] bor[illegible] vt [illegible] peccata

Humi[illegible]

[illegible], neq; [illegible], [illegible] rat, vel quia [illegible], non est absolutè [illegible] [illegible] necessaria est, & [illegible] confessio, quę [illegible] humil[illegible] [illegible] Dei [illegible] [illegible] semper [illegible] [illegible] [illegible] & tunc [illegible] [illegible] [illegible] potest [illegible] ambulan[illegible] potest [illegible] quando quis [illegible] [illegible] lances [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] odi [illegible] [illegible] habet locum, quando [illegible] tur casus reservatos, de quibus [illegible] apud reliquos, & [illegible] dicere peccata sua [illegible] mare[illegible] in opinione, scilicet [illegible] talis habet casus [illegible].

[illegible] po[illegible] non [illegible] geni[illegible].

TERTIA conditio est, quod sit PVRA, & secundum Nauarrum & Caietanum intelligitur, non mixta impertinentibus: & secundum Sotum, & Arm[illegible] [illegible] bona intentione [illegible] [illegible], vt [illegible], [illegible] propter vit[illegible] [illegible] poenam, aut infamiam.

Pura non mixta impertinentibus, vel bona intentione facta.

QVARTA, quòd sit FIDELIS, secundum Caietanum, id est, quod sit verax, aliena à mendacio, vt Nauarrus. sed secundum Sotum quod sit fidelis intelligitur, vt vere proferat peccatum, vt est in corde, quòd est de necessitate.

[illegible]delis aliena à mendacio, [illegible] re [illegible] peccatum.

QVINTA FREQVENS, secundum Caietanum, vt qui frequenter cadit, frequenter confiteatur. [illegible] medicina hæc [illegible] timore Dei quare [illegible] non [illegible] frequentia, quam [illegible] semel in anno [illegible] [illegible] confessio [illegible], quod [illegible] [illegible] in [illegible] & [illegible] videtur [illegible] recep[illegible] ap[illegible] [illegible]os plus confessarios, neimpe, quod [illegible] confessarius v[illegible]

Frequens.

[illegible] con[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ur.

[illegible] sire pœ[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], vt [illegible] [illegible] festis [illegible] nostræ, Conceptionis, Natiuitatis, Annunciationis, & [illegible]. [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] tur in [illegible] [illegible] illi [illegible], [illegible] in [illegible], [illegible] quod [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] animarum. Hinc laudabilis [illegible] Religiosorum, qui hæc frequentant semel in mense, & [illegible] [illegible] fuerit illi, qui semel in hebdomada hoc faciunt, quia sic [illegible] curant infirmitates, & [illegible] [illegible] & medicinam [illegible] habent [illegible] continuatione in [illegible] spirituali [illegible].

Rel[illegible] laudabiliter frequentant confessionē.

SEXTA nuda, secundum Caietanum, id est, non vestita coloribus, aut locis coop[illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] minus [illegible] peccata. [illegible] Nauarrus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] peccata sua & cum talibus [illegible], vt confessarius percipere [illegible] valeat [illegible] peccati.

Nuda, [illegible] colore.

SEPTIMA DISCRETA, scilicet secundum Caietanum, quò [illegible] ad [illegible] statim [illegible] [illegible] sunt explicanda peccata, [illegible], & [illegible] [illegible] las [illegible] [illegible] in [illegible] ca[illegible] [illegible], & [illegible] dem [illegible] vt [illegible] semel [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] per [illegible] [illegible], [illegible] talis [illegible] fit [illegible] [illegible] ista [illegible] [illegible] & [illegible] ligatur [illegible] [illegible] peccata, non [illegible] [illegible] tis.

Discreta [illegible] [illegible] [illegible] vt [illegible] peccata.

[illegible]

Octaua [illegible] secundum Caietanum, & [illegible]rum, quòd sit voluntaria, hoc est, non extorta [illegible], sed ex amore [illegible] secundum Sotum, si [illegible] necessitate [illegible] (liberè) intelligenda [illegible] confitendum, sic [illegible] ius pertinet.

Vere unda, vt erubescat de sua state pe[illegible] per [illegible].

Nona, quòd sit verecunda, id est, secundùm [illegible], vt pœnitens rubescat de fœditate [illegible], tum apud seipsum, tum apud confessarium; pudor enim magna pars est pœnitentiæ. Secundùm Sotum verò, intelligitur primò, quòd sit verecunda, id est, non per modum iactantiæ, quia sic nulla [illegible] intelligatur, quòd sit comitata pudore; tunc ad ornatum pertinet.

Integra, alio quin non valet confessio, quādo diminutio fit per se, non autē quādo fit per accidens.

Decima, Integra, scilicet quantum ad peccata mortalia, alias confessio non integra non est confessio. Hoc autem intelligitur, quando diminutio confessionis per se fit, non autem quando fit per accidens, quemadmodum dictum est *in prima sectione artic.* [illegible] fit. Diminutio per se [illegible] sciens, & volens [illegible] peccatum aliquod [illegible] verò, cùm quis [illegible] cum excommunicatione [illegible] confessarius [illegible], deinde pro alijs [illegible] diminutio [illegible], secunda verò minime.

Hinc [illegible] confessio sit nulla [illegible] examinando [illegible] inualida reddi[illegible] Medina [illegible] confessor accidens ad [illegible] peccatum [illegible] confessione [illegible] est ad[illegible] confitentis [illegible] quibus [illegible] non est confessionis, [illegible] rationem [illegible] [illegible], quoniam in [illegible] ad [illegible] ad [illegible] educatur.

Qui [illegible] non valet [illegible].

Excipiuntur ab his, qui [illegible] confitentur, & vt [illegible]: nam tales non [illegible] examine: & etiam [illegible] extremo vitæ periculo [illegible] iutum [illegible] Imò si [illegible] est aliqua peccata, dixerit confessario, Pater, ego [illegible] valde lassus, [illegible] posterum, quia [illegible] explicanda peccata, [illegible] absoluendus est: & hoc [illegible] ficri malum [illegible] interceptus, [illegible], sicut accidit cuidam [illegible] confessarius [illegible] absolutionem [illegible] flulit. Absolutus enim [illegible], dum præmisisset [illegible] peccatis confessis, & [illegible], quæ quia non suppetit tempus, nec vires [illegible] dicere non valeo, [illegible] a Deo veniam [illegible] si tam in vltimis sit infirmus, vt [illegible] imperceptibiliter inter manus [illegible] animam exhalaturus esse credatur, non [illegible] est [illegible] interrogationibus, [illegible], [illegible] aliqua peccata explicuerit, [illegible] prædicte.

Hæreticus [illegible] confessarium [illegible].

Dubium breue, sed practicum hic occurrere solet, si quis habeat [illegible] confessarium, cui [illegible] confiteatur, quoties verò [illegible] currerit, alteri confiteatur, vt [illegible] confessario [illegible] occultet, [illegible] tur. An hæc sit contra [illegible] fionis. Syluester *conf. 1. quæstio* [illegible], quamuis hoc [illegible] contra [illegible], [illegible] mortale [illegible], [illegible] cium [illegible] dicitur enim [illegible] confessionem atque [illegible] peccatum tacet, [illegible] opinionem admittit Victor[illegible]

Prima [illegible].

rum 196 de pænitentia, cum hac limitatione, scil. ceu si quis hoc secreto animo perseuerandi in ea consuetudine, & si semel, aut iterum hoc fiat ex quadam imbecillitate humana, credo non esse peccatum mortale. Nihilominus asserendum est cum Modernis, quocunque modo fiat, neque esse directe contra integritatem, nec per se loquendo, esse peccatum mortale: quod sentit Nauarrus *in summa cap. 21 n. 42.* & prior pars euidens est, quia huiusmodi pœnitens quando confitetur semper profert, quæ non est confessus: ea verò, quæ semel confessus est, non tenetur iterum confiteri: neque etiam tenetur huic potius, quam illi confiteri (siquidem nemo unus enim omnes esse legit suos confessarios) & hinc facile probatur posterior pars, quia in tali actu nulla grauis deformitas inuenitur contra honestatem Dei, aut proximi: neq; etiam est aliquod præceptum graue, contra quod fiat; nam quod de mendacio dicebatur, non est ita. ille enim nihil falsum dixit, licèt fortasse permittat alium decipi, præterquàm quod non omne mendacium in confessione est peccatum mortale. Dixi autem (per se loquendo) nam si ob hanc causam talis persona caderet in aliqua occasione mortali peccandi mortaliter, quam occultare ordinario confessario; ex eo capite posset esse peccatum mortale, & defectus integritatis, vt per se satis clarum est.

Tertia sententia. *Nauar.*

VNDECIMA est, quòd sit SECRETA: secundum Caietanum secreta intelligitur per exclusionem internuncij, epistolæ, tabellis, quia his nemo tenetur confiteri de necessitate: & licet ista conditio secundum Sotum non sit de essentia confessionis: est tamen de essentia ad sustentandam confessionem in Ecclesia Catholica, & ne peccata secreta, quæ de se sunt scandolosa, publicè confessa scandalum possint generare: sed de confessione per literas, seu per internuncium extat hæc Decretum Clementis 8. de quo sup. *in artic. 10 sect. 2.*

Secreta, ad excludendum internuncios, & epistolas.

DVODECIMA, LACHRIMABILIS, id est, contrita secundum Caietanum, cum displicentia omnium peccatorum mortalium, & cum proposito ea euitandi. Addit vero Sotum, si per (lachrimabilem) intelligitur detestatio mentis, sic de essentia est talis conditio; si verò per lachrimas intelligitur quòd sit comitata lachrymis exterius, non est de necessitate, sed de bene esse, & de ornatu.

Lachrimabilis, contrita cum detestatione.

DECIMA TERTIA, ACCELERATA, hoc est secundum Caietanum, post commissum peccatum mortale non dilata, si commoditas confessarij adsit: & sic intellecta hæc conditio, quatenus ad executionem confessionis, non cadit sub præcepto; sufficit enim de necessitate, vt proponat tempore determinato ab Ecclesia confiteri.

Accelerata, post peccatum mortale non dilata.

DECIMA-QVARTA, FORTIS, id est, secundum Caietanum, superans timorem retrahentem à confitendo, & explicando peccata. sed secundum Sotum, si per (fortem) intelligatur, quod propter timorem prædictum non desistat à confitendo, de essentia est: si verò per (fortem) intelligitur, sit enim, & viribus animo facta, de ornatu confessionis est. Hæc fortitudo noscitur, si pœnitens antequam interrogetur à confessario, per se dicit peccata sua, & a confessario postea adiuuetur in eo quod deficit, quia conuincit ad hominem confitentis, quod prius pœnitens iniustitias suas, ne fit veluti Nabuchodonosor, qui Satrapis dicebat, Indicate somnium meum.

Fortis superans timorem.

Decima-quinta, accusans, id est, sibi imputans peccata, non cœlo, non mundo, non diabolo, non carni. Vel accusans, id est, non excusans, quia circunstantias aggrauantes debet explicare, excusantes verò debet tacere. Ego Sotus aliter sentit, & nempe quod circunstantiæ attenuantes, & excusantes in confessione declarandæ sunt, vt hæc peccatis conforme honori suo: sed loquitur Paludanus aitque melius esse tacere in confessione, quia earum declaratio in fauorem pœnitentis est, & sic eas tacere fortasse consultum, vt peccata simpliciter puriore, & confusione exponantur, ut Paludanus.

Accusans sibi, & licet imputans peccata. *Sotus.* *Circunstantiæ minuentes an sint declarandæ.* *Palud.*

Verùm de circunstantijs minuentibus cum distinctione loquendum est, nam vel minuunt variando speciem, vel intra eandem: de prioribus, certa res est esse declarandas; vt docet sanctus Bonauent. *in 4. dist. 17. art. 1. quæst. vlt.* Gabr. *quæst. 1. art. 2.* Victoria *num* 102. Sotus, Cano, & alij, & patet ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 5.* generatim dicente, omnes circunstantias mutantes speciem esse confitendas. At verò de circunstantijs minuentibus intra eandem speciem, Bonauentura, & alij, præsertim Nauarrus *in manuali, c. 6. n. 6.* non solum negant esse necessarium, verùm etiam (per se loquendo) non esse expediens illas declarare, quia non deseruiunt ad accusationem, sed ad excusationem quæ non incumbit ipsi reo: & quamuis iudex fortè maiorē aliquam grauitatē concipiat, nullum graue incommodum sequitur in hoc iudicio. & si quod est, totum cedit in grauamen ipsius pœnitentis, ipse autem potest cedere iuri suo, & erit vtile ad maiorem satisfactionem. Scotus autem, Cano, & alij putant hoc esse necessarium, quando circunstantia notabiliter minuit, quia aliàs putant iudicem decipi in re graui, scilicet quod tunc pœnitens debet explicare ipsam circunstantiam diminuentem notabiliter. Vtraque sententia probabiliter loquitur.

D. Bon.
Gabriel.
Victoria.
Conc. Trid.
Nauar.
Scot.
Cano.

DECIMA-SEXTA, sit PARERE PARATA, quoad acceptandam a confessario satisfactionem pro peccatis suis debitam: sed an absolui possit, qui paratus non est acceptare pœnitentiam? De hoc ne nimis protrahatur articulus iste, dicemus in articulo quinto huius lectionis.

Parere parata ad pœnitentiam accipiendam.

ARTICVLVS II.

AN possint cogi Regulares, vt non solum semel in anno sicut cæteri Christiani, verum & quolibet mense, imo & pluries in hebdomada confiteantur peccata sua? Respondeo quod dubium hoc mouetur propter Clementinam primam de statu monachorum, vbi præcipitur Religiosis Sancti Benedicti, vt singulis mensibus confiteantur. De quo, primum incertum est, an obliget tantum eos, qui habent conscientiam peccati mortalis vel etiam si non habeant nisi venialia, Glossa enim ibi priorem sententiam significat, dum ait, ibi fieri determinationem menstruam pro illis religiosis, sicut facta est annua pro omnibus fidelibus & hoc sequitur Sotus *dist. 18. quæst. 1. art. 3.* & indicat Paludanus *dist. 17. quæst. 2. art. 4.* Alij verò existimant secundum cum Caietano *tomo 1. opuscul. tit. 5. quæst. 1.* Cano, *relect. de pœnit. part 5.* & Nauarro *in cap. placuit num* 122. & censeo esse magis conformem intentioni Summi Pontificis, tum quia non est verisimile, præsumpsisse Summum Pontificem, religiosos peccaturos mortaliter singulis mensibus; tum etiam quia præceptis, seu regulis ibi positis, intendit summus Pontifex reformare Religionem illam: non esset autem reformatio, sed potius relaxatio Religionis, si tantum post commissum peccatum mortale & singulis mensibus ad confessionem obligarentur.

Sotus.
Palud.
Caiet.
Cano.
Nauar.

Deinde incertum est, an illud ius sub mortali obliget Religiosos ad menstruam confessionem: Sotus vbi supra videtur consequenter affirmare, quod etiam sentit Maior. *dist. 17. quæst. 2.* Nauarrus autem *vbi supra* dicit, solum eos teneri de honestate: at Caietanus sentit, non obligare illam legem ad peccatum mortale: quod sequitur Cano. *vbi supra*, quia nec verba legis, nec pœna imposita tantam obligationem indicant. Quæ ratio non multum cogit, quia verbum TENEANTVR vel aliud simile, quo ibi Pontifex vtitur, de se sufficiens est: grauitas autem obligationis non est colligenda ex pœna, sed ex materia legis: hic verò materia grauis est, scilicet vsus sacramenti ad vitam religiosam magis necessarij, sicut etiam ibi præcipitur communio singulis mensibus, quæ etiam videtur materia grauis.

Sotus.
Maior.
Nauar.
Caiet.

Vnde existimo hoc pendere ex intento, & consuetudine talis Religionis: arbitror enim hanc constitutionem non magis

Resolutio.

eos

eos obligare, quam alias eiusdem Religionis constitutiones, quia in illo capitulo nullum verbum est, quod aliud indicet. Vnde si vsu, & declaratione talis Religionis est, vt constitutiones eius non obligent ad culpam, sicut in nostris expressè apparet, tunc tale ius non obligat ad mortale. Si verò nulla talis est declaratio, neque ex consuetudine Religionis aliud constat: lex hęc explicanda est iuxta vim verborum, & qualitatem materiæ, in quam cadit: & ideò ex suo genere inducet grauem obligationem propter rationem iam factam. Potest bene Prælatus cogere subditum, etiam per pœnas corporales si id non facit, quia aliòqui viueret præter communem vsum Religionis: eò magis, quia quando professus est Religionem, sponte se obligauit ad viuendum, non solùm iuxta Regulam, verum & iuxta constitutiones ipsius Religionis; ergo ratione huius spontaneæ obligationis potest cogi vt faciat, quod cæteri Religiosi communiter faciunt.

Prælatus potest cogere subditum per pœnas, vt plures confiteatur.

ARTICVLVS III.

Sot. D. Thom.

AN *si Religiosus non habeat nisi venialia, possit cogi, vt illa confiteatur?* Respondeo cum Soto *in dist. 18. quæst. 1. art. 3.* cum D. Thoma *in 3 part. quæst. 65. artic.* tenet partem negatiuam, quia, inquit Sanctus Thomas, ad deletionem venialis peccati, nullum est directè institutum sacramentum: & ratio est, quia sacramenta omnia ad infusionem gratiæ sunt instituta: veniale verò peccatum absq; gratiæ infusione remitti potest per actum charitatis eandem opinionem tenet Scotus *in 4. dist. 17. & Dur. ibidem quæst. 9.*

Sot. & Dur. D. Bon. alio ratus a Soto.

Citatur autem à Soto *vbi suprà* S. Bonauen. *in 4 dist. 17. artic. 2. quæst. 1.* ac si teneat contrarium; attamen si tota illa quæstio perpendatur, nihil contra dicta innuere videtur; ait enim Seraphicus Doctor, Confessio venialium non est in præcepto, est tamen in consilio, in præcepto non est, quia cum sint de sui natura, venialia, per se possunt veniam consequi, siue per pœnitentiam internam, siue per exteriorem assumptam, siue etiam per ignem purgatoriam: quamuis autem de ratione sui generis non sit necessarium ea confiteri, tamen congruum est maximè viris perfectis, quia vtile est multum, & pœna illis debita minuitur virtute clauium. In casu autem contingit, quòd homo teneatur ea confiteri siue propter dubium, quia dubitat probabiliter, verum sit mortale, vel veniale; ideo si non pœnitet sicut de mortali, discrimini se exponit; & ideò debet confiteri, sicut iacet in conscientia, & iudicio sacerdotis relinquat, vtrum sit veniale, vel mortale. Siue etiam propter Ecclesiasticum statutum tenetur, quia omnis fidelis semel in anno tenetur confiteri; sed hoc non propter peccati venialis morbũ, sed propter præceptum. Hæc S. Bonau. cum quo concordat Riccardus ibidem.

Non habens nisi venialia non tenetur confiteri sic Moderni. Quod aliquando teneantur placet D. Bonauen. & Nau.

Sotus nihilominus contendit, quòd neque ex præcepto Ecclesiæ; nam tale præceptum præsupponit materiam necessariam, quæ cum non sit talis respectu venialium; concludit, quòd qui non habet mortale peccatum, non tenetur confiteri, & talis sententia videtur plausibilis Modernis. Nihilominus sententia S. Bonauenturæ et alia est plausibilis Nauarro *in cap. placuit sub num. 110.* vbi refert Cl. *in agro* §. hanc de stat. monach. & Caietanum in particul. opuscul. *tom. 1 tract. 5 quæst.* asserentem, monacho etiam nulla mortalia, quæ confiteantur habentes, ad idem teneri, & oportere illo eos casu venialia confiteri, vel mortalia pridem detecta confessario. Idem sequitur ibidem Nauarrus. Sed cum igitur nemo teneatur venialia confiteri, si ius diuinum attendas, si tamen humanum, tenetur. Ex quibus verbis possumus concludere, quod quia Religiosi, maximè nos Capuccini, per nostra statuta pluries in hebdomada teneamur confiteri; quippe qui ad seruanda talia statuta sponte nos obligauimus, quod supposito ex diuina gratia non habeamus mortalia peccata, tunc tenemur venialia confiteri, ad hoc vt in confessione sit materia, supra quam cadat forma.

ARTICVLVS IV.

Quilibet sacerdos potest absoluere à venialibus. Caiet. Prima opinio.

AN *quilibet sacerdos possit absoluere à venialibus?* Respondeo quòd Caietanus in quæstione de ministro confessionis ait, quemlibet posse se subijcere cuilibet pro peccatis venialibus, quia in illa materia nulli est subiectus: quare quilibet sacerdos per hanc potestatem, quam accipit à subdito, potest absoluere illum. Sed hæc opinio confutatur à Nauar. *in c. placuit n.* 26. quia Concilium Florentinum requirit ministrum, qui habeat potestatem, aut ordinariam, aut delegatam: potestas autem non est nisi à iure, aut à iudice, ipse verò Nauarrus dicit quòd quilibet sacerdos potest absoluere à venialibus quēcunque, non propter authoritatem ab ipso pœnitente acceptam, sed propter potestatem à Deo acceptam, & ab Ecclesia non impeditam. *Et nū* 22. ait: Dico primo nullibi me videre textum, quo probetur, eum, qui sola venialia peccauit, cui voluerit confessario confiteri posse. At si, vt multi affirmant, id receptum est, concedo, sed nego illos Presbyteros, quibus talis confitetur, nullam habere in confessum iurisdictionem, habent enim illam habitualem in susceptione ordinis acceptam, quæ in actualem reducitur per legitimam confitentis subiectionem. Confitens autem legitime se illis subijcit, si cum licentia expressa vel tacita proprij sacerdotis id facit: & eos, qui sola venialia habent, hanc licentiam habere à lege, vel legislatore tacitam, credendum est. *sic Nauarrus.*

Sotus. Secunda opinio.

Soto verò dicit, ideo quemlibet posse absoluere à venialibus, quia ad absolutionem à talibus non est necessaria iurisdictio, [illegible] [illegible] grat. s dictum, cum enim confessio venialium sit [illegible] [illegible] [illegible] exigit iurisdictionem. Alij [illegible] id posse, quia omnes [illegible] potestatem habent à Deo [illegible], ratione [illegible] [illegible] Panor. Sed hoc etiam gratis est dictum, nam Christus

Refutatur. Tertia opinio.

Refutatur.

constituit Apostolos iudices omnium peccatorum.

Dicendum ergo, ideo quemlibet sacerdotem, posse absoluere à venialibus, quia Papa, tacita concessione permittit, vt quilibet sacerdos à venialibus absoluat: concordat Suarez. *in 4 tom. disput. 26 sect. 5. num. 5. & 7.*

Pœnitens tenetur acceptare pœnitentiam à confessario sibi impositam.

ARTICVLVS V.

AN *pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam sibi à confessario impositam?* Respondeo quòd distinctione opus est; nam duplex est pœnitentia, quædam est satisfactoria, & quædam est præseruatoria: Quantum ad præseruatoriam, seu ad exeundum à peccato, & amplius ad illud non reuertendum, qualis est alieni restitutio, odij mortalis depositio, dimissio officij, quod sine peccato exercere nequit, & conuersationis, qua se credit in mortale peccatum lapsurum, necessario imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluendus. Quantum verò ad satisfactoriam pœnitentiam, si pœnitens noluerit acceptare aliquam magnam pœnitentiam, confessarius debet eam diminuere, declarando ei pœnam alterius mundi, iuxta Maior. *in 4. distin.* 20. *quæst. 1 col. 3*

Pœnitentia imposita est duplex, satisfactoria, & præseruatoria.

Maior.

SI VERÒ pœnitentia imposita non est tam magna immò & leuis, & nihilominus pœnitens nolit eam acceptare, quid agendum? Scotus *in 4 dist.* 7. *quem sequitur Gabr dist 16 quæst* 2. *& Medina in Cod. de confess.* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] satisfacere Deo hic, vel in purgatorio: quibus consonat Hostiens. *in summa de pœnit. §. & an sit versic. Quid de operibus & Panor. in cap significauit num. 2. eod. tit.*

Prima opinio. Scot. Gabr. Medin. Hostiens. Panor.

Contra quam sententiam videtur facere *cap. omnis vtriusq. sexus, de pœnit. & remiss.* habens, pœnitentiam à confessario iniunctam à pœnitente acceptari debere: & Concilium Florent. nam agens de sacramento Pœnitentiæ habet, confessarium, sicut potestatem habet ad absoluendum,

Refutatur.

ita ad obligandum habere: cuius oppositum, esse hæreticum declarauit Concilium Trid. *sess. 14. cap 8. & can. 15.* vbi sic habetur; Si quis dixerit, claues esse datas Ecclesiæ tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum: & propterea sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium, & contra institutionem Christi, Anathema sit. et Concilium Lateranen. sub Leone X. *sess. 9.* ad abolendum principe Confessarius, ne blasphemos Dei, & suæ matris absque magna pœnitentia, ad absolutionem sæculari confessarij absoluant.

Conc. Trid.

Conc. Late.

Qvibvs diligenter perpensis, videtur concludendum, confessarium obligare posse pœnitentem, vt satisfactionem impositam acceptet & impleat: quæ conclusio videtur nunc tam certa, vt sine temeritate negari non possit; nam fere definit eam Concilium Tridentinum vbi supra, adeò vt Magister Victoria existimauerit eam esse de fide. Et probatur etiam ratione, nam vnusquisque tenetur parere iudici recte iudicandi, sed impositio pœnitentiæ est pars iustitiæ, ergo. Hanc conclusionem docet Magister *in 4. dist. 16. & 1. & ibi D. Tho. quæst. 1. art. 3. quæst 3. R. in 2. quæst. 5 Paludanus dist. 20. quæst. 2. & dist. 17. quæst. 2. & ibi Maior quæst. & dist. quæst. & ibi Du. quæst. 2. Alensis 4 part quæst. 4. membr. 4. art. 5. Anton 3. part. tit. 18 cap. 19. §. 19 Ruardus artic. 3. pag. 273 Victoria in summa. num. 40. Sotus distin. 20 quæst. artic. 2. Cano relect. de pœnit part. 5 in fine. Ledesma. 1. part. 4 quæst. 20. art. 3 & alij.*

Secunda opinio tenenda.

Magister. Victoria.

Magister. D. Thom. R. alud Maior Dur Alen. Ant Ruard. Victoria. Sotus. Cano. Lede, ma.

ARTICVLVS VI.

An *peccare cum spe veniæ aggrauet peccatum.* Respondeo quod ex vna parte videtur dicendum affirmatiue, quia ad hoc facere bullam ea intentione quod se absolui faciat a casu reseruato peccati, quod non liceret facere, sic contra ... necessariò confitendo ... abusum bullæ. Nihilominus ex alia parte respondemus cum Nauarro in manual. *cap. 6. num. 4.* quòd peccatum Caietanum talis circunstantia non est aggrauans, sed minuens, quia peius esset, si sine spe, & proposito pœnitendi peccatum fuisset aggressus. Et ad obiectionem in contrarium dicitur, quod ibi licet propositum obtinendi absolutionem à reseruato peccato non aggrauet, tamen est abusus priuilegij ... occasionem habet, ideoque illam assumit, alias non peccaturus, vt peccet propter abusum priuilegij, priuilegium bullæ ei in hoc non valet: secus si postquam bullam sumpsit, cum alias esset paratus peccare cum confidentia obtinendi absolutionem per illam, peccaret: tunc enim ei valet, quia peius esset (secundum Caietanum, & Nauarrum) si sine proposito pœnitendi, & obtinendi absolutionem peccaret.

Peccare cum spe venia non aggrauat peccatum.

Naua. Peccare cum spe venia, nõ est circunstantia aggrauãs, peccatum, sed minuens. Assumere bullã pro occasione peccandi est abusus.

Caiet.

ARTICVLVS VII.

An *liceat pœnitenti manifestare personam complicis in confessione.* Respondeo quod hæc quæstio pro vtraque parte habet suos fautores: pro parte enim affirmatiua habet fautores multos doctores antiquos vnde videtur inter illos fuisse communis: pro parte vero negatiua etiam suos defensores habet, nempe Caietanum, Medin. & Nauarrum in summa *latè cap. 7. n. 2.* Canus, & Sotus mediant. Pro dilucidatione veritatis distinctionis dico plura.

Prima opinio.

Secunda opinio. Med. Nau.

Primo, quando pœnitens habet legitimũ alium confessorem, vel potest illum adire, vel potest cõfessio differri, nullatenus licet circumstantiam complicis in peccato, alias necessariò confitendam, reuelari confessario pœnitenturo statim ad notitiam complicis, cum iactura eius existimationis apud confessarium: quia solum in arcto necessitatis casu, vbi aliter fieri non potest, venit intelligenda quæstio.

Canus. Sotus

Secundò dico, quòd reuelatio complicis in peccato, in confessione fieri potest, si aliter non potest pœnitens confiteri speciem sui peccati, quando talis reuelatio

creditur profutura, & non obfutura complici. Hæc assertio elicitur ex *Nau. vbi supra num.* 7. vbi subiungit de hoc rationem: quia, inquit, reuelatio criminis potest fieri profutura personæ, & non obfutura, si præcesserit correctio, id est monitio, vel si nulla alia subsit species correctionis criminosi: & patet, quia ista iactura est parua, & aliunde compensatur, dum ad eius profectum animæ detegitur, & personæ non obfuturæ, sed perpetuo occultaturæ peccatum illud. *Nau.*

TERTIO dico, quando ex tali reuelatione, complici nihil aliud incommodi sequitur: quàm quòd apud se solum confessarius non tantam opinionem bonam complicis concipiet, sed tamen non obsit aliter confessarius complici; poterit illam explicare. Hæc assertio videtur esse Nauarri *vbi supra scilicet cap. 7 num.* 4. 5. vbi etsi videatur illam negare verbis, in exemplis tamen à se positis videtur illam tenere cum Soto *in* 4. & cum Corduba *in tract. de casibus conscientiæ, quæst. prima.* Probatur autem nostra assertio, quia in hoc casu talem circumstantiam complicis prodere, apud confessarium non obfuturam, non est propriè infamare complicem, quia cùm infamia secundùm eius definitionem, sit communis opinio sinistra de aliquo diuulgata apud multos; hæc reuelatio, quæ vni tantum fit, id est confessario celaturo non est propriè infamia: quod si aliqualis iactura famæ est, illa modica est & quam tenetur complex pati, propter commodum salutis animæ proximi [illegible] quia cum complex con[illegible] cooperando in peccatum suum & alter[illegible] vt in copula carnali ex culpa sua se posuit in tali statu, vt (si consors sibi in culpa non posset eam aliter confiteri [illegible] explicare, quia bene nouerat [illegible] consortem suum in peccato, cogitat [illegible] illam circunstantiam specificam [illegible] esse prospecturum: & præterea con[illegible] facit, quod debet, nempe confitendo integrè peccata sua, absque eo, quod intendat iacturam famæ complicis. *Nauar.* *Soto.* *Corduba.*

QVARTO dico, quando ex reuelatione complicis in confessione, non [illegible] par[illegible] existimationis [illegible] patietur apud confessarium, sed quod maius est, ex tali reuelatione aliquod notabile d[illegible] probabiliter creditur [illegible] complici apud confessarium, vel quia confessarius reuelaturus esse creditur illam circunstantiam extra confessionem, vel quòd vlciscetur se de complice, vel contra eum in futurum male loquetur in præiudicium famæ, & [illegible] vt [illegible] non dando eis suffragium, & votum in electionibus, vel si est sui [illegible] confessarius, timetur, quòd amouebit eum de illo loco, vel priuabit eum aliquo officio; tunc neque in vita, neque in morte licitè potest pœnitens hanc circunstantiam complicis in confessione prodere. Ratio est, quia infamare aliquem iniustè, & reuelare aliena peccata ea ignoranti, est peccatum lege diuina cautum, & lex præcipiens, vt confessio sacramentalis sit integra, est lex diuina posituua à Christo Domino nostro instituta, vt in gloss. summæ de pœnit. dist. quinta. Et regula generalis est, quod quando duæ leges contrariæ in aliquo casu concurrunt, in quo alterius obseruatio est omittenda; tunc temporis illa, quæ maior est, minori debet anteferri, & hæc illi cedere, arg. in cap. Iulianus, & cap. si dominus. 11. quæst. 3. & cap. sicut. id tenet glos. verbo necessitate dist. 1. de consecra.

Hinc pœnitens nullo pacto debet nominare personam, cum qua peccauit, sed neq; eam sic describere, vt confessarius possit in eius cognitionem deuenire, quoniam supradicta lex naturalis diuina hoc prohibet, Immò si confessarius præuidet, pœnitentem velle nominare personam delicti consortem, debet statim ei occurrere ipsumque admonere, ne illam nominet, ne ipse confessarius pariter peccet, infamiæ peccato consentiendo, vt ait noster Seraphicus Doctor *in* 4. *dist* 21 *art.* 1. *quæst.* [illegible] *& D. Bonauent. cap notum quæst.* 1 *& cap.* [illegible] *de off. de leg.* Vnde licet quam plurimi antiquitùs tenuerint in 4. *dist.* 16. quod quando circunstantia ne- *Pœnitens non debet*

tia necessariò confitenda, non potest [illegible] feslari absque reuel[illegible] [illegible] quod tunc potest licitè illam reuelare, Opposita nihilominus sententia est verior, quam tenet Innoc. *in cap. omnis vtr. sex. de pœnit. & remiss. & Hostiens. ibi, quos sequitur Nauarr. in manuali c. 7. num. 3. & in cap. sacerdos num. 9. & 90. de pœn. t. dist. 6.* nempe quod [illegible] debet circumstantiam tacere, [illegible] proximum diffamare, quando alterum de duobus fieri oportet. Exemplū Nauarri est, de eo, qui commisit incestum cum propria [illegible], vel [illegible], vel extitit mediator, vt ab alio committeretur; sed quia pœnitens, vel mater, vel filia confessario sunt noti, non potest cognationis gradum exprimere absque mulieris infamia; in hoc casu tenetur circunstantiam tacere, & eam non infamare. Vide Nauarr. vbi suprà, sed pondera numerum 6. 8. & 9.

[illegible] ista [illegible] nam [illegible] in confessione Innoc. Hostiens. Nauarr.

ARTICVLVS VIII.

AN liceat confessario interrogare pœnitentem in confessione de complice. Articulus iste videtur, quod pertineat ad sectionem [illegible], in qua de pertinentibus ad confessarium tractatur, nihilominus huc apposuimus illum, propter coniunctionem, quam habet cum eo: bene verum est, quod diuersus est articulus iste, ab articulo præcedenti, nā ibi fuit sermo de pœnitente ex se propalante, vel propalare volente complicem; hic verò quærimus de confessario. An scilicet possit interrogare pœnitentem de complice.

Non debet confessarius interrogare de complice in confessione.

Respondetur igitur cum distinctione; nam confessarius vel est subditus, vel Prælatus. Si subditus est, debet omnino abstinere a tali interrogatione: nam si debet obuiare, & impedire quando percipit, quod pœnitens vult explicare, & propalare cōplicem, vt dictum est in præcedenti articulo: multò magis debet abstinere ipse a tali interrogatione. Si verò & Prælatus, aliquibus visum est, quod possit interrogare de complice, ad hoc, vt remedium [illegible] adhibeat, vel pœnitenti, vel complici [illegible] omnibus & ipse quoq; abstinere debet, & remittat omnia iudicio Dei. Ratio est, quia vt plurimum iuuenes, & illi, qui apud [illegible] professi) nuncupantur, Superioribus confitentur, vnde licet Prælatus interroget tanquam pater, & vt prodesse [illegible] nihil [illegible] qualibet interro[illegible] hoc, [illegible] Superiore facta in confessione apud ipsos est, ad instar præcepti, vnde videtur, quòd Superior cogat ipsos: & ex hac coactione proueniunt multa mala, quæ melius est truncare, non interrogando de complice. Et præterea, quia ipsi iuuenes possunt de hoc conqueri, & quia imperiti sunt, & inexperti, putāt sibi fuisse factū præceptū cū illa tali simplici interrogatione de reuelatione cōplicis: vnde postea instāt apud Superiores maiores, quod per vim Superior voluit ab eis scire complicem: & cum Superior confessarius non possit respondere aliud, nisi, functus sum officio meo: sæpè talis punitur. Et denique, si peccatum commissum aliter non manifestatur, nisi in confessione, signum est, quòd Deus vult, vt illud permaneat, sic occultatum: non ergo curare debet, & curiosus esse Superior confessarius scire de complice sed adhortetur pœnitentem, & commoneat de obligatione, quam tenet, vt fugiat talem conuersationem, & alia huiusmodi remedia adhibeat, [illegible] eo, quod se exponat tantæ ruinæ.

ARTICVLVS IX.

AN Religiosus incurrens in casum reseruatum in sua Prouincia, pergens in aliam Prouinciam possit absolui à præsentatione a Prouinciali huius Prouinciæ, ad quam venit? [illegible] pondeo [illegible], vt pœnitens se [illegible] Ministro Prouinciæ, in qua [illegible] peccata, secundum constitutiones [illegible] & ius commune, [illegible] quia in omnibus Prouinciis [illegible] idem casus reseruati, [illegible] qui positi sunt in Decreto Clemen. [illegible] Prædicta verò intelliguntur de [illegible] bus hospitalibus.

hoſpitibus ſubditis, nam ſi fuerint Prælati, poterunt ſeipſos intra Ordinem cuicunq; confeſſario, quem elegerint, ſed ſubijcere, & ab eo abſolui, cum eodem tamen debito ſe præſentandi, ſi reſeruata habeant.

confeſſarij deputati, etiam à reſeruatis ab-ſoluant, cum onere ſe præſentandi, h[illegible] poteru[illegible] etiam a reſeruatis abſoluere, dummodo acceperint obligationem ſe præſentandi.

ARTICVLVS X.

Sacerdotes ſunt in triplici differentia.

AN *Religioſi itinerantes, dum ſunt in via poſſint ſimul ſe confiteri antequā ad locum, ſeu ad Monaſterium perueniant?* Reſpondeo quòd diſtinguendum eſt de ſacerdotibus, ſunt enim in triplici differentia: quidam ſunt, qui nunquam fuerunt admiſſi à Superiore ad audiendas confeſſiones: quidam qui fuerunt admiſſi: ſed modò non ſunt deputati: quidam verò, qui de facto ſunt deputati.

Peccata ſunt in triplici differentia.

Et de peccatis etiam diſtinguendum eſt, nam vel ſunt venialia, vel mortalia ſimplicia, vel mortalia cū reſeruatione adiuncta: nunc verò reſpondeo plura. Primum ſi peccata ſunt venialia, quilibet ſacerdos poteſt ea abſoluere nam cùm iure diuino ea confiteri non teneamur, vnuſquiſque ſacerdos poteſt ea abſoluere, ſi à pœnitente eligatur. Si verò peccata ſunt mortalia, tunc ille ſacerdos, qui nunquam fuit admiſſus, nullo pacto poteſt ea abſoluere, quia non habet poteſtatem iuriſdictionis: ſi verò ille ſacerdos fuit aliquando admiſſus, vel etiam ſi eſt de [illegible] deputatus; tunc multis videtur, quòd non poſſit ea abſoluere nihilominus prax[illegible] eſt in contrarium. & Prælati hoc ſciunt, nec prohibent, ſed tolerant. Si verò ſacerdos eſt deputatus, & in conuentu [illegible] confeſſiones; tunc talis poteſt [illegible] confeſſionem huius, & abſoluere ſicut poterat in conuentu. Sic habet Sotus *in 4. diſt.* [illegible] *quæſt. 4. & 3.* cuius verba ſunt iſta, Relig[illegible], qui facultatem habet ſui Prælati, aud[illegible] Religioſorum confeſſiones, quicunque ſubditum ſui conuentus poteſt v[illegible] [illegible]rrarum abſoluere, perinde ac Prior ipſe, præterquā a caſibus reſeruatis. Et ego addo, quod quia in noſtra Religione ſtatutum eſt, vt

ARTICVLVS XI

Pœnitens qui promiſit ſe repræſentaturum. [illegible]

AN *Pœnitens qui promiſit ſe repræſentaturum, poſtea habita opportunitate Prouincialis aut Generalis, non ſe repræſentans, peccet? & an teneatur denuo ſe præſentare?* Reſpondeo quod tenetur ſtatim ſe præſentare dummodo fiat ſine [illegible] famæ ſuſpicione: in hoc conueniunt omnes. Sed quantum ad aliam partem q[illegible], dicunt aliqui, quòd tunc non ſe repræſentans, habita opportunitate, peccet benè mortaliter, ſed quòd non tenetur amplius ſe præſentare: & prætendunt eliciꝰ hoc ex verbis Nauarri, qui in Manuali *c. 26. n. 12.* ſic ait, Si Superior abſens [illegible] facultatē dederit, vt à caſibus ſibi reſeruatis abſoluat ſub eo modo, vt iterum illi confiteatur, quando præſens fuerit, confeſſarius tenetur illum modum pœnitenti declarare, & ſi eum non acceptauerit, nō debet audire, ſi ante confeſsionem id ſciuit: ſi tamen conſenſerit abſolutioni, adeò valet abſolutio, quòd quamuis poſtea pœnitens Superiori non confiteatur, valere illa non deſinat, peccatum tamen mortale nouum cōmittet. *Hæc Nauarrus.*

Nauar.

Ex quibus verbis eliciunt aliqui, quòd commiſſo nouo peccato, ad nihil aliud poſtea teneātur, qui ſe nō præſentant. Sed profecto hallucinantur: nam præſentatio eſt veluti debitum contractum, quòd quouſq; non ſoluitur, ſemper remanet obligatio illud ſoluendi. Eſt etiam veluti obligatio quā quis habet de voto obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, in quibus ſi caſus aduenerit, quòd quis tranſgrediatur aliquod votum mortaliter, licet poſtea confiteatur de peccato illo, & de tranſgreſsione facta mortaliter, remanet tamen obligatio adhuc ſeruandi votum promiſſum, quia iam eſt debitum contractum.

Quod

Nauar. Quòd disertis verbis docet idem Nauarrus in tem. l. concil. de voto & voti red. concil. ... fractionis voti, differt, ab absolutione voti, ita quòd votum perpetuum semper obligat, licet vouens à peccato fractionis voti absoluatur, vt ait L. Anthoninus vnde quando quis non adimplet promissionem factâ de se præsentando, frangit quidem debitum illud, non tamen exoneratur à debito semel contracto. Hæc Nauarrus.

Sotus. Clarius id habet Sotus *dist. 18 quæst. 1. art. 5.* in his verbis: Tunc inferior absoluit quidem ... à peccatis non reseruatis, consecutum tamen à reseruatis: dummodo pœnitens habeat propositū recurrēdi ad Superiorem ... dum est in mora recurrendi, puta habita opportunitate absolutionem non procurans, semper manet in culpa. *Sic Sotus*: in quibus verbis notanda sunt illa verba (semper manet in culpa) nam non tollitur obligatio, quousque se non præsentat, licèt frangat pluries talem obligationem.

Quod optime etiam perpendit noster Pater Politius *super c. 7 Regula, num. 31. dicens,* quod hæc præsentatio est; ex sacramentali confessione dependens, & pars quædam eius, ad satisfactionem pertinens: solutio ... debiti, quo se pœnitens ligauit, vt a reseruatis absolueretur. Et ibidem *num* 33. ait, Nouum peccatum committit, qui promisit se repræsentare, & non se repræsentauit, & in eodem semper est, dum scilicet, quod promisit, implere non vult. Sicut qui confitendo, aliquorum oblitus peccatorum ... cum memoriæ occurrerint, licet fuerit absolutus, semper confiteri ... & nouo peccato ligabitur, si ea confiteri noluerit, eoque est astrictus, donec oblita confiteatur. Quod ex Soto ... annotauimus *num* 3. toties pœnitentem ... peccare mortaliter, quoties habita oportunitate, Superiori denuò non confitetur reseruata, quæ cum hac ligatura fuerunt ab inferiori absoluta, & a pœnitente accepta. Huculque Politius.

Idem censeo de confessarijs deputatis, qui rationabili caussa ducti, suscipiunt super se obligationem, & onus se præsentandi; scilicet quòd debent id facere, quàm primùm se illis offert copia Superioris: nisi ratione efficaci ducti iudicauerint aliud expedire pœnitenti: nam potest dari casus, in quo si tunc confessarius se præsentat, Superior veniet in cognitione pœnitentis, & propterea melius est, vt differatur præsentatio in opportuniorem occasionem. Sed ordinariè loquendo, tenetur se statim præsentare, si habeat copiam Superioris, quia habet idem onus, ac pœnitens, dum super se illud suscipit.

ARTICVLVS XII.

AN liceat Regularibus indifferenter se confiteri extra suum Ordinem? Respondeo quod exceptis Pœnitentiarijs Sanctissimi Domini nostri Papæ, qui habent plenariam potestatem audiendi confessionem omnium ad se recurrentium, etiam Religiosorum cuiuscunq; Ordinis de reliquis tam sacerdotibus sæcularibus, quàm regularibus cuiuscunq; Ordinis hoc certum est, Regulares confiteri non posse: cum enim Religiosi sui iuris nō sint, non habent ad id facultatem, cum non solum non faueat illi licentia Prælatorum suorum; imò è contra Prælati semper reclament, & contradicant; vnde stante tali prohibitione, nullus regularium poterit extra ordinem confiteri, eritq; nulla confessio, & absolutio attentata.

Non licet Regularibus se confiteri indifferenter extra suum ordinem.

Pœnitentiarij Papæ super omnes fideles etiã Regulares potestatem habent in foro conscientiæ.

Hæc autem Superioris prohibitio semper extitit in Ordine, satisque ex vsu, & antiqua consuetudine comprobatur, quæ etiam vim legis in hoc habet. Et de hoc insuper habetur statutum Clem. 4. quo inhibetur vniuersis Ecclesiarum Prælatis, & quibuscunque alijs, ne confessiones Fratrū Minorum ... eorum Prælatis inuitis, audire: vt habetur in Compendio priuilegiorum *titulo confessio: num* 1. & Bonifacius octauus sic habet: Inhibemus vniuersis Fratribus vestri Ordinis ne aliquis

Compend. Priuileg.

aliquis eorum, nisi in necessitatis articulo, alijs, quam Prælatis suis peccata sua confiteri præsumant, vel alijs sacerdotibus eiusdem Ordinis, secundum Regulæ, & ipsius Ordinis statuta. Hæc ibi.

Hugo. & Pisanus.

Hoc autem adeò verùm esse putat Hugo, & Pisanus *super Regul. cap.* 7. vt asserant, etiam ex vi Regulæ prohibitum esse Ministris; posse facere facultatem Fratribus, vt extra ordinem valeant confiteri de casibus ipsis ministris reseruatis: etenim Regula peccantes Fratres, non ad alios, quam ad Ministros Ordinis mittit: & ipsis Ordinis Ministris, qui curam animarum Fratrum suorum habent, modum præscribit, vt in casibus sibi reseruatis, non assignent extraneos ipsis Fratribus confessarios sæculares, scilicet presbyteros, vel alios Religiosos, sed tantum huius Ordinis sacerdotes, ait enim Regula, IPSI VERÒ MINISTRI, si presbyteri non sint, per alios sacerdotes Ordinis pœnitentiam iniungi faciant. In mortis autem articulo, poterunt Fratres deficientibus sacerdotibus Ordinis nostri, etiam absque licentia Prælatorum, alijs sacerdotibus confiteri, & absolui sine obligatione, & debito reconfitendi reseruata peccata Ministris, vt est communis regula Doctorum in 4. dist. 17. & de hoc latè potest videri Nauarrus *in cap. 1. de pœnit. distin. 6. num.* 73. cum quo concordat Corduba super Regula *in cap. 7. quæst. 2.*

Nauar. Corduba.

SOLVM PRÆDICATORES nostri Ordinis, & etiam alij Fratres, quando sunt extra Monasterium, & non possunt habere copiam sacerdotis Ordinis nostri, quia scilicet, non habent socium sacerdotem, & confessarium possunt confiteri peccata sua alteri sacerdoti alterius Ordinis, vel etiam presbitero sæculari: dummodo fiat sine fraude, & dicantur sub Prælato denuò reseruata. Sic ex concessione Leonis X. habetur in Compendio Priuilegiorum, *titulo Absolutio ordinaria* §. 19. Circa quam concessionem aliquid aduerto, quòd quia ex Concilio Tridentino in articulo mortis nulla est reseruatio casuum; huic in tali casu dicimus, quòd si ægrotus conualescat, non tenetur amplius ad reconfitendum peccata reseruata, nisi habeant annexam excommunicationem, & tunc solum sufficit recurrere pro censura, vt suprà pluries dictum est: at extra talem articulum, seruanda est forma concessionis.

Leo X. compend. Priui Conc. Trid.

Politius.

Deinde pondero, quòd Pater Politius super Reg. *cap. 7. num.* 44. conatur infringere talem concessionem Leonis X. ac si esset contra Regulam, & nos Capuccini per nostra statuta renunciauimus omnibus priuilegijs, relaxantibus Regulam, vnum de quibus est hoc præsens, de quo agimus. Oppositum nihilominus verum, nempè quòd talis concessio non solum non est contra Regulam, imò & iuxta Regulam, nam prouidet Fratribus, copiam sacerdotis quandò ex nostro Ordine illi non possunt haberi, quomodo munda conscientia ad altare accedere valeant. Id quod ipse Pater Politius postea animaduertens dicit infra, *num.* 46. his verbis: Sed esto, inquit, quod non sit præceptum Regulæ, negari tamen non potest, secundùm morem Regulæ esse, vt extra Ordinem Fratres nullatenus confiteantur, nisi in necessitatis articulo, Et in num. 47. declarans necessitatis articulum, ait, Neque hic necessitatis articulus sumendus est tantum pro articulo, seu periculo mortis, sed pro quacunque alia necessitate, ad id iustè cogente, quæ esse poterit, si necessariò ad euitandum manifestum scandalum debeat sacerdos celebrare, & confessarium nostri Ordinis, cui confiteatur, non habeat; vel si in terris infidelium reperiatur, vbi nostri Ordinis sacerdos non sit; in tali enim necessitate possunt ministri dispensare, & tacitè intelligitur dispensatum, & facta facultas, quia nec Regulæ menti aduersatur, in casu necessitatis dispensare. *Et in num.* 48. subdit. Prædicta tamen semper intelligas pro culpis, seu absoluendis peccatis, non de censuris; nam de his, nec ex Regula, nec ex aliqua Papali constitutione videtur prohibitum Ministris, posse committere alicui extra Ordinem potestatem absoluendi, vel dispensandi, vt iudicauerint expedire: vnde vbi

Refutatur Politius.

de vbi expediens fuerit, poterunt extra Ordinem prædictam facultatem absoluendi à censuris committere. Sic Politius, & annotauit etiam Corduba vbi suprà *in quæst. 3. puncto primo*. Vide etiam quæ posita sunt suprà *in art. 17. primæ sectionis* in decreto Clem. 8. caueant tamen Superiores, ne sint faciles in concedenda tali facultate: nisi in maxima necessitate.

Politius Corduba.

ARTICVLVS XIII.

Virtute Cruciatæ nõ possunt Regulares absolui à reseruatis.

AN *virtute Indulgentiarum Cruciatæ, vel iubilæi plenissimi vel indulgentiæ ad instar Iubilæi in quibus datur facultas, vt quis possit sibi eligere confessarium secularem seu regularem, qui eos absoluat omnibus casibus, &c. possint (inquam) Fratres extra suum Ordinem confiteri?* Respondeo cum distinctione.

PRIMO, de facultate Bullæ Cruciatæ, iam dictum est suprà, *in artic 17. primæ sectionis*, quòd non, nam de mente duorum summorum Pontificum scilicet, Clem. 8. & Pij Quinti, & de mente aliorum, Regularis non potest vti Bulla Cruciatæ quò ad particulare de confessione, & absolutione. Scio Rodriquez tenere oppositum *in tom. 1. regul qq quæst. 41. art. 10.* scilicet, quòd Fratres Mendicantes possunt accipere Bullam Cruciatæ, cum licentia tamen Superiorum: & quòd Prælati Regulares talem licentiam, pro re tam sancta facilè dare debent: Et addit quòd Fratres Minores, quibus ex Regula est prohibitum recurrere ad pecuniam, absque præsente, vel imminente necessitate, possunt illam pecuniam cũ licentia Prælatorum procurare, pro huius Bullæ receptione, seruatis tamen reliquis modificationibus Summorum Pontificum iuxtà eorum professionem. Et subdit, licet Collect. verbo Cruciata. §. *Quinto in Comp. Priuileg.* dicat, quòd hæc bullæ acceptio non sit caussa ita necessaria, vt possit perinde ad pecuniam recurri, cùm totum tùm quod in ea conceditur, in nostris Priuilegiis habeatur: attamen Corduba in expositione nostræ Regulæ, *cap. 4. quæst 7.* tenet contrarium, dicens, quòd imò ista sit sufficiens necessitas, vt Prælati possint dare licentiam talem, cum sit negotium tantæ pietatis. Quibus addo (ait Rodriquez) quòd licèt possimus, per virtutem Priuilegiorum suas animas liberare, sanctum tamen est, pluribus aliis viis id attentare. Hæc ille.

Rodriquez tenet quòd possunt.

Nihilominus sententia Collectoris est verior, & omnino amplectenda: non enim licet pro talis Bullæ acceptione recurrere ad pecuniam, cùm non sit necessaria: nam quantum ad indulgentias, iam nobis multis aliis viis conceduntur, & quantum ad absolutionem à casibus reseruatis, etiam remedia plura sunt data. Potest benè opinio Rodriquez & Cordubæ saluari in cæteris Mendicantibus, qui habent pecuniam, etiam in particulari, de quorum numero si erant Rodriquez, & Corduba, vel etiam habebant ad id socios; poterant etiam ad hoc pecunias dare. At nos Capuccini, qui per misericordiam Dei obseruamus Regulam iuxta textum, nullo pacto possumus recurrere ad pecuniam pro receptione talis Bullæ, eò magis, quia id prohibitum est à duobus Summis Pontificibus, vt visum est. Et fortasse si Rodriquez, & Corduba vidissent Bullam Clem. 8. circa hoc, de qua supra, non tenuissent vtrique talem opinionem. Hæc de Bulla Cruciatę.

Capuccini obseruant Regulam iuxta literã.

SECVNDO de facultatibus, quæ dantur tempore Iubilæi plenissimi, pro tota Ecclesia, & pro omnibus fidelibus; dicimus, quòd quando in eis specificè datur facultas, vt Regulares possint sibi eligere confessarium extra Ordinem, nedum in. 2. qui possit eos absoluere, ab omnibus casibus, sicut Sãctissimus Dominus noster Paulus Papa Quintus, qui hodie viuit, & fœlix regnat in Petri Sede, in duobus Iubilæis generalibus promulgatis, hucusque, indulsit: quod etiam fecerat ante Clem. 8. & tunc nulli dubium, quin Frater possit confiteri extra ordinem, & eligere sibi confessarium iuxta tenorem Bullæ. Sciendum est tamen circa hoc, quod du-

Virtute verò Iubilæi plenissimi quando id conceditur, possunt regulares confiteri extra Ordinem.

dubitatum fuit coram illustrissimis, supra Côcilium Tridentinû, An tempore Iubilæi suprà dicti, concessi cum facultate, vt pœnitentes possint sibi eligere confessarium quemcunque, siue regularem, siue sæcularem, à quo possint absolui &c. An scilicet possint Religiosi, virtute dictarum literarum Apostolicarum Iubilæi confiteri peccata sua sacerdotibus sæcularibus approbatis ab Episcopo loci; & ab eis absolui; cum ipsi regulares non sint subiecti Ordinario, sed exempti? Et die 15. Decembr. 1580. *Congregatio Concilij pro maiori parte sensit pro negatiua: dixit tamen dubium referendum esse Sanctissimo domino. Qui postea die 19. Decemb. 1581. in Consistorio respondit, tempore Iubilæi posse omnes Regulares confiteri peccata sua sacerdotibus, etiam sæcularibus approbatis ab Ordinario, ad audiendas confessiones nam in Bulla non fit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audiunt confessiones, non autem de Ordinario pœnitentium.*

Congreg. Concil.

Declaratur, quid importet verbum illud (per modũ iubilæi)

TERTIO de facultatibus aliarum Indulgentiarum, in quibus additur (per modum Iubilæi) sciendum, quòd circa tales Indulgentias, quidam putant per talem particulam, concedi facultatem absoluendi ab omnibus censuris, & casibus: quòd indicat Grafiius. *in lib. 4 casuum conscientia cap. 15. num.* 29. nam, inquit, illa particula (per modum Iubilæi) aliquid addit supra Indulgentiam: ipse autem putat, Iubilæum, præter Indulgentiam continere potestatem commutandi vota, & absoluendi a censuris, & casibus reseruatis: & ideò cùm Indulgentia per modum Iubilæi conceditur, facultatem absoluendi a censuris concedi sentire videtur. Rodriquez *in sua summa tom. 1. cap.* 18. *num.* 2. ait in Iubilæo vltra Indulgentiam plenariam concedit etiam Summus Pontifex, quòd possint absolui fideles sacramentaliter, ab omnibus peccatis reseruatis, etiam Sedi Apostolicæ, & a censuris in Bulla cœnæ Domini, nisi ab hæresi, quia hic casus est commissus in foro interiori, & exteriori Dominis Inquisitoribus. Fauet huic positioni, quòd Bulla indictionis Iubilæi, nihil aliud dicit, nisi quòd concedit Indulgentiam plenariam in forma Iubilæi: sic in Bulla Anni sancti tempore Clem. 8. quam vidi, & nihilominus fideles omnes absoluti fuerunt ab omnibus casibus, & censuris, &c.

Prima opinio. Graffi. & Rodriquez.

Suarez nihilominus *in tom. 5 disput. 7. sect. 5 num. 9.* ait, id non esse verisimile, quia explicatio illius vocis, Iubilæi, & quæ totam illam potestatem includat nullo iure, aut auctoritate ostenditur. Vnde licet cùm Iubilæo sæpe soleat illa potestas, vel facultas concedi, tamen Iubilæus propriè eam non significat: sumpta est enim illa vox ex scriptura, in qua Iubilæus annum remissionis significabat: & inde translata est, ad significandam plenam remissionem, quæ per Indulgentiam conceditur. Deinde illa potestas commutandi vota, vel absoluendi à censuris, non est definita, & certa, sed interdum ampla est, & interdum magis restricta: ergo in absoluta voce Iubilæi, non potest intelligi aliqua potestas huiusmodi.

Secunda opinio. Suar.

Sed quanta erit non amplissima, quia hæc non semper, sed rarò conceditur: neque cum certa aliqua restrictione, quia hæc nulla est definita, sed arbitraria ad voluntatem concedentis. Non est ergo verisimile, tam grauem potestatem, tam confusè concedi: & ideo quoties conceditur, speciatim exprimitur, etiam si Iubilæus concedatur vt ex vsu constat. Quando ergo Indulgentia conceditur per modum Iubilæi, nihil aliud significatur, nisi concedi Indulgentiam plenariam, qualis concedi solet in Iubilæis: quòd si simul dicatur, concedi Indulgentiam plenariam ad instar Iubilæi, est repetitio quædam ad maiorem explicationem, & commendationem Indulgentiæ, non verò est noua concessio: hucusque Suarez.

In hac sententia Suarez, tota vis fit in voce Iubilæi, & nihilominus praxis est in côtrarium quo ad vnum, nempe quòd semper in omnibus Iubilæis conceduntur casus: ergo saltè quo ad hoc erit semper vniformis, & sic licet probabilem existimem opinio-

Probabilis est sententia Suarez sed probabilior sententia Graffii, & Rodriquez.

Absolutus tepore Iubilæi licèt non cõsequatur Indulgẽtiã, quia non facit id quod præcipit Bulla remanet tamen absolutus. Suar.

opinionem Suarez, probabiliorem tamen censeo opinionem Graff j,& Rodriquez.

VNVM hic animaduerto, pro tempore Iubilæi, amplissimi: potest enim dari casus tunc, vt aliquis absoluatur antequam finiat reliqua opera necessaria ad consequendum Iubilæum, & nihilominus obliuiscitur al cuius casus, qui habet vel reseruationem, vel excommunicationem,& deinde non facit reliqua opera ad consequẽdum Iubilæum, vnde nec consequenter recipit Indulgentiam; dubitatur ergo circa hoc, quòd dicendum? Respondeo cum Suarez *tom.4. disput.31. sect.4 assert.2. sub num.* 23 quòd si ille per confessionem,& absolutionem consecutus est absolutionem plenam à reseruatis, confessis, & à censuris, consequenter videtur obtinuisse liberationem, à reseruatione oblitorum, quia iam vsus est priuilegio sibi concesso: ergò licèt posteà non lucretur indulgentiam non incidit propter hoc in reseruationem. *Sic Suar.* Deinde, qui semel confitetur legitimè peccata sua,& absoluitur, non tenetur illa vmquam reconfiteri, nec iure naturali, nec diuino, nec Canonico communi; imo nulla lege humana potest constitui, vt quis absque consensu suo obligetur ad confitendum bis idem peccatũ, vt post D.Thom. *in quodlib.1.art 12 & post alios in 4.dist.17. Nauarrus do. et in cap. Fratres num.3 de pœnit. & in Man. cap 9.num.* 1. At is, de quo quæritur legitimè fuit semel confessus peccata reseruata, & legitimè absolutus ergo non tenetur iterum ea confiteri. Et postremo, quia si præfatus pœnitens fecisset omnia ad Iubilæum lucrandum requisita, vel obiret mortem ante dictũ dominicũ cum iudicaretur absolutus, etiam quòad reseruata,& non per aliam absolutionem; ergo illa absolutio fuit valida etiam quò ad reseruata. Si dicas, quòd nõ lucratur indulgentiam, concedo, nam quia non fecit omnia, quæ iubet diploma: propterea non lucratur ea: at quando confitetur peccata sua, absq; vlla cõditione absoluitur, ergo. Nec propter hoc datur occasio delinquẽdi, & fraudandi fructum Iubilæi illis, qui nollent aliud, quia iam absolutionem à reseruatis, quia nos loquimur de illo, qui verè contritus,& cum proposito firmo lucrandi Iubilæum,& faciendi omnia ad id requisita legitimè confitetur: & qui tali fraude vteretur, non esset legitimè confessus, nec absolutus à reseruatis, neque à non reseruatis, quia confessio sua non esset integra, eo quod peccatum illud fraudandi, admissum tacet.

ARTICVLVS XIV.

Nouitij non tenentur se præsentare pro casibus reseruatis. Cordub. affirma.

AN *Nouitij teneantur se præsentare pro casibus reseruatis?* Respondeo quòd Corduba *lib.1.qq. quæst.* 30. disputat hanc quæstionem ad vtramque partem; sed ipse posteà inclinat ad partem affirmatiuam, quia licèt illi in rigore non sint Religiosi: nihilominus quantùm ad hoc sunt astricti sub iurisdictione Prælatorum illius Religionis in qua viuunt. Quod potest probari à simili: nam sæcularis mutans Diœcesim, vbi est aliquis casus Episcopo reseruatus, qui in priori Diœcesi non erat, tenetur ad illum, quia tenetur viuere secundum regionem, in qua reperitur, vt communiter affirmant omnes Canonistæ. Ita pariter Nouitij tenentur viuere secundùm iura,& statuta illius Religionis, in qua reperiuntur:& sic videtur, quòd tenentur se præsentare Prouinciali, sicut faciunt professi, quando aliquod tale peccatum reseruatum committunt.

Opposita sententia est verior.

Nihilominus sententia opposita est verior, & omninò tenenda; nempè quòd non teneantur, cuius ratio firma est, quia si non tenentur ad præcepta Regulæ, cùm non sint professi, à fortiori, neq; tenentur ad hoc, quod tantummodò habet vim præcepti. Et confirmatur, quia sicut Nouitius non potest puniri tanquam proprietarius, cùm nondum promiserit votum paupertatis, & per consequens, non peccat circa talem materiam, vnde nec mittendus esset ad Superiorem: & pariter si dimitteret habitum cum animo illum amplius

non reassumendi, si postea reuertitur, non potest puniri vt apostata, quia nondum fuit professus, & per consequens non esset mittendus ad Superiorem: ergo neque pro cæteris casibus reseruatis, cùm æqua sit ratio omnium casuum reseruatorum.

Nec valet dicere, quòd non est simile, v. g. de lapsu carnis, cùm ex sua natura sit peccatum mortale, quòd non est dicendum neque de proprietate, neque de apostasia, ad quæ non tenentur nisi professi; hoc, inquam non obstat; nam concedo quòd lapsus carnis sit peccatum mortale, & coràm Deo sit culpa grauissima, & pro qua delinquens debet pœnitere, quia etiam antequàm ingrederetur Religionem tenebatur ad se abstinendum à tali peccato: at dum est nouitius, non tenetur ad præcepta Regulæ, neq; Religionis, in quorum numero est, vt se præsentet Frater Ministris, pro casibus reseruatis. Præterea, licèt in materia fauorabili nomine Fratrum veniant etiam Nouitij, cum fauores sint ampliandi. *capit. religiosè, de cleric. in 6.* at in materia odiosa nullo pacto tales veniunt. Talis autem est materia, de qua agimus, est enim odiosa. & ideo non comprehendit illos. Hanc opinionem, quæ vera est, tenet etiam Emanuel Sa, in suis Aphor. *tit. casus*, vbi ait disertis verbis, casus reseruari non habent locum in Nouitijs antequam per vota admittantur ad professionem, vt neq; præceptorum obligatio. Idem etiam tenet *Rodriq. to. 1. qq reg. q. 11. artic. 11.*

Rodriq.

Verum est tamen, quòd ego non probo id, quod habet idem Rodriquez, scilicet, quòd Nouitij non tenentur ad culpam, sed ad pœnam scilicet expulsionis a Religione, & sic possint Prælati expellere a Religione Nouitium, quem cognouerunt incontinentem, furem, proprietarium, & subreptitiè eligentem confessarium, præter nominatum ad confessiones Nouitiorum audiendas. Hoc inquam, simpliciter non probo; nam si peccatum est omninò occultum, & secretum, quando capiuntur vota, communiter acceptatur, & omnes alij, qui peccatum illud non nouerunt, dant ei suffragia. Prælatus tenetur enim recipere ad confessionem, nec potest socijs votantibus insinuare quicquam de scitis in confessione, & ad summum, solùm poterit ei negare suffragium. Si verò peccatum est notorium: tunc habet locum id quod dicit Rodriquez, debet enim statim expelli.

Confutatur Rodr. quez.

Neque etiam probo id quod dicit Geminianus *in cap. non solum, de regul. in 6.* quem sequitur Rosella, *verbo Nouitius. §. 12.* & Syluester. *Religio quinta quæst. 7.* nempe quòd Nouitius delinquens tali delicto, quòd professus mereretur carcerem perpetuum: pariter & ipse Nouitius carceri perpetuo debeat mancipari; nam cùm non sit professus, non tenetur talem pœnam acceptare. Et præterea si adhuc Nouitius tale dictum commisit tanta pœna dignum; quis, nisi parum zelans erga suam Religionem; dabit ei, suffragium, vt professionem emittat? Eijciatur ergo statim, ne morbida putà pecus totum corrumpat ouile. Nisi quis velit: vt ego pro talibus, & similibus optimum, securum, ac perpetuum carcerem eligerem; & tunc statim assignabo totum mundum, in quo tales permaneant donec eos mors præoccupet.

Confutatur Geminianus. Rosella.

Ponderando solum.

PRO cæteris verò Nouitijs, qui remanent in Religione, consulerem Prælatis ipsorum, vt aliquando darent eis facultatem mutandi confessarium, vt puriori conscientia ad sacramentum accedant. Quòd facillimè facere poterunt, si tempore alicuius festi, vel in alijs diebus ad communionem deputatis, consultò ipsi Prælati; & Superiores domus, seu Magistri Nouitiorum eant in aliud Monasterium. Hoc enim maxime conduceret, non solù pro reseruatis occultis, si quod haberent, verùm & pro alijs culpis: Nam si Monialibus datur confessarius extraordinarius, ex Concilio Tridentino ter, aut pluries in anno, bonum etiam esset, vt Nouitij tali facultate gauderent: melius enim esset illis hoc concedere, quàm quòd sæpe faciant confessiones inualidas, & non integras, propter timorem, quem habent de suo Superiore: putant

Nouitijs aliquando debent concedi confessarij extraordinarij.

tant enim, quòd tempore professionis sit eis suffragium negaturus.

ARTICVLVS XV.

AN *Religiosi iuuenes teneantur confiteri Superiori, an verò gaudeant & ipsi facultate sibi data à Decreto Clem. 8 scilicet, vt sit in eorum libertate id facere, vel non?* Respondeo quòd iuuenes debent seruare statuta, & Superiori confiteri, ex hoc enim magis conseruantur in disciplina regulari. Benè verum est, quòd pro ipsis esset adhibendum remedium illud, quod pro Nouitijs est positum in articulo præcedenti, scilicet, vt Superiores domus aliquando vel discedant à Monasterio, vel in aliquibus festis dent eis facultatem alteri confitendi.

Si quis modò quærat, quandiu duret hæc obligatio iuuenum? Respondeo quòd de hoc sermonem habui cum admodum Reuerendo Patre Hieronymo à castro Ferectorum, tunc Generali dignissimo (qui inter paucos annos per duas vices fuit electꝰ in Procuratorem Generalem, & per alias duas vices fuit electus in Generalem totius nostræ Religionis) cum tali ergo Patre de hoc sermonem habui, & respondit mihi se habuisse ab Illust. Cardinali Monopoli. (qui antea fuerat ex nostra religione ad Cardinalatum assumptus à Papa Clemente octano) de mente Summi Pontificis, quòd intelligitur, dum ipsi iuuenes sunt in loco Nouitius, vel dum manent in seminarijs ad proficiendum in disciplina regulari, quo tempore expleto, gaudent facultate cæterorum Fratrum.

ARTICVLVS XVI.

AN *Religiosi subditi postquàm elegerunt sibi confessarium vnum ex deputatis, possunt ad libitum mutare confessarium, nunc eundo ad vnum, nunc ad alium, absque licentia Superiorum?* Respondeo quod ex nostris Constitutionibus talem facultatem non habent, sed opus est, vt licentiam obtineant, quoties volunt facere talem mutationem. Et rectè quidem: nam secundùm ius commune nullus sacerdos neque sæcularis, neque regularis potest audire confessiones Fratrum, nisi à Prælatis ipsorum Fratrum habeant iurisdictionem: sicut nemo potest audire confessiones fidelium alicuius Episcopatus, nisi ab Episcopo, aut à Papa iurisdictionem actualem super ipsos fideles habeat, prout cum multis resoluit Nauarrus in Manual *cap. 4. num. 1.*

Hic etiam notandum, quòd Religiosi itinerantes non possunt confiteri alijs Religiosis sui Ordinis, nisi à suis Prælatis licentiam habuerint, ad audiendas confessiones Fratrum: nam licet ante Concilium sacerdotes seculares poterant sibi eligere confessarium quemlibet sacerdotem simplicem; tamen etiam ante Concilium sacerdotes Regulares minimè id poterant, sed tantùm Religiosum à suis Prælatis approbatum.

Et hæc consuetudo in Religionibus benè Ordinatis semper viguit, à qua non est recedẽdum; vnde Gregorius 13. (*vt habetur in Comp. priuileg. societatis Iesu, titulo absolutio. fol 11.*) declarat pro Religiosis societatis Iesu, non esse, neque fore mentis suæ, aut Sedis Apostolicæ, vt personæ societatis absq; expressa Superioris eiusdẽ Societatis licentia vtantur facultatibus, quæ in Iubilæis, Bullis Cruciatæ, confessionalibus, aut alijs quibusuis Apostolicis indultis, quę communicantibus, aut priuatis personis, aut pijs locis, quomodocunque aliter hucusque concessa sunt, aut in posterum conceduntur, etiamsi in alijs expressè indulgeatur. vt omnes Regulares, etiam Mendicantes eiusmodi facultatibus vti possint.

Si quando verò vsus aliquorũ ex huiusmodi facultatibus personis de dicta societate à Superioribus eiusdem societatis concedetur; nulli earum licere, nisi intra numerum eorum, qui ad confessiones personarum eiusdem domus, aut Collegij audiendas deputati sunt, confessariũ eligere, nisi

nisi ratione itineris, aut alia de caussa ab eisdem Superioribus alijs confessarijs infra, aut extra societatem confiteri facultatem ad id specialiter daretur. Secus facta, irrita, & inania esse decreuit. Id ipsũ quoq; concessum est Fratribus Minoribus per Innocentium octauum, & Iulium secundum prout in *Comp. priuileg. habetur titulo confessio, & confessores § 6 & 7.* Itaq; siue Regulares maneant domi, siue extra Monasterium sint, debent semper petere licentiam à suo Superiore, vt confiteantur, sic de iure.

NVNC autem quia ex Decreto Clem. 8. deputantur confessarij ad audiendas Fratrum confessiones & Superiores prohibentur cogere subditos ad sibi confitendum, vnicuique Religioso licet eligere semel vnum de deputatis, & prosequi cum illo: quòd si voluerint mutare confessarium in nostra Religione non potest fieri absque licentia, quia statuta id prohibent: in alijs verò Religionibus, aliquando possunt mutare prout à diuersis Regularibus diuersimodè statuitur, & ordinatur.

Notandum verò est pro Regularibus nostræ Religionis, quòd quando quis confitetur deputato confessario, subdito tamen potest petere licentiam à Guardiano, vel alteri confiteatur: vel poterit confiteri ipsimet Guardiano, si ei libuerit, quia ad Superiorem vnusquisque potest ad suum libitum recurrere. Si verò confessarius suus electus est ipsemet Guardianus, & timet subditus, quòd si licẽtiã ab ipso petat, pro mutatione confessarij, Superior capiet vmbram de illo; poterit tunc confiteri alteri deputato absq; eo, quòd petat ab eo licentiam: tunc enim poterit interpretari intentionem Superioris maioris, & eo magis id poterit facere, si petit licentiam, & non obtinet, vel difficulter ei concedatur; tunc enim poterit mutare confessarium ad suum beneplacitum: Habet hanc doctrinam Toletus *in sua summa lib. 3 cap.* 13 cuius hæc sunt verba. Tunc pœnitens debet petere licentiam alteri confitendi, qua non obtenta, potest cuiuis idoneo confiteri iuxta Sylu. *verbo confessor. 1. § 6. Adr. quæst. 4 de confess. dub. 2. Palud. Ricc. dist. 17. Nauarrus in cap. placuit num* 144. sic Toletus.

Hæc quæ modò dicta sunt, adeo sunt vera, vt si neutrum poterit facere subditus, scilicet quod non potest habere facultatem alteri confitendi, & timet, quòd petendo per se, vel per alium licentiam, ipse Prælatus veniat in cognitionem sui peccati, tunc potest ad celebrandum accedere, etiamsi sit excommunicatus, cum debita tamen contritione, necessitate maximè vrgente, & scandalo magno id efflagitante, prout tenet Victoria *de confess. numero* 146. *Sotus dist. 18. quæst. 1. artic.* 1 *Ledesm. 2 part. 4. quæst. 7 artic. 5. versic. sed videatur.* qui omnes affirmant, etiam causam esse sufficientem ad accedendum ad altare, aut communicandi cum casibus reseruatis, & excommunicatione, si adsit contritio, quãdo Prælatus non vult concedere suam auctoritatem, & scit pœnitens probabiliter, quòd si ipsi confiteatur, impediat ipse Prælatus maxima bona spiritualia, & etiam magna bona temporalia, negando illi suffragium ad ipsorum consecutionem, sic Rodriquez *tomo 1. qq regul quæst. 21. art. 4.*

ARTICVLVS XVII.

AN *subditi absq; eo quòd petant licentiam si confiteantur ad libitum alteri deputato licitè id faciant? & An Prelati possint limitare facultatem talibus deputatis, ne id faciant?* Respondeo plura.

PRIMO pro parte affirmatiua, scilicet, quod ad libitum possit mutare confessarium, facit, quia tale Decretum factum est in fauorem subditorum; & est factum à Summo Pontifice: & secundùm iura, quotiescumq; quis delegatur à Principe, æquiparatur ordinario. *l. à iudice de iudic. & ibi doctores cap pastoralis. de offic. deleg.* & talis delegatus est maior Ordinario in causa sibi commissa. cap. sane de off. deleg. Nec obstat quòd delegati, seu deputati confes-

[illegible] facti sunt a Superioribus, [illegible] Summo Pontifice, [illegible] non faciunt, sed ex [illegible] Pontificis, & munus ipsorum [illegible] rum solum est [illegible] entes viros, & [illegible] valere [illegible] talis sit libera facult [illegible] [illegible] ferio [illegible] fessorem.

Tum quia statutum R[illegible] non potest [illegible] hanc [illegible] Summo Pontifice, [illegible] fauorem Religiosorum [illegible] totum, & fauores sunt ampliandi, [illegible] regula [illegible] Odia [illegible] ampliandi. Vnde [illegible] tollere aut impedi[illegible] neque restringere [illegible] priuilegiú, per Principem a[illegible]. [illegible] enim sequeretur [illegible] absurdum, scilicet, quod [illegible] potestatem super P[illegible] & posset destruere [illegible], & concessa per eum, quod est contra tex. in cap. solitæ. de maior. & obedi[illegible] huius [illegible] quod [illegible] non debet, [illegible] Pote[illegible] facili corruerent [illegible] Pontificum, quæ tamen sum[illegible] veneranda, & ad[illegible] Principes solent gratias a se [illegible] reuocare, nisi ob demerita per[illegible].

Videatur de hac de [illegible] Nauarrus *libro tertio de [illegible] der[illegible] consil. quinto, numero quarto* vbi dicit, quod nullus inferior Papa [illegible] Canonicum [illegible] *cap.* [illegible] *super ijs de maior. &* [illegible] possit [illegible] confes[illegible] quibus videtur [illegible] quos [illegible] deputat [illegible] ad [illegible] esse con[illegible] n. VIII. qui dat facul[illegible] vt possint confiteri ad li-

[illegible] quod [illegible] hic non ponatur in [illegible] qui a Papa non ap[illegible] aliquam, videtur [illegible]

Quod [illegible] per id, quod [illegible] Nauarrus [illegible] *nostro citato* vbi [illegible] non [illegible] statuere, vt [illegible] alium fa[illegible] Canonico [illegible] valere [illegible] Nulla Capitula [illegible] posse statuere, vt [illegible] poenitentis cui[illegible] deputato non valeat, quia ex Decreto Clement. VIII. (ublato de medio illo statuto) valet.

Nec obstat id, quod dictum est supra *in articulo primo, sect. prima*, nempe posse Superiorem [illegible] inferiorem, quod [illegible] nam ibi est sermo de iure communi, hic verò est ius speciale in fauorem poenitentis. Et præterea Superior potest [illegible] inferior [illegible] id, quod [illegible] Superior concessit, hic verò Papa est, qui non solum concedit, sed [illegible] vt subditis hac facultate [illegible].

Ad [illegible] quæ habet idem Nauarrus *libro* [illegible] *de regul. consil. 5. numero primo*, vbi [illegible] inferior non potest legem Superioris tollere, vel arctare *argument. cap. inter.* [illegible] *cap. cum inferior. de maior.* [illegible] & ita co[illegible] *in* [illegible] *clerici, de iudæis.*

Tum etiam quia [illegible] hæc non est facta ad [illegible] nam de hoc nulla fit [illegible] Summi Ponti[illegible] *ait textus.* [illegible] qui iam pridem [illegible] sa [illegible] quod ex [illegible] *Et infra*: [illegible]

oppo-

opportunè prouideret, decreuit, &c. ergo ex his patet, quod Papa Clemens ex se motus est ad faciendum hoc decretum, vnde iuxta tenorem litteræ debet obseruari: nec à [illegible] alíquo Religionis, neque à Prælatis ipsis debet restringi.

At contra ea, quæ dicta sunt, posset adduci Priuilegium Sixti IV. vt habetur in Comp. priuileg. *in tit. Generalis.* §. 10. qui dat facultatem Generali Fratrum Minorum, vt quandocunque viderit Fratres suos vel aliquem ipsorum abuti gratijs, & facultatibus Apostolicis ab eodem concessis, possit gratias, & facultates huiusmodi suspendere, ac suspensas tenere, donec con[illegible] Summum Pontificem, & ab ipso responsum accipiat. Verum nihil obstat suprà dictum priuilegium, nam Decretum Clementis VIII. non est suspensum, sed est in obseruantia, & communiter receptum: Et præterea facultas data Generali loquitur de gratijs, & cōcessionibus à Summo Pontifice datis; in casu verò nostro non est sic, nam Decretum Clem. VIII. est præceptiuum, vt patet ex litera textus, & non est concessio, sed præceptum, & promisso facta ab ipso Summo Pontifice pro salute animarum Religiosorum, ergo nihil contra dicta.

Dices, quod saltem obstant ea, quæ habentur in eodem Compendio ex Leone X. vbi [illegible] §. 24 qui [illegible] Generali Fratrum Minorum, [illegible] in suo capitulo Generali, de consensu [illegible], vel maioris partis [illegible] possit & valeat, verū vsu alic[illegible] vinæ [illegible] culo fa[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

execucionem, donec certior [illegible] decretum authenticum per [illegible], & per promulgationem factum, & [illegible] regularibus receptum. Vnde videtur, quod hæc prima sententia [illegible], & roborata.

Quoad statutum verò Religionis, scilicet vt non mutentur confessarij ad libitum pœnitentium absque sui Superioris licentia; dico imprimis, quod non est [illegible], vt patet. Secundo ex [illegible] quam faciunt eadem nostra statuta [illegible] intendere obligare ad mortale, & [illegible] quod non obligat. Tertio quod statutum [illegible] non est restrictiuum simpliciter, [illegible] de hallucinantur [illegible], R[illegible] habere facultatem restringendi ius commune) sed dat normam, & modum viuendi communiter Fratribus, [illegible] quo summus ordo esse debet, aliqua confusio oriatur. Et quando, quò [illegible] præsupponunt, quòd Fratres tendant ad perfectionem [illegible], & quæ, vt [illegible] maxime [illegible] Bonauentura, ad hoc con[illegible], vt confessarius non mutetur, nam ex frequenti mutatione confessarij animæ parum proficit in vita spirituali, [illegible] spiritualis nō potest sic faciliè cognoscere [illegible], propter [illegible] Religio, vt Fratres [illegible] confessarium ex [illegible]

Pro alia verò parte, [illegible] rior possit limitare facultatem [illegible] [illegible] propter [illegible]

[illegible]

& quicquid vitra aut secus [illegible] a [illegible] cap. [illegible] olim de priuileg. cap. cum dile-ctus de [illegible] [illegible] *numero* [illegible] fit, [illegible] , [illegible] etiam præter com-[illegible] , [illegible] iure [illegible] §. [illegible] & ibi Bart. ff. quod. [illegible] [illegible] Maj. [illegible] Gutierrez [illegible] qq. canonicarum, cap. [illegible] de-cimo quarto, [illegible] certissimo [illegible] pri-mo, in l. [illegible] Tauri de los terminos, in vn-decimo [illegible] secunda parte, numero se-cundo [illegible] tertio [illegible] quod non [illegible] sed etiam [illegible] ven [illegible] [illegible] &c [illegible].

N[illegible], quod apud quosdam Regula-res [illegible] quod ad libi-tum mutantur confessarij, [illegible] hoc fit for-tassè ex consensu & [illegible] Superiorum, qui id vel [illegible], vel sciunter tole-rant: nos verò loquimur, quid de iure sit ser-uandum iuxta Decret. Clem. VIII.

Deinde facit, quia quando verba legis non sunt clara, debent interpretari secun-[illegible] dum [illegible] rede[illegible]. At secundum antiqua iura non licebat subditis eligere sibi confessari-um ad libitum, sed semper cum licentia Su-periorum, ergò cum in Decreto Clem. VIII. circa hoc non habeamus verba clara, vide-tur, quod nullo pacto inferiores possint id facere, scil. vt mutent ad libitum. & è con-trà Superiores id possint limitare, quia ius antiquum [illegible] laxat, & nouum non [illegible]. Ex quibus [illegible] concludi, quod supe-riores [illegible] possint licitè limitare tam confessarios quam poenitentes, vt dictum est.

[illegible] dicendum, si [illegible] mu-tet confessarium [illegible] absque licen-tia, an absolutio data [illegible]? Respondeo quod [illegible] Regula [illegible], quod [illegible] factus contra legem prohibi-torio [illegible] non valet [illegible], c. de legibus: Fallit hæc quando lex expres-sè non [illegible] actum, & valor actus non respicit [illegible] eius, sed pœna imponitur, vt [illegible] Bartolus communiter receptus *in l. prætor. att. num. 3. ff. de nouo opere num.* Et in casu proposito non annullantur actus, sed prohibetur tantùm, ne quis absque li-centia mutet confessarium, & valor confes-sionis alteri factæ non pendet ab eo, cui prohibetur: nam absolutio facta, vt præ-dictum est, licet prohibeatur a statuto Reli-gionis, non [illegible] annullatur. ergò tenet & quia [illegible] ampliùs annulla-ri, quando [illegible] data, cum absolutio non pendeat ex [illegible] conditione, hinc con-cludimus, quod absolutio data tenet. Et hæc quoad [illegible] ad præsentem difficultatem, quæ maxima est, dictum sufficiat, & quantum ad primam partem huius tractatus.

SECVNDA PARS.

IN HAC SECVNDA PARTE AGEmus de ipsis casibus reseruatis in particulari, iuxta ordinem, quo positi sunt in Decreto.

PRIMVS CASVS.

Veneficia, Incantationes, [illegible]

CIRCA [illegible] casum præmitto primò, quòd tale peccatũ maximopere displicet Deo: nam illud prohibuit expresse in Leuit. c. 19. [illegible]: *Non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid sciscitemini [illegible] per eos.* Magos Septuaginta [illegible] verterunt, *Ventriloquias*, [illegible], Pythones, vel falsos Prophetas, qui de ventre [illegible] fabulas [illegible], & [illegible] proferunt. *Neque ab ariolis* [illegible] *Venefici*, qui Dæmonum [illegible] & alij [illegible] [illegible] ... Procopius [illegible] nemo sequitur [illegible] in Deo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] veritate. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] ponunt Dæmonibus.

Secundo præmitto, quod tale peccatũ seuerissime punitur à legibus, vide *in cap. non obseruetis 26. q. 2.* [illegible], scilicet obseruationes, & [illegible] diuinationes obseruat aut attendit, aut consentit obseruantibus, & qui talibus credunt, ad domum eorum eunte, aut suis domibus introducunt, & interrogant, sciant se fidem Christianam & baptismum præuaricasse, & [illegible] paganum, & Apostatam [illegible], [illegible], & D[illegible] [illegible] Dei grauiter in æternũ incurrisse. E. D. Aug. [illegible], dicit, vt [illegible] *in cap. admoneat 26. q. 7.* quod C[illegible] has [illegible] [illegible] sunt de [illegible] [illegible] ... *in cap. [illegible] 26. q. [illegible]* ... [illegible] non admittuntur ... *c. p. [illegible]* ... [illegible] ... *26. q. 5.* Ad[illegible] ... [illegible] *super [illegible]*

Leuit. 19.

Veneficia, incantatio[nes], Sortilegia, maxime displicent Deo

Procopius

[illegible] Dæmonibus

[illegible] gia seueris- sime puniun- tur à legi- bus.

D. August.

[illegible] tit. [illegible] in- *[illegible] Summa [illegible] anno [illegible]* *[illegible] & Sixti Quinti Constitutio [illegible] anno [illegible] 6*

[illegible] præmisso, quod [illegible] c[illegible] si [illegible] fidelibus, præsumit tamen [illegible] & Deo d[illegible] t[illegible], & [illegible] posse ipse [illegible] dicitur.

[illegible] men- [illegible] omnibus, maxime Religiosis inde[illegible] ma.

Quamuis [illegible] tis [illegible] nefaria, superstitiosa, & [illegible] exp[illegible], & in [illegible] com[illegible] sex [illegible] e[illegible] de [illegible] lutem animæ, & [illegible], d[illegible] si [illegible] text[illegible] alios [illegible] quæstione [illegible] 1. cap. [illegible] & primi [illegible] c[illegible] ext[illegible], vt patet [illegible] C[illegible] de male. & mat. [illegible] quod [illegible], quæ [illegible] ad [illegible] talia [illegible] C[illegible] in [illegible], verb. diuinatio. & verb. incantatio. N[illegible] in manual. cap. 11. In hoc ergo casu comprehenduntur.

Comprehenduntur [illegible] omnes [illegible] cies.

Malefici [illegible] prehenduntur

PRIMO malefici, qui per a[illegible] rerum naturalium, quas aliqui dant ad bibendum, vel edendum, vt sunt venenatæ herbæ, radices, & cætera talia, quorum occultas virtutes, & proprietates Dæmones n[illegible] ad finem, vt malefici[illegible] [illegible] aliquem amet, vel odio habeat.

Malefi[illegible] [illegible] compre[illegible] henduntur.

SECVNDO [illegible] compre[illegible] etiam [illegible] malefi[illegible] no- cere in persona, [illegible] pueros, [illegible] [illegible] vt [illegible] imagine [illegible], vel membra [illegible] personæ [illegible] patiatur in illa parte, quæ pungitur in imagine. Vnde non est [illegible] illud [illegible] magis [illegible] ad p[illegible] operatus circa personam, dum malefi[illegible] c[illegible] & hoc [illegible] Deo [illegible] re.

Astrologi iudiciarii.

TERTIO [illegible], qui [illegible] Astr[illegible] ex [illegible] vel [illegible] Vel qui ex [illegible], [illegible], apparitiones, volunt futura prænoscere, qui Ch[illegible] omnes ex [illegible] Constitutio Sixti V. Romæ publicata [illegible] Ian. [illegible] quæ [illegible] Deus. In [illegible].

Ex constitut. Sixti V.

Hac pr[illegible] Apo- [illegible], & mandamus, vt tam [illegible] Astrologi, Mathematici, & [illegible] Apologiæ artem [illegible] circa agri[illegible], na- [illegible] & rem [illegible] ex- [illegible] & [illegible] hom[illegible] s de[illegible] [illegible] audent [illegible] certo [illegible] a [illegible] dam[illegible] ta[illegible] & [illegible] ar- te[illegible] & do- [illegible] di- [illegible], [illegible] ones, veneficia, [illegible] scelera, & [illegible], aut in [illegible] gradus, & [illegible] & Præ- lati [illegible] rem quam I[illegible] de[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ipsi [illegible] omnes [illegible] libros [illegible] & [illegible] Iudiciaria Astrologia, [illegible] Hydroman- tia, [illegible] Onomantia, Ch[illegible] Necromantia, A[illegible] or- [illegible]

tus [illegible] vene[illegible] auguria, aut [illegible] execrabiles [illegible] nationes, aut superstitiones [illegible] at [illegible] supra [illegible] inter [illegible] subcensura [illegible] contentu, à quo [illegible] [illegible] legis aut quorumlibet [illegible] sed vos Episcopus, & Ordinarys locorum, vel [illegible] praedictu praefatam, & [illegible] dare: [illegible] eadè authoritate statuimus & mandamus, vt [illegible] scienter [illegible] aut [illegible] mentes [illegible] & [illegible] huiusmodi, seu in quibus talia [illegible] reperientur, [illegible] ter ydem Inquisitores libere & licite procedant, ac procedere, & poenis condignis punire, & coercere possint Non obstant. [illegible] qua constitutione patet, quod non [illegible] talia exercetes, verum & qui [illegible] de huiusmodi materia tractatus tenere praesumunt, in poenas [illegible] incurrant.

Exceptio. D. Thom. SED notum est, circa obseruantes auium volatus illud, quod docet D. Thom. *in 4. & in Opusc. 25. c. 4.* nempe si pluuias, vel grandines futuras ex quarundam auium volatu, vel cantu quis pronunciet, vanum non erit: nam ex impressione coelestium, quae eorum vitae necessaria conferunt, vnde futuras pluuias, aut ventos citò cognoscūt, & annunciāt, nō est [illegible] neque vanum: sed ex illis velle [illegible] futura, aut ea, quae ex libero pendent arbitrio, vt pote quae eueniunt, & nō contingere [illegible] [illegible] per voces auiū, aut brutorum [illegible] vel per obuiationē eorū, vel [illegible] est omnino vanum, superstitiosum, atque illicitum: & hoc vocatur Augurium.

[illegible]gula obseruandi. D. Tho. 2. 2. q. [illegible] art. [illegible] & con gen. [illegible] Vt autem circa praedicta, & similia quis prudenter agat, [illegible] hinc regulam ex D. Thom. *de [illegible] in: 2. q. 96. art. 2. ad [illegible] & [illegible] lib. cap. [illegible]* [illegible] res [illegible] quae [illegible] naturaliter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Daemoniacis [illegible].

[illegible] la CIRCA [illegible] [illegible] sortu-

[illegible] sapit haeresim, quae [illegible] aut [illegible] Sacramenta, aut [illegible] [illegible] Patres [illegible] *[illegible] flaberet punit,* [illegible] vel aqua benedicta [illegible] futura [illegible] occulta [illegible] verba [illegible].

Pater à Castro l. [illegible] de iusta haeret. punit.

Daemonem inuocare solet duplici modo CIRCA Daemonum inuocationem [illegible] est [illegible] expresse, & tacite [illegible] vel [illegible] [illegible] in suo solo [illegible] Daemonum, promittendo [illegible] & [illegible] praestando [illegible]. Alio modo [illegible] inuocatio Daemonis [illegible] vt quando quis [illegible] efficere aliquid per causas, quae nec virtute sua naturali, aut diuina, aut ecclesiastica institutione possunt illud efficere, & credit illud esse opera [illegible] Daemonis. [illegible] Caiet. *in 2. 2. q. 9[illegible] art. [illegible]* nō [illegible] tamen [illegible] verè, tū dicitur tacita Daemonum inuocatio. Quibus addo ea, quae [illegible] Nau. in Manuali, *ca. 11. n. 29.* sic inquiēs. Peccat mortaliter, qui alio modo [illegible] aut incantationē alio maleficio, aut [illegible] [illegible] aut precatur alium, vt [illegible] quāuis ille esset ad id a [illegible] paratus [illegible] D. Th. *in 4. d. 34. q. 1. art. 3. & Syl. verb. maleficium q. 8.* Qui [illegible] dicat Ang. *verb. supersti.* [illegible] 3. cūque [illegible] ad peccandum inducere aliū, quamuis ille sit ad [illegible] paratus. *Et ib. n. 30. ait* [illegible] taliter qui [illegible] vel [illegible] Diuinos, siue diuinatores circa aliquid futurum vel quod [illegible] vel [illegible] fortibus, [illegible] chartis, libro, [illegible] tentat aliquid cognoscere Deut. 17. *Nō inueniatur in te qui Pythones & Diuinos consulat, &* [illegible] peccat qui [illegible] & [illegible] aliquam incantationem, aut maleficium facit [illegible] veluti aqua baptismatis [illegible] consecrata, verba [illegible] vel aliquid horum [illegible] [illegible] fieri [illegible].

Caiet. in 2. 2. q. 9[illegible] art. [illegible]

Nauar. Non [illegible] malefi[illegible] pro [illegible] D. Thom. Sylue[illegible] Angel.

Deut. 17.

[illegible]CVN-

SECVNDVS CASVS.

APostasia à Religione [illegible] habitu dimisso, siue retento [illegible] superuenerit, & extra septa Monasterij seu Conuentus fiat egressio.

Qui casus, [illegible] notandum, quod secundum Hostie[illegible] Apostasia est temerarius recessus [illegible] fide, [illegible] vel religionis. Vide [illegible] Glossam *in c. [illegible] de Apost.* Triplex est apostasia, scilicet à fide, ab obedientia, & à religione. [illegible] S. Th[illegible] sic declarat *in 2 2 q. 12 ar. 1* Apostasia importat retrocessionem quandam a Deo, [illegible] diuersimode fit [illegible] modos, quibus homo Deo coniungitur. Primo namque coniungitur Deo per fidem. Secundo per debitam, & subiectam voluntatem ad obediendum præceptis eius. Tertio, per aliqua specialia ad supererogationem pertinentia, sicut per religionem, & clericatum vel sacrum ordinem. Hæc S. Thomas.

Apostata ergo à fide est ille, qui postquam recepit fidem, dimittit eam, & fit hæreticus. Apostata ab obedientia [illegible] religiosis [illegible] ex [illegible], sed fit rebellis [illegible]. Apostata à religione est, [illegible] habitum cum animo [illegible] & circa hanc vltimam apostasiam est casus.

Animaduertendum ergo [illegible] Decretum [illegible] & proprie [illegible] religioso [illegible] professus [illegible] habitu ad [illegible] Thomas [illegible] Card. [illegible] cæteri [illegible], & [illegible] duplicem [illegible] rus apostata: [illegible], & [illegible] ex hoc [illegible] deferre [illegible], [illegible] ad omnia, ad quæ tenentur [illegible] stat[illegible]. Secundo contingit, quod [illegible], nec vagetur extra [illegible] religione, sed propter Prælati[illegible] forte [illegible], aut propter libidinem vagandi, aut aliquid huiusmodi, & talis non est apostata, sed fugitiuus & vagus. Et quod hoc sit verum, patet, quia apostasia consistit in retrocessione a religione ac per [illegible], qui retrocessionem a religione nunquam [illegible], nunquam apostasiam [illegible], quamuis incurrit peccatum inobedientiæ [illegible] contra præceptum [illegible] sicut etiam stat [illegible] claustro, & [illegible] obedire [illegible] aliquid [illegible] rebellis est, non apostata. Hæc ille. Nauarrus quoque *in [illegible] lib. cons. de apost. cons. 1* [illegible] Apostata à religione dicitur religiosus expressè, vel tacitè professus, qui deserit religionem, quam professus est, sine [illegible] ad [illegible], cum animo non reuertendi ad illam: & consequens est, non omnem religionis fugitiuum esse apostatam [illegible], qui ex monasterio sine licentia superioris, & siue omisso, siue retento habitu vagatur, vel [illegible] inueniatur, est fugitiuus, vt [illegible] Panorm. & communis [illegible] *reg. & probatur per l. [illegible]* [illegible] apostata per prædicta [illegible] est [illegible] licentia superioris, [illegible] apostata, [illegible] per *d. lit. de reg.* [illegible] ad [illegible] *de reg.* [illegible], nec [illegible] qui [illegible] ex. *Clem.* [illegible] *& [illegible] pro [illegible] sit [illegible]* [illegible] *Clem. [illegible] de Stat. monach.* Neque [illegible] vel [illegible], & [illegible]

Religiosi.

Apostasia quid.

Triplex apostasia. D. Thom.

Apostata à fide.

Apostata ab obedientia.

Apostata à Religione.

D. Thom. Card.

Apostatæ & fugitiui discrimen.

Nauarr. Apostata à Religione qui dicatur.

Io. And. Panorm.

Transiens ad [illegible] Religionem non est apostata.

Neque qui transit ad laxiorem cum [illegible] Summi Pont. est Apostata.

Neque qui cum licentia

exit ad subueniendū parēti, & matri. D. Thom. ... [illegible] ... subueniendo necessitati ... [illegible] ... D. Thom. 2.2. qu. 101. art. 4. ... in tom. 3. de regul. & in ... conf. ... 14. num. 17. & ... si ... [illegible] ... tanta necessitate ... etiam nolente Superiore ... exire & subuenire, si potest, secundum eundem doctorem, vt ibidem diximus. ... [illegible] ... qui per aliquot paucos passus sine licentia Prælati egreditur monasterium statim reuersurus, quia non videtur egressus ille mortifer, cum exiguitas in omni materia excuset a mortali culpa iuxta S. Thom. in 2.2. quæst. 59. art. 4. & alijs locis, quæ nos citamus in Manuali conf. ca. 11. num. 4. Hæc Nauarrus.

Et licet Summus Pontifex hic dicat, *sine habitu dimisso, siue retento*, hoc (inquam) licet, ... [illegible] ... in vno, quam alio modo egredi homines a Monasterio per apostasiam esse ... [illegible] ... magna differentia inter vtrumque, & ... modum: nam quando recedit a religione habitu dimisso, incurrit etiam in excommunicationem latæ sententiæ cap. ... & ibi doct. ne cler. vel monac. in 6. Quando vero habitum retinuit, ... animo reuertendi non ... neque ... ad aliam religionem, licet peccet mortaliter, & incidat in ... [illegible] ... excommunicationem.

Aliud est dimittere habitū exterium. ... [illegible] ... fieret habitum, sed ... [illegible] ... in conspectu hominum ... [illegible] ... iuxta tex. ind. c. ... Vide Doctores ... in verb. ... [illegible] ...

Innoc. Card. ... Panorm. Nauar.

Circa hunc casum ... [illegible] ... Animaduertendum, circa aliquid ... a-

... [illegible] ... tenens ... ad subueniendum eis animo ... Nauarrus, ... necessitate parentum: nam deficit ... sine animo ... Syluester titulo relig. 10.9. §. ... in 2.2. quæst. ... aut ... Nauarrus ... ca. 11. num. 14. ... dicitur ... non tenetur ... Syluester, & est communis opinio. ... non videtur ... entem post ... etiam ... Nauarrus in confil. ... licet, quod ... cessitate ... facere. ... Nauarrus ... hæc. ... Quia vt post ... Thomam in 2.2. quæst. ... art. 4. Dixi ... Man. cap. 4. num. ... & in Comment. de regul. cap. nullam ... quæst. 2. num. 4. & seq. ... non solum ... grandis; non solum ... supernenientes parentibus ... suum; ... iusta causa, ... licentia ... sed ... supra. ... quando non ... esse ... ex ... præsumitur ... licentia cap. ... dist. & gl. ... dicatis. ... monachi ... Pius V. ... Nauarrus ... tur, ... religionis ex ... religiosa ... vel ... [illegible]

gione ad subueniendum parentibus. Syluest. D. Thom.

Respon. sibi imminentem per inuasionem ei factam ab aliquo. Et respondeo quòd non, quia vim vi repellere licet, & hoc est de iure naturæ, maxime cū moderamine inculpatæ tutelæ.

An mandans incurrat casum reseruatum. Sed an incurrat Religiosus, qui in tali casu per se potest occidere inuasorem, & tamen mandat hoc alteri alteri, vt pro se faciat? Respond. Respondeo quod Baldus *in cap. 1 de pace iur. firm.* tenet quòd non, cum [illegible] tex- Bald. xtum *in l. Gracchus. cap de adult.* vbi Bartholus ait, quod non solum pater, sed etiam filij ad præceptum patris possunt imprime interficere adulterum inuētum cum vxore, aut [illegible] vt fint [illegible] tiles in foro exteriori, quamuis peccent mortaliter 32. *q. 2. c.* admonere. Graffius tamē distinguit casum: aut inuasor inuadit Religiosū, vt interficiat, & tunc si Religiosus neq; fuga, neq; clamore, neque vllo alio modo potest aggressorem euitare, nisi occidendo, aut mutilando, tunc non solum ipse, verum & alij Religiosi possunt percutere volentē Religiosum occidere, ne occidat. Ita est doctrina Bartholi valde notabilis *in l. deuotum. Cod. de metat. l. 12.* si talis defensio fuerit in continenti, id est, dum actu impugnatur, non autem postquàm violentia pertransijt. Est tamen magna differentia inter Religiosos percutientes; nam ille, qui fuit inuasus, non incurrit irregularitatem incurrit. *d. Clem. si furiosus.* incurrūt irregularitatē si occiunt *vtd. gl. ibi.*

Sequitur secundus terminus declarandus, & est Vulneratio. Hoc non debet intelligi de quolibet vulnusculo, sed de vulnere magni. Facit tex. *in l. 1. § proinde ff. de æd. edicto.* vbi dicitur, quod leuis febricula non dicit [illegible] ergo non vulneratio leuis, sed valde notoria, grauis, & enormis facit casum. Et hoc fine natenter, siue gladio, siue alio apto instrumento, & quia hoc est clarum, ad alia procedimus. Tertius terminus declarandus est, grauis percussio, & pro intelligentia dicimus, quod percussio ad hoc, vt faciat casum reseruatū debet esse grauis, aut saltem enormis, non autē leuis. Ad cognoscendum, quæ autem percussio sit grauis, si- [illegible] Percussio grauis leuis & enormis [illegible]

o ē percussionem esse illam, qua quis interficitur, [illegible] membrum, aut inutile, vel quasi ad fonctionem [illegible] constituitur: & illā, ob qua, factam in alia parte, quam in narib. vel alia, vnde sanguis facile erumpere solet, defluit multus sanguis. [illegible] quę fit in propriū [illegible] Episcopum, aut Abbatem, ac ideo ego, etiam [illegible] Generale Prouincia'ē, Guardianū, & in [illegible] & qui [illegible] scandalo est populo, [illegible] & sentit Innoc. III. *in c. cū illorum:* & quamuis [illegible] dicat gloss. eiusdem cap. mutilatione de quolibet excessu notorio, & idem asserat Sylu. *verbo absol. 4. in princ.* de ea, quæ infertur in foro, vel audientia publica, coram iudice, aut in oculo, aut in facie, secundū l. aut in Ecclesia, aut in dormitorio. Nō tamē putamus id esse verū, nisi quādo percussio est in se notabilis, & gignit aliquod magnū scandalum. quia cardinalis in cōc. 42. & Lapus in all. 76. declarant, aliquas ex his rō esse mediocres, sed leues, ego tamen sequerer primam opinionem. Sylu. Io. Cardin.

Secundo addimus, quod [illegible] media est, quæ est media inter leuem, & enormem, & quia de hoc certa regula tradi non potest, relinquitur arbitrio Episcopi, & etiā confessarij, qui habet facultatem Episcopi. iuxta Hostiensem receptum ab omnibus *in cap. peruenit. de iudic.* vt iudicent, habita ratione circumstantiarum, personarum, locorū, & temporū, cauendo ne iudicent leuē eā, quæ enormis est, iuxta Panorm. ibidem.

Tertiò quò Lapus vbi supra conclusit esse percussionē leuem, à qua possit absoluere Episcopus, colaphum, quem impegit Capellanus quidā perpetuus Aretinæ Ecclesiæ cuidā Canonico in ea, cū Ecclesia absq; sanguinis effusione. & quod Cardinalis vbi supra cōcludit percussionem [illegible] qui sibi illis mutuo [illegible] in itinere, esse leues, à qua [illegible] absoluere Episcopus. Lapus.

Dubitatur hic, an [illegible] hunc casum Religiosus, qui percutit [illegible] An percutiens [illegible] [illegible] [illegible]

excõmunicatus maiori excommunicatione non possit alium excommunicatum maiori excommunicatione absoluere, prout notatum est *in cap. audiuimus.24. quæst.* 1. In casu tamen necessitatis, vbi non est alius religiosus, qui possit eos absoluere, potest excommunicatus alium excõmunicatum absoluere. & ratio est, quia necessitas non habet legem: & probat Ioan. Fabianus à maiori, quia si excõmunicatus in casu necessitatis potest absoluere à peccatis, a fortiori poterit ab excõmunicatione absoluere. Sed quid faciendum, quando Religiosi diuersorum ordinum se percutiũt ad inuicem? Respondeo, quòd tunc debent absolui à suis Prælatis ab excommunicatione, quam incurrerunt.

Ioan. Andr. Panorm. Felin.

Sed quid si seipsum percutiat, aut vulneret? Respondeo quòd si deliberato animo sibi ipsi manus immittit, excõmunicationẽ incurrit, *iuxta Ioan. Andr. Panorm. Felinum, & alios omnes in cap. contingit. il.1. de sent. excom.* & per cõsequens incurrit in casum reseruatum: nam tunc non solùm peccat mortaliter, verum & incurrit in excõmunicationem. Ratio verò est, quia nemo est Dominus, quoad hoc, suæ vitæ, aut suorũ membrorum. *l. liber homo ff. ad legem Aqueleiam & d. c. contingit & ob alias rationes, quas adducit D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. Videatur de hac re Nauar. in suo Man. cap. 15 num. 11.*

D. Thom. Nauar.

VNDECIMVS CASVS.

M*Alitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.*

Hæc verba clara sunt, scilicet, quòd in hũc casum incurrunt omnes illi, qui dolosè, & data opera impediunt, ne literæ Superiorũ perueniant ad inferiores, & è contra inferiorum ad Superiores, ad quos diriguntur: & qui non impediunt, sed malitiosè retardant dare: Et qui neutrum faciunt, sed aperiunt literas, dissigillando, & postea iterum sigillant, & mittunt, ad quos dirigunt.

An aperiens & non legẽs incidat in hunc casum.

Dubitatur hic, An qui solùm aperit, & nõ legit, incidat in hunc casum? Respondetur quod Petrus Graffius hic dicit, quod non est casus reseruatus, hæc sunt verba ipsius: Per solam aperturam absque lectura, non est casus reseruatus, *arg. in tex. in ca. si quis in grauı. §. si quis tabulas:* sic ille. Ego tamen dico quòd incurrit, & ratio est, quia verba legis sunt clara, nempè *aut apertio literarum*, nihil addens de lectura. Quod adeò existimo verum, quod si quis legat literas tales absque eo, quòd aperiat, vt sæpè euenire solet, legẽdo ad lumen solis, vel candelæ, quando caracteres transpareant, quia charta bibit, vel etiam si quis per latera rimæ, (vt Italicè dici solet) introspicit, & legit; tunc enim quia non aperit, nõ incurrit in hunc casũ, cùm in litera textus legis nihil dicatur de lectura.

Si quis vero aperit tales literas inaduertẽter existimãs illas ad se esse missas, & legit cũ tali credulitate; nihil ad casum hunc: quod similiter dico de eo, qui cum tacito mittentis consensu eas aperit, perlegit, vt quia est suus familiarissimus, & timet, ne si non aperiantur literæ, potest negotiũ amici aliquod pati detrimentum: Vel bona fide speraret in ratihabitione eius, cui mittuntur.

Notanda ista quæ habet hic doctor, & quomodo, valsidè impugnet.

Circa hunc casum animaduertẽdum censeo id, quod habet Stephanus Quaranta in suo Compendio Bullarij sub tit. Casus reseruati, num. 12. vbi sic loquitur. Vt autẽ religiosi propter impedimentum, retardationem, & apertionem literarum incurrant casum reseruatum, necesse est, quòd manifestè sit peccatum mortale: esset autem tale, si eo animo aperiantur, vt nocumentum notabile proximo inferatur. Secundò si illud eueniret sine tali intentione. Tertiò eas proditoriè scribentis aduersario ostendendo. Nõ esset mortale in manifesto inimico mittentis, vel illius, cui mittuntur iustè timente per illas aliquod damnũ sibi parari, vel dubitante, ne aliquid in illis contra eum tractetur. Secundo in reserante eas, & illas bono fine impediente, scilicet ad præcauendũ aliquod malum iniustũ alteri per illas probabiliter illaturum. Tertiò quando [illegible] niter tangerẽt ipsum, & tertium e[illegible] nifestando. Quarto non e[illegible] etiam m[illegible] aperire literas, quæ non [illegible] menti, neque cont[illegible] se[illegible] leuem. Quintò non [illegible] seruatum Religiosis m[illegible] solum

Quando non est mortale aperire literas.

lum illam chartulam, cum qua literæ clauduntur, vel sigillum auferens, non tamen illas legens, quia literæ non dicuntur apertæ, si sola ligatura sit dissoluta, nisi etiam fuerint lectæ, cùm simus in pœnalibus, in quibus fieri debet stricta interpretatio. *Bart. in l. si quis in graui §. si quis tabulas. & ff. ad senatus, in cap. cum olim. il. 2. de offic. de leg.* Hinc est, quòd de laudabili, & communi Religiosorum obseruantia, missio & acceptio literarum ipsis prohibetur, sine Superioris licentia. Quod vltimũ limitatur non procedere in literis necessarijs, & vtilibus Monasterio, quas iuridicè possent ipsi Regulares sine Superioris voluntate dare, vel accipere, quales essent illæ, quibus regularis denunciaret delicta ipsius Superioris. *arg. tex. in c. ex parte de accusat.* vel literas super hoc à Papa impetratas acciperet. Nauar. *in c. non dicatis. in 4. not. in fine. 12. quæst. 1. & in concil. 33. num. 4. de sent. excom.*

Nauar.

Impugnatur prædicta sententia.

Contra quam doctrinã dico plura. Primò quòd licèt apud me prædictus D. Stephanus Quaranta plurimi æstimetur propter eruditionem suã maximam, nihilominus in hac materia (pace sua) hallucinatur: nã doctrina prædicta potest habere locũ, loquẽdo de literis, quas æquales ad se inuicẽ mittũt, & Nauar. quem ipse sequitur, *in c. facerd. de pœnit. dist. 6.* nihil agit de literis, quas superiores ad inferiores mittũt, vel è contra, vt est videre apud eundẽ. Vnde resolutoriè dicim⁹, quòd quotiescumq; quis aperit, impedit, vel malitiose retardat literas Superiorũ ad inferiores, & inferiorũ ad superiores missas incidit in casũ reseruatũ, sic. n. sonãt verba legislatoris, qui est S. Pontifex, & potest id præcipere, sc. *Malitiosũ impedimentũ, aut apertio literarũ etiã.* quod non habet locũ in alijs literis, quas inferiores ad se inuicem mittunt, cùm non habeant auctoritatem id præcipiendi.

Resolut.

Secundò dico: quòd non est vera illa doctrina, quæ habetur in quinto suo notabili, nepe: Non incidit in casum reseruatũ Religiosus malitiosè frangens solũ illã cartulã, cũ qua literæ clauduntur, vel sigillum auferens, nõ tamẽ illas legens. ratio est, quia in literis textus [illegible] de tura literæ, sic benè [illegible] apertæ, vt [illegible] tũ. Et cõfirmatur, quia cũ tali apertura occasionem præbeat cæteris, qui tales literas sic apertas, seu dissigillatas repererint, illas legẽdi; quod nullo pacto est faciendũ. Tertiò quòd omninò sũt animaduertẽdę rationes, quas Nauar. *in præd. c. facerd.* ponit ne literæ aperiantur, & Nauarrũ sequitur Monachi⁹ *de Nauar. arbit. Iud cas. 311. nũ. 12. set. 4.* & nos hic libẽter eas transcribimus, vt qui ad aperiendas literas sunt propensi, per tales rationes reprimantur. Sunt autem hæ.

Notanda est doctrina.

de Nauar.

Prima, quia regulariter, omnis iniustitia est peccatũ mortale secundũ D. Tho. 2. 2. q. 59 art. 4. receptũ. At qui aperit literas alienas, peccatum iniustitiæ committit: tollit enim ius alterius, scilicet aperiendi literas tam mittenti, quã ei, cui mittuntur. Tollit etiã custodiam, quæ vtrique illorum cõuenit. Facit etiam, quod iuris gentium est, ne legati violentur, cap. ius gentiũ dist. 1. at literę quidã legati muti, & inanimati sunt. Adde quòd publicæ fidei expedit litterarũ sigilla inuiolata esse: & quidem hoc certissimum est, si eo aperiat animo, vt notabile nocumentum ex eo proximo inferat: certum quoq; si aperiat sine tali animo, si tamẽ nocumentũ fiat, quia paria quoad hoc illa esse. Quib. addo ego, ex tali apertione litterarũ multæ inquietudines. perturbationesq; animi, odia, rãcores, & sexcẽta huiusmodi mala oriũtur: vnde cõsultius esset, vt literæ aliorũ nuquã aperirẽtur.

D. Tom.

Excipe ex dictis, Superiores, & omnes illos, quib. de iure cõpetit aperire literas inferiorũ, quibus sicut nõ intendimus adimere talẽ facultatẽ; sic, vt modestè ea vtantur, consulimus. Ait enim Nauar. *in d. c. facerdo peccet n. 19.* Hic eadem ratione si, vt nõ etiã Monachis, vel regularib. Canonicis præfectus, vel præfecti, dũ aperit eas literas, quas sui ad alios mittũt, vel alij ad suos, quonia lege publica id eis licet. *c. nõ dicat. s 12. q. 1.* Itaque rationes D. Stephani prædicti, si quæ concludunt, habent locũ in literis æqualiũ subditorũ, qui non habent auctoritatẽ præcipiendi cõtrariũ. [illegible] possint habere locũ in literis Superiorũ ad infer. & è cõtra, cũ [illegible] & ad alia [illegible]

Superiores possunt aperire literas inferiorum